13
L
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26
A
6

13.7.F.5

Digitized by Google

D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI

HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

CRIMINALIVM,

TOMVS SECVNDVS.

Digitized by Google

D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI

HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

TRACTATVS SECVNDVS

CRIMINALIVM,

DE INFIDELITATE ET HÆRESI.

Ad Titulos de Iudæis, de Hæreſi, de Schiſmaticis, & Apoſtatis, ſub libro V. Decretalium.

TOMVS SECVNDVS.

Cum Indicibus Iurium, Quæſtionum, & Rerum Notabilium.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

SOC. IESV. BIBL. SEC. COLL. ROM. IHS

LVGDVNI,

Sumpt. PETRI CHEVALIER, in viâ Mercatoriâ.

M. DC. LXX.

CVM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

CAROLO II.
HISPANIARVM
NOVIQVE ORBIS,
INDIARVM REGI,
MAGNI
PHILIPPI IV. FILIO,

Miraculosè nobis à Deo donato, in ſolatium contra tempeſtates hoſtium iam diu ortas, diſſidia comminantes, à tanto Cæſare extinguendas pro communi Pace, ad exaltationem, & propagationem Catholicæ Fidei.

CONSONVM inuocationi exordium videor commentus (Regum Potentiſſime) ſi regia Atalarici Oratione tuam celſitudinem in paucis clariſſimam commendem. Cælo clarius euincis nullis te iam paternis donis adſtrictum, quippe quæ re ipſo compenſaris ad cumulum. *Fructus editus prodit Auctorem, & quidquid à diuinitate meremur de felici prole colligitur.* Ediderit te Regem Genitor, deſtinarit imperio fauſtiſſimo, aſſumpſerit ad ſolium ſublimius: quid? ecquod horum fatorum effugit vices? quid mortalem ſortem triumphabit?

Atalaricus *apud Caſſiodorum lib.* 8. *Epiſtol.*

bit? Supereminet Auſpicatiſſime Regum, acceptiſque hæc vna gratificatio antecellit: quod talis ſis, quem dominatorem eligeret imperium, Regem expoſceret Hiſpania, & ſolium ambiret ad ſuggeſtum. Cui Naſo ſine adulatione ceciniſſet.

Ouid. lib. 2. de Ponto. Elegia 8.

Terrarum Dominum quem ſua cura facit.

Sic Magnum Philippi cognomen firmas, probaſque non immeritò deberi ſtemma humanum morem ſuperans, cum diuinos honores editus fructus Auguſtiſſimus emeritum reſteris Genitorem. Audiendus Plinius tibi quàm Trajano verius concinens: *licet* Philippum *aris, puluinaribus, & flamine colas, non alio magis tamen Deum facis, & probas, quàm quod ipſe talis es: in Principe enim, qui electo ſucceſſore fato conceſſit, vna itemque certiſſima diuinitatis fides eſt bonus ſucceſſor.* Quoties minaci falce ſeuera mors obuerſa oculis euanuit è Magni Philippi conſpectu? Quoties vdis totius Monarchiæ genis ſalus ipſi præter naturæ artiſque regulas conceſſa diuinitus. Scilicet deerat hoc facinorum egregiorum oſtentum, hic præclariſſimarum virtutum index nobiliſſimus, nimirum re Regem orbi dediſſe, ſibi ſubſtituiſſe tantum Imperatorem.

Plinius in Panegyrico Trajani.

Plinius ibidem.

Tunc (Plinius ſubdit) *dij cælo vindicauerunt, ne quid poſt illud diuinum & immortale factum, mortale faceret, deberi quippe maximo operi hanc venerationem decuit, vt nouiſſimum eſſet.* Conceſſit itaque fatis, non ceſſit, qui æternaturum monimentum, ſuorumque facinorum præconem prolem ſubſtituit imperio. Nec tantum Imperatorem à nobis receſſiſſe fatebimur, vt pote quem in te præſentem cernimus, & rediuiuum. Cuius enim perſtant virtutes, ipſum permanere neceſſum eſt. Eius in te regia indoles viget, pietas elucet, maieſtas eminet, religio claret, ruendæ Fidei ardor peruigil excubat. Nec certiori Minerua crediderim olim Alexandro Hyperaſpitem ſuum plauſiſſe, quam nos tibi paternarum virtutum æmulatori, dum vtriuſque geſtis expenſis, compertiſque ſimillimis, quæ ille forſan lenocinio verborum, nos tibi teſtimonio fidiſſimo ſacramus: *Alij corpus, non virtutem; Alij vero nomen Regis ſolum mutatum eſſe dicerent.* Fatemur hercle, & quod tibi aptè iſta carmina conſecrauerit Naſo.

In ſupplemento Quinti Curtij lib. 1.

Ouidius de Ponto lib. 2. Eleg. 8.

Perque tibi ſimilem virtutis imagine Patrem
Moribus agnoſci, qui tuus eſſe poteſt.

Ergo iam mihi nouum religioni fulcrum videor intueri, iam Catholicæ

Catholicæ veritatis firmamento nouum Herculem humeros ſupponentem adſpicere.

Fabularum grauida vetuſtas hoc inter cætera figmentum abortum tulit, vel ortum, cælorum nimirum Orbibus diu ſuſtentis Atlantem ſuccubuiſſe, eiſdemque ne detonanti lapſu corruerent, ſe Herculem ſubieciſſe conſtantem. Ceſſarit Atlas Philippus Magnus Parens: Hercules Carolus Charus Filius religionis ſuſtinet cælum, fidei Sphæram ſuſtentat, firmat veritatis firmamentum.

Sacer Senatus inſtitutus pro fide regio progenitorum tuorum ſumptu (Regum Potenriſſime) & ipſorum profuſa pene munificentia diues me Filium non meritis, ſed. regia gratia creatum inſudanrem nunc puritati fidei elucidandæ, diſcutiendiſque arris errorum nebulis, quæ vndique ſqualido horrore ingruenres caliganti hæreſis carcere veritatis ſolem confundere conantur, me inquam vel volentem impulit, quatenus ad Philippi Magni Parentis pedes provolutus elucubrationes haſce aliquali Minerua, aſſiduo, vtinam tamen vtili labore comparatas offerrem. Obruli, dicaui, & te (Regum Potentiſſime) elaborandis his Patronum futurum deſtinaui, cui ante imperiorum ditionem ampliſſimam, ante opes ad oſtentum nimias, ante vtriuſque orbis moderamen immenſum Auguſtiſſimus Parens legauit curam ſacri noſtri Senatus, firmiſſimi fidei muniminis, ſacramentorum aſſertoris, Sacrorum dogmatum roboris, penitiorum myſteriorum ducis certiſſimi, errorum hoſtis, hæreſum terroris, Hæreſiarcharum perſecutoris acerrimi, Apoſtaticæque prauitatis toto mentis ardore vſque ad incendium vltoris pro fide. Hoc ſcilicet animi & propenſionis non alio ex fonre manare compertum eſt, quam ex ingenito Auſtriacis genio. Viderit Argos oculatior progenitorum tuorum, Regum Potentiſſime, res geſtas, illud inter eas glorioſius facinus admirandum, & venerandum conuincet, quod omnes vno afflati numine videantur, vnumque eiſdem cor infuiſſe huic vni noſtro fidei Senatui fauendo, & fouendo.

Exularunt peroptimæ memoriæ Catholicos Reges Ferdinandum & Eliſabetham Maurorum ſimulata contagia, qui regio ſpiriru regalem decreſcentem cenſum poſtpoſuere fidei puritati. Sacroſancto Oecumenico Tridentino Concilio Patronus Carolus V. nuncupatus & adſcriptus, hoc ab Eccleſia emeritus ſtemma nobiliſſimumi Comparauit Imperarorum

Princeps

Princeps clariſſima orbis lumina, vt ſplendor vbique collucens vnum ſolem veritatis conflans, apoſtaſiæ, Hæreſeos, infidelitatiſque diſcuteret horrores. Hanc paternam, auitamque rati hæreditatem Philippus II. proavus prudentiſſimorum Principum teſſera: Philippus III. Auus Rex fidelis in Domino, miſericors animo, humilis imperio, manſueto pectore præditus: Philippus IV. Magnus Genitor, Virtutum ardens procus & ſponſus, iuſtitiæ norma, regula pietatis, tolerantiæ aſſiduus cultor, ægenorum ſolatium, regni non tam ſeuerus Imperator, quam adminiſtrator integerrimus, hi omnes, queis nullum viderit mundus celſiorem, nec niſi te, feret natura parem, nullis, arctius curis præpediri vnquam paſſi fuerunt, quam quæ Inquiſitorum tribunali decorando, firmando, & ſtabiliendo, eiuſque indultis, gratiis, ſanctioribuſque roborandis, & augendis ſtuderent. Malueruntque (teſtor, Regum Potentiſſime, Canonem à me concinnatum pro præſidio ad librum de Allegatione Fiſcalis fultum patrocinio Genitoris) quod Regibus arduum ſupramodum, ne dicam impoſſibile de iure ſuo cedere, quam vel aliquod leuiſſimum ad Inquiſitorum tribunal quantumuis ſub dubio pertinens, ſibi ſuiſque iudicibus, vel in ſupremo Senatu oraculis diſcutiendum decidendumue adſciſcere. Nec ſuo imperio ſubditum voluerint, quod huius noſtri ſanctiſſimi Senatus dominium ſubterfugeret. Cui non notum Neapolis Regnum? Cuius non extorqueret ambitionem? per quod tamen quia hæreſis aſſueta graſſari moleſtiſſimè ferebat cenſorum flagellum, & dum Imperio Auſtriacorum Hiſpaniæ Regum ambiret ſupponi, Inquiſitionis leges renuebat ſubire, ſeruilem itaque conſcientiæ libertatem paciſcens hoc habuit à Regibus reſponſum: Nolle ſe Imperatores eſſe genti, quæ huic non obtemperaret tribunali. O Regnorum ſpernax vox ſanctiſſima! Ergo Hiſpanæ Auguſtæ Regiæ Domui noſter confeſſus iuſtius dicabit, quod olim Philon Auguſto Cæſari innuit. *Tam ſanctè ſacra noſtra habuit, vt pene omnium eius domeſticorum extent dona in templo noſtro, durabuntque perpetuo, monumentum virtutum Imperatoriarum.* Quorum quia nunc proloquij anguſtiæ encomiaſtem me non patiuntur: nec decet vti elogio ſemper eorum rebus geſtis appoſitiori ſilentio ſcilicet venerabundo, cum aliunde tuæ laudes exordium aptius ignorent, quam vt vnde eas merereris habuiſti, nec eos debuerit obſcura nubis obliuionis

Philon *in laudibus Auguſti Cæſar.*

obtegere

obtegere quos ſuo lytuo perſonat fama vocalis. Nec addictiſſimus beneficiorum cumulo ſeruus anonymos eos debebam prætermittere. Ad te iam Regum Potentiſſime, euolandi calamo ſit tempus, ſat eorum ſignanter, & breuiter quæ minora potuimus recenſere, non perſequi, vt qui terratum orbem vnius tabulæ ambitu circumſcribunt aliquanto detrimento magnitudinis, nullo tamen diſpendio veritatis.

Primum hucuſque, Regum Potentiſſimè, indicem augurati ſumus tui erga noſtrum Senatum affectus, atque adeo Catholicæ tutandæ religionis ex ſtirpe. Parentum quippe genium dediſcere, vel illos maximè dedecet, *Queis origo ipſa iam gloria eſt, laus nobilitati connaſcitur, & quibus idem dignitas eſt, quod vita principium.* Vt Caſſiodorus argute. Secundum, idemque auſpicatiſſimum omen ex nomine capimus. Carolus II. nulli niſi Hiſpaniæ Rex Fauſtiſſimus, nulli ſecundus niſi fidei; quia eius cultor eximius, quia ſolum ſummum Religionis Dynaſtam agnoſcis ſuperiorem: quia ſtrenuo mentis ardore inquires ad necem fidei inimicos: quia implebis tanti nominis menſuram. Tetartauum Carolum V. habes exemplar. O quam hac voce perculſus frendet Lutherus, tremit Caluinus, horret Wiclephus! crediderim tanti Imperatoris nomen tormento eſſe diriſſimo inferorum cruciatibus addictis. Cernere fuit tantum Cæſarem Herculem rediuiuum proſternere hæreſim graſſantem per Latium Germanum, Vngaricum, Neapolitanum tramitem, & Saxoniæ quaſi hydram Lutherum pullulantem capitibus, imò voluminibus ſerpentinis, errorumque ſpiris ſuſpiria Eccleſiæ extorquentem ardenti inſtar facis zelo intercidere. Alter ipſe non alius Carolus hydram caput denuo extollere conantem obtruncaturus adnaſceris, & infantilibus vagitibus voces immiſces exitiale ſupplicium hæreticis pronunciantes. Vitæque primordia ſacratiſſima conſecras generali perfidorum exitio pro roſtris quam primum celebrando.

Caſſiodorus lib. 3. variar. c. 8.

Nec honoris tantum ceſſerim ſæclis euolutis vt te noſtra tempeſtas priſcorum facinorum æmulatorem habeant extollere tantummodo, nec authorem te famoſiorum geſtorum veneratura non ſit; imò nimium ſibi excellenriæ datum cognorint, ſi fateamur Principem vnquam tuliſſe, quem parem conceſſerimus illi Carolo II. quem alte ſpes noſtra con-

 cepit,

cepit, quem neſcio quod cæleſte auſpicium in ipſo nomine contentum nobis Regem creauit Auguſtiſſimum. Cæleſte ſuperum portentum æthere toto conſpicuum, ventorum campum Cryſtallinum miro ſplendore condecorans imperij tui initiis affulſit, ſolis imperio ſubſtitutum ſydus nullas tenebras offundi cœlo permiſit, nec alternis vicibus agi tempora, ſed continenti fulgore dies noctesque quodam quaſi fædere ſociauit. Quid aptius nobis portenderet te regnaturum? lux lucem profert, & ſolaris radius indicat ſolem. Iuſtitiæ ſolem ortum in terris ſtella, quæ Origeni viſa cometes, Magis nuntiauit. Solem Hiſpaniæ dominaturum aſtrum oſtentat: iactent Aſtronomi Comitem. Sed verus Sol nobis naſceris Regula iuſtitiæ. Oriris Carolus: *Sol arcu* fugas nimbos perfidiæ, ſerenitatem portendis religioni, fœderis diuini ſignum es regno tuo, fidei fauſtum, orbi optatum, omnibus neceſſarium. *Cura Sol* egenorum ærumnas; parili influxu, vtrumque orbem ouantibus luſtrans phaleris. Aſſiſte Monarchiæ, faue Religioni, miſeros foue, omnibus viue. Et tot inſuper æternaturas cœleſtes lauros adnecte ſacris temporibus, quot hic corónis auguſtiſſimum redimis caput. Vale Orbi.

Anagramma.

Aliud.

ELEN

ELENCHVS IVRIVM, QVÆ IN HOC Tomo ſecundo Criminalium repetuntur.

AD RVBRICAM

De Iudæis Sarracenis, & eorum ſeruis, *cum 3. quæſt.* pag. 1

CAPITVLVM 1. *quæſt.* pag. 16
I. Multorum, cum 1. qu. 24
III. Iudæi, cum 1. quæſt. 27
IV. Quia ſuper his, remiſſiue. 30
V. Iudæi, cum 2. quæſt. ibid.
VI. Ita quorumdam, cum 3. quæſt. 35
VII. Conſuluit, remiſſiue. 47
VIII. Ad hæc, cum 1. quæſt. ibid.
IX. Sicut Iudæi, cum 3. quæſt. 48
X. Quam ſit, cum 1. quæſt. 60
XI. Significauit, cum 1. quæſt. 62
XII. Quod olim, cum 3. quæſt. 63
XIII. Etſi Iudæos, remiſſiue. 73
XIV. Poſtulaſti, cum 1. quæſt. ibid.
XV. In nonnullis, cum 1. quæſt. 75
XVI. Cum tit. remiſſiue. 80
XVII. Ad liberandam, remiſſiue. ibid.
XVIII. Ex ſpeciali, cum 1. quæſt. ibid.
Fin. remiſſiue. 89

AD RVBR. ET TITVL.

De Hæreticis, *cum 94. quæſt.* 90

AD RVBRICAM

De Hæreſi, *cum 4. quæſt.* 95

I. DE Hæreticis, remiſſiue. 114
II. Qui alios, remiſſiue. ibid.
III. Firmiſſime, remiſſiue. 115
IV. Fraternitatis tuæ, cum 4. quæſt. 116
V. Si quis Epiſcopus, cum 1. quæſt. 133
VI. In nos, remiſſiue. 137
VII. Cum Chriſtus, cum 10. quæſt. ibid.
VIII. Sicut, cum 6. quæſt. 173
IX. Ad abſoluendam, cum 4. quæſt. 202
X. Vergentis, remiſſiue. 229
XI. Si aduerſus, cum 4. quæſt. 230
XII. Ex iniuncto, & Cap. XIV. Sicut, & in §. Quia vero, & Cap. XIII. Excommunicamus, ſeq. cum 1. quæſt. 251
XIII. Excommunicamus, remiſſiue. 257
§. Damnati, remiſſiue. ibid.
§. Qui autem, cum 2. quæſt. 258
§. Moneantur, cum §. volumus, cum 2. quæſt. 268
§. Catholici, cum 1. quæſt. 276
§. Credentes, remiſſiue. 282
§. Quia vero, remiſſiue. ibid.
§. Adiicimus, remiſſiue. ibid.
§. Fin. volumus, remiſſiue. 284
XIV. Sicut in vno, remiſſiue. ibid.
XV. Excommunicamus, cum 1. quæſt. ibid.
Fin. Abſolutos, cum 1. quæſt. 293

AD RVBR. ET TITVL.

De Schiſmaticis & ordinatis ab eis, *cum 3. quæſt.* 299

I. CVM 3. quæſt. 310
II. Fraternitati, remiſſiue. 321

AD RVBR. ET TITVL.

De Apoſtatis, & reiterantibus Baptiſmum, *remiſſiuè.* 322

I. CVM 1. quæſt. 324
II. Ex litterarum, cum 1. quæſt. 331
III. Tuæ, cum 1. quæſt. 338
IV. Quidam, remiſſiue. 342
V. A nobis, remiſſiue. ibid.
VI. Fin. Conſultationi, cum 4. quæſt. ibid.

INDEX
QVÆSTIONVM QVÆ IN HOC ſecundo Tomo Criminal. enodantur.

AD TITVLVM *De Iudæis, &c. Ad Rubricam.*

QVÆST. I. AN infidelitas paganorum aliorumque huius generis infidelium ſit peccatum: Quid de operibus. *pag.*4
An Sarracenorum, Paganorum, & Iudæorum filij ſint irregulares. *ibid.*
Et an Iudæi compellendi ſint domus parietes tapetibus ornare, cum publicè defertur Euchariſtia, & de aliis. *ibid.*
An inquiſitores poſſint punire Iudæos, Mauros, alioſque infideles. *ibid.*
II. An Iudæus baptizatus ex bonis poſt quæſitis teneatur ſoluere debita ante contracta: Vbi de iudice competente Iudæi rem habentis cum Chriſtiana, & an inquiſitores valeant cognoſcere. 8
Et an Iudæus in delictis poſſit ſubdi iudicibus laicis, ſeu Eccleſiaſticis. *ibid.*
An præter ſpecies infidelitatis de quibus in hoc tit. ſubintelligantur aliæ. *ibid.*
III. Quænam lex debeat ſeruari in cauſis Iudæorum tam in delictis, quam in contractibus, & vltimis voluntatibus, & eorum cæremoniis, & ritibus in ſpiritualibus, & temporalibus, & tam in deciſoriis, quam ordinatoriis iudicij. 12
Quid de præſtando iuramento alij ſiue remiſſiue, ac de teſtificando. *ibid.*
Et an Iudæus maſculus 14. annorum, & fœmina 12. in integrum reſtituantur in iudicio coram iudice Chriſtiano inter ipſos Iudæos. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. I. Cap. II. & Cap. VIII. Ad hæc hoc tit.*

QV. I. AN Iudæus valeat præſtare medicinam Chriſtiano, & Chriſtianus ab eo recipere, vel ſit licitum acceſſere medicos Iudæos ad medendum morbis Chriſtianorum. 16
Et an vetitum ſit veſci azyma Iudæorum, aut cum eis eſſe in Balneo. *ibid.*
Et an valeat Iudæus habere Chriſtianum in ſeruum adſcriptitium. Vbi de nominibus ſeruorum remiſſiuè ad cap. 2. hic. *ibid.*
Seu an poſſint eſſe Chriſtiani in familiari ſeruitio Iudæorum ad cap. ad hæc 8. hic. Et an poſſint habere nutrices Chriſtianas. Vbi de diſpenſatione. *ibid.*
II. An ſit Chriſtianis prohibitum ad conuiuia Iudæos inuitare ſeu conuiuia Iudæorum petere. 21
Quid ſi miſſi ſint ad conuerſionem illorum. *ibid.*
Et quare non ſit prohibitum loqui cum Iudæis, & cum infidelibus; comedere tamen ſic, vel habitare cum illis ad cap. Iudæi 5. hoc tit. *ibid.*
Et quare cum illis contrahere ſit licitum ad cap. poſtulaſti. 14
Et an Chriſtianus valeat ſeruum Iudæum habere. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. II. Multorum hoc titulo.*

QV. I. AN ſi Iudæus habeat cauſam cum Chriſtiano iudicanda

canda ſit ſecundum æquitatem, aut rigorem. 24
Et an Iudæus poſſit moram purgare, & de obligatione ſeruorum erga Dominos, & de iuramento ſtandi colonatui. *ibid.*

Ad Textum, *In Capite III. Iudæi, Cap. IV. Quia ſuper, & Cap. VII. Conſuluit, Cap. XV. in nonnullis, & aliis hoc tit.*

Qv. I. Synagogas retinere quare permittatur Iudæis eaſque conſeruare, ac reedificare, & non de nouo conſtruere cum in vtroque caſu eadem videatur militare prohibitionis, aut permiſſionis cauſa. 27
Et an ſit permiſſum Chriſtianis vendere Iudæis ad eorum reparationem ligna aliaque materialia, vel vt extruantur à paganis fana idolorum. *ibid.*
Et an Chriſtianis architectis liceat in dictis Synagogis laborare. *ibid.*
Et an liceat vendere paganis per Chriſtianos res quæ ad ſuos ſuperſtitioſos ritus ſpectant ſi ſint indifferentes, & eſto liceat teneatur Chriſtianus inquirere ad quem finem Iudæus, ſiue paganus emat. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. IV. Quia ſuper hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. Iudæi V. hoc tit.*

Qv. I. An infideles poſſint bonis ſuis ob infidelitatem ſpoliari. 30
Et an eo ſolum quod infideles ſunt, puniri poſſint à ſuo non Principe. *ibid.*
Et an Princeps Chriſtianus poſſit compellere infideles vt cultum ſuorum deorum abiiciant, & ad audiendum Chriſti Euangelium, & quod non impediant verbi diuini prædicationem. *ibid.*
Et an liceat cuilibet Chriſtiano bona poſſeſſa à Turcis ſibi vſurpare. *ibid.*
Et an poſſit Eccleſia infideles Chriſtianorum terras occupantes expugnare, vel poſſit infideles punire Princeps propter violationem iuris naturalis. *ibid.*
II. An Chriſtianus poſſit inſtituere infidelem hæredem. 34

An veniens ad Catholicam fidem, liberetur à patria poteſtate. *ibid.*
Ad Catholicam fidem veniens poſſit à patre exhæredari, ſeu priuari ab alimentis ex ingratitudine ſeu an poſſint Iudæi inter Chriſtianos habere bona ſtabilia, ſeu an Iudæus retineat iura ſuſceptionis in bonis parentis ad fidem conuerſi. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. VI. Ita quorundam, Cap. XI. Significauit, Cap. Quod olim XII. hoc titulo. Et Cap. XVII. ad liberandam.*

Qv. I. An non ſolum arma deferre ad Sarracenos ſit Chriſtianis prohibitum verum, & alia. 36
Et an excommunicatio de qua hic, aut Bullæ Cœnæ comprehendat etiam arma deferentes ad hæreticos. *ibid.*
Et quænam perſonæ ex Chriſtianis eam incurrant, & pro quibus rebus delatis ad Sarracenos. *ibid.*
Et an bello durante poſſint arma deferri Sarracenis pro reddendo captiuo. *ibid.*
Et an belli tempore ſit commercium cum illis prohibitum. *ibid.*
II. An licitum ſit deferri arma infidelibus ſi pecunia reportata ſit Chriſtianis vtilior. 41
Et an deferre arma hæreticis, & inſtrumenta bellica ſit prohibitum. *ibid.*
An qui narrat conſilia v. g. Regis Catholici alicui Turcharum proditori incidat in cenſuram Bullæ Cœnæ, vbi quid ſi narret fideli, de quo credit ipſe reuelaturus infidelibus. *ibid.*
An puniantur ab inquiſitoribus aſportantes arma infidelibus. *ibid.*
Et an ſit proditio armorum tranſportatio ad infideles, ibi remiſſiuè de pœnis. *ibid.*
III. An Chriſtiani Remigantes in triremibus Turcharum peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem, ibi de nonnullis caſibus. 44
Et an incurrat excommunicationem, qui fame, vi, aut aliis de cauſis ſint excuſati. *ibid.*
Et an Chriſtiani milites infidelibus eſſe poſſint, ibi de iudiciis contra apoſtantes res prohibitas. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. VII. Conſuluit hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. VIII. Ad hæc hoc titulo.*

QV.I. AN liceat Romæ famulari nutrire, &c. Iudæos ſi non adeſt periculum ſubuerſionis, quia tales ſeruientes ſunt in fide firmi. 47
Et an tranſeunti per loca hæreticorum, & infidelium ſit licitum comedere cibos vetitos ad euitandum graue damnum. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. IX. Sicut Iudæi hoc titulo.*

QV.I. AN Iudæi aliique infideles valeant compelli per Principes Chriſtianos, aut alios ad recipiendum Baptiſmum, eos terrendo eiectione, & expulſione à ſuis Regnis. 49
Vbi an ſit iuſta cauſa priuandi Barbaros à bonis, reducere eos ad Religionem. *ibid.*
Et an potuiſſet Philip. III. Hiſpaniæ Rex in bello Granatæ ſibi bona retinere à Mauris ſublata. *ibid.*
Et an poſſint Iudæi compelli ad audiendum Euangelium, vel concionem. *ibid.*
II. An filij Iudæorum ipſis inuitis poſſint cogi ad recipiendum baptiſmum. 53
An Pontifex poſſit præcipere vt infantes filij hæreticorum, & apoſtatarum baptizentur inuitis parentibus, vbi quid de filiis infidelium. *ibid.*
Et an infantes infidelium filij, qui ſunt tantum politicè ſubditi Principibus Chriſtianis poſſint illis inuitis baptizari. *ibid.*
Et quid de filiis infidelium mancipiorum. *ibid.*
Et an Iudæus baptizatus per vim cauſatiuam, vel conditionatam recipiat characterem, vbi de aliis. *ibid.*
Et an pro voluntate Principis Chriſtiani poſſint Iudæi ex proprio territorio expelli. *ibid.*
III. An Chriſtiani auertentes Iudæos ab auditione Euangelij puniantur. 58
Et an optio detur reo in pœnis alternatiuè poſitis, &c. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. X. Quam ſit hoc titulo in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. XI. Significauit hoc titulo.*

QV.I. AN treugæ tempus comprehendatur ſub belli tempore. 62
An pro redimendis captiuis poſſint pignorari res Eccleſiæ. *ibid.*
An prohibita ſit extractio aluminis à Turcis per Chriſtianos. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. XII. Quod olim hoc titulo.*

QV.I. AN remigantes, & captiui Chriſtiani apud Turcas poſſint res Chriſtianorum deuaſtare, & furari. 63
An tempore belli liceat triticum, oleum, & alia victualia hoſtibus vendere, aut apoſtatare; quid in tempore pacis cum Sarracenis aut Indis. *ibid.*
Et quid de extrahendis tritico leguminibus, & animalibus ab Eccleſiæ ſtatu, & de pœnis. *ibid.*
II. An Chriſtiani in terris ſuis vendentes infidelibus ad ſe venientibus prohibita ad eos deferri incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. 67
Et an incidant in eam deferentes infidelibus pecunias, merces, & victualia. *ibid.*
Et an extrahentes mercimonij cauſa in magna quantitate frumentum, oleum, blada, legumina incidant in cenſuram reſeruatam Papæ ex Bulla Vrb. VIII. notab. 12. anni 1524. incip. *ſuperni.* *ibid.*
Vbi an extrahens panem coctum, ſiue farinam. *ibid.*
Et an etiam oleum ex quibus oleum fit ex eadem Bulla. *ibid.*
III. An vendentes arma infidelibus in terris tamen Chriſtianorum incidant in cenſuram Bullæ Cœnæ. 70
An Princeps poſſit prohibere ne alienigenæ, cum quibus bella geruntur portent merces in ſua dominia, & ſtatus, & quando excuſetur eum contraxit cum illis, & in caſu dubij poſſint Principes ſine incurſione cenſurarum Bullæ Cœnæ impedire ne victualia extrahantur ab eorum

eorum Regnis ad Romanam curiam, vbi de aliis remiſſiue. *ibid.*

Et de quadam pragmatica de extractione animalium. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. XIII. Et ſi Iudæos hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. XIV. Poſtulaſti hoc titulo.*

Qv.I. AN Iudex Eccleſiaſticus punire poſſit Sarracenos, qui conantur ad ſuam ſectam pertrahere Chriſtianos, eo quod ij qui fons ſunt non ſubiiciantur Eccleſiæ. 74

Et an Iudæorum errores circa veterem legem, & blaſphemiæ circa nouam, Dæmonum inuocationes aliaque flagitia eorum valeant ſeuere per inquiſitores puniri. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. XV. In nonnullis hoc titulo.*

Qv.I. AN ad vitandum mortem ſit licitum vti pileo pallido Iudæorum. Et an ſtante neceſſitate ſit licitum vſurpare veſtes, & ſigna inſtituta ad cæremonias infidelium. 75

Et an ſi vtatur in terris Turcarum pileo cum tobalea alba vt ſecurus pertranſeat, peccet. *ibid.*

Et an liceat explorantibus vulgo *Eſpias* ſimulare in terris infidelium ſe eſſe Turcas, ac veſtibus proteſtatiuas falſæ ſectæ vti, & adire eorum templa. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. XVI. Cum ſit, hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. XVII. Ad liberandam, hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. XVIII. Ex ſpeciali, hoc tit.*

Qv.I. AN Iudæi pagani, ſiue infideles valeant inter Chriſtianos publicis officiis præponi 80

Et an iudices inter illos eſſe poſſint. *ibid.*

An poſſit inter Chriſtianos eſſe notarius, doctor aduocatus, vel Arbiter, & quid de iure Romanorum. *ibid.*

Et poſſint obtinere collegia, Eccleſias, aut confraternitates requirentia ſanguinis puritatem. *ibid.*

Et an valeat neophytus ordinari, ſeu beneficiari, & quibus teſtibus ea probetur puritas. *ibid.*

Vbi de priuilegiis Hæbreorum circa res ſibi venditas. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. Fin. hoc titulo in ipſo.*

AD TITVLVM

De Hæreticis, Ante Rubricam.

Quæſtionum nonaginta quatuor, ad cauſas fidei Catholicæ tam tractatarum ſummarius, cum inſinuatione iurium vbi poſitæ ſunt, & reſolutæ; neque repetuntur hic, & ſi ad hæreſim ſpectantes vt morem ſolitum ſequamur.

AD RVBRICAM

De Hæreſi.

Qv.I. AN detur paruitas materiæ in hæreſi, & Magia, & an in lectione, aut retentione librorum hæreticorum. 99

Vel an liceat fabricare, ſeu pingere idolum ad petitionem infidelis. *ibid.*

Et an Chriſtianus ſe fingens infidelem, & petens iterum baptizari propter eleemoſynam acquirendam debeat abiurare vt hæreticus. *ibid.*

II. An vt quis incurrat pœnas hæreticorum neceſſum ſit vt Baptizatus ſit baptiſmo fluminis, nec ſufficiat flaminis, aut ſanguinis. 102

Et an inualide ſeu ficte baptizatus, & pariter Cathecumenus incurrat pœnas iuris. *ibid.*

An pertinacia ad hæreſim ſpectans

includat in ſe cognitionem, & ſcientiam eius. *ibid.*
Et an ſit de ratione eſſentiæ hæreſis, alias inquam nullus dicetur hæreticus. *ibid.*
III. An tenens aliquid contra fidem, ſeu paratus corrigi ſit dicendus hæreticus. 105
Et quid de patiente tentationes contra illam. *ibid.*
Vel de eo qui ſibi firmiter perſuadet id quod credit non eſſe contra fidem ſi admonitus de errore ab Epiſcopo, vel inquiſitore, ſeu à viro docto, vel à Parrocho perſiſtat. *ibid.*
Et an ſit hæreticus ille, qui paratus eſt ab Eccleſia corrigi modo argumentis conuincatur in ſua opinione; & quid de eo qui negat propoſitionem, ſiue veram, ſiue falſam, quam putat eſſe contra fidem ſi re vera non eſt. *ibid.*
Et an ſit hæreticus, qui falſum opinatur credens ſic teneri ab Eccleſia. *ibid.*
Et quid de illo qui aſſerit illud quod verè peccatum eſt non eſſe peccatum. *ibid.*
IV. Aliquam propoſitionem in ſe falſam tenens eam eſſe de fide, licet de fide ſit eius oppoſita, ſit hæreticus. 110
An, vt quis ſit, & dicatur hæreticus neceſſum ſit quod prius admoneatur de ſuo errore, & tunc ſi velit in eo permanere deinceps ſit credendus hæreticus ſaltem in foro externo. *ibid.*
An Baptizati inter infideles educati ſiue ſint ex Catholicis, ſiue ex hæreticis, ſiue hebræis, & paganis non baptizati admoniti, &c. *ibid.*
Et proteſtatio an, & quando excuſet proteſtantem ab hæreſi, & ſuſpitione illius. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. I. De Hæreticis, hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. II. Qui alios, hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *in Cap. III. Firmiſſime, hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. IV. Fraternitatis, hoc tit.*

QV. I. AN ſemper verum ſit, quod damnato auctore alicuius libri cenſeatur etiam, & ipſe liber propter auctorem damnatus. 116
Et an ad ſolum Pontificem ſpectet damnare auctorem, vbi de diuerſis Pontificum prohibitionibus, & de illa Clem. VIII. Thalmuch. & Cabaliſtici. *ibid.*
Et an libri prohibiti comburendi ſint. *ibid.*
Et quo pacto etiam quoad alia fuerit introducta ratio vetus damnandæ memoriæ. *ibid.*
II. Libri Hæreticorum, quibus perſonis præter inquiſitores tradi valeant vt comburentur & quid debeat præcedere. 122
Et an quis tenens propria auctoritate poſſit comburere libros prohibitos. *ibid.*
Seu an quilibet valeat corrigere errores hæreticos ſui proprij libri iam impreſſi, ſeu ſolum manuſcripti. *ibid.*
III. An legati Cardinales, Epiſcopi Prælati, & inquiſitores poſſint apud ſe retinere, ſeu legere libros prohibitos, ſiue ſuſpenſos, quibuſque pœnis retentio, ſeu eorum lectura prohibeatur. 125
Vbi quæ differentia ſit inter libros prohibitos, & ſuſpenſos. *ibid.*
Et quiſnam valeat dare licentiam illos legendi. *ibid.*
IV. An retinens libros damnatos ſit habendus pro hæretico, vel tantum pro ſuſpecto de hæreſi. 130
Et an hæc ſuſpicio ſit leuis, aut vehemens. *ibid.*
Quid de tranſcribentibus, aut imprimentibus illos, vel de defendente; vbi de obligatione confeſſarij in admonendo pœnitentes ne legant, & retincant, & ad tradendum libros prohibitos. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. V. Si quis Epiſcopus, hoc tit.*

QV. I. AN poſt mortem poſſit quis excommunicari, ſeu ſubiici alij

alij cenſuræ, aut pœnæ. 133
Et an in crimine hæreſis poſt mortem valeat quis accuſari. *ibid.*
Et an quilibet Chriſtianus ſæcularis valeat hæredem inſtituere Iudæum hæreticum, ſiue alium paganum, & infidelem liberè abſque incurſu pœnarum, eisque in teſtamento legare, aut extra donare cauſa pietatis ſiue neceſſitatis ſaltem. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. VI. In eos, hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. VII. Cum Chriſtus, hoc titulo.*

Qv. I. AN ſit hæreticus, qui nouas, & falſas opiniones nouasque ſectas, peruerſaque dogmata gignit, aut ſequitur. 138
Et an qui ſacram ſcripturam aliter exponit, ac interpretatur, quam exponat, & interpretetur Eccleſia. *ibid.*
Et an, qui aſſerit imagines ſanctorum venerandas non eſſe, vel qui affirmat Papam, non habere poteſtatem concedendi indulgentias Plenarias ad remiſſionem pœnæ debitæ in purgatorio, ſeu poteſtatem in temporalibus ſicut in ſpiritualibus, vel illam non habere concedendi Canones. *ibid.*
Vbi de pœna ambientis Papatum Papa viuente, & dicente Bullam Pauli IV. ſuper hoc inſtitutam eſſe remiſſiue. *ibid.*
II. An arbitrium liberum negantes aſſerentesque prædeſtinatos à Deo non poſſe mutare voluntatem, ſint hæretici, & de aliis. 144
Et an aſſerens animam eſſe mortalem, ſeu aſſerens animam eſſe ſanguinem, generatam ex præcedenti materia ſeu ex traduce, vel credens animam traduci de corpore in corpus. *ibid.*
Vel animam eſſe Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia. *ibid.*
Seu animas non immediatè à Deo creari, ſed vel ab Angelis, vel ex igne. *ibid.*
Seu animam ante creatum corpus peccaſſe, & propterea in pœnam fuiſſe incluſam, in corpus, vt in carcerem. *ibid.*
Vel animas impiorum poſt mortem in Dæmones, ſeu in alia animalia ſuis meritis congrua conuerti. *ibid.*
Vel ſubſtantiam animæ rationalis, ſeu intellectiuæ non eſſe veram formam per ſe humani corporis, ſint hæretici, ſeu de hæreſi ſuſpecti. *ibid.*
III. An ſit hæreticus dicens, quod curſus cæleſtes neceſſitant hominum voluntates. 147
Et an ſint ſcandaloſæ, ſeu alterius generis aſſertiones, quibus aſſeritur B. Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali; ſeu non eſſe in corpore, in cæleſti paradiſo. *ibid.*
Vel ſapiat hæreſim dicere Beatam virginem non ſubiiſſe mortem corporalem, ſed quod viua tranſlata fuerit ad cæleſtem paradiſum. *ibid.*
Vel ſit erroneum dicere quod B. Virgo peccauit aliquando venialiter; *ibid.*
Quid hodie poſt Trid. *ibid.*
IV. An ſit impium, ſiue hæreticum aſſerere ſtante lege Euangelica quod infantes Chriſtianorum decedentes in vteris maternis ſine Baptiſmo, precibus, fide, ſeu benedictione parentum expientur ab originali peccato taliter vt ſic decedentes credendum ſit fieri ſaluos 151
Et an ſit erroneum dicere Deum non poſſe de poteſtate abſoluta ſtatuere, vt quis ſine corde, aut cerebro viuat, item quod non poſſit animalia iuuare, & domui minanti ruinam ſubuenire. *ibid.*
Et quam cenſuram mereantur illi DD. negantes donationem factam à Conſtantino Eccleſiæ, ſeu Beato Syluestro, & eius ſucceſſoribus. *ibid.*
Et an ſit erroneum dicere Hiſtoriam alicuius ſancti ab Eccleſia receptam eſſe maioris auctoritatis, quam dicta Euangeliſtarum, vel quod Eccleſia habeat maiorem auctoritatem. *ibid.*
V. An iurans per membra Dei cenſendus ſit blaſphemus, & quid de iurantibus per Virginem Mariam Deique genitricem, per ſanctos Dei. *ibid.*
Vbi de quæſt. an Chriſtus legem Moſaycam

ſaycam obſeruauerit. *ibid.*
Et an aliquam cenſuram mereantur aſſerentes ſingulis hominibus ſingulos Angelos non eſſe deputatos. *ibid.*
Et an Papa ſit maior omni Eccleſia, ſeu poſſet ipſe ſolus definire controuerſias fidei. *ibid.*
An errare in ipſis definiendis, & morum, & euadere hæreticus. *ibid.*
VI. An ſit hæreticum dicere homines vel mulieres ſtriges ſtrigasve lamios, ſeu lamios, ſeu lamias *Brujos*, aut *Brujas*, nuncupatos rapi à Dæmone corporaliter, & trahi volentes, per varia terrarum ſpatia ad locum ludi, & introduci in domos alienas, vt ibi malum operentur. 159
Et qualiter contingat. *ibid.*
Et an ſit aſſertio temeraria dicere quod plures fœminæ ſaluantur quam viri. *ibid.*
Et an ſit hæreticus, qui aſſerit decimas non eſſe ſoluendas Epiſcopis, & clericis. *ibid.*
Et an ſit ſuſpectus de hæreſi grauia delicta perpetrans, vt homicidia, furta, & alia enormia, ſi ea ſit ſolitus committere. *ibid.*
VII. An qui tenet in diebus prohibitis poſſe carnes comedi præſumatur hæreticus. 161
Quid de eo, qui aſſerit ſingulis annis non eſſe confitenda peccata, nec fore neceſſarium in Paſcha communicari. *ibid.*
Et an ſit Hæreticus, qui licere aſſerit eodem tempore duas haberi poſſe vxores. *ibid.*
Quid de affirmante licere confeſſario pœnitentem abſentem abſoluere vel de abſoluente ſine ſufficienti poteſtate. *ibid.*
Vel de adminiſtrata moribundo. *ibid.*
Vel de ſumente in communione maiores vel plures hoſtias. *ibid.*
Seu de Presbytero ſine licentia proprij ordinarij pœnitentem audiente. *ibid.*
Seu de confeſſario frangente ſigillum. *ibid.*
Seu obligante pœnitentem, vt ſibi reuelet complicem. *ibid.*
Aut de ſacerdote audiente confeſſiones, ſed non abſoluente. *ibid.*
VIII. An Hæreticus ſit, qui male ſentit de ſacramentis Eccleſiæ. 164
An ſit hæreticus hoſtiam non conſecratam ſumens, dicens, ſic facere ex conſcientia, & ne aliis ſcandalum gignat. *ibid.*
Et an abſque infamia poſſit quis de hæreſi inquiri eo ipſo quod diſcedit à communi conuerſatione fidelium, circa, cultum diuinum, ſeu vt hæreticus puniendus veniat ab inquiſitoribus fidelis, qui toto vitæ ſuæ tempore, aut per plures annos, nec confeſſus fuit, nec ſacram Euchariſtiam ſumpſit, nec ieiunauit, &c. *ibid.*
Quid de Turcha habente rem carnalem cum fideli, aut è contra. *ibid.*
Et quid de affirmante non peccare aliquem, qui occidit aliquem de quo timet ipſum reuelaturum marito vxorem, qua occidens mechatur. *ibid.*
IX. An hæreticus ſit, qui aliter ſentit de articulis fidei, quam credit Romana Eccleſia. 166
An inquiſitores poſſint procedere contra proferentes propoſitiones ſcandaloſas, temerarias, & ſimiles. *ibid.*
Qualiter valeant procedere, & ſub qua praxi contra proferentes etiam hæreticos, ſiue ſuſpectos *ibid.*
Et an Eccleſia in qualificatione prædictarum, & aliarum præpoſitionum poſſet errare ſtatuendo verbi gratia, hanc propoſitionem eſſe erroneam, illam ſcandaloſam. *ibid.*
X. An negans propoſitionem Theologicam deductam ex vna de fide & alia euidenti lumine naturæ ſit hæreticus verus, vel præſumptus. 171
Et an opinio improbabilis differat à temeraria, & an inquiſitores ſi ſint Theologi valeant propoſitiones qualificare, & cenſurare. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. VIII. Sicut, hoc titulo.*

Qv.I. AN fautores hæreticorum defenſores receptatores, & credentes differant quoad modum,

& qui tales, ſeu quibus modis incurrant in hoc peccato. 173

An laudantes, & excuſantes hæreticos ſint de hæreſi ſuſpecti. *ibid.*

Et an Iudæi aliique infideles, quicumque fautores, & defenſores hæreticorum eorumque receptatores ab inquiſitoribus puniantur. *ibid.*

Et qui credentes dicantur cum differentia ab Hæreſiarcha, & ab hæretico. *ibid.*

Et qui proprie dicantur conuerſari cum hæreticis, vt pœna illos comprehendat. *ibid.*

II. An non reuelantes hæreticos puniendi ſint tanquam Fautores. 182

An alimenta præſtantes hæreticis, vel illis pecuniam mutuantes, vel inſtruentes hæreticos ad celandam veritatem, quando fuerint examinati, vel ad negandam hæreſim. *ibid.*

Et an fautores hæreticorum ſubiiciantur pœnis, licet effectus fauroriæ ſecutus non fuerit. *ibid.*

Vel ſi non conſtet de hæreſi illius de cuius fauore, defenſione, ſeu receptione agitur. *ibid.*

Et an teneantur hæretic. fautores, & defendentes ex alia cauſa, quam ex cauſa hæreſis. *ibid.*

III. An impedientes hæreticorum punitionem dicantur fautores, aut defenſores. 185

Et num idem ſit de impedientibus familiares inquiſitionis, ſiue eorundem inquiſitorum in armorum vſu. *ibid.*

Et quid de impedientibus ſanctum inquiſitionis officium in captura hæreticorum. *ibid.*

Quid de negligentibus in perſecutione, correctione, ſeu punitione illorum remiſſiue. *ibid.*

IV. An in locis hæreticorum liceat Catholicis adire templa hæreticorum eorumque concionibus, precibus, & ritibus ſuperſtitioſis intereſſe non vt falſam fidem profiteantur, ſed vt ſuo Principi obediant. 188

Et de iure ciuili qualiter puniantur audientes ſi obſeruent eorum conciones, ac documenta. *ibid.*

Et an conſolationem petentes in eorum infirmitate ab hæreticis per impoſitionem manus dicantur credentes hæreticorum. *ibid.*

Quid de nautis, cauponibus, & ſtabulariis receptantibus, vbi etiam de receptante Bannitum. *ibid.*

An qui relabitur in fautoriam iam de vehementi abiuratam, vel etiam aliam poſt tamen abiurationem de vehementi alterius fautoriæ ſit habendus pro relapſo. *ibid.*

V. An fautores, defenſores & Receptatores hæreticorum æqua pœna tam excommunicationis, confiſcationis, inhabilitatis ad officia, & beneficia, & in aliis pœnis debeant puniri vt hæretici. 192

Et num de iure ciuili ſint Banniendi, & relegandi cum publicatione honorum. *ibid.*

Et num aliquando ſub pœna arbitraria. *ibid.*

Et an debeant carere ſepultura Eccleſiaſtica, etiam ſicut hæretici. *ibid.*

Et an hæreticus non denunciatus abſque incurſione excommunicationis valeat in Eccleſia ſepeliri. *ibid.*

Vbi de illius pœnis remiſſiue. *ibid.*

VI. An fautores, defenſores, receptatores & credentes hæreticorum ſint pœna abiurationis puniendi, & ſub quo temperamento. 200

Quid de tortura. *ibid.*

An hæreticorum fautores defenſores, receptatores &c. incurrant irregularitatem ſicut hæretici ipſi. *ibid.*

Vbi quid de filiis hæreticorum, & fautorum, &c. remiſſiue. *ibid.*

Et qualiter confeſſarij ſe cum illis gerere debeant in foro pœnitentiali. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. IX. Ad abolendam.*

Qv. I. Relapſi an verè dicantur, qui poſt abiuratam hæreſim in illam deprehenſi ſint recidiſſe. 206

Et num tales ſæculari iudicio ſine vlla pœnitus audientia ſint relinquendi quantumuis pœniteant. *ibid.*

Vbi quæ requirantur ad hoc vt quis dicatur de hæreſi ſuſpectus, leuiter, vehementer, aut vehementiſſime. *ibid.*

Et an abiuratio fiat non ſolum ab hæretico formali, ſed etiam à ſuſpecto etiam leuiter. *ibid.*

Et

Et à quibus valeat abiuratio recipi, vbi de aliis. 206

II. An relapſus etiam dicatur qui poſtquam abiurauit certam, aut certas ſpecies hæreſis deinde in diuerſam aliam, ſeu diuerſas incidit. 216

Vbi qualiter abiuratio fiat vt ſic depoſitus reus abſolutionem mereatur. *ibid.*

Et an dicatur relapſus, qui poſtquam abiurauit ſchiſma iterum labitur in hæreſim. *ibid.*

Quid de ſortilego, qui abiurauit propter dæmonum inuocationem, & an relapſus dicatur, qui poſt purgationem incidit iterum in hæreſim. *ibid.*

Quid de illo, qui poſt abiuratam hæreſim hæreticum receptauit, vel defendit, & quid de relapſo in fautoriam poſt abiuratam aliam. *ibid.*

III. An ſi quis coram ſubdelegato ab inquiſitore, vti hæreticus abiuret ſi poſtea in eandem, vel aliam hæreſim reincidat habendus ſit pro relapſo, ſi non conſtet de ſubdelegatione iudicis coram, quo abiurauit. 221

Et an iudices laici poſtquam hæreticus impœnitens negatiuus, aut relapſus ipſis eſt relaxatus teneatur punire eum abſque vlla reuiſione proceſſus, & abſque vlla mora. *ibid.*

Et an pœnitentes negatiui dicantur idem quod pertinaces hæretici curiæ ſæculari tradendi, vt comburantur. *ibid.*

Et à qua die bona relapſi confiſcentur. *ibid.*

IV. An aliquis poſſit ſe ſub pœna relapſi obligare ad pœnitentiam peragendam. 228

Et an ex non obſeruantia pœnitentiæ impoſitæ ab inquiſitoribus oriatur hæreſis ſuſpicio. *ibid.*

Et an hæreticus ſponte comparens, & abiurans hæreſes ſi relabatur habendus ſit pro relapſo ad effectum tradendi eum brachio ſæculari. *ibid.*

Et an pertinax dicatur hæreticus, qui momento tantum temporis conſentiat opinioni fidei cõntrariæ. *ibid.*

Et an minor reconciliatus formaliter, ſi poſt relabitur, ſit pœna ordinaria puniendus. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. X. Vergentis hoc tit. in ipſo.*

Ad Textum, *In Cap. XI. Si aduerſus hoc titulo.*

QV. I. An aduocati admittantur in S. Inquiſitionis officio ad aduocandum pro incarceratis hæreſis libellos, & interrogatoria facientes. 230

Et an notarij ſiue procuratores, aut curatores vt pro eis aliquid agant iudicialiter, ſiue extraiudicialiter. *ibid.*

Et an ſub aliqua pœna infamiæ aduocantes, & notarij ſcribentes in fauorem hæreticorum. *ibid.*

Et quia in multis caſibus admittantur aduocati, ſub quo modo debeant officium aduocationis notariatus, ſiue procurationis exercere nonnulli referuntur. *ibid.*

Et quare aduocatus fiſcalis, è contra pro ſancto officio inquiſitionis in quolibet tribunali ſanctæ inquiſitionis; item, & in Concilio ſupremo creetur cum de pleno ſit in cauſis hæreticorum, & ſine figura iudicij procedendum. *ibid.*

II. Aduocatus, & Procurator pro Reo cum illo admittitur hæreticus ad defenſiones quibus debeant pollere vt iuſte aduocationis officium impertiatur. 236

Et an admittantur articuli tendentes ad defenſionem abſentium. *ibid.*

Et an valeat aduocatus pro hæretico incarcerato allegare innocentiam rei, minorem ætatem, aliaſve cauſas excuſantes illum à delicto, ſeu illud minuentes. *ibid.*

III. An ex repulſa teſtium ex recuſatione inquiſitoris, ſiue fiſcalis, ex præſcriptione temporis tranſacti, ex iuſſu ſuperioris ex amore, conſuetudine delinquendi, aliiſve de cauſis valeat incarceratus pro hæreſi ſe defendere excuſando hæreſim, ſeu pœnam ipſius ordinariam. 242

An ex bono euentu propoſitionis. *ibid.*

Et an poſſit reus in ſancto officio renunciare ſuis defenſionibus, ac debeant inquiſitores eo nonobſtante ex officio facere reo competentes. *ibid.*

An ex multitudine delinquentium minuatur hæreſis pœna quoad ſingulos, aut aboleatur. *ibid.*

An poſſint defenſiones denegari reo ante, vel poſt ſententiam. *ibid.*

Vel an in caſu, quo non declaret reus quales defenſiones ſit facturus. *ibid.*

Et quam ſententiam debeat inquiſitor proferre, & ſi reum ad ſe defendendum non admiſerit. *ibid.*

IV. An ſententia abſolutoria lata fauore vnius ex correis puta principalis, & mandatarij proſit mandanti, & conſultori. 249

Et an ſententia ſit nulla ex quo aduocati, & defenſores peterent terminum ad probandum pro reo ſi denegaretur, & quæ praxis in ſancto officio adſit circa admittendos reos ad probandum. *ibid.*

Et quo modo appellandum ſit in cauſa fidei. *ibid.*

Et an defenſiones prætextu alicuius iuris, aut conſuetudinis valeant tolli reis ſancti inquiſitionis. *ibid.*

Et an reus, qui non vult vt fiant pro ipſo defenſiones dicatur confeſſus, aut conuictus de delicto, quod negauit in proceſſu. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. XII. Cum ex iniuncto hoc titulo, & Cap. XIV. Sicut, & in §. Quia vero, Cap. Excommunicamus ſeq. hoc tit.*

Qv. I. An laici aſſumendo officium prædicandi ſint tanquam hæretici, ſeu ſuſpecti puniendi. 252

Et an conuenticula ſecreta facientes ad idem effectum. *ibid.*

An ſuperiores regulares poſſint concedere licentias vt in oratoriis ſuis prædicent laici. *ibid.*

Et num laicis permittatur diſputare de fide. *ibid.*

Et an poſſit Epiſcopus ſuſpendere cum condemnatione ad pœnam pecuniariam Theologum, qui dum publicè prædicaret, propoſitionem hæreticam, vel ſuſpectam prædicauit, & de praxi inquiſitorum in hac parte. *ibid.*

Et an licentia prædicandi religioſo data ſub ea conditione vt ante ſuſceptum Diaconatum prædicare non poſſit de iure ſit valida. *ibid.*

Et quid in hac parte de Ieſuitis adhuc non exiſtentibus in ſacris. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. XIII. Excommunicamus, hoc tit. in ipſo.*

In §. *Damnati huius textus.*

Ad §. *Qui autem huius textus.*

Qv. I. An qui ex crimine, aut ex cauſa ciuili præter cauſam fidei excommunicatus fuit, & permanſit vltra annum continue excommunicatus ſit vt hæreticus damnandus. 260

Et an dicatur permanere in excommunicatione ille, qui petiit abſolutionem, & obtinuit ſupplicationem ſignari. 260

An non expedita vbi de alio caſu. *ibid.*

Et an generaliter ita inſordeſcens in excommunicatione ſit de hæreſi ſuſpectus. *ibid.*

Et an hæc ſuſpicio ſit leuis, vehemens, & violenta. *ibid.*

II. An inquiſitores valeant ſine diſtinctione proceſſare, & iudicare inſordeſcentes per annum in excommunicatione. 263

Et an prius debeant moneri, atque citari vt proceſſus valeat: vbi de praxi, & de pœnis contra inſordeſcentes, & num comprehendant etiam fautores. *ibid.*

An abſolutio ab excommunicatione in foro conſcientiæ tollat inſordeſcentiæ effectum. *ibid.*

Et qualiter ſe debeant gerere confeſſarij cum exſordeſcentibus. *ibid.*

Ad Textum, *In §. moneantur, cum §. volumus huius textus.*

Qv. I. Domini temporales an ex officio ſine aliqua monitione, & requiſitione ab Eccleſia teneantur terram ab hæreticis expurgare, & ſub qua pœna. 268

Et an Epiſcopus negligens ſit deponendus abſque vlla præuia admonitione ſui ſuperioris. *ibid.*

Et an Domini temporales negligentes ſint ſuſpecti de hæreſi, dicanturque hæreticorum fautores. *ibid.*

An idem dicendum ſit de inquiſitoribus ad quos ſpecialis cognitio de hoc crimine ſpectat. *ibid.*

II. An inquiſitore poſſint procedere contra magiſtratus eorum mandatis non obedientes. 272

Et an tam Domini temporales, quam etiam rectores, & conſules debeant iurare quod Eccleſiam contra hæreticos adiuuabunt. *ibid.*

Et ſub qua pœna ſi recuſauerint; ac de formulario talis iuramenti. *ibid.*

Vbi quæ debeant facere rectores, & officiales vt non reputentur negligentes. *ibid.*

Et an ad id ad quod perſonæ publicæ teneantur etiam priuatæ. *ibid.*

Ad Textum, *In §. Catholici noſtri cap.*

Qv. I. AN ſicut Cruce ſignati familiares ſcilicet ſancti officij inquiſitionis gaudent indulgentiis, ac immunitate à iuriſdictione laica, ita, & alij miniſtri quales ſunt, notarij tam ſecreti, & alij extra, Theſaurarius, Carcerarius, aduocatus reorum, nuncius, & alij laici deſtinati pro officio ſanctæ inquiſitionis adiuuando, ac inſeruiendo. 277

Ad Textum, *In §. Credentes huius textus.*

Ad §. *Quia vero.*

Ad §. *Adiicimus huius textus.*

Ad §. *Fin. huius textus, ſub dicto §. Moneatur hoc tit.*

Ad Textum, *In Cap. XIV. Sicut in vno hoc titulo, dictum ſub Cap. Cum ex iniuncto XII. hoc tit.*

Ad Textum, *In Cap. XV. Excommunicamus hoc tit.*

Qv. I. AN Hæreſiarchæ abſque miſericordia, etiamſi conuerti velint pro prima vice tradendi ſint brachiu ſæculari, & eſto admittantur. 290

An idem contingat in hæreſiarcha, dogmatiſta, ſeu Magiſtro errorum ſi hæreſim prædicauerint. *ibid.*

Et an ſicut torturæ ſubiici ſolent rei in ſancto officio ſuper intentione, qui hæreticas aſſertiones protulerunt, idem practicandum ſit cum dogmatiſtis, ſeu hæreſiarchis, qui negauerunt ſe ſe hæreticam intentionem habuiſſe. *ibid.*

Et quibus ſignis de pœnitentia eorum vera conſtare debeat vt Epiſcopi, & inquiſitores iudices illos admittant benigne. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. XVI. Abſolutos fin. hoc titulo.*

Qv. I. AN ſicut morte alia delicta extinguuntur, ita & in crimine hæreſis tam quoad punitionem memoriæ defuncti, quam ad confiſcationem bonorum. 293

Et num detur locus præſcriptioni temporis. *ibid.*

Et an contra fautores, receptatores, defenſores, & credentes hæreticorum poſſint poſt mortem procedere inquiſitores, aut contra alios ſuſpectos tantum de hæreſi, vbi quid de memoria pœnitentis hæretici. *ibid.*

Et an ad defendendam memoriam illorum admittantur ſolum filij, & conſanguinei præmiſſa citatione, ſed etiam alij vbi de probatione requiſita, & ordine procedendi abſque ſententia. *ibid.*

AD TITVLVM

De Schiſmaticis, &c. Ad Rubricam.

QVÆST. I. AN ſchiſmatici ſint propriè ab Eccleſia diuiſi, etiamſi non habeant errorem in mente, & quod credant fidei articulis. 301

Et an ſint ſuſpecti de hæreſi. *ibid.*

Et an quæuis inobedientia erga Papam ſit

ſit ſchiſma; ſeu nolens recognoſcere Papam ſit ſchiſmaticus. *ibid.*
Et an dicatur ſchiſmaticus, qui ſe ſubtrahit ab obedientia Epiſcopi, vel ſui Prælati, ſeu inuadens Epiſcoporum ſedes. *ibid.*
Quid de procurante Concilium congregare contra voluntatem Papæ, vel fingens ſe Papam; ſeu non obſeruans ritus Romanæ Eccleſiæ, ſeu appellans ad futurum Concilium. *ibid.*
II. An Acephalus ſit ſchiſmaticus. 306
Et an ſchiſmaticus ad fidem rediens recipiatur ſicut hæreticus, & an poſſint cogi hæretici vt reuertantur ad Eccleſiam. *ibid.*
An Imperatores Reges, & Principes excuſentur à ſchiſma, vel illud excuſet ignorantia, aut multitudo delinquentium. *ibid.*
Et an aliam Eccleſiam aliumque Pontificem conſtituentes ſint verè ſchiſmatici. *ibid.*
Vel mouentes bellum contra Eccleſiam, aut Papam. *ibid.*
Et an ſchiſma ſit tam graue crimen, quam crimen idololatriæ, infidelitatis, & hæreſis. *ibid.*
III. An ſint ſchiſmatici ſtrictè, qui diuiſi ab vnitate Eccleſiæ Romanæ conantur ſuos Epiſcopos, & preſbyteros, & conſtitutiones facere, vel qui contemnunt Eccleſiæ Romanæ veras conſtitutiones. 309
An Antipapa ſit ſchiſmaticus eiiciaturque per verum Papam, vel ad quem ſpectet tollere ſchiſma, & qualiter, ſe debeat gerere confeſſarius cum ſchiſmatico. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. I. & Cap. II. hoc titulo.*

QV.I. An clericus ſchiſmaticus debear degradari, & abſque incorrigibilitate tradi curiæ ſæculari. 311
An ordinatus ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico incurrat ſuſpenſionem de qua in cap. cum clericus de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatum. *ibid.*
Et an conſuetudo immemoralis contra ſacros Canones à Græcis introducta durante ſchiſmate valida ſit. *ibid.*

Et an iurans obſeruare ſchiſma obligetur ratione iuramenti. *ibid.*
Et an corpora mortuorum ſepulta ab ſchiſmaticis ſint exhumanda. *ibid.*
II. An ordinationes, collationes beneficiorum, & aliarum dignitatum Eccleſiaſticarum ſint nullæ, & irritæ ab ſchiſmaticis, & alienationes ab eis factæ, & quid quoad ſacramenta. *ibid.*
Et an ab iſtis ordinati ab ordine ſuſcepto ſtatim repellantur. *ibid.*
Et an ſchiſmatici ſint infames, priuentur ab honoribus, & dignitatibus, inhabileſque reddantur ad alia obtinenda. *ibid.*
Et an ſchiſmaticus deponatur, & ſit caſus vt etiam pœna mortis valeat puniri ſicut hæreticus, vbi de pœna excommunicationis. confiſcationis, & aliarum reſolutiuè. *ibid.*
III. An geſta per Antipapam valida ſint, & an verus Papa durante ſchiſmate debeat renunciare Papatui. 318
Et quid de Antipapa inducente ſchiſma aduerſus verum Pontificem, ſeu Eccleſiam. *ibid.*
Et an ſchiſmaticus gaudeat immunitate Eccleſiæ. *ibid.*
Vbi quæ debeat abiurare ſchiſmaticus. *ibid.*
Et an electio ſchiſmatici valeat. *ibid.*
Et an ſchiſmaticus ſit irregularis. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. II. Fraternitati, & fin. hic ſub dicto Cap. I.*

AD TITVLVM

De Apoſtatis, & reiterantibus Baptiſmum, Ad Rubricam.

Ad Textum, *In Cap. I. Cap. III. & Cap. Fin. hoc titulo.*

QVÆST. I. An clericus dimittendo habitum, & tonſuram ſi eſſet in ſacris transferendo ſe ad habitum laicorum dicatur apoſtata à fide taliter

litet vt ſit puniendus ab inquiſitotibus ex cauſa fidei, aut ſit cognitio altetius iudicis Eccleſiaſtici, vbi quid ſi iſte, aut Monachus contrahant matrimonium. 324

Et an clerici in minoribus conſtituti idem faciendo ſint eodem metro, & ab eodem iudice puniendi. *ibid.*

Et quia ſic dimittens habitum excommunicatus eſt. *ibid.*

An ſi per annum perſiſtat contumax in reaſſumendo illum ſit ab inquiſitotibus fidei iudicandus. *ibid.*

Et an ſit ineligibilis. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. II. Ex litterarum, & Cap. IV.*

QV.I. AN Baptiſmum reiterantes ſint verè, & propriè apoſtatæ. 331

Et an Chtiſtianus ad Iudaiſmum tranſiens, ſeu titus diuerſos profitendo. *ibid.*

Quid de proficiſcente ad Sarracenos ex deſperatione, vel libidine. *ibid.*

Et quid de perſuadente aliquem ad apoſtatandum à fide. *ibid.*

Et an apoſtata verè dicatur is, qui dæmoni, vel idolis ſacrificia facit, vel de apoſtatante à fide coactè, aut per vim, ſeu metum. *ibid.*

Et quid de Iudæis factis Chtiſtianis ſi apoſtatantes à fide redeunt ad Iudaiſmum, Iudæorum ritus ſeruando. *ibid.*

Vbi de pœnis apoſtatatum, & in cauſis defunctorum. *ibid.*

Ad Textum, *In Cap. III. Tua & in Cap. V. à nobis.*

QV.I. AN clerici apoſtatæ propter dimiſſionem habitus poſſint cogi ad ſe compurgandum; item, & ad reaſſumendum illum per cenſuras Eccleſiaſticas, & incarcerationem. 341

Vbi an idem de Religioſis apoſtatis. *ibid.*

Et an Iudæi ſeu alij infideles ſi baptizati ad fidem conuerſi fuerint prioreſque ritus ſeruent compellendi ſint ad illos deſerendum, & obſeruandum Chriſtianæ Fidei ritus. *ibid.*

Ad Textum, *in Cap. III. Quidam hoc tit. ſub dicto Cap. Præced. in Rubrica, & Cap. I. & Cap. II.*

Ad Textum, *In Cap. V. A nobis hoc titulo ſub dicto, Cap. Tuæ III. hoc titulo quæſt. I.*

Ad Textum, *In Cap. VI. Conſultationi fin. hoc titulo.*

QV.I. QVare Monachus in apoſtaſia ordinatus non poſſit ſine diſpenſatione Papæ in ſuſcepto ordine miniſtrare cum reconciliatio ſuo abbati, & pœnitentia eum ſufficientet purgent, vbi qui dicantur apoſtatæ Religionis, ſeu itregularitatis. 342

Et quid de fugitiuo, ſeu eiecto à Religione ex cauſa iuſta. *ibid.*

II. An apoſtata dicatur Monachus, ſeu clericus, qui habitum non defert in cella, in balneis, ſeu alio ſimili loco ſecreto. 346

Et quid de Religioſo in longinquas partes proficiſcente. *ibid.*

Et an qui habitu dimiſſo pœnitens vult redire, debeat omnino Prælatus eum recipere, ſic vt ſi nollit cogatut. *ibid.*

Et an dicatur apoſtata, qui in aliam ingteditur laxiorem ſeu ſtrictiorem. *ibid.*

Et an ſit apoſtata, qui exit à Religione animo intrandi aliam. *ibid.*

Et quid de Monacho profeſſo, ſiue clerico in ſacris ducentibus vxorem. *ibid.*

III. An detur apoſtaſia obedientiæ, & quinam ſub ea includantur. 349

Et an ex paruitate materiæ excuſetut, quis à dimiſſione habitus. *ibid.*

Et an Religioſi dimittentes hibitum ad aliquam repræſentationem dicantur aliquo modo apoſtatæ, ſeu peccent. *ibid.*

Et

Et quid de illo, qui retento interius habitum ſæcularem induit, vt ſic incognitus incedat an pœnas incurrat. *ibid.*

Et an hodie virtute priuilegiorum poſſint regulares expellere Religioſos propter delictum graue ſemel perpetratum non obſtante decreto Vrbani VIII. vbi de Ieſuitis. *ibid.*

IV. An moniales exeuntes è ſuo monaſterio ſine licentia Prælati dicantur apoſtatæ, & eogendæ ſint ad redeundum ad monaſterium. 355

Et an dimittentes habitum Patres Societatis, Ieſu incidant, in pœnas, cap. II. vt periculoſa ne clerici vel Mon. *ibid.*

Et an eiecti à Religione, vel dimiſſi, à ſuperioribus Societatis Ieſu reincidant in irregularitatem ex defectu natalium ita vt non poſſint exercere ordines receptos, nec ad alios promoueri. *ibid.*

Quid de nouitiis cuiuſque Religionis. *ibid.*

An Epiſcopus Regularis, dimittens habitum, & aſſumendo illam albam, & candidam veſtem, quæ ab Epiſcopis exterius defertur, incurrat excommunicationem d. cap. vt periculoſa. *ibid.*

Quid de marito, qui vxore viuente ſine eius conſenſu ordinem ſuſcepit. *ibid.*

Et quid de Religioſis accedentibus ad quæcumque ſtudia non obtenta licentia Præfati. *ibid.*

Item, & de pœnis apoſtatarum à Religione, clericatu, ſeu obedientia. *ibid.*

Vbi de diſpenſatione. *ibid.*

ELENCHVS
IVRIVM, QVÆ IN HOC
volumine vera luce donantur, ac enucleantur.

De Iure Canonico.

Ex Decretalius.

A

CAPVT, Ad hæc de Iudæis verſiculo in eorum domibus, *in cap.* 1. *eodem titulo, quæſtione prima, numero vigeſimo ſeptimo.*

C.

Caput Clerici, de vita, & honeſtate elericorum, *in cap. fin. de ſchiſmaticis, quæſt.*2. *num.*2.

I

Caput Iudæi, de Iudæis, *in cap.* 1. *eodem tit. qu.*3. *num.*22.

M

Caput, Multorum de Iudæis, *in cap.* 1. *eodem tit. quæſt.*1. *num.*21.

Caput, Monachi de ſtatu monachorum, *in cap. ſi quis Epiſcopus* 5. *de hæreticis, qu.*1. *num.*17.

N

Caput Nonnulli de Iudæis, *in Rubrica eodem* 4. *qu.*3. *num.*18.

Caput, Niſi cum pridem de renunciatione, *in cap.* 1. *de ſchiſmaticis, qu.*3. *num.* 5.

S

Caput ſuper quodam de ſtatu Monachorum, *in cap. ſi quis Epiſcopus de hæreticis, quæſt.*1. *num.*17.

Ex Decreto.

A

CAPVT, Ad menſam, 11. *qu.* 3. *in cap.* 1. *de Iudæis, quæſt.* 1. *num.* 6.

Caput, Adiicimus, 16. *quæſt.*2. *in cap. ex iniuncto de hæreticis, quæſtione* 1. *num.* 30.

C

Caput, Conſtituit, 17. *quæſt.*4. *in cap. ex ſpeciali de Iudæis, quæſtione* 1. *numero* 27.

L

Caput, loquitur 24. *quæſt.* 3. *in Rubric. de ſchiſmaticis, qu.*1. *num.*13.

M

Caput, Moniales, 23. diſt. *in cap. fin. de ſchiſmaticis, qu.*2. *num.*2.

N

Caput, Nullus, 28. *quæſt.* 1. *in cap.* 1. *de Iudæis, qu.*1. *num.*3.

Caput, Neque, 28. diſt. *in cap. ſi quis Epiſcopus* 5. *de hæreticis, qu.*1. *n.*2.

Q Ca

Elenchus Iurium.

Q

Caput, Quia vero, *in gloſſ.* 24. *quæſt.* 1. *in cap. cum ſchiſmaticus de hæreticis, quæſt.* 9. *num.* 3.

S

Caput, Scire debes, 7. *quæſtione prima, in Rubrica de ſchiſmaticis, quæſtione* 1. *num.* 13.

Caput, Sicut ſocius, 32. *quæſtione* 4. *in cap. ex ſpeciali de Iudæis, quæſtione* 1. *num.* 27.

V

Caput, Vidua, 20. *quæſt.* 1. *in cap. fin. de ſchiſmaticis, quæſt.* 2. *num.* 2.

Ex Sexto.

P

CAPVT, Primo de hæreticis, *in cap. ad abolendam* 9. *eodem* 4. *quæſt.* 3. *num.* 10.

V

Caput, vt officium, §. *ſtatuimus de hæreticis, in cap. ex iniuncto* 12. *de hæreticis,* §. *moneantur, quæſtione* 2. *numero* 5.

Caput, vt periculoſa ne clerici vel Monachi, *in cap. fin. de ſchiſmaticis, qu.* 2. *num.* 2.

Ex Tridentino.

CAPVT, Tertio ſeſſ. 25. *in cap. excommunicamus de hæreticis,* §. *qui autem, quæſt.* 1. *num.* 2.

Ex Sacra pagina.

I

IOANNIS, 5. qui viderit, &c. *in cap. ſi quis Epiſcopus,* 5. *de hæreticis, quæſt.* 1. *num.* 16.

Ex Iure Ciuili.

Ex Digeſtis.

S

LEGE, Spadonum 15. §. iam autem digeſt. de excuſat. tutorum, *in cap. ex ſpeciali* 18. *de iudæis, quæſt.* 1. *num.* 24.

T

Lege tertia, §. fin. digeſt. de decurionibus, *in cap. ex ſpeciali* 18. *de Iudæis, quæſt.* 1. *num.* 22.

Ex Codice.

I

LEGE is, qui ſanctus verſ. quos etiam, e. de Apoſtatis, *in capite ex litterarum* 2. *de ſchiſmaticis, quæſt.* 1. *num.* 46.

N

Lege Nullus, C. de Iudæis, *in cap. ſicut Iudæi* 9. *de Iudæis, quæſtione* 1. *numero* 10.

Q

Lege, Quemadmodum, C. de Agricolis, & cenſitis, *in cap. multorum de Iudæis, quæſt.* 1. *num.* 10.

S

Lege, ſi non conuitij, C. de iniuriis, *in cap. ſi aduerſus* 11. *de hæreticis, qu.* 2. *numero* 21.

Elenchus Iurium.

Ex Authentica.

S

AVTHENTICA, Si vero C. de hæreticis, *in capite ex iniuncto duodecimo, de hæreticis, §. moneantur, quæſtione* 1. *numero* 2.

De Iure Regio.

Ex Iure Partitarum.

LEGE Sexta, titulo vigeſimo quarto, parte ſeptima, *in capite ex ſpeciali de Iudæis, quæſtione* 1. *numero* 32.

D. D. N I

D.D. NICOLAI RODRIGVEZ FERMOSINI, HISPANI, EPISCOPI ASTVRICENSIS:

TRACTATVS II. CRIMINALIVM, De Hæreſi, & Infidelitate.

AD TITVLVM, De Iudæis, Sarracenis, & eorum ſeruis.

SVMMARIVM

AD RVBRICAM

1 *Rubrica de Iudæis, & Sarracenis comprehendit Paganos, Agarenos, & gentiles alioſque infideles.*

2 *Iudæi ſunt qui vetus teſtamentum recipiunt, illudque ad literam ſeruant circumcidendo ſe, & alia legalia ad literam faciendo, dicti à* Iuda *duce, vel à* Tribu Iuda.

3 *Iudaorum gentes ſunt ipſi Iudæi, Hebræi, & Iſraelitæ, & à quo Iſraëlitæ, quos omnes vocamus Iudæos à perfidia Iudæ Iſcariotis.*

4 *Fide vera tria perſonarum genera carent; Iudæi qui poſt Chriſtum miſſum fidem amiſerunt, pagani ſub quo nomine gentiles, ſarraceni, & alij qui illam nunquam habuerunt.*

5 *Iudæi hæretici non ſunt, & ſi contra fidem ſentiant, & de differentia eorum, impropriè tamen tales dicuntur, vt num. 6.*

6 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis in vere Iudæos, qui nunquam Baptizati fuerunt non iudicant ex eo tantum, quod Iudæi ſunt, niſi in caſibus de quibus ſub num. 7.*

8 *Iudaica gens eſt indignior, & abominabilior cæteris gentibus, quæ ſui ratione expulſa à Catholicis Regibus.*

9 *Sarraceni, & Pagani dicuntur, qui nec vetus, nec nouum teſtamentum recipiunt, dicti à Sara, vel ab Agar, ancilla Abrahæ, & Matre Iſmaelis, illi ſentiunt, vel à Sarraca Vrbe.*

10 *Sarracenorum nomine intelliguntur omnes, qui Mahometicæ ſectæ inhærent, vt Turcæ, Tartari, Perſæ, Arabes, Ægypty, Africani, & Mauri.*

11 *Sarracenorum nomine intelliguntur etiã eorum fautores, oppugnantes Chriſtianos actu, vel habitu.*

12 *Paganus dicitur à Pago, eò quòd pagani ſeſe in pagis, & villis abſcondebant.*

13 *Iudæorum ſerui* remiſſiuè.

SVB hoc titulo, & Rubrica de infidelitate Iudæorum, Sarracenorum, Paganorum, & Agarenorum gentiliumque, poteſt agi, & quia ſub *tit. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica* dicta ſunt, ac de præceptis veteris legis, & qualiter obligarent inter Iudæos ſub *cap. tranſlato*

3. *de conſtitutionibus* itemque de alijs pluribus ceremonijs veteris legis Iudaïcæ ſub *tit. de purificatione* poſt partum, vbique dicerentur præcepta moralia, quæ iudicialia, quænam cæremonialia, & quænam iſtorum aduentu Euangelicæ legis ceſſarint, & quænam adhuc durent, & cuius leges virtute, nunc, qui ſint Iudæi Sarraceni, Pagani, & Agareni dicemus, vt habita diſtinctione inter ſectas eorum, apprehendi, ſub diſtinctione valeant ſectarum genera quatuor capitalia, ad quæ alia infidelitatis aliarum gentium reducantur.

2 Iudæi inquam dicuntur, & ſunt qui vetus teſtamentum recipiunt, & illud ad literam ſeruant circuncidendo ſe, & alia legalia ad literam faciendo, de quibus in proximè relatis locis; ſic dicti vel à Iuda Duce, vel ſecundum alios à Tribu Iuda, quæ inter eus erat Nobilior, & bellicoſior, & ex qua creabantur Duces, & Reges populi ſicut ex Tribu leui Sacerdos, iuxta etiam aliqua dicta ſub *d. cap. tranſlato*, ac ſub *tit. de tempor. ordination.*

3 Horum Iudæorum gentes ſunt ijdem Iudæi, Hebræi & Iſraëlitæ qui eiuſdem ſunt religionis veteris teſtamenti, & Iudæi vt communiter habetur, ac tradit nouiſſime Bordon. *de inquiſitione* dicti à *Iuda* quarto filio Iacob ex Lia, qui eſt caput generationis, Geneſis *cap 29. in fine, & cap. 35. ad finem*, & quod ſceptrum durauit vſque ad aduentum Meſſiæ, *cap. 49. n. 10.* Hebræi quidem vocantur à tranſitu Iſraël de Ægypto in terram promiſſionis & quod Iſraëlitæ dicuntur ab *Iſraël*, id eſt *Iacob* Patre prædicti Iudæ, qui Iacob à natiuitate vocatus à Deo poſt luctam nomen Iſraëlis accepit, *Geneſ. cap. 31. num. 28.* quod ſignificat *præualens Deo*: inquit enim Deus: ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis, quos omnes vſitatius nos catholici vocamus Iudæos à traditione, & perfidia Iudæ Iſcarariotis; quia poſt Chriſti aduentum omnes Hebræi tot ſunt Iudæi, qui
4 Chriſtum negant inſtar Iſcariotis. Notat inquam idem Bordon. *ſuprà de inquiſit. tit. 26. de Iudæis, & Paganis, & 2.* Tria eſſe perſonarum genera, quæ fide verâ carent: Hæretici de quibus *tit ſequenti* latè, Iudæi, qui poſt Chriſtum miſſum fidem amiſerunt nolentes credere illum eſſe verum Meſſiam promiſſum Sanctis Patribus antiquis. Et Pagani ſub quo nomine veniunt Gentiles, Sarraceni, Mahumetani, & ſimiles, qui nunquam militarunt ſub fide Chriſti venturi, qui, & ſolent vocari etiam Idololatræ; quia vnum Deum vt reliqui faciunt, non colunt, ſed plures inſipienter adorant.

Et quia poteſt confuſio eſſe, an Iudæi 5
ſint Hæretici, eò quòd Iudices inquiſitores Sanctæ Fidei contra eos cognoſcunt ac judicant, eorumque Iuriſdictio ſit præcipuè contra Iudæos ſtabilita; & ſupponendum quod Iudæi ſunt extra Eccleſiam Dei, vt patet ex Paulo *ad Corint. cap. 5. ibi quid enim mihi, de his qui foris ſunt judicare?* de quo & textus *in cap. gaudemus de diuerſ. in cap. multi 291.* ſicut latiſſimè probarunt Cardinal. Bellarmin. *lib. 3. cap. 3. controu. general. 3. tomoi* Ricciulus *de perſonis extra Eccleſiæ gremium exiſtentibus, lib. 2. cap. 1. per totum* videndi cum aliis; dicendum inquam eſt Iudæos, & ſi contra fidem ſentiant, attamen non eſſe hæreticos; quia vt quis hæreticus dicatur, requiritur quòd ſit Baptizatus januamque Eccleſiæ Catholicæ per Baptiſmum intrauerit, poſteaque diuiſus ab ea, vt latè dicitur ſub *titul. ſequenti de hæretic.* ſed non poteſt, nec debet dici ab Eccleſia Dei diuiſus, qui nunquam in ea fuit, vt dicebat Roxas *ſingul. fidei 37. num. 5. Clem. vnica de vſuris.* Gundiſalu. de Villald. *qu. 2.* in *princip.* Iacob. Simanc. *de Catholicis inſtitut. cap. 45. num. 8.* idem Roxas *de hæretic. par. 2. numer. 471.* Albertin in Rubrica *de hæretic. in 6. quæſt. num. 12.* cum infinitis Farinac. *de hæreſ. q. 186. num. 128. & in fragm. crimin. in ver. 6. Iudæus num. 655. p. 2.* Leonardus Duardus *ad Bullam Cœnæ Domini lib. 2. can. 1. q. 21. per tot.*

Sed licet, verè, & propriè Iudæi Hæ- 6
retici non ſunt; attamen negari non poterit, quin ſaltem impropriè, & largè vocari poſſint Hæretici vt dixerunt Ioan. Andræas *in cap. firmiſſimè de hæretic. num. 3.* Lopez *in Alleg. Hæreticalib.* impreſſis poſt repetitionem ad *cap. per veſtras de donation. inter vir & vxor. §. poſt medium, verſ. & hunc eſt*, Farin. *d. q. 178. num. 130.* qui alios citat, & Leonard. Duard. *Vbi ſuprà, num. 5.* Verum quia Iudęi, qui nunquam Baptizati fuerunt, extra Eccleſiam ſemper fuerint; euenit quòd dicti inquiſitores, contra hæreticam prauitatem nullam habeant Iuriſdictionem in Iudæos, ex eo tantum quod Iudæi ſunt, cùm vt ſic, non ſint verè hæretici, ita Bald. *in ſuo pulcherrimo conſ. 315. & conſ. 316.* Vbi Riueſcal. *in addit.* & Bald. ſequutus Decian. *in ſuis tract. Crimin. lib. 5. cap. 14. n. 2.* Carena *de offic. inquiſit. cap. 2. titul. 14. de Iudæis, &*

alijs

alijs infidelibus §.1. *& ibi num.* 4. Farinac. cum alijs multis *in fragm. crim. p.* 2. *in ver. 6. Iudæus n.* 655.

7 Sed an in aliquibus caſibus ipſi, & Sarraceni valcant puniri, vel ab Inquiſitoribus, aut à Principibus Chriſtianis *infrà* dicemus, de quibus tamen cognoſcit Sanctum Tribunal inquiſitionis; ſunt nempe illi, qui cum accepiſſent Sanctum Sacramentum Baptiſmi in quo fidem Chriſti profeſſi fuerunt, poſtea fidem ſanctam abnegando, legem Moyſis profitentur, ac obſeruant, qui tunc hæretici etiam dicuntur, eò quòd à fide diuerterunt ſicut illi, cum ea differentia, quòd hæretici propriè dicuntur, qui adhuc fidem Chriſti habentes, negant Euangelicæ legis dicta, Iudæi inquam, quia omnino ſe ſeparando à fide Chriſtiana, in illam omnino inuehuntur negantes Chiſtum Dominum verum Meſſiam veniſſe, paſſum, & reſurrectum, &c. contra quos D. Inquiſitores procedunt vt contra plus perfidos hæreticos quam alij: idem Bordan. *ſup. tit.* 25. *ſub num.* 4. Ricauel *ſupra lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 62.

8 Quapropter antequam talium Iudæorum materiam pertractemus, notandum eſt quod in toto orbe terrarum, non reperitur gens indignior, infamior, & abominabilior, quàm gens Iudæorum vt tale probarunt Bobadilla *in ſua politica libr.* 1. *capit.* 4 *de linaje del Corregidor*, & Caſtillus *deciſion. Regni Sicil.* 107. *à numer.* 47. & ob id Iuſtiſſime fuerit à Catholicis, & Potentiſſimis Regibus noſtris ab omnibus Regnis ſuis expulſa, iuxta ea quæ tradiderunt Theologi *in* 2. 2. in materia *de fide*, ſed præcipuè Gammachæus Doctor Sirbenicus *q.* 10. *de infidelitate cap.* 3. *concluſ.* 2. Cauſas autem expulſionis prædictæ, & eius modum narrant longè Pegna videndus *in ſuo manuſcripto tractat. de tempore gratiæ cap.* 23. Paſchal. *de patria poteſt.* 1. *p. capit.* 7. *an.* 25. Mag. Gil. Gonzalez de Avila *in ſuo libro ſcripto theatro de las grandezas de la Villa de Madrid. lib.* 1. *fol.* 89. *in Rubrica expulſion. de los Moreſcos anno* 1610.

9 Sarraceni verò, qui etiam, & pagani vocantur *in cap. quamſit* 10. *& cap. ex ſpectali* 18. dicuntur qui nec vetus, nec nouum teſtamentum recipiunt, dicti à Sara vxore Abrahæ, quamquam ab Agar ancilla Abrahæ, & Matre Iſmaëlis originem ſuam traxiſſe dicantur, *in cap. recurrant. & in cap. dixit Sara.* 32. *quæſt.* 4. Vnde Agareni dicendi eſſent; Verum ne viderentur ex ancilla deſcendere, mendaciter finxerunt ſe à Sara originem ducere, vt hoc modo ignuminiam declinarent, & talem generis ſui labem tegerent; Alij aliunde originem petunt, ſcilicet à Sarraça Vrbe Arabiæ. Trullench. *infra*; de quo ſunt videndi Couar. *libr.* 4. *ver. Reſol. cap.* 9. Baet. Epineu. *de Iure Sacr. libr.* 4. *n.* 162. Azor *p.* 1. *inſtit. Moral. lib.* 8. *cap.* 23.

Nomineque Sarracenorum intelligun- 10
tur omnes, qui impiè atque nefariè Mahometicæ ſectæ inhærent, ſiue ſint Turcæ, Tartari, ſiue Perſæ ſiue, Arabes, ſiue Ægyptij, Africani, & Mauri, aut cuiuſcumque Nationis exiſtant, de quibus poſt Azor, & alios Ægidius Trullench. *in præcepta Decalogi, p.* 1. *lib.* 7. *capite tertio, dubio* 21. *ex numero primo, & numero ſexto.* Vbi cum eodem Azor *dict. libro octauo capite* 23. *quæſtion.* 4. addit
nomine Sarracenorum intelligi etiam 11
prædictorum fautores, quatenus tales ſunt, hoc eſt, quatenus Chriſtianiſmum oppugnant, & quòd non ſolum comprehenduntur Sarraceni, qui actu Chriſtianos impugnant; ſed etiam, qui habitu, id eſt, qui oblata occaſione eos oppugnare ſolent, vt bene aduertit idem Azor *dicta quæſtion.* 4. & ambo addunt per alios Chriſtiani nominis inimicos inteligi Iudæos, & Paganos, per Hæreticos autem intelligi ſulùm hæreticos, qui, vt tales lata ſententia à Romano Pontifice non ſunt declarati.

Paganus enim dicitur à Pago; quia 12
olim gentiles, dum ab Imperatoribus Catholicis oppugnabantur, ſeſe in villis, & pagis abſcondebant, vt ſuos falſos Deos colerent, & venerarentur, indéque Paganus, & Gentiles idem ſint: Azor *diſp. Tom. prim. libro octauo, capite vigeſimo quarto quæſtione prima*, Trullench. *dicto libro primo cap.* 3. *dub.* 19. *num.* 1. dicentes paganum dici, qui contrariatur fidei quam nullo modo ſuſceperat, alia inquam de ſingulis ſub Rubro adducentur.

Ad aliam Rubricæ partem, *& eorum ſeruis*; quia etiam ſub Rubro plura attinguntur, & adiungendo huc quæ DD. pertractant ſub *titul. de coniugio ſeruorum*, & quæ nos latiſſimè diximus de officijs, & Sacris Eccleſiæ de ſeruis ordinandis, vel non, *ibi* de omni genere ſeruorum ab

antiquitate deſcripto: ideo quia etiam hic ſub Rubro multis in capitibus de ſeruis fiat mentio, item & de illis, qui dicebantur adſcriptitij, & originarij de quibus in *cap.2*; ideo ad dicta cum diſtinctione vbi longiſſimè dixi recurres, non hic repetenda. Alia de hac Rubrica præter ordinarios congerunt Riccius *collect.* 434. & Scortia *in conſtit. Pontif.* diuerſis in partibus, vbi *epiſt.* 27. *theor.* 3. Marquardus de Suſanis, Dominicus Garcia *tract. contra Iudæos* Riccius longè jam *ſuprà*, Farin. *ſup. in frag. lib.* 1. *p.* 2. *à num.* 603. Azor *ſup. lib.* 8. *à cap.* 22. *tract.* 22. *cap.* 5. plures alios adducit Barboſa *hic*, *num.* 1. & 2. cum infinitis tractat Leander *ſub præcepto primo Decalogi, tract.* 2. *à diſp.* 1. 2. 3. 4. & 5 plures reſolutiones congerés præcipuè ſub *diſp.* 1. §. 1. 2. & 3. ideo illum leges pręter à nobis relatos *infrà.* Et in *tit de hæreticis* cum Ouiedo, Arriaga, Lorca, Becano, Caſtro Palao, Fagundez & alijs.

QVÆSTIO I.

An infidelitas paganorum aliorumque huius generis iufidelium ſit peccatum? Quid de operibus? An Sarracenorum Paganorum, & Iudæorum Filij ſint irregulares. Et an Iudæi compellendi ſint, domus parietes tapetibus ornare cum publice defertur Euchariſtia, & de alijs? An inquiſitores poſſint punire Iudæos, Mauros, alioſque infideles.

SVMMARIVM.

1 *Vitia fidei contraria generali infidelitatis nomine comprehenduntur.*

2 *Infidelitas eſt peccatum generale ad omnia vitia, & peccata, quæ fidei opponuntur.*

3 *Infidelitas eſt duplex, purè negatiua, & carentia fidei, altera contraria in eo qui de ea audiuit. Vel tenuit aliquando ea quæ contempſit de qua dicitur eſſe peccatum, non ſic in negatiua purè vt num. 6.*

4 *Chriſtus quibus prædicatus non eſt, habent excuſationem, non de omni peccato, ſed eò quòd in Chriſtum non crediderunt.*

5 *Infidelitas contraria opponitur fidei in tres ſpecies, in hæreſim nempe, Iudaiſmum & paganiſmum.*

6 *Infidelitas contraria eſt grauiſſimum peccatum, ſecundùm obtinentem locum poſt Dei odium.*

7 *Infideles ſtatim, ac ipſis proponitur Euangelium non tenentur credere, donec fides exemplis, & doctrina declaretur. &c.*

8 *Infidelium opera omnia non ſunt peccata cum plura in genere moris ſint bona, vt exemplificatur ibid.*

9 *Filij Iudæorum non ſunt irregulares Remiſſiue.*

10 *Iudæi, ſi habitant mixturatim inter domos Chriſtianorum tenentur ornare tapetibus feneſtras, & calles cum pertranſit Sacra Euchariſtia vt 15. ſecus ſi in diſtincto vico: & num. 10. & de diſtinctione numer. 15. & numero 18.*

11 *Infideles non afficiunt ſtatuta, & ordinationes factæ circa ea quæ cultum diuinum reſpiciunt niſi vt n. 12.*

12 *Iudæis prohibetur diebus Hebdomadæ Sanctæ, vt in publico compareant, aut feneſtras, vel portas teneant apertas; eoſque comprehendit decretum de obſeruantia feſtorum, ſi ſpecificè cum eis loquatur: num. 13.*

14 *Iudæi tolerandi non ſunt in his quæ tendunt ad opprobium illius, qui probra noſtra deleuit.*

15 *Iudæi quoad actionem materialem ornādi tapetibus feneſtras, poſſunt compelli, non ſic ad adorandam Euchariſtiam, quæ defertur, vt compelluntur apud aliquot verrere viam, dum tranſit Euchariſtia n. 16. & n. 17. ibi de ratione etiam n. 18.*

Galli ordinarunt vt omnes cuiuſcumque religionis obſeruarent dies feſtos à Sancta Catholica, & Romana Eccleſia indictos, aliàs vt poſſent puniri.

Inquiſitores ſolo Iure Canonico multis in caſibus poſſunt punire Iudæos, & Sarracenos priuando eos cōmercio Chriſtianorum, & caſus refertur Laconice ſub numero 20. 21. 22.

AD primam quæſtionis partem ſub diſtinctione credimus reſpondendum ex communiſſima Doctorum ſententia cum S. Thom. 2. 2. q. 10. *art.* 1. omnia vitia fidei contraria generali infidelitatis nomine comprehendi, ita vt infidelitas ſit peccatum generale, & commune ad omnia 1 2

nia vitia ; & peccata quæ fidei opponuntur.

3 Et quia à Doctoribus duplex infidelitas proponitur, altera purè negatiua, altera verò contraria & quod purè negatiua ſit carentia fidei in eo qui nihil vnquam de ea audiuit, ſiue ſit puer, ſiue adultus: infidelitas contraria ſit carentia fidei in eis, qui audiuerunt de fide vel illam ſuſceperunt, ſed tamen vel contemnunt illam, vel contradicunt, vt ſunt hæretici, Turcæ, Iudæi, & multi Gentiles, quibus Fides Chriſtiana ſufficienter promulgata eſt, & de hac vltima intelligi dicimus infidelitatem, quæ dicitur fidei vitium oppoſitum, quæ apud omnes conſtat & ex ſe eſt peccatum, non verò de infidelitate purè negatiua ; quia hæc in adultis infidelibus, qui nullam fidei cognitionem habent, & illius habent ignorantiam inuincibilem, non eſt peccatum ſic, vt neque propter eam condemnabuntur, ſed propter alia peccata : ita Theologi ex Diuo Thoma 2. 2. *d.q.*10. *art.* 1. Valentia *ibi d. q.* 10. *artic.* 1. *diſput.* 1. *p.* 1. Becan. *in ſumma Theologica p.* 1. *cap* 12. *q.* 1. & alij multi quos citat, & ſequitur Vazquez *l.* 2. *diſp.* 120. *cap* 3. colligentes ex illo Ioann. 15. *&* 22. *ſi non veniſſem, & loquutus fuiſſem eis peccatum non haberent : nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.*

4 Quod inquam D. Auguſtin. declarat de peccato infidelitatis, dicens eos quibus Chriſtus prædicatus non eſt habere excuſationem, non de omni peccato, ſed de hoc peccato quòd in Chriſtum non crediderunt, at ſi infidelitas in eo qui inuincibiliter ignorat fidem, non ſit peccatum, ſit tamen peccati pœna, docet Sanct. Th. *d.* 2. 2. *q.* 10. *art.* 1. *ſuprà*, in pueris quidem peccati originalis ; in adultis, ea ſit pœna peccati actualis ; quia non faciunt quod in ſe eſt : etenim ſi id facerent, Deus paulatim perduceret eos ad fidem, de quo eſt videndus D. Auguſtin *Epiſt.* 105. *ad Sixtum tom.* 2. *pag.* 178. & idem D. Thom. *ſup. art.* 5. Suarez *de fide diſp.* 16. *ſect.* 4. *diſp.* 18. *dub.* 6. Bonàcina *diſput* 3 *q* 2. *puncto* 1. *n.* 2. Caſtrò Palao *de infidelit. tract* 4 *par.* 1. *n.* 2. Egid. Trullench *in præcep. Decalog. d. l.* 1. *c.* 2. *dub.* 1. *à n.* 1. *&* 4.

5 Et alij DD. communiter diuidendo infidelitatem contrariam, quæ opponitur fidei in tres ſpecies, nempe in hæreſim, Iudaiſmum, & paganiſmum ; quia infidelitas vel poteſt impugnare fidem nondum receptam, & tunc ſit paganiſmus, vel fidem ſuſceptam in Baptiſmo, & in veritate, & tunc ſit hæreſis, & de Iudaiſmo hic.

6 Quibus ſuppoſitis reſpondetur ad dubium primę difficultatis infidelitatem negatiuam non eſſe peccatum ; quia ignorantia inuincibilis eos à peccato infidelitatis excuſat: Syluester *verb.* 6. *infidelitas*, & communiter DD. at verò infidelitatem poſitiuam ſiue contrariam eſſe grauiſſimum peccatum ſecundùm obtinentem locum, poſt Dei odium quod eſt omnium grauiſſimum, vt de ſe patet, cùm infidelitas opponatur fidei, quæ ſecundum locum habet poſt Charitatem omnium virtutum præcipuam, cui aduerſatur Dei odium : Ledeſma *in tract. de fide, cap.* 5. *concluſ.* 2. *&* 9. Vbi aſſerit infidelitatem in grauitate malitiæ obtinere ſecundum locum, poſt Dei odium, ex S. Thom. 2. 2. *d.q.* 10. *art.* 3 & Ægidius Trullench. 7 *ſuprà lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 19. *num.* 2. addit quòd non tenentur infideles ſtatim ac ipſis proponitur Euangelium, credere, ſed poſtquam ſufficienter proponitur, hoc eſt, donec fides exemplis & doctrina declaretur, & miraculis, ac ſanguine Martyrum confirmetur, vt antea dixit *ſub cap.* 1. *d. lib.* 1. *dubio* 1. *dicto* 4. *& dubio* 6. *dicto* 1. & quod ea quidem infidelitas quæ ex hæreſi ſit grauiſſimum peccatum dicit D. Thom. 2. 2. *d. qu.* 10. *art.* 8. ex illo Ioann. 3. *verſ* 18. vbi, *qui non credit, iam iudicatus eſt* : Et Marc. *vlt. ver.* 16. vbi ; *qui verò non crediderit condemnabitur* Trullench. *ſup. d cap.* 2. *dub.* 101. *ſub n.* 4.

8 Ad aliam difficultatis huius partem, cùm ſoleant interrogare DD. an omnia opera infidelium ſint peccata, & latè diſcutiat Azor *d. tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 8. *quæſt.* 14. *cap.* 25 ego cum eo, & Suarez *de fide, q.* 19. *diſp.* 17 *ſect.* 3. Caſtro Palau *de infidelitate tract* 4. *diſp.* 2. *puncto* 3. *n* 2. Trullench. *d. cap.* 3. *dubio* 19 *n.* 8 Ledeſma *tract.* 1. *de fide, cap.* 5 *concluſ.* 9 & cum D. Thom. 22. *q.* 9. *art.* 4. & aliis communiter reſpondeo negatiue ; quia multa præſtare poſſunt, & præſtant quæ in genere moris, & virtutis bona ſunt, vt ſi parentes venerantur indigentibus opitulantur, pacta ſeruant, promiſſa exoluunt, depoſita reddunt, & aliena reſtituunt. Etenim abſurdum videretur dicere talia facientes peccare mortaliter, & ob id iram Dei iram mereri ; quidquid namque honeſtè ſit, hoc eſt virtutis cauſa, ſtudio, & amore, eo ipſo in Deum tacitè, & impliciter refertur ; ſed dicunt hæc opera moralia inde eſſe meritoria vitæ æternæ ; quia ad meritum requiritur

gratia quam infideles vt ſic, habere non poſſunt.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, an Sarracenorum, Paganorum, & Iudæorum filij ſint irregulares; quia dixi ad *cap. vergentes, de Hæreticis, alleg. 49. ex numer. 7. verſ. ad tertiam:* ideo ad *ibi* dicta te remittimus.

10 Ad tertiam quæſtionis partem, an Iudæi compellendi ſint, domus parietes tapetibus ornare, cum publicè defertur Euchariſtia, & de alijs in hac quæſtione, pro negatiua ſententia, probant multa primo; quia ex quo Iudæi permiſſi ſint inter Chriſtianos cohabitare, non eſt cur debeant ac poſſint turbari in obſeruantia legis Moyſi, vt per plures caſus explicat Cyriacus *contr. d. 241. per totam;* & quia cùm habeatur ex ordinatione Sacræ Coog. Ritus prohibitio vt deferatur Sanctiſſima Euchariſtia per loca, & plateas, in quibus habitant, vt retulit Barboſa *in tract. de Epiſt. cap. 20. alleg. 22. n. 4. & in tract. de offic. & poteſt Parrochi, cap. 20. numer. 33. & in Deciſ. Apoſtol. collect. 405. num. 8.* & ſit certum quod in ſpiritualibus cõcernentibus fauorem animarum Iudæi non ligantur legibus canonicis, nec in ſacramentalibus; quia de eorum anima non curamus cùm ipſi non curent: *cap gaudeamus, de diuerſ.* Tuſchus *lib. 1. concluſ. 368. num. 1. & concluſ. 369. num. 24. & 27.* Farinac. *in fragm. verſ. 6. Iudæi numero 639.* Viuian. *capit. in 392. numero 3.* ſequitur vt nec ad propoſitum in quæſtione poſſint obligari.

11 Adhuc verò exiſtimamus dicendum cum diſtinctione, quòd ſi Iudæi inhabitant mixturatim inter domos Chriſtianorum poſſint compelli quemadmodum Chriſtiani domus, ſeu feneſtrarum ſuarum parietes tapetibus ornare, quando Sanctiſſima Euchariſtia defertur, proceſſionaliter per ciuitatem, aut populum, transeundo ante domos, quas Iudæi inhabitant; quia licet ſtatuta, & ordinationes factæ circa ea quæ cultum diuinum reſpiciunt non afficiant infideles *l. ſpadonum 17. §. conſtitutiones & §. jam autem* ibi dicitur: *conſtitutiones ſine moleſtia in his ſolis iubere eſſe Iudæos per quæ cultus diuinus inquinari videtur, ff. de excuſ. tit. & l. 3. §. fin. ff. de Decurion.* vbi deciditur neceſſitatem Iudæis imponere conſtitutiones; ita tamen vt ſuperſtitio eorum non lædatur.

12 Sed ſic eſt, quòd quando conſtitutio aliquid ſpecialiter mandat fieri per Iudæus, tenentur obedire ne per contemptum, & inobſeruantiam tales ordinationes videantur illudere Chriſtianis: *cap. quia, & cap. in nonnullis §. diebus, hoc tit.* vbi prohibetur Iudæis diebus hebdomadæ ſanctæ, vt in publico compareant, aut feneſtras vel portas teneant apertas.

Et ſimiliter decretum de obſeruantia 13
feſtorum comprehendit Iudæos, quando de ipſis fit ſpecifica mentio in ipſo: Ricciolus *in tract. de perſ. extra grem. Eccleſ. exiſtent. cap. 8. num. 2. & 3.* Bertachin. *in tract. de Gabell. p. 7. q. 17. num. 38. & 39.* cumque certum ſit ex *d. cap. in nonnullis §. illud autem.*

Iudæos tolerandos non eſſe in his, quæ 14
tendunt ad opprobrium illius, qui probra noſtra deleuit, & ex eo præcipuè; quia vt dixit Pontifex in *cap. & ſi Iudæos hoc tit.* Ricaul. *lib. 8. cap. 18. num. 2. & 3.* nobis fidelibus eſſet quidem verendum, ne diuinam indignationem incurreremus, ſi ea fieri pateremur quæ fidei noſtræ confuſionem inducerent.

Ex quibus videtur ad propoſitum in 15
quæſtione, poſſe compelli Iudæos: etenim in illa actione tapetibus domus parietes exteriores ornandi duo conſiderari; nempe materiam, & actionem ipſam materialem; ſecundò formalem intentionem honorandi Sanctiſſimum Sacramentum, & quamvis reſpectu huius ſecundi capitis Iudæi non debeant cogi ad adorandam, & honorandam Sanctiſſimam Euchariſtiam; quia hoc eſſet contrarium legi, qua ipſa tolerat ſummus Pontifex & *contr. d. l. 3. § fin. ff. de decurion.* & eſſet contra alia jam allegata; ſed quoad ipſam actionẽ materialem non ſic dicerentur Iudæos legi ſuæ contrauenire; quia nemo impedit, quin ipſi Iudæi mediante pecunia hoc opus per interpoſitas Chriſtianorum perſonas exercere poſſint: ſicut aliquibus in
locis coguntur verrere viam ante pala- 16
tium, vbi tranſire debet ipſa Sanctiſſima Euchariſtia, quod ipſi Hæbræi per ſe non exercent, ſed per Chriſtianos, quorum opera locant, tum etiam, quia cùm actio illa domus taperibus ornandi ſit indifferens ex ſe, nec ſit actio honoris, & reuerentiæ erga Chriſtum Dominum, niſi quatenus ad id dirigitur ex intentione operantis, non poterit dici, quòd Iudæi cogantur ex hoc violare legem ſuam; quia non coguntur ad aliquem actum internum honoris, & reuerentiæ erga Sanctiſſimum Sacramentum, cùm ſola cauſa, & intentio ornantis reddat actionem illam bonam inter Chriſtianos, & malam inter

Iudæos

Iudæns; Actus autem internus honoris nõ dependet à voluntare præcipientis hominis, ſed à mera voluntate, & libero arbitrio operantis qood excedit omnem humanam voluntatem ex adductis per Sanchez *lib. 1. in præcepta Decalogi cap. 7. n. 8. & lib. 6. cap. 2 n. 6.*

17 Quod apertè comprobatur ex illa lege, & mandato apud Gallos, vbi Regia conſtitutiooe ordinatum eſt, vt omucs cuiuſcumque religinnis teneantur obſeruare dies feſtos à Sancta Catholica, & Romana Eceleſia indictos, ſic vr nec poſſint illis diebus laborare, vendere, vel apothécas publice apertas tenere vr habetur inter ordinationes Regias apud Theuen. *l. 1. de ſtat. Eccleſiaſt. tit. 11. art. 5. En la conferance des ordounauces Royaux lib. 1. tit. 1. art. 2. & ex d. cap. in nonnullis §. illud autem, & d. cap. & ſi Iudæi*, & ex alijs infrà dicendis, ratione quorum Iudæi poſſunt puniri, vel ab inquiſitoribus, ſeu à Iudicibus laïcis propter offendiculum, & ſcandalum quod inueheretur in Chriſtianos, & ita in terminis diſputans docet Franc. Tondutus *quæſt.... & reſol. benefic. 1. p. cap. 48. præ apud à num. 9. à d. 15.* qui conſultò

18 & bene, *ibi n. 16.* reſpondet ad contraria pro alia opiuione Iudæorum adducta, dicendo Iudæos oon turbari in exercitio eorum ſuperſtitionis; quia non ibi coguntur ad aliquem actum cultus exterioris, aut interioris erga Sanctiſſimum Sacramentum, ſed ad actum quemdam, qui ex ſe eſt indiffereos, qui nec recipir booitatem nec malitiam niſi ex intentione operantis, & ad ordinationes Sacr. Congr. rituum eos ſolum locum habere, ſi deferatur Sanctiſſima Euchariſtia proceſſionaliter per loca & calles, quas ſolùm Iudæi inhabitant, quæ non loquitur de caſu hic dubitato, & ad vltimum, quod hic non tractatur de ſpiritualibus, ſed de quodam Actu exteriori, qoi de ſe indifferens eſt, & qui ſecundùm intentionem habet; vt dictum eſt, bonitatem, aut malitiam; non enim ait Tondutus, hic Iudæi obligantur & coguntur ad violandam ſuam legem, ſicut quando coguntur ad audiendam prædicationem Verbi Dei, vt ante Tondutum dixit Ricciulns, cum alijs *d. lib. 2. capite 37. de perſon. exiſt. extra grem. Eccleſ.*

19 Ad quartam quæſtionis partem, ſecluſis Pontificijs conſtitutionibus, & ſolo Iure Canonico, multis in caſibus poſſe Inquiſitores punire Iudæos, & Sarracenos, ſic probãt Eymeric. latiſſimè *in directʼ. inquiſit. p. 2. q. 46. per totam*, Locotus *in Repert. Inquiſit.* Comenſ. *in lucerna inquiſit.* omnes *in verbo Iudæos*, Pegna *in comment. d. quæſt. 46.* Roxas *de Hæreſi. p. 2. num. 552.* cum alijs Farinac. *in fragan. ver. 6. Iudæus p. 2. à n. 657.* Deciau. *ſup. cap. 14. n. 2.* Azeuedo *in l. 1. lib. 8. tit. 3. Recopil. à n. 20. & 23.* vbi quid licet Inquiſitor non poſſit Iudæis pœnas ſpirituales, & penitentiales imponere, ſicuti Chriſtianis poſſit, tamen priuare eos commercio Chriſtianorum præcipiendo Chriſtianis, ne cum Iodæis tractent, & eos carcere, & pœnis pecuniarijs, & publicis verberibus, & ſimilibus pœnis coercere, docent etiam Diana *p. 4. tract. 7. reſ. 2.*, Carena *de offic. inquiſit. p. 2. de Iudæis tit. 14. 24 n. 44.* Bordon. *eodem tit. 25. n. 12.* recenſentes caſus, qui continentur *in Bulla Greg. 13. antiqua Iudæorum* quæ fuit edita anoo 1581. in qua non ſolùm contra Iudæos, ſed etiam Mauros alioſque infideles non Baptizatos

Et ne loogè agamus io eis cenſendis *in* 20
§. 2. Summus Pontifex, vt puniantur ab inquiſitoribus Iudæi, & infideles negantes quæ habent communia circa fidem cum Chriſtianis vt Deum verum, vnum, æternum omnipotentem, Creatorem omnium eſſe, aut id alicui etiam priuatim inſinuantes, & *in* 83. Dæmones inuocantes; conſulentes, eis immolantes, vel thus, & fumigarionem offerentes, & in §. *verbo facto* exemplo alioue modo nefaria huiuſmodi docentes Chriſtianos, vel adeo perducere tentanres, & *in* §. 5. Chriſtum purum hominem aot peccatorem, Deiue Matrem non Virginem, ſimileſue blaſphemias proferentes, & *in* §. 6. auxilio, Conſilio opere fauore Chriſtianum à fide ad impias ſectas, ſuperſtitiriones, aut hæreſim ſolicitantes, & in §. 7. aliqoem à Fide vel Baptiſmo poſt eius declaratam nutu, verbo, facto, aut alio quocomque modo voluntatem detrahentes dehortantes, impedientes quouis modo, & in §. 8. Hæreticos apoſtataſvè ſcienter receptantes, alenres commeatu iuuantes aſſociantes, deducentes, vel deducendos, & aſſociandos curantes, defendentes, & quomodolibet auxilium, & conſilium, fauorem deferentes, vel fauentes, ne ab eis perpetrata inueſtigari queant, & *in* §. 9. prohibitos libros deferentes, retineotes, aut diuulgantes, vel ad eam rem operam ſuam conferentes: & in §. 10. deriſioni habentes Chriſtianos, Sanctam Crucem, Sacram Hoſtiam, Chriſtum Dominum conſpuentes, vel facientes quid ſimile,

ouem,

onem, agnum, aut aliud quid Cruci affigentes, aut appendentes, & in §. 2. Chriſtianas nutrices tenentes, vel cogentes quando communicant vno, aut pluribus diebus effundere lac in cloacas, aut latrinas in his inquam præbet Pontifex prædictam poteſtatem inquiſitoribus proceden di contra Iudæos, cæteroſque infideles non Baptiſatos, vt etiam tenent Ricciul. *in tract. de Iure perſonar. lib.* 1. *cap.* 52. *n.* 7. Seuga *in Aphoriſm. inquiſitor. lib.* 1. *cap.* 37. *à num.* 18. *ad* 27. Scortia *in Bullis Pontific. Theorem.* 343. Azor *inſtit. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *quæſt.* 12. Cartera *in qu. Crim. cap.* 3. *de hæreticis num* 72. Campeg. in addit. ad Zanchin. cap. 36. lit. B, & alij penes illos.

21 Ex quibus patet perperam loquutos fuiſſe Simanch *inſtit. cap.* 35. *de Iudæis num.* 11. *&* Socin. ſenior *conſ.* 119. *num.* 18. *volum.* 4. concludentes inquiſitores non poſſe procedere contra Iudæum, qui aduerſus Chriſtianum dixerat *la voſtra fede e fede da paz.* Anchar. *conſ.* 15. vbi conſulunt quod Iudex ſecularis debet Iudæum punire, qui projecit immunditias ſuper Crucem quæ in litanijs deferebatur, quæ, & alia ad iſtos improbandos Carena *d. tit.* 14. de Iudæis declarat ex §. 5. & 6. cum aliis videndis, & nouiſſime Berdonus *d. cap.* 23. eodem *tit. ex d. num.* 12.

22 omnino legendus. Et inſuper alij ſunt caſus in quibus Iudæi ſubſunt inquiſitoribus veluti ſi imagines Sanctorum fregerint vel conſpurcauerint, qui contra illos tanquam vilipendentes Chriſtianam fidem, & Religionem, & comprehenſus iſte caſus videtur in iam *relato* 9. *dicta Bullæ Greg. XIII.* vbi de Iudæo conſpuente in Crucem etſi *in* 4 caſu dict. Bullæ puniri debeant Iudæi *ver.* 6. *hæretica lex* blaſphemias proferentes cur non ab eiſdem puniri debeant Iudæi blaſphemias committentes conſpuendo ſcilicet imagines, vt in propoſito arguit Azeuedo *l.* 3. *lib.* 1. *tit. Recopil. n.* 9. Carena *vbi ſupra* §. 16. *num.* 35. *ibi num.* 36. cum Alex. *cap.* 233. *num.* 6. *volum.* 6. Lazzatio *de Blaſphemia quæſt.* 2. *num.* 35 ait poſſe Inquiſitores procedere contra Iudæos abradentes in Biblijs verba, quæ Chriſto conuenire poſſunt, & tripudiantes ornatuſque incondentes in die veneris Sancto: item contra Iudæos ſibi accendi facientes ignem in die Sabbati per Chriſtianos vel eorum opera vtentes in ſeruitijs vilibus, & item contra Chriſtianos Iudæis in ſupradictis ſeruientes; nam hæc omnia tendunt ad decorem cultus Iudaici, & in ludibrium Religionis Chriſtianæ, intendentes ſeſe Iudæi Chriſtianis ſuperiores in eo quod poſſunt, vt cautum reponitur *peculiar. conſtit. Nicol.* 5. quæ incipit, *Per gregem Dominicum* §. *nec poſſunt ſub dat. Romæ Kalend. Iuly* 1447. *Pontific. ann.* 1. vt atteſtatur Ricciul. *de perſ. extr. grem. Eccleſ. ex lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 18. imò, & Carena *d.* §. 16. *n.* 17. *in fine* refert pluries à Sacra Congr. inquiſition. Cremonæ mandatum fuiſſe, & quod videret Hebræos; qui pluries opera Chriſtianorum vſi fuerant in exercitiis vilibus, fuiſſe condemnatos ad carceres formales, & alias pœnas arbitrarias ab Ordinarijs, & Inquiſitoribus.

QVÆSTIO I.

An Iudæus Baptizatus ex bonis poſt quæſitis teneatur ſoluere debita ante contracta. Vbi de Iudice competente Iudæi rem habentis eum Chriſtiana, an inquiſitores valeant cognoſcere. Et an Iudæus in delictis poſſit ſubdi Iudicibus Laicis, ſeu Eccleſiaſticis. An præter ſpecies infidelitatis de quibus in hoc tit. ſubintelligantur aliæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus Baptizatus indiſtinctè tenetur ſoluere debita, ante contracta vt n.* 2. *& ſubn.* 6. 8. 9.

2 *Iudæus Baptizatus tenetur vſuras tempore quo erat Hebræus reſtituere, numero* 6.

3 *Aduocati, & procuratores monentur ne defendant Hebræum, poſt Baptiſmum in debitis ante contractis.*

4 *Baptiſmi priuilegium allegare eſt iniquiſſimum.*

5 *Argumenta de contractibus ad delicta, & è contra valent quatenus ad obligationem inducendam.*

7 *Iudæus cedens bonis, tenetur etiam poſt Baptiſmum de nouo acquiſitis ſoluere debitum.*

9 *Iudæi reconciliati creditores ſunt ſoluendi de bonis confiſcatis ipſius.*

10 *Baptiſmus facit quem nouum hominem quoad Deum, non quoad præjudicium aliorum, & n.* 11.

13 Ba

13 *Iudæi in delictis mere ſæcularibus ſubduntur Iudici laico non vero in Eccleſiaſticis, vt contra aliquos n. 14. ex num. 15.*

15 *Iudæi in delictis mixtis ſubduntur ad præuentionem laico aut Eccleſiaſtico Iudice.*

16 *Verbum præcipimus importat Iuriſdictionem.*

17 *Paulus in loco* quid mihi de his qui foris ſunt.

18 Cap. nonnulli hoc tit.

19 *Papa aliquando per laicos punit ſubditos, ſi illos de facili non valeat punire.*

20 *Eccleſiaſticus Iudex poteſt præcipere, vt laicus Iudex procedat ad puniendos Iudæos.*

21 *Iudæus fornicans cum Catholica poteſt puniri ab Eccleſiaſtico, & idem de Catholico cum Iudæa.*

22 *Infidelitatis ſpecies Iudaiſmi, Paganiſmi, & hæreſis continent ſub ſe alias, quæ explanantur, & n. 23. 24. ibi de nonnullis quæ ad illas reducuntur.*

23 *Hæreſis inter ſpecies infidelitatis eſt grauiſſimum peccatum, & videtur majus quam Iudaiſmi, aut paganiſmi.*

24 *Peccata indirectè fidei oppoſita, quæ dicantur.*

25 *Peccata fidei oppoſita reduci poſſunt ad ſex capita. vbique ſint.*

26 *Fides ſolum deſtruitur, & perditur per hæreſim, Apoſtaſiam, Iudaiſmum, & Gentiliſſimum non per alia peccata.*

1 AD primam difficultatis partem, quæ plurimùm extendi valet ex his, quæ dixi *in cap. vergentes de hæreticis tit. de allegationibus fiſcalibus Sancti Officij p. 1. tota alleg. 56. an de bonis acquiſitis poſt reconciliationem teneatur Iudæus reus debita præcedentia ſoluere:* vbi, & *ibi alleg.* 57. de alijs pluribus dubijs, nunc jam, & pro negatiua parte faciunt plura, quæ *ibi* dicta ſunt, & *dict. quæſt. & ex numer. 10. per l. debitori,* 48. & ex aliis juribus quibus probatur confiſcatione, & reconciliatione, omnes actiones ciuiles, & naturales extinctas fuiſſe contra reconciliatum, qui vt nouus homo fuit factus, & ſic liberatus ab obligatione ſoluendi non ſolum actiuè, ſed etiam paſſiuè *ex lib. 2. cod. ad Iuliam, de vi publica l. cum fiſco ff. ad Syllanam*, & etiam maneat liberatus ab obligatione perſonali, & ex aliis infinitis, quæ adduximus ex *d. num. 10. & ſub d. alleg. 57.*

2 Sed illis non obſtantibus in propoſito dicendum eſt, vt Iudæus Baptizatus teneatur indiſtinctè ſoluere æs alienum; habemus enim jure cautum, quod tenetur vſuras exortas tempore quo erat Hebræus reſtituere; Gloſſa *fin. in cap. Iudæi 91. de conſecr. diſt.* 4. quæ juribus comprobat ex ea ratione, quia vſuræ non poſſunt dici ſuæ, & cum hæc militet in caſu noſtro, ſequitur vt teneatur Iudæus recenter Baptizatus ad ſoluenda debita, quia etſi per Baptiſmum omnia peccata doleantur, & etiam remittantur eorum pœnæ reſpectu offenſionis Dei, ſed non tolluntur perſonales obligationes, & alia perſonæ inhærentia; imò nec tollitur peccatum in quod incurrit non ſatisfaciendo per reſtitutionem ablatarum: gloſſa. *ver 6. poterit in cap. gaudeamus, de diuort. capit. ſi res aliena,* 14. *q. 6. ibi quaſi per verba generalia.*

Monentur etiam aduocati, & procura- 3
tores, ne pro huiuſmodi hominibus interueniant; imò ipſos hortatur, vt quantum honeſtè poſſint, eos compellant ad ſatisfactionem; non enim, vt ait Gloſſa *in d. cap. gaudeamus*, potuit Hebræus, poſt Baptiſmum præjudicare juri alteri quæſito jam ante Baptiſmum.

Quæ addit quod allegare priuilegium 4
Baptiſmi eſt iniquiſſimum.

Et confirmatur; quia cum de Iure va- 5
leat argumentum de contractibus ad delicta, & è contra quando eſt eadem ratio in vtroque ſicut in caſu noſtro, vt declarant Salycet *in l. vnica Cod. ibi de poſſeſ. agatur,* Cogn. *ibi*, & æquiparatio quæ fit inter contractus, & delicta locum habeat quantum ad obligationem inducendam, *l. omnẽ 20. ff. de Iudic. Auth. qua in Prouincia C. ibi: de crimine agi aperi, & ibi Gloſſa.*

Sequitur, vt quia tenetur reſtituere v- 6
ſuras, quas exegit tanquam proprias tempore, quo erat Hebræus & bona fide cum crederet ſe illas poſſe exigere abſque vllo metu quanto magis debeat ęs alienum cuius nunquam ignorauit ſe eſſe debitorem: Auth. multo magis *Cod. de Sacr. Sanct. Eccleſ.*

Et in tantum procedit quod ſi ante Ba- 7
ptiſmum fecerit ceſſionem de propriis bonis; nihilominus poſt illum receptum teneatur ſoluere de nouo acquiſitis; non enim ſi quis ad carceres euitandos ceſſit bonis, liberatur ab obligatione jam facta ſaltẽ reſpectu acquiſitorum: *Textus eſt in l. 1. 65. d. de ijs quibus cedere poſſint, & in l qui bonis* 6. vbi Barthol. *pro veritate cap. 14 ff. eo tit.* Ciriacus, alia adducens *lib. 1. controuerſ. 86. n. 1. ad 19.*

Vbi dicit vt Hebræus ſic Baptizatus teneatur ſoluere æs alienum de bouis poſt Baptiſmum acquiſitis, dummodo tamen detrahatur tantum quod ne egeat pro victu iuxta *Textũ in.4.ff.de cert.bon.* vt planè declarat Gloſſa *in cap.4. Odoardus de ſolut. ſic à num.15. vbi de alys.*

9 Quare non obſtant in contrarium adducta, non primum de quod xi *in d.alleg. fiſc.56.* quia præter quam ſunt multi dicentes teneri Iudæum, & Hæreticum reconciliatos ſoluere debita anteriora de bonis poſt reconciliationem acquiſitis, ibi verò agebatur de Iudæo, cuius bona per delictum hæreſis confiſcata ſunt, & applicata fiſco de quibus debent anteriores creditores ſolui, & ſatisfieri per ipſum fiſcum cui fuerunt applicata bona illius rei delinquentis, at in noſtro caſu ooo ſic accidit, vt patet ex *ibi*, dictis, quæ legas ad vnguem precor.

10 Nec quod per Baptiſmum factus eſt nouus homo, cùm hoc ſolum ſit quo ad Deum, ſecus verò quoad præjudicium aliorum de quorum tractatur intereſſe, vt placuit etiam gloſſæ *in d.cap.gaudemus,non* enim per Baptiſmum tolluntur obligationes erga proximum: *gloſſa fin.in d.§. Iudæi 91.de conſecrat.diſt.4.ibi*; quia obligationes in Baptiſmo non tolluntur idem: Ciriacus *d.controuer.86.n.12.& 13.*

11 Inferens à *n.16.* quod licet quis remittatur ad gratiam pœnæ propter male ablata ob impotentiam reſtituendi tamen non liberetur à debito adeo vt ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, teneatur ſoluere vel reddere quod abſtulit. Gloſſ. *in verb. peccati d. cap.ſi reſ.14.q.6. & hoc per diſp. cap. Odoardus & §. inſt. de actionib.* vbi Iaſon. firmat dicendo communem eſſe opinionem, vt non liberetur cedens bona ſi deuenerit ad pinguiorem fortunam deducto ne egeat.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem de Iudice competente Iudæi rem inhoneſtam habentis cum Chriſtiana; & an inquiſitores valeant cognoſcere, quia jam de hoc dubio late dixi *ſub lib alleg. fiſcal. in p.3.* ad quatuor poſtremas quæſtiones, *ibi qu.1. fol.7.* vbi egi de illa: *infidelis v.g. Iudæus, & Turca habens rem carnalem cum Chriſtiana an pœnam aliquam incurrat ab inquiſitoribus imponendam, ſeu ſpectet cognitio ad alium Iudicem:* ideo per illam abſoluitur præſens de qua hic non agimus: plus vide infra ſub *verſ.& juxta hanc in fine.*

13 Ad tertiam quæſtionis partem an Iudæi in delictis ſubdantur juriſdictioni Iudicis laici, vel Eccleſiaſtici & præhabitis, quæ adduxi *ſub cap.at ſi clerici 4. & c.cum. non ab homine 10. de Iudicijs cap. cum ſit generale*, & alibi de delictis mere laicis, mere Eccleſiaſticis, aut mixtis regulata doctrina *textus in cap.nouit.de Iudicijs ibi à quæſt. 1. vſque ad tertiam 13.* dictum eſt de vtraque juriſdictione ſeculari, & Eccleſiaſtica, & alibi ſæpè, vt ibi ſub *cap. 2.* cum alijs *in eo tit. & tit.de foro compet.& integro lib.2. decret. ſub tit. de conſt.lib.1.* Nunc ſub diſtinctione reſpondetur, vt quando delicta ſunt mere ſecularia qualia ſunt humicidia, furta, &c. ſine dubio Iudæos ſubdi Iudicibus ſecularibus ab illiſque puniri, vt docent Marquar. *de Iudæis p.2.cap.9.n.4. ver. in criminibus vero:* Farinac. cum multis *in fragm.crimin. in verb.* Iudæus *p. 2. n.663.* Ricciulus *de jure perſon.extr.Eccleſ.grem.ex inſt.lib. 2. c.52. n.5.* Decian. *in tract.crimin.lib.5. cap.14. ſub n.2.* & alij communiter.

At verò in delictis Eccleſiaſticis, & 14
mixtis non eſt ſic concors ſententia, cùm ſint Doctores, quod etiam in iſtis delictis contra Iudæos ſint laici Iudices competentes, inter quos Socinus *conſilio 119. volum.* Clar. *in §. Blaſphemia, & §. fin. quæſt.35. num.25.* Alex. *conſ. 99.* Mart. *de Iuriſdic. p.2. quæſt.13.num.14.& quæſt.16.num.20.* Anania *in hac Rubrica.num.9.* qui mouentur ex illo Pauli *quid mihi de ys qui foris ſunt, judicare*, & *ex textu.in c. nonnullis, hoc tit.* vb Papa mandat quod ſi Iudæi prorumpant in contumeliam Creatoris puniantur per Principes, & Iudices ſeculares.

Sed in contrarium, & verius, eſt quòd 15
in delictis merè Eccleſiaſticis, ſoli Iudices ſint perſonæ Eccleſiaſticæ competentes, in mixtis vero poſſe vtroſque Eccleſiaſticos, & laicos cognoſcere, & attamen, vt inter eos ſit locus præuentioni ex latè antedictis per nos *ſub d. cap. cum ſit generale de foro compet.* vbi plura de delictis mixtis, & de hac præuentione, quæ ſententia probatur *ex textu in c. poſt miſerabilem de vſuris*, ibi *Iudæos ad remittendas Chriſtianis vſuras per Principes, & poteſtates compelli præcipimus. Cap. autem in his §. ſecundum de verb.ſignis, cap. quod præcipitur 14.qu.2.cap.1.de off.de leg.* ex quibus clarè colligitur.

Verbum *præcipimus* importare Iuriſdi- 16
ctionem, ſicuti etiã importat neceſſitatem præciſam ad notata per DD. *in Rubrica Codic. mandati*, quod, & probare videtur textus, *in capite poſtulati hoc titulo* vbi

in

in crimine mixto laïcus compelli poteſt per Eccleſiaſticum, vt procedat contra Iudæum, & licet nun multùm clarè ex his Iuribus probetur in merè Eccleſiaſticis delictis eſſe tantùm Eccleſiaſticos Iudices competentes; tamen docet in terminis de his, & de mixtis Bald. *in conſ.* 315.*&* 316. cui ſe ſubſcripſerunt Ioan. de Lignaro, & quinque alij Canoniſtæ Senatus Pedemont. apud Theſaur. *deciſ.* 241.*n.* 7.*verſ. ſuit opinio aliorum.* Marquarius de Iudæis *p.2.cap.9.per totum* Decian. *in tract. crim. lib.5.c.14 n.2.* Burſatus *conſ.* 90. *à n.*1. *vol.*1. Pegna *in directorio q.* 2.*comment.* 71. Cardinal. Tuſchus *verb. Iudæus concl.* 372. *à n.*7. Farinac. *in fragm. crim. p.2. in verb. Iudæus n.*663. & Ricciulus *de Iure perſonarum lib.2.c.52.in* 6. & alij, & comprobatur; quia Iudæus Blaſphemans ab vtroque ſcilicet, Iudice Eccleſiaſtico vel laico eſt puniendus, ſic vt inter eos detur locus præuentioni vt dicunt deciſum Theſaur. *in deciſ.* 290. Riccius *ſuper hac Rubrica collect. dec.* 434. *in fine.*

17 Et juxta hanc ſententiam non obſtant locus Pauli, & *d. cap. in nonnullis, hoc titul.* quia Paulus in illo debet intelligi de excommunicatione, & aliis pœnis ſpiritualibus, vt intelligit illum Cornel. à Lapide, *in eo loco verſ.* 12. Roxas *de hæreticis p.*1.*n.* 563. Vbi quod aliud dicendum eſt quoad pœnas corporales, Carena *de officio inquiſit. hoc tit. lib.*2.§.2.*pag.* 280.

18 Quia d. textum. *in dicto cap. nonnulli poſt plures reſponſiones,* Abbat *in d. c. poſtulaſti. n.* 4. Eymeric. *d. cap.* 2.*q.*46.*n.*8. videndus putat reſpondendum ex verbis canonum ponderatis à Ricciulo *vbi ſuprà à n.*8.

19 Quod cum Papa præcipit domino temporali, vt Iudæum puniat, hoc facit; quia
non ita de facili Eccleſiaſticus poteſt Iudæos compellere, ſicuti poteſt Iudex laïcus, ſicque per Papam id factum eſſe intelligi ad faciliorem executionem Iuſtitiæ, ſed vt non per hoc tollatur quin Papa Iuriſdictionem habeat in ipſos, vt colligitur ex Iuribus pro hac ſententia adductis ſub *verſ.* at vero, & longius reſoluens Bordonus *de inquiſitione tit.*25.*de Iudæis, & paganis, à n.* 8. *ad* 11. per tradita probans & reſpondens ſententiæ contrariæ eiuſ-
20 que fundamentis: Quia ſi poteſt Eccleſiaſticus præcipere laico vt procedat ad puniendos Iudæos, multò plus ipſe procedere valeat cũ mandare non poſſet ſi Iuriſdictionem non haberet qui hoc confirmat.

21 Ex caſu relato ſignanter *in verſ. ad ſecundã* huc nempè quod Iudæus fornicans cum Chriſtiana puniri poteſt à Iudice Eccleſiaſtico, nimirum ab Epiſcopo, dicens idem de Catholico fornicante cum Iudæa; de quo *in d. alleg.* 1. latè diximus. Et qua pœna puniantur, leges nouiſſimè agentem Ciriacum *lib.* 3.*contr.* 432 ante illum cum infinitis Farinac. legendus *in praxi crimin. tit. de delict. carnis p.4.q.139.c.1.tit.*10.

Ad vltimam quæſtionis partem, an 22 præter ſpecies infidelitatis enumeratas hic *in princ. Rubricæ, & ſub q.*1. vbi quod erant tres ſpecies infidelitatis paganiſmi, ſcilicet Iudaiſmi, & hæreſis, & quod ad illas poſſent aliæ infinitæ reduci quatenus reſpiciunt varios errores in materia fidei docent Theologi cum D. Thoma 22. *qu.* 10. *art.* 5. quia alius poteſt eſſe error circa Trinitatẽ, alius circa incarnationem, alius circa Iuſtificationem, & alij circa alios articulos, & hoc ſenſu dici multas eſſe hæreſes in mundo, aliam Arij, aliam Macedonij, aliam Pelagij, & ſic deinceps, & quod hæc diſtinctio ſit tantùm materialis benè notanr Becan *in ſumm. Theolog. p.2.c.* 12.*q.*2.*concluſ.*5. Ægid. Trullench. *in præcepta Decalogi lib.* 1.*cap.*2.*dub.*1.*n.*6. quia tantum ſumitur ex diuerſitate articulorum, non autem formalis, quia non ſumitur ex diuerſo contẽptu Dei reuelantis.

Dicuntque DD. inter has ſpecies infi- 23 delitatis eſſe grauiſſimum peccatum hæreſim, quia licet in omni caſu malum ſit aduerſari fidei, potiſſimum tamen & grauiſſimum aduerſari fidei ſusceptæ in manifeſta veritate, quod faciunt hæretici, cum Iudæi ſolùm aduerſentur fidei ſusceptæ in figura, & pagani nullo modo ſusceptæ ita Theologi ex D. Thom. *art.*6. Suarez *d.* 16.*de fide ſect.*4. *n.*14. Caſtro Palao *de infidelitate tract.*4.*puncto* 1.*n.*11. colligentes ſic ex illo 2. *Petri verſ.*21. *melius illis erat non cognoſcere viam Iuſtitiæ, quam poſt conuerſionem retrorſum conuerti ab eo quod illis traditum eſt.*

Et præter dictas tres ſpecies dicunt 24 Doctores quæ ſunt peccata fidei directè oppoſita eſſe alia peccata, quæ ſaltim indirectè fidei aduerſantur, quæ facilè ad aliquam ex illis tribus ſpeciebus reduci poſſunt. Vt ſunt primo ignorantia rerum fidei, quas ſcire tenemur. Secundo non elicere actum fidei internum caſu quo obligat. Tertio non profiteri fidem actu exteriori quando ad id ex præcepto tenemur: nam fidei hæc peccata per omiſſionem opponuntur juxta quæ dicta ſunt ſub *Rubr. & tit. de ſumma Trinitate, & fide Catholica* applicanda ſuo modo hic.

25 Vnde omnia vitia fidei oppoſita ad ſex capita reduci poſſe dico cum illis, & cum Ægidio *d. dub. 1. ſub n. 8. lib. 1. cap. 2. in Decal.* vt ſunt hæreſis ſub qua continentur Apoſtaſia, Iudaiſmus, paganiſmus, ignorantia articulorum fidei, non elicere actum fidei quando tenemur, & non profiteri fidem quando obligamur, quorum tria priora vitia opponuntur fidei directè, & per commiſſionem; tria verò poſteriora quaſi indirectè, & per omiſſionem, de quibus hic, *& tit. ſequentibus.*

26 Infertque Ægid. *d. n. 8. in fine* fidem ſolum deſtrui, & deperdi per hæreſim, Apoſtaſiam, Iudaiſmum, & Gentiliſmum; quia hæc peccata directe fidei aduerſantur, non verò per poſteriora tria peccata; quia illa non ipſi fidei directè ſed illius ſcientiæ, & confeſſioni aduerſantur, atque ita ſuppoſito quod alias in intellectu aliquis error non reperiatur fidèm non amitti per illa.

QVÆSTIO III.

Quænam lex debeat ſeruari in cauſis Iudæorum tam in delictis, quàm in contractibus, & vltimis voluntatibus, & eorum ceremonijs, & ritibus in ſpiritualibus, & temporalibus, & tam in deciſorijs quàm ordinatorijs Iudicijs. Quid de præſtando juramento alijſue remiſſiue: ac de teſtificando. Et an Iudæus maſculus 14. annorum, & femina 12. in integrum reſtituantur in judicio coram Iudice Chriſtiano inter ipſos Iudæos.

SVMMARIVM.

1 *Iuru Romanorum ante aduentum Chriſti erant communia.*

2 *Iudæorum quæſtiones ſecundùm eorum leges terminandas putant quidam, alij ſecundùm jus Romanorum, vel ſpecialia ſtatuta locorum, vt n. 3. alij diſtinguunt vt n. 4. cum ſeqq.*

4 *Iudæi controuerſia circa ſpiritualia, & ceremonialia terminantur iuxta eorum leges.*

5 *Ritus Iudæorum ſunt noſtra lege permiſſi inter illos, & n. 8.*

6 *Iudæi in delictis, quæ ſunt in contemptum noſtræ fidei puniuntur iuxta noſtras leges.*

7 *Iudæi in ciuilibus cauſis circa temporalia cognoſcuntur à ſuis Iudicibus, vbi à quo executioni mandetur, & numero 8.*

8 *Iudæi poſſunt inducere conſuetudinem ſecundùm quam iudicentur.*

9 *Iudæi in ordinatorijs Iudiciorum cum Chriſtianis ſubduntur legi ciuili, aut ſtatuto loci, & quid ſi lex Chriſtiani aliud diſponeret, aut generaliter lex Iudæi, n. 10.*

11 *Iudæi cum non habent legem diſponentem ſubſunt Iuri communi, quid ſi lex æque diſponat inter Iudæos, & Chriſtianos n. 12.*

13 *Iudæi vtuntur Iure Romanorum, quia dicuntur de populo Romano, qui & ſubdunt Principi vbi morantur.*

14 *Iuramentum Suppletorium poteſt deferri Iudæo.*

15 *Iudæi debent iurare non per Chriſtum, ſed per legem Moſaicam.*

16 *Iudæus teſtificans contra Chriſtianum, fidem non facit.*

17 *Iudæorum maſculi 14. annorum, & ſemina 12. habentur vt majores non ſolum de Iure communi, ſed etiam ex ſua lege Moſaïca ad ſe ipſos perfecte obligandos n. 18.*

19 *Epiſcopus poteſt eſſe arbiter inter Iudæos ſecundum eorum legem in ordinatorijs, & deciſoriis.*

20 *Ceremoniæ, ieiunia, feſtiuitates, & errores Iudæorum remiſſiue enumerantur, & n. 21.*

AD primam quæſtionis partem quæ 1
pendet ab ea, an controuerſiæ Hebræorum debeant judicari ſecundùm ſuas leges, & conſuetudines, an verò ſecundùm leges Romanorum, & ſuppoſito quod ante aduentum Chriſti ſeruabantur, & aderant Iura communia Romanorum, licèt non eſſent compilata, vt colligitur ex gloſſa *in l. Titia 40. §. ſe in verb. Dei ff. de auro, & argento legat. & in l. pridie 5. in gloſſa vltima, ff. de ſerijs.* Et quod nihilomi- 2
nus in Paſſione Saluatoris, Iudæis aſſerentibus eum Crucifigi debere, dixit eis Pilatus vt habetur Ioann. 19. *Accipite eum vos, & crucifigite ſecundùm legem veſtram*, & Iudæi, vt legitur in Euangelio dicebant legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, ſecundùm quam Pilatus illis tradidit: quo argumento Calderinus *conſ. 10. de conſtit. folio 4.* Campegius *de dote p. 5. q. vltima*

vltima, *& de ſtatut. excluſ. femin. ſub num.* 245. & Riminaldus junior *conſ.* 114 *n.* 26. *&* 35.

3 Ex alio inquam capite exiſtimant alij quæſtiones inter Iudæos terminandas eſſe ſecundum Ius Romanorum commune, aut ſecundum particularia ſtatuta locorum non autem ſecundum leges vel mores Hebræorum quoniam Iudæi viuunt Iure communi, & eo vtuntur actiuè, & paſſiuè, ſicuti cæteri ſubditi *l. Iuſſio* 4. *l. nemo Iudæorum*, *l. Iudæi* 7. *leg. nullus* 13. §. 1. *cod. de Iudæis* Barbatea *conſ.* 15. *n.* 2. *vol.*... Pariſ. *conſ.* 2. *n.* 9. *volum.* 4. Rulan. *d. conſ.* 25. *n.* 25. *volum.* 3. latè Beccius *conſ.* 84. *n.* 7. Peregr. *conſ.* 105. *n.* 3. *volum.* 2. Rimin. *d. conſ.* 119. *à n.* 1. *vſque ad* 25. vbi ad plura infert Surdus *deciſ.* 133. *n.* 7. Maſcardus *in verb. Iudæus conc.* 945. *n.* 23. Maſquard. *de Iudæis p.* 2. *cap.* 2. Lancel. *conſul. Galic. conſ.* 24. *n.* 48. Burſatus *conſ.* 105. *n.* 50. *& conſ.* 182. *n.* 2. Videndus Trentacinq. *lib.* 1. *tit. de leg. Reſ.* 3 *à n.* 3.

Et vtraque ſententia confirmatur; prima fundamentis ſeptem, quam tenendo Cinacus *p.* 2. *contr.* 241. per totam omnino legendus reſpondet ibi *à n.* 42. alijs nouem fundamentis apud eum legendis, prædictæ ſecundæ opinionis *à numero* 17.

4 Sed quia alij diſtinguunt caſus diuerſos; ideo conuenit illos aggregare, vt ſic fortè diſcerni valeat in hac nimis controuerſa quæſtione, primò quando quæſtio eſt circa ſpiritualia, & ſuper cæremoniis, ac ſuperſtitionibus Hebræorum non prohibitis à noſtra lege, & tunc ſiue cauſa agatur coram arbitris Hebræis, ſiue coram Iudicibus Chriſtianis fortè incidenter debet terminari ſecundum legem, & ritum Hebræorum.

5 Quia tales eorum ritus ſunt noſtra lege permiſſi *cap. qui ſincera* 3 *diſt* 45. *cap. conſului* 7. *cap. ſicut Iudæi* 9. *hoc tit. l. Iudæos* 10. *l. die Sabbati* 12. *Cod. de Iudæis*, Trentacinq. *ſup. Reſ.* 5. *ſub n.* 8. *verb. primum eſt*, *& n.* 11. *ver.* 1. ſecundo mouentur Natta *conc.* 621. *n.* 8. Port. *conſ.* 4. *n.* 44. & in tantum quod tales cauſæ à quocumque Iudice etiam Chriſtiano debeant iudicari ſecundùm leges, & mores Iudæorum: Cardin. Tuſchus *in verb. Iudæi*, *concluſ.* 369. *n.* 4. *tom.* 4. Bertaz. *vl. conſ crimin.* 364. *n.* 3. Florian. *de Sancto Petro conſ.* 18. *n.* 7. *&* 8. quod conſilium reperitur inter conſilia Baldi cum ſubſcriptione alterius auctoris. *conſ.* 428. *ſub num.* 5. *volum.* 5. indeque refert Cinacus *ſuprà num.* 34. *&* 5. cum alijs quod celebrant ſecundum legem ſuam matrimonia dant libellum repudij, obſeruant ſuas feſtiuitates *d. cap. ſicuti Iudæi* 9 *d. l. Iudæos & d. l. diem Sabbati* 12. *codic. hoc titul.*

6 Secundus caſus quando verſamur circa delicta, ſiue in ſpiritualibus, puta inexpreſsè prohibitis ipſis Iudæis, & quæ expreſſè concernunt contemptum noſtræ fidei, & Religionis, ſiue in temporalibus; & quod tunc puniuntur non ſecundum eorum, ſed ſecundùm noſtras leges *in d. l. Iudæos* 10. *l. Iudæi* 15. *cod. hoc tit.* docent Barbacia, *conſ.* 63. *volum.* 4. Socin. *conſ.* 63. *vol.* 1. Coru. *conſ.* 114. *vol.* 1. Trentacinq. *var. Reſol. lib. tit. de legibus Reſ.* 3. *n.* 5. Riminald. Iunior cum pluribus *conſ.* 119. *num.* 9. *& conſ.* 418. *num.* 7. Tiraquel *de primogen. q.* 66. *ſub n.* 19. *&* 20. & comprobatur ex adductis huc *qu.* 2.

7 Tertius caſus quando verſamur ciuiliter circa temporalia, & quæſtio cognoſcitur per ipſos hebræos, & quod tunc tam circa ordinatoria Iudicis, quàm circa deciſoria ſeruetur eorum lex, & quod judicatur per ipſos arbitros Hebræos mandetur executioni per Iudices Chriſtianos docent DD. aliqui *per l. in* 1. *Iudæi* 7. *hoc tit.* Surd. *deciſ.* 133. *ſub n.* 7. *verſ. quinto hebræi* comprobat hunc caſum idem Ciriacus *d. contr.* 241. *num.* 35. 36. *&* 37. dum tenet quòd Iudex in deciſiuis debet judicare ſecundùm conſuetudinem litigantium, non autem ſecundum ſuam, & inter Iudæos ſecundum legem Moſaïcam.

8 Et quod Iudæi poſſunt indicere conſuetudinem ſecundùm quam debent Iudicari; item quod Iudæorum cauſæ in deciſoriis debent judicari ſecundùm leges eorum, & mores quando non ſunt ſpecialiter reprobati per legem Chriſtianorum, & *n.* 38. tam in vltimis voluntatibus quàm inter viuos, & in qualibet diſpoſitione *num.* 39. 40. *&* 41. de quo refert *ſub num* 30. *&* 38. infinitos DD. comprobantes hanc partem, & ratio ſuadetur ex dictis, & dicendis, & quia vbi concurrit lex ciuilis generaliter diſponens ſine vlla mentione Hebræorum, & lex ſeù conſuetudo Hebræorum, tunc eorum lex ſeruanda ſit tanquam ſuum jus ſpeciale, quod derogat Iuri communi generali *l. generi* 34. *ff. de Reg. Iur.* ſicuti inter Chriſtianos primo obſeruantur eorum ſtatuta, deinde lex communis, Calderin. *conſ.* 10. *de conſt. fol.* 4. *& conſ.* 30. *de teſtam.* Riminald. Iunior *d. conſ.* 119. *num.* 25. *&* 35. Salicetus Alex. Maranta, Tuſchus, Decian. Vigl.

tur, vbi ſi admittantur qualiter jurare debeant de dicenda veritate. Et quia crimen ſimoniæ largo modo dicitur hæreſis vt jam dixi ſub *cap.tanta* 7. & alibi de ſimonia an Iudæus valeat in teſtem admitti, ſeu alius infidelis vt ea probetur applicabis ibi adducta, & *in cap.veniens* 10. *de teſtibus.*

17 Ad tertiam quæſtionis partem an Iudæus maſculus 14. annorum, vel femina 12. integrum reſtituantur in Iudicio coram Iudice Chriſtiano inter ipſos Iudæos in quo dubio ſuppuſitis, quæ dicta ſunt hic toto *verſ.ad primam*, & quod eſt lex ritus, aut conſuetudo notoria inter Hebræos de qua teſtantur etiam Surd. *d.deciſ.* 133. Riminald. Iunior *conſ.* 399. *n.*15. Hector Felic. *de ſociet. cap.* 5. *n.* 4. dicen-
18 dum quidem: Quod Iudæi maſculi annorum quatuordecim; fœminæ vero duodecim habeantur pro majoribus, & ſint perfectæ ætatis, & licet Ciriacus *d.contr.* 241. *ſub num.*:8. *in fine verſ. quibus tamen*, dicat, quod ætas major, vel minor Iudæi judicanda ſit ſecundum eius legem, vel conſuetudinem. Non autem ſecundum jus commune vel ſtatutum motus ex adductis *ſupra n.* 1. *& ibi n.* 41. cum eodem Rimin. *n.*12. *d. conſ.* 399. quem ſequitur Hector, quia Hebræi majores 14. annis licet minores 25. vigore legis ſuæ ſunt, & dicuntur perfectæ ætatis, efficaciterque remanſerunt obligati ex quadam recognitione, & acceptatione contractus ſuæ ætatis, ſed ſuppoſito quod minores in ea ætate efficaciter obligantur juxta legem, vel ritum Iudæorum exiſtimo in caſu reſtitutionis in integrum eſſe procedendum juxta dictum, in verſ. *tertius caſus eſt.*

19 Pro complemento cum eodem Ciriaco noto *d. conſt.*241 *num.* 59. Epiſcopum poſſe inter Iudæos eſſe arbitrum litemque dirimere ſecundum eorum legem in deciſorijs, & ordinatoriis ex dictis infertur juxtas *d.verſ.tertius caſus*; in terminis Felin. *in cap.* 14. *hoc tit.* Cardinalis *in cap.poſt miſerabilem* 12. *de vſuris.*

20 Et quia plures erant Iudæorum errores, & plures feſtiuitates jeiunia & cæremoniæ de quibus latè ſcripſerunt, Ioſeph de antiquitate Iudæi *lib.*12.*c.*10. latius Hugo Cardinalis, & Burgen. & Nicolaus de Lira *in leuitico cap.*12. & Eutero *Deuter. cap.* 14 idem Burgenſ. *in ſuo ſcrutinio ſcripturarum diſt.*3. S. Thom. *p.* 2. *quæſt.* 102. *art.*4. & cum eo Theologi Turrecrem. *in cap.*1 *de conſecr. diſt.*3. Tertullianus *aduerſus Iudæos*, Archiflor. 2. *p. ſumm. tit.*12. *cap.* 7. §. 4. bene Ia. de Valentia *in ſuis quinque quæſtionibus contra Iudæos, & in Pſalmo* 80. *Exultate Deo & ſuper Pſalmo* 83. *quam dilecta Tabernacula tua*, Vlderi Zaſ. de Iudæis *qu.* 1. *&* 2. & Archiepiſcopus Hiſpalenſ. *in tract.contra Iudæos*, & Petrus de la Caualleria *in ſuo libello contra Iudæos*, Albertinus vberrimè *in Rubrica de Hæreticis qu.*12. *& de agnoſ. aſſer. q.*25. & melius *qu.* 31. *repertor. inquiſitor. in verbo cæremon. in verbo Iudæi & melius in verbo nomina*: Eymeri *in director. inquiſitor. p.* 2. *q.* 44. vbi commentatores, & alij poſt illos & *in hac Rubrica & titulo adductis.*

Ideo breuiter dico Iudæorum errores, 21
in quibus præcipuè ſua perfidia, & pertinacia verſatur ſunt octo, vt recenſet Ioannes Roxas de hæreticis *prima part.* Primus quod credunt legem Moyſi fuiſſe datam gratia ſui, & non propter alium finem. Secundus error, quod putant ipſam in æternum duraturam. Tertius error, quod non credunt Chriſtum Ieſum fuiſſe Meſſiam in lege promiſſum. Quartus error, quod non credunt Sabbatum, & otia ceſſare; & loco illius celebrandam eſſe diem Dominicam. Quintus error, quod arbitrantur terram illam Chanaam, & Ieruſalem eſſe eis promiſſam, cum omnibus fructibus in præmium obſeruationis Legis Moyſi. Sextus error, quòd non putant tempus Meſſiæ adhuc veniſſe. Septimus error, quod credunt Meſſiam eos liberaturum ab omni captiuitate, & reducturum eos in terram Chanaam. Octauus error, quod credunt Legem Euangelicam eſſe imperfectam & falſam: hæc dicit *num.*31. vbi *à num.*28. *vſque ad* 30. enumerat: quare Sabbatum, & aliæ feſtiuitates ipſorum fuerunt introductæ de quibus *in lib. Geneſis in Leuitico in lib. Eſther Exodi Deuteronom. in lib. Regum, Machabæorum*, vt ipſe enumerat, & breuiter declarat.

AD

Digitized by Google

AD TEXTVM.

In cap. I. & cap. II. & cap. ad hæc VIII. hoc titulo & cap. fin.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Seruus Chriſtianus Iudæi à quolibet licet redimi decem ſolidis.*

2 *Seruus Chriſtianus emptus ab infideli ſi intra tres menſes fuerit expoſitus venalis, & emptorem non inuenerit, ſi ad Eccleſiam confugiat voluntatemque declaret, duodecim ſolidis liber efficitur vbi de gratificatione, num. 3.*

1 IN his juribus prohibetur, vt Chriſtianus ſeruiat Iudæo, & vt ſit in eius commercio præter ordinarios de textu noſtro agentes, hic Barboſa cum multis *num.* 1. *&* 2. dicit cuilibet permitti Chriſtianum Iudæi ſeruum decem ſolidis redimere, quia tale pretium ad eam redemptionem juſtum, & æſtimabile cenſetur; non enim dicit *n.* 3. 4. *&* 5. poſſe Iudæos habere ſeruos Chriſtianos, nec Princeps ſecularis poteſt permittere in ſuo Regno quod Iudæi habeant mancipia Chriſtiana, & quod nec id poſſit Epiſcopus diſpenſare, & *n.* 6. *&* 7. per Gloſſam *datis*, & Gloſſam *ſeruitium* concludit.

2 Quod ſi ſeruus aſſeratur emptus ab infideli, cauſa mercimonij, tunc ſi intra tres menſes fuerit expoſitus venalis, & emptorem non inuenerit, duodecim ſolidis pro quolibet bino ſerno perſolutis, ſi ille ad Eccleſiam confugerit, & ſuam voluntatem patefecerit, liber efficitur; citat ad hæc inter alios Ricciul. *de jure perſ. extra grem. Eccleſ. lib. 3. c. 28. n. 7. & à princ.*

3 Et irem notat Barboſa *d. num.* 7. quod ſi plures ſimul eodemque tempore conuenerint ad huiuſmodi redemptionem locus ſit gratificationi; ita ex Tiraquel. & quia integer iſte titulus non impellit nos ad plures diſputationes, breuiter per ſingula capitula percurremus.

QVEÆSTIO I.

An Iudæus valeat præſtare medicinam Chriſtiano, & Chriſtianus ab eo recipere, vel ſit licitum accerſere medicos Iudæos ad medendum morbis Chriſtianorum? Et an vetitũ ſit veſci azyma Iudęorum, aut cum eis eſſe in Balneo? Et an valeat Iudęus habere Chriſtianum in ſeruum adſcriptitium: Vbi de nominibus ſeruorum remiſſiue ad *c.* 2. *hic*, ſeu an poſſint eſſe Chriſtiani in familiari ſeruitio Iudæorũ ad *c. ad hæc* 8. hic; vbi an poſſint habere nutrices Chriſtianas; vbi de diſpenſatione.

SVMMARIVM.

1 *Medicina Chriſtiano non debet præſtari à Iudæo, nec Chriſtianus ab eo recipere, ſi præparata ſit, vt n. 2. & 3. Fallit in caſibus à n. 4.*

3 Cap. nullus 28. *q.* 1. *& à n.* 7.

4 *Medicina à Iudæo recipi poteſt tempore peſtis, vel in alia neceſſitate, vel quando cura eſſet Chriſtianis incognita.*

5 *Medicos Hæreticos Clem. V. vetauit accerſeri Italis extra in locis Hæreticorum degentibus aut in neceſſitate.*

6 *Medici Iudæi prohibiti ſunt accerſeri pro medendis morbis Chriſtianorum niſi non adeſſet alius peritus.*

7 *Azymis Iudæorum veſci Chriſtiani prohibentur, etiam ſeorſum à Iudæis & quare n. 8.*

9 *Chriſtiano non licet aliquid miniſtrare Iudæis, vt cedat in cultum Iudaicæ Religionis.*

10 *Agnum vendere, vel dare Chriſtianus non valet Iudæo, ea intentione, vt immoletur, vel ramos, & aleos & cedros à ſpinis non tactos, vt ſeruiant ad Synagogue ornatum.*

11 *Chriſtianus in balneo cum Iudæo eſſe nequit, ſi id ex familiaritate fieret, ſecus ſi ex neceſſitate, aut accidat ex recreatione accedere, ſi non propter Iudæum.*

12 *Ad*

Digitized by Google

12 *Adſcriptitius ſeruus dicitur portio fundi, qui inter immobilia reputatur.*

13 *Adſcriptitijs ſeruis Iudæi non poſſunt aliquod aliud onus imponere, vltra illa, quæ peragere debent.*

14 *Originarij ſerui qui ſint.*

15 *Iudæus nequit emere Iudæum cui ſunt adſcripti ſerui Chriſtiani.*

16 *Chriſtiani prohibentur eſſe in familiari ſeruitio Iudæorum ob periculum ſubuerſionis, & n. 17.*

18 *Nutrices Chriſtianæ non poſſunt nutrire Iudæorum filios, & quare; quid extra Iudæorum domus, n. 19. & 23.*

20 *Famuli fideles apud Iudæos nequeunt commorari.*

21 Cap. ad hæc, hoc tit. verſ. in eorum domibus cap. Iudæi 5. hoc titul. n. 22. cap. multorum 2. hoc tit. n. 22.

22 *Serui originarij, & adſcriptitij poſſunt eſſe apud Iudæos.*

23 *Nutrices facilius communicant cum Iudæis, quam adſcriptitij ſerui, etſi illæ ſint extra domum.*

24 *Nutrices vt ſint apud Iudæos, nec ex diſpenſatione Epiſcopi licet n. 26. & n. 27. Quod ſolus Pontifex ad id diſpenſat.*

25 *Nutrices retinẽs Chriſtianas valet puniri.*

1 AD primam quæſtionis partem communiter docent DD. in textu noſtro per *textum in cap. nullus* 28. *qu.* 1. Iudæum non poſſe Medicinam Chriſtiano præſtare, nec Chriſtianum ab eo recipere, *d. c. nullus verſ. aut Medicinam ab eo percipiat*; quod placet ab aliquibus intelligendum quando emuntur à Iudæis præparatæ Medicinæ; quia recipiendo præparatas, contrahitur quædam familiaritas cum Iudæo, ſic Gloſſa, *in d. cap. nullus, verb. percipiat* expreſsè docent Angel. verb. *Iudæus* 7. Armilla, *eodem verbo n.* 9. Tabiena *q.* 5. *n.* 6. Thomas Sanchez *in præcepta decal. tom* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 12. Barboſa *in d. c. nullus n.* 7.

2 Inferens iſtos DD. clare ſentire non interdici quamcumque aliam Medicinæ acceptionem, quando Iudæus eam non applicat, ſeu præparat; quia licet Azor *inſt. moral. p* 1. *lib.* 8. *cap.* 22 *q.* 5. teneat licere nobis emere etiam medicinas præparatas, dummodo non ſint ſponte oblatæ; illam optime carpit legendus idem Sanchez *ſup. n.* 9. & Scortia intelligẽs illam Greg. XIII. *conſt.* 68. *alias* 71. editam anno de 1581. quæ incipit; *Alias Theorem.* 346. *epitom.* 131. legendus pro toto *n.* 1. & *declaratione n. ſeq.* & *cum* Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 9. etiam contra Azor ſequitur.

3 Ac dicit quod legitimus ſenſus *dict. cap. nullus*, eſt vt interdicatur Chriſtiano miniſtratam Medicinam à Iudæo accipere; quia hoc ſit Iudæum curare, & mederi Chriſtiano ægrotanti, quæ familiaritas inter ægrum & medicum prohibetur, non autem, quæ eſt inter vendentem, & emẽtem, vel donantem, & recipientẽ, & quod aliàs non eſſet major ratio, vt prohibeatur fidelis acceptare medicinam donatã.

4 Sed hæc concluſio limitatur in aliquibus caſibus & cum Felino *n.* 5. hic in duobus ſequentibus, vt puta tempore peſtis, vel alterius neceſſitatis, quo Medici Chriſtiani deficerent, vel in caſu, quo eſſet illa cura Medicis Chriſtianis incognita, & in alio tertio caſu, quem ſingulariter declarat lex partitæ *in l.* 8. *tit.* 24. *part.* 7. ibi Gregor. Lopez, nempè in Medicina facta à Chriſtiano quæ à Iudæo recipi poteſt: alios plures caſus pro exornatione textus noſtri, de his, quæ prohibita ſunt Iudæis, idem Greg. & de aliis quæ etiam eis permittuntur ex Panormit. & aliis in textu noſtro ponit Gratianus *Reg.* 247. quæ in alijs Iuribus proprius ſedent.

5 Quare Clem. VIII. *in conſt.* 42. *Cum ſicut*, de qua idem Scortia *d. Theor.* 146. & plenè *Epiſt.* 61. vetat Italis extra Italiam, in locis hæreticorum degentibus accerſere medicos Hæreticos, excipiendo ibi caſum neceſſitatis, & vbi non ſuppetit copia medici Catholici, vt de Iudæis, & infidelibus ſtatuit Greg. *d. conſt.* 68. imitatus Paul. IV. & Pium V. vt dicit idem *Theor.* 346. *cit.*

6 Ad 2. partem, an ſit licitum accerſere medicos Iudæos ad medendum morbis Chriſtianorum, & à fortiori ex dictis id eſſe prohibitum patet expreſſè *in d. cap. nullus* 28. *q.* 1. *in verſ. aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet*: ſed limitatur *vt ſuprà* niſi adeſſet neceſſitatis caſus, vbi non adeſſet alius ſufficienter peritus, pro præſenti morbo, vel ſi morbi grauitas multis indigeret medicis, & non eſſet copia Catholicorum; quia tunc perinde eſſe docent aliqui, ac ſi Catholici non eſſent ſufficientes pro eo morbo, ſic in tit. nimis Alfonſ. Leo *in l.* 1. *ſub n.* 15. *C. hoc tit.* Marq. *de Iudæis p.* 3. *c.* 2. *n.* 10. Ant. Ricciul. *de jure perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 14. *à n.* 8 & *à n.* 9 Sanchez *in ſumma lib.* 2. *c.* 31. *n.* 8 Barboſa *in d. c. nullus, n.* 6. citantes Armill. Roſel. & Sylueſt. qui ante illos ſic limitauit ſiue declarauit *in verb. Iudæus q.* 1. *dict.* 4. & hæc pars fulcitur ex dictis hic *n.* 1. & 2.

7 Ad tertiam quæſtionis partem, an vetitum ſit Chriſtianis veſci azymis Iudæo-

rum, ſeu accipere ab illis panes azymos, in quo breuiter reſpondetur ex *d. cap. nullus* 28. *q.* 1. cum Syluestro *verb. Iudæus qu.* 1. *diſt.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi* legendus *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 7. *in princ.* Barboſa *in d. cap. nullus num.* 1. *&* 2. interdictum eſſe Chriſtianis azyinis Iudæorum veſci, etiam ſi ſeorſum à Iudæis comedantur, limitando niſi in caſu neceſſitatis, & adeo verum dicunt eſſe Barboſa, *n.* 3. & Ricciulus *de iure perſ. exiſt. extra grem. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 10. vt nec etiam liceat Chriſtiano accipere à Iudæo panes azymos ſi hæc acceptio fiat, vt detur aliqua ſignificatio Paſchalis ſolemnitatis, quæ ab eis celebratur; quia hoc eſſet cum eis Iudaizare.

8 Et quia hæc omnia & *infrà* dicta de conuiuiis ſpectant conſecutiuè ad hanc tractationem, libuit inſerere *reſumen. conſtit.* Gregor. XIII. relatam cum eodem Scortia *ibi Epiſt.* 131. *Theor.* 346. ibi: *nullus eorum, qui in Sacro ſunt Ordine, aut laicus azyma Iudæorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem in infirmitatibus ſuis vocet, aut Medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo ſe lauet, ſi verò quiſquam id fecerit, ſi clericus eſt, deponatur, ſi laicus excommunicetur*: Sic ex verbis *d. cap. nullus à Greg. in* 6. *Synodo*, & hæc ob periculum ſubuerſionis, quod fidelibus ſolet imminere, ex conuerſatione, & familiaritate cum Iudæis *cap. ad hæc* 8. & ob eamdem rationem cum Sarracenis ex *cap. Iudæis, hoc tit. ibi Gloſſ. verb. Iudæi* Sanchez *in ſumma d. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 5.

9 Et ex hoc infertur, vt ne liceat Chiſtianis aliquid miniſtrare Iudæis, ea intentione vt illud in cultum Iudaicæ Religionis, expendatur; quia hoc eſſet directè in eorum cultu communicare: ita Theologi cum D. Thom. 2. 2. *q.* 169. *art.* 2. *ad* 4. Valent. 22. *diſp.* 1. *q.* 10. *puncto* 5. Molina *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 340. Colpen. *verſ. quando aliquid*, Sanchez *in præcept. Decalogi tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 1. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *q.* 4. Anton. Ricciul. *ſupr. lib.* 2. *c.* 29. *à principio.*

10 Inferentes præcipuè tres vltimi citati quos ſequitur Barboſa *in d. cap. nullus*, nullatenus licere Chriſtiano dare vel vendere Iudæo agnum hac intentione vt immoletur, vel ramos, aut aleos, vt deſeruiant ad Synagogæ ornatum, aut cedros à ſpinis non tactos, quos ipſi vocant immaculatos, hac intentione, vt eis poſſint in eorum Sacrificijs.

11 Ad quartam an liceat Chriſtianis eſſe cum Iudæis in balneo, quia per verba *dicti c. nullus* 28 *q.* 1. *ibi: Aut eum eis in balneo lauet:* & videtur prohibitum; ſed venit hoc intelligendum, quando Chriſtianus ſimul accederet cum Iudæo, vel propter Iudæum; quia tunc talis acceſſus eſſet ex cauſa familiaritatis, quæ propriè interdicitur in eo textu, ſecus ſi neceſſitas cogat, veluti ſi quis cauſa ſanitatis ingrediatur balneum in quo Iudæi quoque ſimul ingrediuntur; imò, & ſi cauſa ſolùm recreationis foret, dummodo Catholicus non accedat cum Iudæo, nec propter Iudæum nec ei in balneo ſe familiarem exhibeat; quia textus ibi tantùm interdicit Catholicum ſimul cum Iudæo in balneo lauari, quo vitetur inter eos familiaritas, at non dicuntur ſimul lauari, ita vt familiaritas aliqua contrahatur, quando prædicto modo ſe in eodem balneo lauant in terminis, Barboſa *in d. c. nullus n.* 8. Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *ad finem*, Sanchez *d. lib.* 2. *c.* 31. *n.* 11. Ant. Ricciul. *d. lib.* 2. *c.* 41. *n.* 13. vbi *n.* 24. *ſub dict.* arguendos eſſe qui neceſſitate ceſſante ſimul cum Iudæis ad notandum accedunt, quando hoc fit ex antecedente conſilio, & faciunt referenda *infrà ſub c.* & ſi Iudæos, *& c. ad hæc.*

Ad quintam quæſtionis partem, an valeat Iudæus habere Chriſtianum in ſeruum aſcriptitium ibi *de nominibus ſeruorum* & quia latiſſimè dixi *ſub Rubrica*, & *titul. de ſeruis non ordinandis*, & *in d. Rubrica ſub q.* 1. ibi *an ſit vna ſpecies ſeruorum*, & ibi de ſeruis adſcriptitijs, de quibus à *n.* 38. & quod iſti jam non ſint in vſu, item ibi de ſeruis cenſitis inquilinis ordinarijs, Vicarijs, Originarijs, Madianiſtis, Veſpeliones, compeditus, & vulgaribus, ſeu mancipium, & ibi, *n.* 51. quod adſcriptitius dicitur portio fundi, qui inter immobilia computatur, & quoad materiam textus *in d. cap.* 2. hic ibi, de iſtis adſcriptitijs dixi ſub *d. qu.* 1. *ex n.* 47. *ad* 49. Iudæum poſſe habere adſcriptitium Chriſtianum in conſequentiam ruris, quod poſſidet, ſed quod non poſſunt Iudæi iſtis adſcriptitijs imponere aliquod onus vltra illa, quæ peragere debent coloni originarij ibi dico etiam cum Barboſa *in d. capit.* 2. *numero* 1 *&* 2. hic, quas pœnas incurrant Iudæi tales ſeruos aliò transferentes, & quia *d. quæſt.* 1. *n.* 46. 12 13

Dixerim quòd originarij ſerui ſunt illi, qui orti ſunt ex adſcriptitiis, qui verè liberti ſunt, quamvis ad certas operas teneantur per Gloſſã *in d. q.* 2. ibi cum Pontifex interdicat Iudæis mãcipia Chriſtiana poſſi 14

poſſidere concedit, eis inquam prędictos adſcriptitios, vel originarios, & Ioannes de Platea *in l. quemadmodum num. 9. §. ſed quid ſi vendendi Codice de agricol.* & *cenſit.* Surdus *de alimentis tit.* 8. *priuilegio* 89. & alij multi magni nominis, quos conſultò omittimus.

15 Dixerunt non poſſe Iudæum emere fundum cui ſunt adſcripti ſerui Chriſtiani; conſtat enim ex gloſſa *in d.cap.2. verſ. ſint liberi, ibi* Barboſa cum Perez, & Sanchez originarios ſiue adſcriptitios eſſe liberos.

16 Ad ſextam quæſtionis partem ibi, *de textu in d. cap.* 8. hic, an ſcilicet poſſint Chriſtiani eſſe in familiari ſeruitio Iudæorũ: & an poſſint habere nutrices Chriſtianas, & quoad primum, dico expreſsè Pontificem prohibere, vt Chriſtiani ſint in familiari ſeruitio Iudæorum; eſt enim à ratione etiam textus noſtri interdicta communio, & familiaritas Chriſtianorum cum Iudæis; quia ſubeſſe poteſt periculum ſubuerſionis: ſic DD. reſoluentes etiam fideles à mortali peccato non excuſari ſi moniti huiuſmodi familiaritatem non vitent, quando periculum ſubuerſionis imminere poteſt: verum ſi abſit, & ſperari poſſet conuerſio infidelium, nullam remanere prohibitionem, quo minus poſſimus cum illis communicare; ſcribunt Auiles *in cap. Prætor* 26 in gloſſa *apartamiento à n.* 2 Perez *in l.*10.*tit.*13.*lib.*8. *ordinam ad* Cened. *ad decretal.collect.*15. *nu.* 1. Filliucius *tom.* 2.*tract.* 22.*cap.*5.*n.*126. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*1.*d.lib.* 2. *cap.* 31. *à num.* 2. Ricciul. *in tract. de iure perſ. extra grem. Eccleſiæ exiſt.lib.* 2.*cap.*38.*n.*2. Barboſa cum aliis *in d.cap.ad hæc* 8.*n.*1.*&* 2.

17 Quod patet *ex conſtit.* Innocent IV. quæ eſt 2. *incip.impia* edita anno 1244. *in* §.5. de qua Scottia *Epitome* 11.*Theorem.* 42. *in principio, in verbis ibi*, inhibet ne de cætero Iudæis Chriſtianos ſeruientes, vel nutrices habeant ne filij liberi ancillæ filiis famulentur, qui per textum *in d. cap. ad hæc* 8.*& cap. & ſi Iudæos* dicit hæc etiam prohibita ab Innocent. III & Alex. III. tum ne Chriſtiana Religio ſubdita Iudæis polluatur, vt timet D. Greg. *lib.* 2. *Epiſt.*37.*&* S.Thom.2.2.*qu.*10.*art.*9. tum ne filius liberè ſeruiat tanquam inferior ancillæ filio, *ex d.§. & ex cit. cap. & ſi Iudæos*, tum ne contrahatur aſſidua, & frequens familiaritas cum Iudæis ex *d.cap.ad hæc*, tum quod inaudita contra noſtram fidem committerent: ita Scortia.

18 Ad aliam partem de nutricibus Chriſtianis, de quo *in d. cap. ad hæc* 8. *verſ. & nutricibus eorum*; *& in verſ. in eorum domibus nutrices, & in d. capit. & ſi Iudæos* 13. *verſ. nutrices*, dicunt DD. quòd non licet fœminæ Chriſtianæ nutricis filij Iudæi, munus obire: faciebant, inquam, Iudæi filiorum ſuorum nutrices, poſtquam communicaſſent per triduum lac in latrinas effundere, antequam eos lactarent, & alia plura in confuſionem noſtræ fidei, *ex d. cap. & ſi Iudæos* 13. legendum; quod ſi in nutricibus, & famulis Chriſtianis dimittendis eſſent contumaces *ibidem* vetuit Innocent. III. ſub excommunicationis pœna, ne vllum cum eis mercimonium exerceant, cenſuitque præſumentes cum eis habitare eſſe excommunicandos ex *cap. Iudæi*, 2. *hoc tit.* ita Scortia *in d. conſt.* Innocent. IV. *theorem.* 42. *num.*4. & de hac concluſione poſt antiquos Barboſa *in d. cap.ad hæc, & d.cap.* & ſi Iudæis, *num.*10. *in pragm.* Caroli V. Azor *inſtit. moral. in* 2.*parte* vtriuſque Foller. *in conſtit. Regni, tit. de Iudæis n...p.*1. *lib.* 5. *cap.* 22. *quæſt.* 2. Ioan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.*4. *cap.* 4.*n.*44. Sanchez *d. lib.*2.*cap.* 31.*n.* 19. Anton. *Ricciul. d. lib.*2.*cap.* 28. *n.*10. Du- 19
bium verò eſt num liceat Chriſtianis extra Iudæorum domus nutricis officium illorum filijs exhibere, & per quas filios ſuos infantes lactare faciant, in quo diſcordant DD. affirmant Zabarella *in d.cap. ad hæc* 8. vt refert *ſuprà* Scortia *d. Theor.* 42.*verſ. num. vero* Marian. Socin. ſub *n.*5. Abbas *ſub num.* 2. *in ver. & breuiter*, ex Gloſſa *ibi*, ſed contrariam ſententiam, vt prohibeantur extra illorum domus nutricic Iudæorum filios, docent *in d. cap.* ad l æc Ioan. Andr Burr. Anania, & Felin. quos ſequitur ibi Barboſa *in fin.* etiam cum Syluestro, Armilla, Alenſ. Lem. & Franc. Len Azor, & Sanchez, quos & refert, ac ſequitur idem Scortia, tum ad cauendam eorum familiaritatem, tum ne ſerui à Domino reprobati (quales ſunt ijdem Iudæi) videantur ſuperiores ijs, qnos mors Chriſti liberos fecit.

Et idem de famulis fidelibus dicendum 20
eſſe tradit Gloſſa *in verb. aſſiduè in d.cap.ad hæc*, vbi Abbas *num.*1. Sanchez *in ſumma num.*20.*d.lib.*2.*cap.*31. idem Scortia *d Theorem.*42.*in verſ. idem*, cum Roſella Angelo, Syluestro, & Tabiena contra Hort. & Ioannem Andræam putantes id licere, eo quòd in *d. c. Iudæi* 2. dicatur, nec ſubalendorum filiorum ſuorum obtentu, nec pro ſeruitio, aut alia qualibet cauſa Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permittantur

habere; etenim Chriſtianus colonus abſente Domino Iudæo, poteſt illius agrum colere, ex *d. cap. 2. multorum hic*, aut domum fabricare, ſi Iudæus communiter non aſſiſtat, ex Abbate *loco citato*, Sanchez *num. 21.* non autem Chriſtianus ſeruus, ſeu mancipium eius cum Iudæus eum habere non poſſit *cap. præſenti 1. hic, & diſt. 54. cap. mancipia Chriſtiana Concil. Aurelian. 3. cap. 10. Aurel. 4. cap. 18. Toletano 4. cap. 64. & in Cod. Theodoſian. tit. ne Chriſtiana mancipia Iud. hab.* ibi: Honorius, & Theodoſ. legem *verb. ſequentib. ſanxerunt, Chriſtiana mancipia nemo audeat comparare: nefas enim exiſtimamus religioſiſſimos famulos impijſſimorum emptorum inquinari dominio.*

21 Et quamvis textus *in d. cap. ad hæc verſ. in eorum domibus, & d. cap. Iudæi 2.* quod eſt *5. in ordine vt alia qualibet cauſa Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permittantur habere;* videatur ſolum prohibitionem eſſe de nutricibus dum lactãt filios Iudæorum in domibus illorum non ſit extra; tamen idem Ioann. And. *in final. verb.* Butr. *in fine* Anania *ſub n. 5.* Feliu. *n. 3. verſ. ſed contrarium*, & ex illis Syluestro, Azor. Leo. & Sanchez *in d. lib. 2. ſummæ cap. 31. n. 19. & 27.* Barboſa *ibi ſub n. 4.* reſpondent *ver. in d. cap. ad hæc* poſitum in eorum domibus non ſignificare præciſam inhabitationem, nec poſitam fuiſſe eam particulam ad reſtringendam prohibitionem, ſed gratia frequentioris vſus, quia frequentius intra domum contingit nutritio.

22 Cui videntur pugnare verba *d. cap. Iudæi 5. cum d. cap. multorum 2.* hic nam *in 1. num. cap. Iudæi*, mancipia in propriis domibus non licet haberi, originarios verò, & adſcriptitios, ſic *in d. cap. multorum*, ſecundò ex quibus neceſſariò apprehenditur, quòd ſerui, aut famuli ſi inſeruiant Iudæis extra domos, cum adſcriptitij ſint ſerui glebæ, & ruri aſſignati, vt dictum eſt jam non prohibeantur, & quod Hort. & Ioan. Andreæ opinio relata de famulis ſit vera.

23 Ad quod tamen reſpondetur quod nutrices, & ſi extra domus nutriant filios Iudæorum, eſt tamen plus facilis cum illis communicatio, quam cum ſeruis adſcriptitijs, qui ruri dediti, non ſic communicantur à Iudæis Dominis, quòd ſi fortè timeretur, nihilominus ſubuerſio ex frequenti communicatione cum ſeruis mancipiis, & famulis extra domum exiſtentibus ratione huius periculi, quod de nutricibus dicitur, extenderetur etiam ad dictos ſeruos, & famulos, ac reſponderetur ad textum *in d. cap. 2. cap. Iudæi*, & alij, idem quod à DD *cap. ad hæc*; quod videtur admitti ex pariformitate *verb. dictæ conſtitutionis Innocent. IV. d. §. 5. verſ. inhibet*, cuius verba retulimus *ſuprà* comprobatur ex alia *conſtit. Clem. IV.* de qua Scortia *theor. 54. ibi in fine* dicit: ne igitur haberent occaſionem peruertendi à fide alios Iudæi, de quibus factum ſit primò, vt Chriſtianum ſeruum habere non poſſint ex *d. cap. multorum 2. hic, & l. de conobis §. his ita Cod. de Epiſc. & cleric.* & quod ob periculum ſubuerſionis ſit eorum familiaritas Chriſtianis interdicta *d. cap. nullus cap. omnes 28. qu. 1.* Petr. Greg. *lib. 12. Syntagm. cap. 4.*

Ad aliud de diſpenſatione an ea poſſint 23 Iudæi nutrices in domibus propriis habere, primo dicitur, vt nec in illis, aut extra, ſic vt nec Epiſcopus poſſit diſpenſare ad hoc vt Iudæus valeat habere nutricem Chriſtianam regulariter Ricciulus cum Felin. & aliis de jure *perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib. 2. d. ep. 28. n. 15.* Barboſa *in d. Ep. ad hæc num. 3. in fine ibi* addit *ex conſtit. Greg. XIII. in conſtit. 70. incipit, antiqua Iudæorum, &c.*

Quod Iudæus retinens nutrices contra 24 Sacrorum Canonum ſtatuta poteſt puniri, etiam ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis; quia eſt vnus ex caſibus comprehenſis *in d. conſt.* tradit etiam Barboſa *in d. cap. & ſi Iudæus num. 5.*

Imò idem Ricciul *d. cap. 28. lib. 2. num.* 25 *18.* Alfunſ. Leo. *lib. 1. tit. de Iudæis poſt* Felin. & Franc. Leo in theſauro fori Eccleſiaſt. *p. 4. cap. 4. num. 45.* quos ſequitur Barboſa *in dict. cap. ad hæc n 4. in fine*, dicunt hoc etiam extendi taliter, vt regulariter nequeant Epiſcopi diſpenſare, vt nutrices Chriſtianæ extra eorum domos habitantes illorum infantes lactare, & nutrire valeant.

Sed quod ſolus Pontifex poſſit ad id 26 diſpenſare, reſponderunt Abbas *in d. cap. ad hæc Cardinalis*, & Anania *ibidem*, Roſella *verb. Iudæus 1. num. 6.* Angel *n. 5.* Syluester *q. 2. dict. 4.* Armilla *numer. 8.* Tabiena *quæſt. 5. num. 6* Sanchez *d. lib. 2. ſummæ cap. 31. n. 27.* Scortia *d. Theor. 42. verſ. quæres* cum ea prohibitio à jure deſcendat, nullique eius diſpenſatio commiſſa reperiatur.

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.

An ſit Chriſtianis prohibitum ad conuiuia Iudæos inuitare, ſeu conuiuia Iudæorum petere? quid ſi miſſi ſint ad conuerſionem eorum. Et quare non ſit prohibitum loqui cum Iudæis, & cum infidelibus comedere tamen ſic, vel habitare cum illis ad *cap. Iudæi* 5. *hoc tit.* Et quare cum illis contrahere ſit licitum *ad cap. poſtulati* 14. Et an Chriſtianus valeat ſeruum Iudæum habere.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus nequit eſſe in conuiuijs Iudæorum, nec cibos comedere, quos Iudæus reijcit, & quare fallit vt numero 2. & 3.*

2 *Chriſtianus ſi caſu concurrit valet cum Iudæo comedere in eodem diuerſorio.*

3 *Chriſtiani miſſi ad conuerſionem infidelium valent cum eis manducare, & cibos illorum comedere tanquam res à Deo creatas, n.4. & cum vrget neceſſitas famis n.8.*

5 *Chriſtus Dominus dignatus eſt manducare, & viuere cum publicanis, & peccatoribus.*

6 Cap. ad menſam 11. q. 3.

7 Cap. ſicut ſocius 32. q. 4.

8 *Præceptum de conſeruanda vita, eſt naturale per quod licet veſci carnibus infidelium, ſecluſo Dei contemptu.*

9 *Chriſtiani, etſi colloqui, & conuerſari cum Iudæis non prohibeantur, eſt tamen nimis periculoſum, & ſic debent abſtinere.*

10 *Chriſtiani cum Iudæis & ſarracenis habitare prohibentur, nedum in domo, ſed in eodem loco, vt numer. 1. fallit, vt num. 12.*

13 *Chriſtianus prohibetur commerciari cùm Iudæis, propter delictum in pœnam, & quando ex hoc familiaritatem inhærens, vt n. 15. 16. & 17.*

14 *Iudæus poteſt contrahare cum Principe, & Eccleſia.*

16 *Commerciari poſſunt Chriſtiani cum Iudæis ex bona fine.*

17 Gloſſa in capit. cum omnes 23. qu. 1.

18 *Vendere Iudæis agnum, aut alia, vt more Iudaico illis abutantur, non licet, vt exemplificatur, etiamſi extra id tales res vendi permittantur, vt numero 19.*

20 *Chriſtianus valet ſeruum Iudæum habere & ſi non è contra Iudæus Chriſtianum ibi de differentia ratione cum moderatione, de qua n. 21.*

Chriſtiani valent conuerſari cum Iudæis; ad alliciendum eos ad fidem Catholicam.

AD primam quæſtionis partem reſpondetur ex *cap.* 8. *omnes* 28. *qu.* 1. deſumpto ex *conſil. Agatenſi*, per quod Foller. *in conſtit. Neapol. hoc titul. num.* 15. Alphonſus Aluares Guerrero *in ſpeculo Iuris Pontificis, tit. de conuerſ. fidel. cum infidelibus pagin.* 259. Anton. Ricciul. *de iure perſonar. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 47. *n.* 25. Thomas Sanchez *tomo* 1. *ſummæ lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 12 colligunt prohibitum eſſe Chriſtianum inuitare ad conuiuium Iudæos, vel ad eorum conuiuia accedere, & hoc intelligunt Sanchez, Roſella *in ſumma verb. Iudæus num* 1. Angelus *eod. num.* 1. Tabiena *d. verb. q.* 2. *num.* 2. Armilla *num.* 4. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *qu.* 3. non ſolum quando Iudæi cibos diſcernunt aliquos reſpuentes ſed etiam quando ſine vllo ciborum delectu manducant, vt bene tradit Syluest. *verſ. Iudæus qu.* 1. *dicto* 2. ex ea ratione, vt exiſtimant Ricciul. *ſup. d. cap.* 41. *num.* 27. Barboſa *in d. cap. omnes*, quia non ſola ciborum diſcretio & huius prohibitionis cauſa; ſed vitatio familiaritatis cum Iudæis ex qua peruerſionis periculum creatur, juxta *dicta q.* 1. Ægidius Trullench. *ad præcepta Decalogi lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 20. *n.* 2. & addit Azor ab eo citatus *q.* 3. & Sanchez *d. cap.* 31, *num* 17. non licere Chriſtianis cibos ſumere, quos Iudæi reijciunt, & contemnunt, & poſtea ijs veſci, abſque Iudæorum conſortio; quia ſic fiunt inferiores Iudæis. 1

Tamen præcitati limitant præfatam doctrinam, & deciſionem *d. cap. omnes*, vt ne ſcilicet procedat ſi caſu Iudæus, & Catholicus in eodem diuerſorio reperti manducarent in eadem menſa; quia textus ibi tantum jubet vt fideles vitent Iudæorum conuiuia, nec Iudæos ad conuiuia excipiant, ſed Iudæus in hoc euentu nullum Catholico conuiuium facit, nec Catholicus Iudæo: ita docent Philiarc. *de offic. Sacerd.* 2. *p. tom.* 1. *libr.* 3. *cap.* 12. *in fine* 2

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

chez *d. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 13. Ricciul. *d cap.* 49. *n.* 21. Et licet in hoc caſu Turrecremata *in d. cap. omnes*, contrarium teneat, dicit Ricciulus, vt videtur amplecti Barboſa *ibi num.* 2. dictum Turrecrematæ poſſe procedere quando Iudæi ſimul, & Chriſtiani recreationis cauſa, intrarent cauponam, vt ſimul comederent; tunc enim non excuſant Chriſtianum à peccato, & vires accipit ex dictis *ſuprà quæstion. de balneo.*

3 Secundò à prædicta prohibitione ciborum, excipiunt alij miſſos ad conuerſionem Iudæorum; ſeu infidelium procurandam, qui cum illis manducare poſſunt, vt familiaritate cum eis contracta, facilius valeant eos ad veram fidem attrahere, ſic habetur *in cap. quam ſit hoc tit.* vbi dicit Barboſa *in verſ. vt vobis ys cibis num.* 2. cum Hoſtienſ. Butr. *num* 6. Abbate *num.* 2. Socino *num.* 1. & Anton. Ricciulo *in tract. de jure perſonar. extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap* 41 *n.* 30.

4 Quod ſeruata temporum qualitate juxta Canonicas Sanctiones liceat veſci cibis, qui ab infidelibus illis apponuntur: quod intelligunt procedere DD. dummodo cibi allati edantur vti res à Deo creatæ, ſecus ſi edantur, tanquam res idolo conſecratæ, quia tunc fame mori debemus magis, quàm illis veſci, *cap. ſic latius* 23. *qu.* 4 quem ſic intelligunt ibi Archidiacon. *n.* 1. *&* 2. Bellar. *in fine*, Turrecrem. etiam *in fine*, Syluester *verb. Iudæus quæst.* 1. *dict.* 2. Roſel. *eodem verbo num.* 1. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1 *lib.* 2. *cap.* 31. *ſub numero* 7.

5 Et ideo Chriſtus Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducare, & bibere dignatus eſt, quia ad illorum conuerſionem venerat *cap. infideles* 23. *qu.* 4.

6 Ex quo conſtat jam quod licet textus *in cap. ad menſam* 11. *quæſt.* 3. videatur concedere ſimpliciter licentiam manducandi cum infidelibus; debet tamen intelligi de illis, qui conuerſionis gratia cum infidelibus manducant, prout intelligunt Turrecremata *ſub n.* 5. Præpoſitus *ibi n.* 6. Alphõſus Aluarez Guerrero *in ſpeculo Iuris Pontific. hoc tit. pag.* 259. quod intelligit Barboſa *in d. cap. omnes num.* 3. *&* 4. dummodo cibi allati edantur, ſicut res creatæ, *vt*
7 *ſuprà* dictum eſt in præced. ad not. *in cap. ſicut ſatius* 31. *qu.* 4. vbi Auguſt. *de bono coniugali cap.* 16. ibi relatus; ait meliùs eſſe fame mori, quàm idolothitis veſci, cuius dictum intelligunt DD. communiter, quando formaliter edunt, id eſt, vt ibi idolo conſecrantur in eius cultum, Syluest. *d. verb. Iudæus quæſt.* 1. *d.* 2. Roſella *eodem verb.* 1. *n.* 1. Anton. Ricciul. *de Iure perſ. extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *c.* 41. *n.* 35.

Et comprobant Barboſa *in d. cap. ſicut* 8
ſatius, cum Molina *de juſtitia tract.* 5. *diſp.* 62. *in fine.* Ægidius Conink, *tract. de fide, diſp.* 15. *n.* 54 *&* 64 quia ceſſante ſcandalo, & iniuria Saluatoris, eſto adhuc præceptum illud Apoſtolorum perſeueraret, liceret veſci in extrema neceſſitate carnibus illis; quia cum præceptum de conſeruanda vita ſit de jure naturali, & prohibitio illa ſolùm eſſet de jure poſitiuo, quando duo præcepta ſimul concurrunt, quorum vnum eſt de jure naturali, & alterum de jure poſitiuo, juri naturali, quod præualet eſt ſtandum.

Ad ſecundam partem quæſtionis quare 9
non ſit prohibitum loqui cum Iudæis, cum nec comedamus cum eis, ſed cum ſit major familiaritas in cibo ſumendo, quàm in colloquendo, faciliuſque decipiatur quis inter epulas: ideò Gloſſa *in d. cap. omnes* hanc rationem differentiæ poſuit *in verb. Iudæorum* ibi: *ſed quare*; ſic Hoſtienſ. *in cap. quam ſit, num.* 3. *hoc tit.* vbi Ioannes Andr. *num.* 5. Abbas *num.* 3. Turrecrem. *in capit. nullus num.* 4. *cauſa* 28. *quæſt.* 1. Alfonſ. Aluarez Guerrero *ſuprà tit. de conuerſ. fidel. cum infidelibus pag.* 259. at Barboſa *in d. cap. omnes, num.* 5. referens expulſionem de Regno noſtro plus ſexcenta Maurorum à Philipo III. & exulationem Iudæorum à Ferdinando & Eliſabeth. Reg. Hiſpaniæ, ne infeſtarentur Chriſtiani, ex eo ipſo pergrauiſſimas pœnas Philippus Auguſt Galliæ Rex, & Benedictus Papa de illis ſumpſerunt, propter ſacrilegia in crucem à Iudæis illata, & quod infantes in ludibrium paſſionis Chriſti illa mactatos, & ſic quidē videtur etiam à collocutione cum illis extra neceſſitatem, aut deficiente titulo conuerſionis illorum ad Chriſtum ex eadem ratione, qua conuiuia prohibita dicuntur, ſic & collocutiones, cum, vt ponderant de armis *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 30. *&* 31. *& cap.* 12. *ex num.* 4. ſim. Maiol *l. in tract. de perfidia Iudæorum.* Camill. Borrell. *de præſt. Reg. Cathol. cap.* 69. *ex num.* 31. latè Iacob Gretſer. *lib. de cruce tom.* 2. *lib* 1. *cap.* 98. & in horto S Crucis *p.* 1. *pag.* 92. qui referendo inter alia exempla proxime relata patrata à Iudæis Galliæ, dicunt nimis periculoſum eſſe cum Iudæis conuerſari, cum impiiſſima, & grauiſſima crimina, ac ſacrilegia quotidie in opprobrium Chriſtia-

norum

norum committant, vt oſtendunt re-
lati.
10 Quod confirmatur ex eo etiam; nam
habitare ſimul prohibentur Chriſtiani
cum Iudæis vel Sarracenis, vt colligunt
DD. ex *cap. Iudæi 5. hoc tit. &* eſſe cum il-
lis ſic Alfonſ. Leo in l. 1. n. 15. verſ. *nec*
habitationem, Cod. de Iudæis, Sanchez *in*
præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 31. n. 5.
Anton. Ricciulus *de jure perſ. exter. grem.*
Eccleſ. exiſt. lib. 2. cap. 41. num. 2. & 3. qui n.
4. aduertit jure nouo non ſolùm eſſe pro-
11 hibitam habitationem; ſimul tamen in ea-
dem domo, ſed etiam in eodem loco; nam
ex conſtit. Pauli IV. quæ eſt 3. in ordine Bul-
larij incipit nimis abſurdum ex alia Pij *in c.*
Rom. Pontifex, omnes debent habitare in
vno eodemque loco, & ſi ille capax non
fuerit in duobus vel tribus, ſeu quod ſatis
ſint contigui ad quos vnicus tantum in-
greſſus pateat, & quibus vnus detur exi-
tus, & *n. 5.* com Sanchez *d. cap. 31. n. 6. verſ.*
12 *quare hinc colligitur*, & Barboſa cum illis
d. cap. Iudæi 5. num. 2. declarant non pro-
cedere concluſionem hanc in Iudæis, &
infidelibus qui à Chriſtianis detinentur
tanquam ſerui, cum ſeruilis conditio ex-
cludat præſumptionem ſubuerſionis.
13 Quod propter delictum in pœnam in-
terdicatur commercium Chriſtianorum
cum Iudæis probant communiter Docto-
res per textum *in cap. poſtulati, 14. hoc titul.*
Ergo cùm etiam ex jam dictis prohibea-
tur habitare cum illis, ac veſci, ſequitur,
vt nec contrahere ſiue commerciari extra
delictum, cùm etiam in hoc caſu poſſit
eſſe periculum ſubuerſionis ex communi-
catione, cauſa mercimonij agitata, & ſic
non videri approbandum, quod dicunt
DD. vt quia mercimonium non prohibe-
tur in *d. cap. poſtulati*, intelligatur permiſ-
ſum, & licitum Corſetus *in ſingul. verb. ſo-*
cietas & 1. Foller. in conſtit. Regni tit. de
Iudæis in pragm. & quia n. 9. Roman. conſ.
418. incip. *hæc Domina Petra* Petr. Santer-
na *de diſpenſat. Merc. in fine, num. 21.* Cor-
naz Lucen. *deciſ. 127. num. 3.* Maſquard.
de Iudæis p. 5. cap. 5. Sanchez *in præcepta*
Decalogi tom. 1. lib. 2. d. cap. 31. num. 23. An-
ton. Ricciul. *vbi ſuprà lib. 2. dict. cap. 42. à*
principio vbi *num. 3.* extendit, vt poſſit Iu-
14 dæus contrahere cum Principe, & *num.*
4. etiam cum Eccleſia, & Ægidius Trul-
lench. *in opere morali lib. 1. d. cap. 3. dubio*
20. *num. 5.* dicit fas eſſe Chriſtianis in mer-
cibus emendis, & vendendis cum Iudæis
contractus inire, ex quo in jure non re-
peritur prohibitum aliquid ab eis emere
vel illis vendere, ſicuti nec cum illis col-
loqui ex Abbate *in cap. poſt miſerabilem de*
vſuris, Azor *inſtit. moral. tom. 1. lib. 9. cap.* 15
11. *quæſt. 2.* Sed fatetur jure prohiberi poſ-
ſe ad familiaritatem vitandam, ne emptio-
nis, aut venditionis cauſa Chriſtiani (vel
è contra) Iudæorum domos ingrediantur
inferens ex hoc Chriſtianos à Iudæis me-
dicinas emere poſſe, non verò ſponte obla-
tas vel datas accipere, vt dictum eſt *ſuprà*
ſub q. 1. n. 1. & 2
Quod inuolucrum facili diſtinctione 16
componendum eſſe cenſeo; nam quemad-
modum conuiuia aliaque poſſunt cum Iu-
dæis licere ex bona fide, cauſaue neceſ-
ſaria, ſi periculum ſubuerſionis non adſit;
ita, & commercia, vt vitæ neceſſaria, ta-
cite in jure permittantur, cùm non repe-
riantur prohibita ceſſante periculo ſub-
uerſionis, ſicut, & de collocutione jam
dictum eſt, quæ genericè ex *d. gloſſa c. om-*
nes 23. quæſt. 1, non prohibetur, ſed quæ 17
nimia ſit, vel quæ poſſit inducere pericu-
lum reuera ex dictis prohibita cenſebitur,
& inde in eo periculo commerciari, non ſi
tale periculum abſit, & iuxta hoc eſt etiam
intelligendum quod repetit Barboſa *in d.*
cap. poſt miſerabilem, de vſuris, verſ. tam in
mercimonijs, cum relatis Corſeto, Azor,
Ricciulo, Sanchez, & aliis, dicit quòd ex
quo propter delictum in pœnam Hæbreis
interdicitur commercium Chriſtianorum
abſque difficultate, ſupponit Pontifex *ibi*
nobis Chriſtianis licere cum illis commer-
ciari.
Et ad prædictam diſtinctionem corro- 18
borandam arguitur ex alia concluſione, vt
non liceat Chriſtiano vendere Iudæo tuta
conſcientia agnum, quem ſcit Iudæum
emere, vt Iudaico more in Paſchate ma-
ctet, & edat; quia cooperatur directè al-
terius peccato, vt dixi *ſuprà*, eſt inquam
apertè illicitum vendere Iudæis, quæ de
ſe ad vſum malum ordinantur, vt ſi ven-
das Iudæis veſtes Sacerdotales Moſaycas,
& Pagano idolum. Videndus Azor *tom 1.*
lib. 8. cap. 22. & cap. 24. Trullench *dubio*
20, *num. 6.* vbi alia dicens de quibus *in c.*
Iudæi 3. hoc tit. addit, quod ſi Chriſtianus
vendat gladium, aut venenum Iudæo
quem nouit ijs vſurum ad ſuam vel alio-
rum perniciem, tunc teneatur hoc dam-
num impedire; tamen hæc prohibitio pro-
cedit ex alio capite vt patet, ac *infrà* dice-
tur ſub *tit. de homicidio*, & ad propoſitum
alia *ſub d. cap. Iudæi 3. hoc tit.* vbi etiam Bar-
boſa *ſub numer. fin.* cum Sylueſtro Valent.
Molina, Sanchez, & D. Thom. 2. 2. q. 169.
art.

Digitized by Google

19 *art. 2. ad 2.* dicit non licere Chriſtiano res vendere ad hoc, vt illis Iudæi vtantur ad cultum Iudaicum:quæ prohibitio, licet ex parte materiæ, & mali finis tantum prohibeatur,ſequitur vt ſi venderetur res, quæ poteſt vendi, tamen timeretur ex alio capite ſubuerſio ex collocutione, & tractatu cum Iudæo, reuera jam hac de cauſa prohiberetur commercium, & ſi alias liceat emere res, ſeu medicinam, quia hoc oritur à neceſſitate viuendi: alia dico *in cap. quod olim* 12.

20 Ad vltimam quæſtionis partem, an liceat Chriſtiano ſeruum Iudæum habere, ad quod reſpondetur vt *ſuprà* poſſe; quia non militat ratio periculi ſubuerſionis ex conuerſatione cum Iudæo ſeruo,eò quòd ſibi ſubditus eſt, qui non audebit ſubuertere propriũ Dominum,quod è contra aliter euenit ex *textu noſtro, & c.2.*cum aliis, nam Iudæus, qui in ſeruum haberet Chriſtianum, facilè poſſet eum ſubuertere: cum habeat in illum imperium, & dominium; ita *ex cap. & ſi Iudæus* 13. *hoc titul.* DD. vbi à contrario colligunt Chriſtianum poſſe habere ſeruos Iudæos, & infideles: ita tamen, vt cum eis familiaritatem non ineat: Sanchez *in præcepta Deca-*
21 *logi tom.1.lib.2. cap.*31 *numer.* 6. Syluester *verb.Iudæus quæſt.* 3. *num.* 1. Armilla *num.* 7. Tabiena *quæſt.*3.*num.* 4. Barboſa *ibi ſub num* 1. *verſ. collige, qui num.*2. *ex dictis in cap. ad hæc* 8. de quo hic agitur, notat ex *d.cap.* 13. *verſ. in noſtram familiaritatem*, quod familiaritas ſeu conuerſatio cum Iudæis non eſt licita, quod admittimus, quando adeſt periculum ſubuerſionis, aliàs vt Iudæi alliciantur ad fidem Catholicam, aut ex alia cauſa neceſſaria, iuxta hic dicta, & *in cap.* 11. *&* 12. *hoc titulo* licebit.

AD TEXTVM.

In cap. II. Multorum, hoc titulo.

PRÆMISSVM.

De materia huius textus, quatenus ſpectat ad ſeruos Chriſtianos Iudæorum;item ad ſeruos adſcriptitios,& originarios jam dictum eſt,& notatum ſub *capit.* 1. *hic quæſt.* 1. *in verſ. Ad quintam.*

QVÆSTIO I.

An ſi Iudæus habeat cauſam cum Chriſtiano judicanda ſit ſecundùm æquitatem, aut rigorem? Et an Iudæus poſſit moram purgare, & de obligatione ſeruorum erga Dominos. Et de juramento ſtandi colonatui.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa Iudæi cum Chriſtiano judicanda eſt ſecundum rigorem, ſi æquitas ſcripta non eſt, ſecus ſi eſſet ſcripta.*
2 *Moram purgare in quo ſenſu Iudæis permittatur, in iure, diſtinguitur: & n.* 3.*&* 4.
5 *Serui adſcriptitij, qui poſſunt haberi Chriſtiani à Iudæis in quinque caſibus debent illis obſequia præſtare*, ibi *quales ſint.*
6 *Serui peccant mortaliter ſi non obediant Dominis in rebus magni momenti, eoſque non defendant.*
7 *Iudæi ſeruis Chriſtianis adſcriptitijs nequeunt imponere aliud ſeruitij onus, præter laborem ruris, & colonatus.*
8 *Serui coloni adſcriptitij, ſiue cenſiti à neceſſitate colendi agros ab antiquis ſic accepti ſunt: num.9.*
9 *Serui adſcriptitij, ſiue eorum filij non poterant vendi abſque prædijs quibus adhærebant, etiamſi venditio juramento confirmaretur, eo quòd læderet cauſam publicam: & n.*10.
10 L. quemadmodum, Cod. de Agricolis, & cenſitis, *qualiter in ſeruis adſcriptitijs vendendis etiam hodie prædicetur, n.*11.

AD primam quæſtionis partem de qua Gloſſa *hic Iuris veritate*, jam plenè valet ſatisfieri ex adductis *ſuprà in Rubrica hic quæſt.*2.*& fin.* vbi de Iudice competente, & judicio formando cum Iudæis: ſed quia hic mouetur quæſtio cum gloſſa an ſit cauſa judicanda juxta æquitatem, aut rigorem, ſuppoſitis hic quæ latè adduxi *ſuprà cap.*2.*de ſent. & re judicata,* vbi æquitas præualet rigori in judicijs, aut è contra; jam nunc breuiter reſpondetur, vt licet Socinus hic dicat ſecundùm rigorem, & Felinus *numer.* 5. contra teneat 1

vtramque ſententiam multis comprobatam referat Barboſa hic *n.* 4. potius eſt vt diſtinctionis fœdere dicatur, vt ſi loquatur de æquitate nun ſcripta, tunc debeat ſequi æquitas ex mente Ripæ *in l. ſi inſulam num* 10. *ff. de verb. ſignif.* Marquard. *de Iudæis p* 2. *cap.* 5. *ſub n.* 7. Laderchus *conſ.* 97. *num.* 4. Farinac. *in fragm. Crim. p.* 2. *lit.* 1. *titul. n.* 615. *viden. d. n.* 603.

2 Ad ſecundam quæſtionis partem, Iudæus an poſſit moram purgare ſuppoſitis, quæ de purgatione moræ dicuntur *in cap. fin. de locato*, & quòd in iudiciis ea vſitatur iuxta plura quæ ſcribit Pichardus *de purgatione moræ*, cum infinitis ad exornationem *d. cap. fin. potuit, verſ. niſi celeri de locato*; quia per traditam Rubricam *verſ. ſeueritate*, vbi Felinus nūc dici videtur, vt cùm Iudæi vtātur iure ciuili Romanorum *in l. Iudæi Cod. hoc tit.* & iure communi liceat purgare moram, *iuxta l. ſi inſulam de verb. oblig.* cum aliis rectè videtur docuiſſe illus, qui Iudæis moræ purgationem concedunt, inter quos Alciatus *Parerg. lib.* 2. *cap.* 11. Crotus, & Ripa *in d. l. ſi inſulam.* & quamvis Campegius *de dote part. vltim. q. vltim.* & Ferrara *in ſua cautela* 24. exiſtiment id intelligendum quantum ad ordinem Iudiciorum, ſecus verò in his quæ reſpiciunt deciſionem cauſæ: tamen Faquin. *lib.* 10. *controu. cap.* 92. generaliter in omnibus admittit, quia textus *in d. l. Iudæi*, loquitur indiſtinctè de omni iure, & ſic ait illi ſtandum, niſi in caſibus à iure expreſſis inter quos non eſſe iſtum dicit, & item probat ex eo quod Iudæus poteſt præſcribere: Gloſſa in cap. porro de diuortijs quæſt. 3. in l ſi for. §. 1. verſ. *vſu capere* de vſuris Iaſun. *in Rubrica de Iuſtit. & iure col.* 1. Craueta *conſ.* 73. *num.* 27.

3 Et quamvis videretur etebrior contraria ſententia, & opinio doct. *in d. l. inſulam*, dicit verò Faquin. nullum habere ſolidum fundamentum: nam Gloſſa *d. textus noſtri verſ. ſeueritate*, qua ſola nititur, nihil aliud dicit niſi iuris rigorem, & ſeueritatem ſeruandam eſſe Iudæis, inferentes ex hoc moræ purgationem eis eſſe denegandam; quia fundatur in æquitate
4 quapropter omittens idem Faquin. intellectum Felini, hic ait gloſſam hanc intelligendam ſecundum textum noſtrum, vbi ſeueritas in hoc conſiſtit, vt Iudæus non poſſit habere Chriſtianum in mancipium, in adſcriptitium autem habere poſſit, quem non poteſt ad alium transferre locum vel ad illud obſequium retinere, &

quod ſibi imputet, qui jus colonarium, & ius Dominij ſibi iuris ſeueritate damnauit & iuxta hūc rigorem ex diſtinctione jam ſuppoſita ſub *n.* 1. hic forte poſſit habere locum in iudiciariis moræ purgatio vel non.

Ad tertiam quæſtionis partem; quia ex 5
textu noſtro patet poſſe Iudæum habere ſeruos Chriſtianos adſcriptitios, & originarios, & qui iſti ſint præter notata *ſupra quæſt.* 1. *cap.* 1. *verſ. ad quintam*, & latè *ſub Rubrica, & tit. de ſeruis ordinand. vel non*, iam non erit abs re agere hic de obligatione quam habent ſerui, aut famuli erga Dominos, & omiſſis quæ de iure ſpeculatiuo tractant communiter legiſtæ, diuerſis in locis ſcientiæ legalis, & inſtitutarii *in §. item vobis per quas perſonas nobis acquiritur, ac in aliis §§. inſtituta*, ſub diuerſis illius titulis, nunc breuiter inter alia quoad forum conſcientiæ ſuppoſita permiſſione textus noſtri, habendi Chriſtianos adſcriptitios, dico ad quinque capita poſſe reduci hanc obligationem ſeruorum, nempe, vt deferant Dominis honorem debitum, alias inquam grauiter peccant, ſi eos contemnant, irrideant, vel negligant: Secundò, vt præſtent obedientiam in rebus in quibus Dominis ſubiiciuntur: Tertiò quando debent conſeruare res Dominorum pro iuribus; Quartò in ægritudine Dominorum debent procurare eis Sacramenta, ſi alii deſint propiuquiores: Quintò quando debent illos defendere à malis imminentibus, etiā cum periculo vitæ, quando ſunt mancipia, vel famuli, ſpecialiter tamen conducti vt Dominum tueantur, & Dominus non temerè ſe ingerit in pericula; quia tunc tenentur ob conuentionem comitari Dominum non animo offendendi alios, ſed defendendi dominum, ſi fortè caſus inopinatus euenerit, in quo vitam Domini cum propriæ vitæ periculo tueri teneantur. Filliuc. *tract.* 28. *par.* 2. *cap.* 3. *q.* 2. *n.* 46. Bonac. *tom.* 2. *diſp.* 6. *q. vnica, punct.* 8. *n.* 15. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 20. *n.* 63.

Quare ita hoc genericè inſpiciendo 6
dicendum eſt ſeruos grauiter peccare dum non obediunt domino in rebus magni momenti, aut ſi graue damnum inferunt, aut non impediunt, ne Dominus damnum patiatur. Nauarr. *in man. cap.* 22. & quòd non ſolùm ſerui tenentur honorem, & obedientiam præſtare Dominis probis, ac fidelibus, ſed etiam diſcolis, & improbis iuxta illud 1. *Petri*, ſerui ſubditi eſtote Dominis, non tantum

bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis: de quo ſunt videndi Saytus *in claui Regia c. 7. lib. 7. num.* 12. Theologi cum D.Thom. 2.2 *quæſt.* 103. *art.* 3. Ægid. Trullench. ad alia videndus *in præcepta Decalogi lib.* 4.
7 *cap.* 1. *dubio* 7. *per totum*. Sed quia ex *cap.* 1. *& ex textu noſtro*, cum alijs prohibiti ſunt Iudæi Chriſtianos in ſeruos habere, ſolumque hic eos adſcriptitios, ſeu originarios, & iſti reuera ſic permittuntur, quia ruri, & glebæ aſſignati, ſolum in id debent ſeruire, & non in alijs, ſequitur vt relata doctrina non applicetur ad caſum textus noſtri ſolumque locum habeat, quando reuera fierent Chriſtiani ſerui aliorum Dominorum, qui eos poſſent in ſeruos habere; quia vt diximus *ſuprà*, & nunc dicimus, nempè Iudæos non poſſe iſtis ſeruis adſcriptitijs imponere aliqua onera, vltra illa, quæ peragere debent coloni originarij Barboſa *hic n.* 2. *in fine*, Ricciul. *de jure perſ. extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 1. *cap.* 18. *n* 23.

8 Ad vltimam partem quæſtionis de juramento ſtandi colonatui; quia hac occaſione Couar. punit differentiam ſerui adſcriptitij, originarij, cenſiti, & aliorum, & aliquid ſit dictum *ſub cap.* 1. *hic d. qu.* 1. *verſ. ad quintam* & plenè ſub *d. Rub. & tit. de ſeruor. ordin.* vel non, nunc breuiter ad propoſitum, ſuppoſita etiam doctrina textus *in cap.* 9. *de juretur.* vbi egimus de jurante ſtare in obſtagio quod eſt quædam ſeruitutis ſpecies vt *ibi qu.* 1. expenditur.
9 Ideo nunc, quia antiquitas ob militiæ præmia fuit neceſſitate coacta ad colendos agros, coloni, ſiue adſcriptitij ſerui, aut eorum filij, qui originarij dicebantur, non poſſent vendi ſine ipſis prædijs, quibus aſſignati erant ne data deſertione deficerent cultores camporum; ideo quia iſte erat publicus fauor optimè vt Couar. præter alios docet *in cap. quamvis pactum, de pactis lib.* 62. *p.* 51. *n.* 2. *ex textu in l.* 2. *l. quemadmodum Cod. de agricolis, & cenſitis, lib.* 11 quibus ſtatum eſt non poſſe vllum vendere prædium, & retinere colonos agriculturæ prædij adſcriptos; ideoque talis prohibitio, vt patet, publicam vtilitatem reſpiceret, ne agricultura detrimentum graue pateretur, in graue Reipublicæ diſpendium, per doctrinam eorum, quæ dixi *ſub cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. ſub qu.* 60. *à n.* 48. vbi de agriculturæ neceſſitate, & damno ex illius deſertione quantumcumque cauſæ publicæ ſit neceſſaria factum quidem eſt, vt nec ea venditio juramento confirmata corroboretur, cum læderetur cauſa publica nimis, contra quam juramentum contractum, alias de jure improbatum non confirmat, per multa longiſſimè dicta ſub *cap. contingit* 28. *de juretur. & in cap. ſi diligentis de foro compet.* ac ſæpè in alijs locis ſub *d. tit. de juretur.* ibi juramenta illicita, & contra bonos mores parui pendent.

Cum ergo prædicti ſerui adſcriptitij, de quibus *in textu noſtro*, olim eſſent multum in vſu, cùm major cura agriculturæ habebatur fuiſſeque colonos quoſdam, adſcriptitios, qui per contractum priuatamque conuentionem adſtringebantur agri alicuius culturæ, vt in eo agro perpetuo colendo operam impenderent; & quia coloni tales ſolebant agros deſerere, & in ciuitates fugere, aut ipſi Domini prædiorum eos colonos ſibi retinebant in venditionibus agrorum maxima cum jactura Reipublicæ cuius tunc intererat agros, & prædia coli, vt ex eorum fructibus eſſet Reipublicæ conſultum in frumentaria inopia, ſancitumque eſſet vt prędia minimè poſſent alienari ſine ipſis colonis ex *d. l.* 2. *d. l. quemadmodum l. omnes profugi l. originarios d. tit. Cod. de agricolis & cenſit.* eaque prohibitio non aliam, quam publicam vtilitatem proſpiceret præcipuè, Ideo jure optimo factum eſt vt nec juramento venditio agri confirmaretur ſine colono, & in tantum verum ſibi videtur Couar. *d. num.* 2. *in fine* §. 1. ex doctrina Bart. *in l. ſi quis pro eo ff. de fidejuſſor. n.* 7. vbi expreſsè notat, etiam hodie in praxi recipi debere, *d. l. quemadmodum*, etiam ſi non immineret ea neceſſitas, cum ſatis ſit, reprobatam eſſe eam conuentionem ex tali publica cauſa, ob quam quidem ex textu noſtro poteſt dici permiſſum eſſe Iudæis ſeruos Chriſtianos colonos adſcriptitius habere pro agricultura nec Domi retinere, ne etiam aliæ publicæ religionis cauſæ nocumentum fieret ex dictis ſub *cap. hic.* 10 11

Alia ex eodem Couar. poteris hic applicare *in* 4. *de ſponſalibus, & matrim.* 20. *cap.* 6. §. 11. ibi agens de impedimento diſparis cultus, de quo latiſſimè Thom. Sanchez, & Baſilius Pontius præter alios Sammiſtas antiquos, & modernos, & nos dicemus ſub *lib.* 4. *decret.* 12

AD

AD CAPVT

Iudæi III. quia ſuper IV. cap. conſuluit VII cap. in nonnullis 15. & alij hoc tit.

PRÆMISSVM.

IN his juribus agitur de Synagogis, & alijs ritibus, quæ prohibentur Iudæis, Paganis, & Sarracenis, in quantum cedunt in dedecus & ludibrium legis Euangelicæ; quod etiam juuatur ex dictis *in cap. 1. & ſub Rubrica hic.*

QVÆSTIO I.

Synagogas retinere quare permittatur Iudæis, eaſque conſeruare, ac reædificare, & non de nouo conſtruere, cùm in vtroque caſu eadem videatur militare prohibitionis, aut permiſſionis cauſa. Et an ſit permiſſum Chriſtianis vẽdere Iudæis ad eorum reparationem ligna, aliaque marerialia, vel vt extruantur à paganis fana idolorum, & an Chriſtianis archirectis liceat in dictis Synagogis laborare? Et an liceat vendere paganis per Chriſtianos res quæ ad ſuos ſuperſtitioſos ritus ſpectanr, ſi ſint indifferentes; & eſto liceat, teneatur Chriſtianus inquirere ad quem finem Iudæus, ſiue paganus emat.

SVMMARIVM.

1 *Synagogas erectas licet Iudæis retinere, non inquam illas de nouo facere, aut collapſas reparare, n. 2. & quare ſic permittatur n. 3. & n. 4.*

2 *Iudæi valent reparare Synagogas minantes ruinam, non tamen illas pretioſiores aut ampliores facere.*

3 *Synagogæ antiquæ fuerunt permiſſæ, vt communicando Chriſtiani Iudæos illos facilius conuerterent, quæ permiſſio du-*

rauit per annos ſexcentos à tempore Apoſtolorum.

4 *Synagogas Hebræis denuo conſtruere poſt ſexcentos annos illis fuit prohibitum.*

5 *Synagogas Iudæorũ reædificare non valẽt. fabri Chriſtiani; Iudæi verò ſic vt n. 6.*

7 *Vendere Chiſtiani nequeunt Iudæis ad finem, vt extruantur, & reædificentur Synagogæ, & quæ per ſe rediguntur ad Iudaicos ritus, nec paganis, aut Sarracenis, vt n. 11. fallit n. 13.*

8 *Iudæis non licet in die veneris Sancti oſtia & portas tenere apertas.*

9 *Iudæi in diebus lamentationis, & Dominica Paſſionis in publicum prodire non debent, & quare n. 10.*

11 *Vendere Chriſtiani non valent paganis Sarracenis, aut infidelibus ad eorum ritus, vt idola, veſtes, panem azymum & lectucas agreſtes, nec ædificare illis delubra n. 12.*

13 *Chriſtiani non prohibentur vendere Iudæis res indifferentes, & quæ iſta ſint, & quid ſi vendens ſciuit illis rebus male à Iudæis vtendum, & n. 14.*

15 *Chriſtianus vendens res indifferentes paganis, aut Iudæis non tenetur inquirere, ſi male eis vtentur.*

AD has omnes difficultates compendio reſpondebitur, dicendo, quòd ſicut aliæ res prohibentur à Iudæis Chriſtianorum habere & alia, nequidem Iudæi inhabitantes tentoria ſiue opidos Principum Chriſtianorum, & ex hoc textu, & *in cap. conſuluit* 7. ſpecialiter de Synagogis loquentibus patet, vt licèt antiquas retinere, ac reædificare illis permiſſum ſit, ſed non inquam illas collapſas iterum de nouo erigere; ſed non inquam eas etiam ruinoſas in melius, & amplius reædificare, ita propter antiquos, quos congerit Barboſa *hic & in d. cap.* 7. Azor *inſtit. moral. p. 1. lib. 8. c.* 10. Ioan. Franc. Leo *in theſaur. fori, Eccl. p. 4. c. 4. n.* 50. Vbi aduertit posse Iudæos Synagogas collapſas, & ruinam minantes reſtaurare, non autem prætioſiores, aut ampliores eas exaltare, nec antiquas funditus directas in lòcis vbi fuerunt antiquæ, ædificare, quia res ſemel deſtructa ſi reficiatur, non dicitur eadem ſed noua, & diuerſa: Surd. *conſ.* 121. *n.* 8. & 23. quem refert, & ſequitur Gratian. *diſcept. for. c.* 74. *n.* 17. at ſic eſt quod peccãt Chriſtiani, qui vendunt lapides, ligna ad eum finem vt ex eis Synagogæ ædificentur vel renouentur, ſicut peccat Chriſtianus, qui ſuas operas ad illas ædificãdas

locat, quia Synagogas ædificare vel reparare eſt peccatum mortale, ergo videtur eandem malitiam continere Synagogas de nouo facere vel jam antiquas reparare ex doctrina Ægidij Conink *p. 1. de prac. Decalogi, capit. 3. dubio 20. ſub numero ſexto.*

3 Ego, inquam, rationem differentiæ ad doctrinam textus noſtri, & *d. cap. conſuluit 7.* exiſtimo Synagogas antiquas fuiſſe permiſſas à tempore Apoſtolorum, vt ſic infideles cum fidelibus Chriſtianis intermixti viuentes ex conuerſatione cum Chriſtiano, poſſent reduci ad legem Chriſti, propter quam rationem, ab illo tempore, & poſt ſexcentis annis, quo tempore fuit conuerſio frequenter, & Iudæorum, & aliorum infidelium, indéque eo tempore permitteretur habitatio conjugis ad fidem conuerſi, juxta conſilium Diui Pauli ad *Corinth.* 7. propter ſpem conuerſionis Iudæi, aut infidelis quando habitare volebat abſque contumelia creatoris nec pertrahere fidelem ad peccatum, quo
4 ſeculo florens D. Auguſtin. ita locutus fuit *in cap. ſi cum* 28. ob quod non mirum quod tunc non prohiberentur illi Synagogas ædificare. Sed quia poſtea Hebræi rariſſimè ad fidem conuertebantur, & eſſent peruicaciores in ſua perfidia; ideoque in Synodo Toletana 4. relata *in cap. Iudæi d. 28. quæſt.* 1. decretum fuerit, ne vxores fideles habitare permitterentur cum Iudæis fidem admittere renuentibus, nihil de alijs infidelibus ibi ſtatuendo, quod non ſic obſtinati in ſua perfidia fuiſſent, de facili ad propoſitum, vt Synagogas jam antiquas reædificare tantum permitterentur propter habitam poſſeſſionem, ſed non eas de nouo facere, ac conſtruere, vt punita eorum perfidia paulatim abolerentur, & abraderentur ipſæ.

5 Nec obſtat dictum ex Trullench. vbi quemadmodum peccant Synagogas de nouo facientes Chriſtiani; ſic eas reparantes; quia cum id faciant quaſi approbando finem Iudæorum; ideo nec ad laborandum in eis debent admitti; etenim permiſſio quæ in textu noſtro, & *in d. cap. conſuluit*, admittitur, eſt vt ipſi Iudæi induſtria ac labore fabrorum ſuæ ſectæ, eas reædificent, dum tamen non faciant ampliores, nec vt de nouo ædificent etiam per architectos Iudæos, ſine vlla tamen opera Chriſtianorum quam nunquam oportet Iudæis præſtare ad dictas Synagogas.

6 Quarè, etſi prohibiti illas ædificare non prohibeantur reædificare. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent num.* 34. & ibi *dec. n. 19. de conſt.* Boerdeus 44. *à num.* 5. Caſſan. *in Conſil. & Burg. Rubr.* 13. *ver* 6. *de nouueau* fol. 377. Archilles *cap.* 22. *prater, à n.* 24. Anton. Sanchez *l.* 166. *tauri, num.* 15. *&* 16. *verſ. & ita video*, Caldas Pereira *de renou.* Emphyteuſis *quæſt.* 11. *num.* 30. Bobadilla *in ſua Polit. libr.* 3. *cap.* 5. *num.* 13. Petr. Barboſa *in l. diuortio §. fin. num.* 122. *p.* 1. *ff. ſoluto matrim.* Auguſt. Barb. *in d. cap. conſuluit* 7. *num.* 3. *hoc tit.* adhuc tamen ſi ad eas reædificandas accederent Chriſtiani peccarent, vt dictum eſt, cùm minimè liceat Chriſtianis laborare in ædificandis, ſiue reſtaurandis Synagogis Iudæorum, vt reſoluit Anton. Ricciul. *de jure perſonarum extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 7. nam ſi vt jam dictum eſt, & ſtatim dicemus Chriſtianis non licet res vendere, ad hoc vt eis Iudæi vtantur ad cultum Iudaicum ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 169. *art.* 2. *ad* 4. *&* ex *infrà* citandis; certè tantò minùs licere illis immediatè laborare in Synagoga; quia viget eadem, & major ratio ex *auth. multò magis Cod. de Sacr. Eccleſiis*, Barboſa *hic num.* 4. *in fine*, per quam Auth. notant Doctores axiomata ſequentia quod, *argumentum à majori ad minus validum receptiſſimum eſt, & à multo magis validum ſit frequentiſſimum in jure, ſi minus contineatur in eo quòd majus eſt tanquam ſpecies:* & aliud Ariſt. *propter quod vnumquodque tale eſt, & illud magis tale eſt.*

Ad ſecundam partem quæſtionis ex 7
proxime dictis infertur, vt non liceat Chriſtianis quidquam vendere paganis ad eum finem videlicet vt extruantur, reficiantur, aut muniantur idolorum Fana vel Sarracenorum delubra vulgo *mequitas* quoniam hæc impio cultui, & ſuperſtitioni deſeruiunt, nec item ad eum finem ſcilicet ad Synagogas Iudæorum ædificandas, eo quòd per ſe, & natura ſua ad Iudaicos ritus, & cæremonias diriguntur; quia licet Eccleſia ſinat Iudæis veteres Synagogas reficere, aut fulciri ruinoſas; ſed non inde fas eſſe Chriſtianis vendere Iudæis ligna, cementum, & lapides, quibus reparentur: nam ea vendere in eum finem, & in eos vſus, ſuâ naturâ malum eſt: ſic Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 24. *quæſt. fin. & libr.* 9. *cap.* 11. *quæſt.* 3. *& p.* 2. *& lib.* 12. *cap. fin.* Nauar. *conſ.* 2. *hoc. tit. in Antiquis*, Anton. Ricciul. *de iure perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 59. *n.* 5. *&* 6.

Ex

8 Ex quo fluit, vt iuxta textum *in cap. quia ſuper 4. hoc tit.* vt non liceat Iudæis, die veneris Sancti tenere oſtia, vel feneſtras apertas, vt ex hoc textu deſumunt Repertorium Inquiſitor. *verb. iudæus §. vltimo*, Barboſa *ibi num 1. & 2.* dicit enim textus, quòd Iudæi tota die Paraſceues, id eſt veneris Sancti habere debent clauſa oſtia, & feneſtras: ſic ordinarij DD. ibi relati ab eodem Barboſa *num. 1. qui n. 3.* cum Baldo, Bruno, Maranta, & Ricciul. *d. lib. 2. de iure perſ. à cap. 18.* probat quòd quando ritus Iudæorum tendunt in opprobrium Chriſtianæ fidei, non ſunt ferendi Iudæi in talibus ritibus ex adductis *ſub Rubrica.*

9 Et ſic ex eodem fundamento, & iuxta textum *in cap. in nonnullis 15. ver. in diebus autem lamentationis* notant DD. per illum, quòd Iudæi in diebus lamentationis, & Dominicæ Paſſionis in publicum prodire non debent; & quod in Sancta Hebdomada, & Feſto Paſcatis è domo Iudæi exire non poſſint, Papiæ conſtitutum dicunt Bergon. Caualcan. Fiutz *deciſ. 22. à num. 14.* Bernard. Græuæ *in pract. Cameræ Imperialis, lib. 1. concluſ. 5 in coronide num. 8. &*

10 9. Sunt enim maxime damnata, ac diſtrictiſſime Iudæorum illuſiones, & opprobria in ſpretum fidei: Farinac. *in praxi crim. p. 5. num. 26. quæſt. 139.* Videndus Barboſa *in dicto capite 15. numero quarto & ſexto.*

11 Et hæc omnia, ac alia patent ex dictis hic *verſ. ad ſecundam*: Et quia ſicut de Iudæis dictum eſt vtrum liceat Chriſtianis vendere res, quæ per ſe ad ritus ſuperſtitioſos eorum pertinent, ſic nec paganis, aut Sarracenis cùm ſint etiam inimici fidei: Etenim quòd nec illis, aut iſtis poſſint Chriſtiani vendere idola, altaria, veſtes Sacerdotales iuxta eorum ritum, panem azymum, lactucas agreſtes, gladiolos circumciſorios, nec ædificare idololatris delubra, Iudæis Synagogas, Mauris
12 mezquitas, nec liceat vendere Iudæis vel infidelibus crucifixum, aut aliam imaginem, quia præſumendum eſt eis abuſuris in contemptum Religionis: videndus Salin. *in 2. 2. D. Thom. quæſt. vltim. contr. vltim. concluſ. nec licet Chriſtianis*, Ægidius Trullench. *lib. 1. in præcepta Decalogi d. cap. 3. dubio 19. de paganis num. 15.* vbi alia refert.

13 Quod ſi res, quæ à Chriſtianis venditur Iudæis, ſiue paganis, ſuâ naturâ ſit indifferens, nec ex ſe, nec ex intentione vendentis ordinata ad cultum, & ritum infidelium, aut paganorum, plures tenent, vt liceat à Chriſtianis eas vendi, etiamſi vendens ſciat eos abuſurós, dummodo ipſe vendens eum finem non intendat: Salon *ſuprà Azor lib. 8. inſtit Mor. cap. 24. num. 14.* Ledeſma *in tract. 1. de fide, cap. 5. concluſ. 28.* Ægid. Trullench. *d. dub. 19. ſub num. 15. & dubio 20.* vbi *ſub n. 6.* etiam dicit licere ſecluſo malo fine vendere Iudæo rem indifferentem, & ſic licere eis vendere agnum, & ramuſculos, etiam ſi ſciat Chriſtianus vendens, Iudæum ea emere ad celebrandum Paſcha; & inde vt poſſit vendere ligna lapides, & alia materialia; quamvis ſciat emi ad reparandas Synagogas; quia res indifferens eſt, nec adeſt malus finis, & vſus malus totus tribuitur malitiæ vtentis malè; & quia ad male vtendum non inducitur à Chriſtiano Iudæo facto, vel verbo, ſolùm inquam conſulit Chriſtianus ſuæ vtilitati, qui non tenetur bono pagani cum ſuo detrimento conſulere: idem Ægid. *d. dubio
19. num. 15. in fine* cum Salon. & alij. Ta- 14
men contra hæc video Ricciul. *de iure perſ. extr. grem. Eccleſiæ exiſt. lib. 5. cap. 39. num. 5. & 6.* quem etiam videtur ſequi Barboſa *in d. cap. conſuluit 6. num. 5. in fine*, dum dicunt non licere vendere illis res indifferentes, videlicet communes bono, & malo vſui, licet non vendantur eâ intentione, vt Iudæus ad malum abutatur, ſi tamen Chriſtianus nouit Iudæum abuſurum, & multum nobis arridet hæc extenſio ſiue declaratio concluſionis jam traditæ hic *verſ. ad ſecundam.*

Ad vltimum quæſitum dubij, an eſto liceat Chriſtianis dictas res indifferentes vendere, vt refertur *in verſ. quod ſi res* teneatur Chriſtianus inquirere ad quem finem Iudæus, ſiue paganus emat; in quo dubio idem Ægidius Trullench. *d. lib. 1. ad præcepta Decalogi* capit. 3. dubio 20. num 6. in fine verſ. *nec tenetur*, ait vt non teneatur eam inquiſitionem facere; quia nulla lege vel jure ad id compellitur, ſi tamen rem indifferentem vendat, cùm non teneatur ſui damno ex charitate Iudæo conſulere, & quod nec peccet, & in hoc caſu dum non ſcit Iudæum abuſurum dictare indifferenti vendita videtur, vt nec obſtet relata opinio Ricciuli, quæ tantum loquitur de eo caſu, quando Chriſtianus, qui vendit rem indifferentem Iudæo, ſcit abuſurum illa, quod hic non contingit.

AD TEXTVM.

In cap. quia ſuper IV. hoc tit.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte jam ex dictis ſupra in cap. præcedenti, & per notata in cap. 15. hic ſatis plenè manet intellectus.

AD TEXTVM

In cap. Iudæi V. hoc titul.

PRÆMISSVM.

IN hoc textu agitur de his, quæ ſunt Iudæis permiſſa, & quod inter Chriſtianos poſſunt habere bona ſtabilia, & quod retinet jura ſucceſſionis in bonis parentis ad fidem conuerſi, ſic per DD. hic *in verſ. ñ poſſeſſionibus ſuis*, & *in verſ. vt portionem hæreditatis ſuæ*; quare de nonnullis hic inquirendum erit. Videbis notata *in cap. ad hæc* 8.

QVÆSTIO I.

An infideles poſſint bonis ſuis ob infidelitatem ſpoliari; & an eo ſolum quod infideles ſunt poſſint puniri à non ſuo Principe? Et an Princeps Chriſtianus poſſit compellere infideles vt cultum ſuorum Deorũ abijciant;& ad audiendum Chriſti Euangelium,& quod non impediant verbi Diuini prædicationem? Et an liceat cuilibet Chriſtiano, bona poſſeſſa à Turcis ſibi vſurpare? Et an poſſit Eccleſia infideles Chriſtianorum terras occupantes expugnare;vel poſſit infideles punire Princeps propter violationem Iuris naturalis.

SVMMARIVM

1 *Spoliari infideles à bonis ſuis non poſſunt; non enim amittunt ob infidelitatem dominium, & poſſeſſionem, & numero 6.*

2 *Principes Chriſtiani poſſunt liberare infideles conuerſos à dominio, quod habent alij infideles in illis.*

3 *Pontifices licitè potuerunt Indos Occidentales ad fidem conuerſos, liberare à Principum Secularium poteſtate.*

4 *Principes non poſſunt punire paganos ſibi non ſubditos ex eo quòd infideles ſunt & ſi inquiſitores multi in aliquibus caſibus illos puniant.*

5 *Nabuchodonoſor fuit Rex infidelis habens Regnum à Deo.*

6 *Dominium rerum non amittitur propter peccatum.*

7 *Principes infidelibus nequeunt non ſubditis prohibere idololatriam, & peccata contra naturam.*

8 *Principes poterunt propulſare peccata infidelium, quæ ſunt nociua fidei, & Religioni; idem poteſt facere Eccleſia.*

9 *Blaſphemans contra Religioſum, vel impediens eius conuerſionem, poteſt compelli, vt deſiſtat ab iniuria, & violentia.*

10 *Eccleſia poterit bello infideles expugnare ſi terras debitas Chriſtianis occupant, ſi innocentibus damna inferant, ſi moniti non deſiſtant ab iniuria.*

11 *Infideles poſſunt cogi ad tributa ſoluenda & ne arma portent de nocte, ne triticum extrahant, ne homicidia, & adulteria perpetrent, & vt pacta ſeruent aliaſque leges communis boni. Et compellere Chriſtianos, ne ſeruent cultum infidelium, & vt deſerant idolorum aras, ſuna, & delubra, & alia contra Deum verum; & num. 18.*

12 *Princeps Chriſtianus poteſt compellere infideles, vt audiant Euangelium, & prædicationem, & prohibere omnia, quæ tendunt contra fidem Chriſti, etſi ſubditi non ſint.*

13 *Eccleſia aliquando permittit ritus infidelium ſuperſtitioſos, vt euitentur ſeditiones.*

14 *Chriſtiani, & ſerui apud Turcas ex tacito conſenſu ſui Principis, poſſunt ſurripere res à Turcis iniuſte poſſeſſas, aut ablatas; imò, etſi peccent ſic auferendo tempore Treugæ, non tenentur ad reſtitutionem.*

16 Chri

16 *Chriſtiani valent ex tacito conſenſu Principis fraudare vectigalia à Turcu impoſita.*

17 *Eccleſia valet infideles expugnare, ſi terras debitas Chriſtianis occupant.*

18 *Princeps poteſt punire infideles quatenus frangunt ius naturale, dictans ius ſuum vnicuique tribuendum, nulli iniuriam faciendam &c.*

1 AD primam quæſtionis partem, an infideles poſſent ſuis bonis ſpoliari ex eo quòd infideles ſunt, ad quod negatiuè reſpondetur; quia habent verum dominium ſuorum bonorum, quod non amittunt ob ſolam infidelitatem; non enim obſtat Alexandrum VI. conceſſiſſe Principibus Chriſtianis dominium omnium inſularum vſque tunc inuentarum, & de nouo inueniendarum; quia poſtea Paul. III. declarauit Indos eſſe homines capaces vitæ æternæ, & habere dominium ſuarum rerum, & inde non potuerit Papa dare dominium quod ipſe non habebat, & quod ſolùm videretur Alex. conceſſiſſe Regibus, vt poſſint tollere oborta contra Euangelicam prædicationem, & Indos conuerſos protegere.

2 Tamen quod poterunt Principes Chriſtiani priuare principes Infideles dominio & Iuriſdictione, quam habent in conuerſos fideles, ne ſcilicet Eccleſiæ filij vexentur, vt parui fiāt ab infidelibus, quia ſic mater fidelis Eccleſia ſubtraxit à patre infideli propter periculum, *cap. Iudæo*, 28.
3 *quæſtion.* 13. & hinc eſſe quod licitè potuerunt Pontifices Indos Occidentales ad fidem conuerſos liberare à poteſtate Principum Secularium, ne ſcilicet eos vexarent, ac perturbarent; quare DD. dicunt hunc eſſe præcipuum titulum, quo noſtri Reges Hiſpanis dominantur Indis Occidentalibus: Ledeſma *tract.* 1. *de fide*, *cap.* 5. *concluſ.* 25. Ægid. Trullench. *in opere morali lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 19. *num.* 12. *&* ob hanc cauſam Eccleſia ſibi ſubditos paganos priuare dominio ſuorum ſeruorum Chriſtianorum, ne ſcilicet ab infidelibus Dominis ſeducantur.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter reſpondetur cum Couar. *in Reg. peccatum p.* 2. §. 10. *num.* 2. Azor *lib.* 8. *inſtit. moral. cap.* 24. *quæſtion.* 6. Ægid. Trullenh. *in opere morali d. p.* 1. *l. p. dubio* 19. & alijs non poſſe Pontificem Regem, ſeu Imperatorem punire paganos ſibi non ſubditos eo tantùm, quia infideles ſunt, qui nobis injuriam non faciunt, & eſſet ſaltim indirectè eos inuitos ad fidem trahere; & quamvis Epiſcopi, & Inquiſitores valeant procedere in decem caſibus contra Iudæos, & infideles non Baptizatos, vt continentur in Bulla Greg. XIII. relata per Per. *in directorio*, & per Scortiam in *conſt. Pontif. Theorem.* 347. quos retuli *ſuprà in Rubrica*, cum Diana, Carena, & aliis, quos & recenſet Souſa *in aphoriſmo inquiſit. lib.* 1. *cap.* 37. *à num.* 16. tamen hoc ex alio capite nempe quod turbatores ſunt Chriſtianæ fidei, procedit. Comprobatur 5
aſſertum ex illo Daniel. *cap.* 2. nam cùm eſſet Nabuchodonoſor infidelis nihilominus ei à Daniele dictum fuit: *Tu Rex Regum es, & Deus Cœli Regnum, & fortitudinem, & gloriam dedit, tibi*, vt adnotarunt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 16. Contrad. *in tract. de contract. quæſt.* 7 *per totam*; Imò 6
& *in Cõcilio Conſtanſtienſ.* damnatus fuit error Ioannis Hus, & Vuiclefi aſſerentium dominium rerum, ipſo jure amitti propter peccatum: non enim, vt ex aliis multis exornat Couar. *ſuprà* infideles ex eo ſolum amittunt dominium rerum, nec prouinciarum, quas obtinent iureque humano habuerunt, etiamſi fidem noluerunt recipere.

Ad tertiam quæſtionis partem, etiam 7
videtur negandum; quia non poſſunt Principes Chriſtiani, nec ſua, nec Eccleſiæ anthoritate infidelibus ſibi non ſubditis prohibere idololatriam, & peccata contra naturã quæ ſpecialiter ipſi Religioni Chriſtianæ, aut innocentibus contraria non ſunt: S. Thom. 1. 2. *art.* 2. Suarez *diſp.* 18. *ſect.* 4. *num.* 3. Barboſa 1. *p. de poteſt. Epiſcopi tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 38. Bonacina *diſp.* 2. *de reſtit. quaſt. vltim.* § 2. *in in fine* cum aliis Caſtro Palao *de fide tract.* 4. *diſp.* 1 *puncto* 7. *num* 4. quia poteſtas Papæ gubernatiua reſpicit homines quatenus ſunt membra Eccleſiæ militantis, cuius ipſe eſt corpus, ſed infideles, qui Baptiſmum non ſuſceperunt non ſunt membra Eccleſiæ militantis, ergo.

Quod ſi peccata infidelium iniurioſa 8
ſint fidei, & Religioni, & innocentibus nociua, vt poſſit tunc Eccleſia, & Chriſtianus Princeps in defenſionem fidei & innocentium ea propulſare, & ſi opus fuerit bella indicere Regnoue innocentes priuare, dicunt Suarez *ſup. diſp.* 18. *ſect.* 4. *num.* 8. Caſtro Palao cum aliis *ſupra n.* 5: quia hoc potius eſſet innocentis defenſio, quam exercitium Iuriſdictionis; ex quo 9
infertur blaſphemantem contra Religioſum, vel aliqua vi impedientem alicuius conuerſio

conuerſionem poſſe cogi ab Eccleſia vt deſiſtat ab iniuria, & violentia illata, & ſic Caſtrus-Palao, & Ægidius Trullench. *d. lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 19. *ſub num.* 7. exiſtimant poſſe Eccleſiam ſic iniuriatam punire, & de illo vindictam ſumere, & Couar. legendus *in d. Regula peccatum d.* §. 10. *p.* 2. *ſub num.* 3. ponit quatuor caſus in quibus bello poſſunt infideles impeti, vt quando ipſi à Chriſtianis terras abſtulerunt, & quando infideles Chriſtianos offendunt & quando infidelis ſubjectus Principi Chriſtiano eius leges recuſet, & quoties fidem blaſphemijs prauiſque perſuaſionibus impediunt.

10 Quare idem Trullench. ſub *dub.* 19. *num.* 7. *in fine*, ait quod poterit Eccleſia bello fideles expugnare, ſi terras debitas Chriſtianis occupant, nec deſiſtunt ab iniuria inferenda; per alia, quæ adduxi *ſub cap.* 1. *de præſcript.* & ex ea ratione vt poſſit Turcas oppugnare, item ſi innocentibus damna inferant, vt ſi carne humana veſcuntur, vel homines etiam volentes Dijs ſacrificant, & quod debent prius moneri, vt deſiſtant, ſin minus coerceri vi, & potentia debeant; tamen quod debet Princeps Chriſtianus ceſſare à coactione infidelibus, pro his peccatis inferenda, cum primum ipſi ceſſant à peccato; quia tota ratio cohoneſtans hanc coactionem, eſt defenſio non iniuriæ factæ vindicatio: videudus Souſa *in aphoriſmo Inquiſitor. libr.* 1. *capit.* 37. *numero* 1314. & 15.

11 Vnde, etſi compelli infideles uon poſſint ad fidem ſuſcipiendam; tamen quemadmodum tenentur leges ſeruare quæ ad commune bonum ſpectant, nempe vt tributa ſoluant, ne noctu arma deferant ne frumentum extrahant, ne homicidia aut adulteria perpetrent, & vt pacta, & promiſſa ſeruent, & ob id quod Chriſtianus Princeps valeat Chriſtianos ſibi ſubditos compellere, vt cultum ſuorum Deorum abijciant, legem naturæ ſeruent idolorum aras, fana, & delubra deſerant ritus ſuperſtitioſos, omnemque impietatem repudient, vnum Deum colant, & denique, vt nihil in contemptum Chriſtianorum, & rerum ſacrarum audeant perpetrare, vt multi Chriſtiani Principes fecerunt, teſte Azor, *vbi ſuprà d. lib.* 8. *inſtit. mor. cap.* 24. *qu.* 5.

12 Ad aliud an poſſint infideles compellere vt audiant Chriſti Euangelium, & prædicationem; ad quod ex dictis proximè videtur affirmandum, vt poſſit cogere ſibi ſubjectos, ſicut poteſt cogere ad audienda ea, quæ ad politicam gubernationem ſpectant; Azor *vbi ſuprà qu.* 3. Suarez *de fide diſp.* 18. *num.* 3. Bonacina *eodem tract. diſp.* 3. *q.* 2. *puncto* 2. *diſp.* 6. *n.* 3. Anton. Souſa *aphoriſmo inquiſitor. lib.* 1. *d. cap.* 37. *n.* 8. quod non ſine difficultate Caſtro-Palao admittit *de fide tract.* 4. *diſp.* 2. *puncto* 6. *num.* 4. quin oppoſitum probabilius exiſtimet; ſed omnes relati, & Trullench. dicunt fallere, quando infideles ſubditi Principis Chriſtiani non fuerint, *d. dubio* 19. *num.* 5. & late exemplis exornant duas opiuiones referendo *ſub num.* 9. cùm negatiuam ſententiam doceant, Ledeſma *tract. de fide, cap.* 5. *n.* 19. Suarez *ſuprà* 6. Bonacina *punct.* 7. *num.* 3. Caſtro-Palao cum aliis; quia compulſio eſſe non poteſt ſine juriſdictione, & ſi contrarium non ſit improbabile, referat idem Ægid. ex Couar. *in d. Reg. peccatum* 2. *p.* §. 10. *ſub num.* 3. *ſub verſ. quartus* qui ſolum agit, vt infideles non impediant prædicationem, & ſic dico quòd illa, quæ tendunt ad iniuriam contra fidem Chriſti, poſſint puniri per Chriſtianum Principem, etiamſi infideles ea patrantes, ſubditi non ſint, ſecus ſi non operentur in opprobrium, & cum ludibrio; latè idem Ægid. Trullench. 13
d. dubio 19. *num.* 10. legendus, qui *num.* 11. cum D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 11. & Azor *ſupra quæſt.* 11. dicit aliquando Eccleſiam permittere ritus infidelium ſuperſtitioſos, & inanium Deorum ritus, videlicet, vt plura, & grauiora, & deteriora mala vitentur, qualia forent, ſi pagani inde grauiter offenderentur, diſſidia, & odia inde oritura probabiliter crederentur, ſi ad fidei Chriſtianæ dogmata amplectenda aditus difficilior redderetur.

Ad quartam quæſtionis partem, an li- 14
ceat cuilibet Chriſtiano bona poſſeſſa à Turcis vſurpare ſibi, diuerſos modos dicendi refert Diana *p.* 5. *tract.* 13. *Reſc.* 1. *Reſ.* 98. ex quibuſdam, qnod quando ſeruus Chriſtianus detinetur à Turca, non ſolùm poteſt fugere, verum, & ſurripere quidquid poſſit jure belli ex tacito ſui Principis conſenſu, & quod non ſolùm, ſi ſeruus ſit, imò, & quilibet alius Chriſtianus; quia cùm ſit Principibus Chriſtianis aduerſus Turcas jus bellum inferendi, & propterea iure belli rebus ſuis ſpoliandi; quia Chriſtianorum terras & prouincias occupant; inde ſequi, vt ex hoc poſſint omnes Chriſtiani ex Principum interpretatiua licentia quæcumque

volue

voluerint, è Turcis ſurripere, & quod è Sacr. Congreg. *de propaganda fide*, Theologi aliqui conſuluerint, quòd ſi fideles capti, cùm à ſtipendijs militaribus Chriſtianorum Principum per Sarracenos in ſeruitutem iniuſtam redacti ſint, eos quorumcumque infidelium diſtinctè, tutâ conſcientia poſſe bona auferre, ſub quacumque via, & induſtria ex interpretatiua eorumdem infidelium Principum voluntate.

14 Imò, & Molina *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 37. *num.* 1. ait quòd cum Turcarum, & Maurorum bellum aduerſus nos ſit iniuſtum, ex eorum parte fas ſit ijs, qui apud illos detinentur captiui, in recompenſationem iniuriarum, & damnorum, quæ acceperunt, necnon obſequiorum, quæ illis exhibuerunt, & quia perpetuum noſtris cum illis bellum eſt, accipere non ſolum ab eis à quibus iniuria ſunt affecti competentem compenſationem damnorum, & iniuriarum; ſed etiam tam ab illis, quàm ab aliis iure belli, atque ex præſumpta noſtrorum Principum voluntate accipere quæcumqne voluerint.

15 Vnde, quia auctoritate textus *in leg. non ſolùm, Codic. de rerum perm.* non ſolùm barbaris aurum non præberetur, verum, & ſi apud illos inueniretur ſubtili poſſent auferri ingenio; ibi; Gloſſa ait, erant ij Barbari hoſtes populi Romani; ſed hodie Turcę ſunt hoſtes publici Chriſtianorum; ergo videtur, vt per dictam legem, liceat nobis bona eorum ſurripere, ea nobis ſeruis eorum applicando, ratione laboris, famulatus, iniuriarum, lucri ceſſantis, damni emergentis, &c. Sed etiam ratione iuſti belli, & ſic Albertinus *in Rubrica de hæretic. lib.* 6. *qu.* 8. *num.* 4. potuit aſſerere præceptum Decalogi ſeptimum *non furtum facies*, non habere locum in Chriſtianis ſurripientibus res ab infidelibus ex conſenſu Principum, & ita Diana *ibi ſuprà*, cum Mendoza *q.* 8. *poſt* 7. *concl.* & *concl.* 8. Nauar. *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 1. *n.* 160. Leſſius *lib.* 2. *c.* 41. *dubio* 9. *n.* 80. Rebell. *p.* 1. *lib.* 3. *qu.* 15. *n.* 22. dicit prædictam ſententiam eſſe probabilem, cum eaquidem limitatione vt actio illa ſumendi bona Turcarum, non ſit annexa cum aliqno ſcandalo, vel cum damno aliorum Chriſtianorum, vel mendacio, conſcientia erronea, vel factione fidelitatis, ad quam tenentur, qui ſub fide Regia ibi adſunt aut negotiantur, limitat tamen vt dicta ſententia non procedat in caſu, quo inter Chriſtianos, & Turcas, adeſſet tempus treugæ vel alicuius ſalui conductus, ſic cum Franc. Bardi referens ex proxime relatis doctoribus in prædictis caſibus peccare Chriſtianos bona Turcarum ſurripiendo, non tamen teneri ad reſtitutionem, quia primo reſtituendo præberent vires hoſtibus Eccleſiæ. Secundò, quia in dictis caſibus ſi non quoad modum, quoad ſubſtantiam tamen præſumitur conſenſus, & licentia principum Chriſtianorum, ſic vt non adſit obligatio reſtitutionis, licet in modo peccetur, ſicut præfati excuſant Regulares, qui fruuntur aliqua è Monaſterio inuito tantum ſuperiore quo ad modum.

Ob quæ notauit idem Diana *d. Reſol.* 98. *in fine* ex tacito conſenſu Principum poſſe Chriſtianos fraudare vectigalia à Turcis impoſita; quia ſicut terræ illæ pertinent ad Principes Chriſtianos; ita & tributa quę ratione talis dominij exigunt, ſic cum Sanchez, qui plures rationes adducit *in opuſc. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *dub.* 5. *n.* 38. & 39. contra Megalan. *in p.* 2. *lib.* 2. *c.* 17. *q.* 6. *n.* 85. quod intelligit cum limitationibus *n. præcedenti* poſitis. 16

Ad quintam, & vltimam quæſtionis partem ex dictis hic *à n.* 1. facile reſpondetur ad primam quòd poterit Eccleſia prædictos infideles bello expugnare, ſi terras debitas Chriſtianis occupant, nec deſiſtunt ab iniuria inferenda, ob hancque rationem licere Turcas oppugnare ex jam adductis *à d. n.* 1. & arguitur ex dictis *ſupra hic ſub verſ. ad quartam*. Ad ſecundum; quod quamvis Princeps non poſſit punire infideles propter violationem iuris naturalis, ea parte, qua præſcribit debitum cultum vero Deo; tamen in quantum dictat vnicuique reddendum quod ſuum eſt, valeat punire, & ſic Couar. contra quoſdam *in d. Reg. peccatum p.* 2. *§.* 10. *num.* 5. Azor *d. lib.* 8. *inſtit. Moral. c.* 24. *q.* 8. Ledeſma *tr.* 1. *de fide c.* 5. *concl.* 12. & Ægid. Trull. *ſuprà ſub n.* 7. & 9 *in fine*, dicēdo per idololatriæ peccatum, & alia, quæ contra legem naturalem committuntur, nec fidei, nec Principibus Chriſtianis iniuriam irrogari, & ob id non poſſe Principes Chriſtianos punire infideles non ſubditos, eo quod legem naturalem non ſeruent, ea ſcilicet parte qua jus naturale præſcribit debitum cultum, & honorem vni verò Deo, quia hoc eſſet eos pnnire propter idololatriam quod illicitum eſt, ſed bene ſi illud violant in quantum dictat vnicuique reddendum, quod ſuum eſt, & nulli iniuriam 17 18

faciendam, vt ſi furta, latrocinia, homicidia, adulteria, falſa teſtimonia, ſtupra inceſtus, aut perpetrent ipſi, aut liberam concedant facultatem huiuſmodi mala perpetrandi, eo quod ij, & Reſpublica, & innocentes multis malis, & incommodis afficerentur, poſſumus inquam jure naturali propulſare innocentium injurias, vt bene probat Azor *ſup. quaſt. 9. dict. libro 8. cap. 14.*

QVÆSTIO II.

An Chriſtianus poſſit inſtituere infidelem Hæredem. An veniens ad Catholicam Fidem liberetur à patria poteſtate. Ad Catholicam Fidem veniens poſſit à patre exhæredari, ſeu priuari ab alimentis ex ingratitudine, ſeu an poſſint Iudæi inter Chriſtianos habere bona ſtabilia, ſeu an Iudæus retineat jura ſucceſſionis in bonis parentis ad fidem diuerſi.

SVMMARIVM

1 *Hæres infidelis à Chriſtiano num valeat inſtitui, remiſſiuè : ibi de pœnis inſtituentis hæreticum n. 2.*

3 *Tranſiens ad Catholicam fidem liberatur à patria poteſtate patris infidelis.*

4 *Baptiſmo homo efficitur noua creatura, & irregularitas eo tollitur occiſionis.*

5 *Exhæredari nequit filius infidelis, veniens ad Catholicam fidem prætextu ingratitudinis.*

6 *Filius tranſiens ad Catholicam fidem poteſt alimenta petere, & filia dotem.*

7 *Iudæi inter Chriſtianos poſſunt habere bona ſtabilia, & bona Eccleſiaſtica in Emphiteuſim. Fallit in ſtatu Eccleſiaſtico.*

8 *Iudæi Baptizati, ſi incidant in Iudaiſmum, aut hæreſim nequeunt bona, & poſſeſſiones retinere.*

9 *Principes, etſi poſſint infideles ſibi ſubditos è terris ſuis expellere cum conditione, vt ſi remanere velint, Baptiſmum recipiant, ſed non eos bonis ſpoliare.*

10 *Filius Baptizatus retinet jura ſucceſſionis, & ſuitatis patris infidelis.*

AD primam quæſtionis partem, an 1
Chriſtianus poſſit infidelem inſtitue-
re hæredem, de qua gloſſa hic finalis be-
ne, quia plenè explicatur per illa, quæ
adduxi *in alleg. fiſcalibus S. Officij, alleg.
36. ibi,* Et quas pœnas incurrat Epiſcopus,
ſeu alius hæreticum inſtituens hæredem;
ideo ad *ibi* dicta te remitto; interim leges 2
Couar. *ſub cap. 1. de teſtamentis num. 3.* &
DD. *in cap. item multi 24. qu. 2.* & per di-
ctam gloſſam hic *in verſ. ne ex teſtamento
Chriſtiani aliquid capiant* : alij inter quos
Menchaca *de arbitr. caſu 449. n. 18.* Ro-
man. *ſingul. 735.* incipit *Chriſtianus.*

Ad ſecundam quæſtionem an veniens 3
ad Catholicam fidem liberetur à patria
poteſtate patris infidelis, & quia *in capit.
inde eorum 3. de ætate, & qualit. ordin. q. 3.*
latè dictum eſt quod liberatur per Sacer-
dotium, Cardinalatum, per Monachatum,
per matrimonium, & per alia, & hoc quod
eſt tranſire de infidelitate ad Chriſtianiſ-
mum; ſic actus admodum conſumma-
tiſſimus quid mirum vt tranſiens ad Ca-
tholicam fidem liberetur à patria poteſta-
te cum Baptiſmus deleat peccata, irregu-
laritatem, & alia crimina animam fœdan-
tia, & quod omnis irregularitas per illum
tollatur, ſiue ex licito, aut illicito ho-
micidio, aut mutilatione proueniens;
quia jura quæ de occidentibus ſiue muti-
lantibus irregularitatem imponunt loquũ-
tur de his, qui occidunt vel mutilant poſt
Baptiſmum : Gloſſa *in cap. ſi quis viduam,* 4
50. diſt. & quia per Baptiſmum homo ef-
ficitur noua creatura, *cap. ferrum 5. dicto
50. diſtinct.* Tum quia irregularitas oritur
ex illo horrore occiſionis, qui horror
tollitur per Baptiſmum : Couar. idem *ſi
fur. de homicid. p. 1. §. 2. numer. 5.* Na-
uar. *in man. cap. 27. n. 219.* Suarez *de cenſ.
diſp. 40. ſect. 1. num. 2. & diſp. 44. ſect. 3.
num. 2.* Farin. *in praxi crim. p. 3. qu. 98.
num. 151. & in fragm. crimin. p. 2. lit. 1. num.
416.* Anton. Ricciul. *de jure perſ. extr. grem.
Eccleſ. exiſt. lib. 2. capit. 7. numer. 16.* &
cum Maiolo, Toleto, Auila, Sayro, Bel-
let. & alijs, Barboſa *in d. cap. ſi quis viduam,
num. fin.* ergo multo facilius, & patriam
poteſtatem Baptiſmus aufert, & à patre
infideli, vt ex aliis rationibus in terminis
Maſquardus *de Iudæis p. 3. cap. 4. num. 8.*
Aſcanius *de patr. poteſtat. effect. 77. à num.
6. & num. 55.* Vrſulis ad Afflictis *deciſ. 151.
num. 9.* Surd. *de aliment. titulo 1. quæſt.
18. num. 4.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. capit.
29. numero quinto,* Barboſa *hic numero 3,*
mouendo

mouendo ſe ex verbis *qui cum eis præſum-*
pſerit habitare idem Barboſa *in d. cap. Iu-*
dæorum 12. *quæſt.* 1. *num.*4.cum Abbate *in*
cap. fin. de hæreticis, num. 3. & Felino hic,
num. 6. Aſcanio Clem. *de patr. poteſt. effect.*
5 77. *à n.* 55. Surd. & Ricciulo. Vnde fit vt
filius infidelis veniens ád Catholicam fi-
dem nequeat reſpectu ingratitudinis ex-
hæredari: Surdus *ibi ſuprà tit.*7.*qu.*1.*num.*
44. Anton. Ricciul. *d. cap.* 29. *num.* 2. *&*
6 16. Imò, & quod talis filius poſſit petere
alimenta, & filia dotem, idem Ricciul.
*d. num.*16.Barboſa *hic num.*4 & ad hæc ap-
plicabis pro extenſione, quæ adduxi *in*
alleg. fiſcal. S. Officij alleg. 24. 25. 26. 27.
& 28. & de aliis reſpectu filiorum hære-
ticorum non ab alimentis priuandis *ab al-*
leg. 18. *&* 28.

7 Ad aliud, an poſſint Iudæi inter Chri-
ſtianos habere bona ſtabilia breuiter
etiam reſpondetur affirmatiuè ex Inno-
cent. in *cap. quod ſuper num.* 4. *de voto Ro-*
mano, conſ. 489. Anton. Ricciul. *ibi ſupra*
lib. 2. *cap.* 50. *num.* 1. *vbi num.* 2. exten-
dit etiam ad bona Eccleſiaſtica in Emphi-
teuſim, *& num.* 4. limitat *in ſtatu Eccle-*
ſiaſtico in quo Iudæi nequeunt bona im-
mobilia poſſidere ex ſpeciali *conſtit.* Pauli
IV. *in ord.* 3. §. *in fine* Barboſa *hic num.*5.
per verſ. à poſſeſſionibus ſuis: quæ concluſio
intelligitur de Iodæis nondum Baptizatis
Nam Baptizati poſtea in eam infidelita-
8 tem incidentes, ſicut hæretici amittunt
poſſeſſiones, & bona per longiſſimè à no-
bis dictá *in dict. alleg. fiſcal. ab alleg.* 18.
ex quibus ad hoc poteris quàm plura ap-
plicare.

9 Et hoc arguitur ab ijs, quæ dixi hic *ſub*
quæſt. 1. quod licet Principes Chriſtiani
poſſint infideles ſibi ſubditos, è terris ſuis
expellere, cùm conditione, vt ſi rema-
nere velint, Religionem, & Baptiſmum
ſuſpiciant, ſed non eos eijcere bonis ſuis
ſpoliatos: Ægid. Trullench. *in opere mo-*
rali libr. 1. *cap.* 3. *dubio* 19. *ſub numero* 6.
Azor videndus *inſtit. moral. lib.*8. *cap.* 24.
qu. 4.

10 Ad vltimum an Iudæis remaneant ju-
ra ſucceſſionis parentis ad fidem conuer-
ſi, *ex verſ. hic vt portionem hæreditatis ſua*
notant, Barboſa *n.*6. Tyraquel. *de iure pri-*
mog. quæſt. 66. *num.* 4. Nauar. *conſ.* 5. *ſub*
tit. de teſtam. in antiquis, dicentes quòd
filius Iudæi Baptizati ſuccedit patri; quia
retinet jura ſucceſſionis erga parentes, &
reliquos non ſecus, ac prius; quia Dig-
nitas adepta per Baptiſmum non debet
reddere illum deterioris conditionis, Mar-
quardus *de Iudæis p.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. Ricciul. *d. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 9. *&* 10. *ibi n.* 11. quod retinet jura ſuitatis, & ita etiam jura ſanguinis cum naturalia ſint indelebilia, *ex l. iura ſanguinis ff. de Reg. iur. l. ius agnationis, ff. de pactis*, indeque fieri, vt Iudæus retineat jura ſucceſſionis in bonis parentis ad fidem conuerſi §. 1. *inſtit. de lege patr. tutel.* Anton. Ricciul. *d. lib.* 2 *cap.* 47. idem Barboſa *hic n.*7. & hoc quidquid dixiſſet Bertrandus *conſ.* 226. *p.* 1. *lib.*4. ſunt enim hæc naturalia, quæ de facili amitti nequeunt *ad* §. *ius naturale, &* §. *ſed naturalia quidem iura inſt. de iure naturali gentium, & ciuili* & hæc inquam potuerunt ampliari ex pluribus ſic diſperſ. adjungantur hic inter alia quæ dixi *in alleg. S. Officij ab alleg.* 30.

AD TEXTVM

In cap. ita, quorumdam VI. capit. Significauit. 11. *capit. quod olim* 17. *& cap.* 12 *hoc titulo.*

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Arma tranſmitti ad Sarracenos prohibetur Chriſtianis, &* ſub quæſt. 1 ibi num. 1. *quid nomine armorum intelligatur.*

PER hæc jura prohibentur Chriſtiani arma ad Sarracenos tranſmittere & alia cum eis inire, & qui iſti dicantur jam ſub rubrica dixi, & quòd nomine Sarraceni comprehendantur omnes, qui impiè, & nefariè Mahometicæ ſectæ, atque perfidiæ inhærent, ſiue ſint Turcæ, ſiue Tartari, ſiue Perſæ ſiue Arabes, ſiue Ægyptij Africani, & Mauri, Franc. Anton. Souſa *in Relect. de cenſ. Bulla Cœna cap.* 8. *n.* 3. Azor *inſtit. moral. cap.* 2. *qu.* 4. Barboſa *hic n.* 3. *per verſ. Sarracenis*: quibus addo, apud Trullench. *in opere morali lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 21. quæ hic non adduxerimus offendes *ſub d. cap.* 11. 12. *&* 13. *hoc titulo.*

QVÆSTIO I.

An non ſolùm arma deferre ad Sarracenos, ſit Chriſtianis prohibitum; verum, & alia. Et an excõmunicatio de qua hic, aut Bullæ cœnæ comprehendat etiam arma deferentes ad hæreticos. Et quænam perſonæ ex Chriſtianis eam incurrant. Et pro quibus rebus delatis ad Sarracenos, & an bello durante poſſint arma deferri Sarracenis pro reddendo captiuo. Et an belli tempore ſit commercium cum illis prohibitum.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtiani non ſolùm prohibeutur arma transferre ad Sarracenos, verum, & alia, quibus nos offendere valeant, & de pænis, n. 5. & 6.*

2 *Armorum nomine, quæ veniant latè numero 25.*

3 *Chriſtiani per ſe vel cum alijs prohibentur habere commercium cum Sarracenis, illisque impedire ſubſidia.*

4 *Guerræ tempore commercium prohibetur merceſque portari ad hoſtes.*

5 *Vendentes galeas, & alia Sarracenis excommunicantur nec abſoluuntur, donec reſtituant id quod ex commercio acceperunt in duplum in terræ ſanctæ ſubſidium, n. 6. & 7. 8. 9. & de ratione n.10. & quid ſi vendunt alijs infidelibus, n. 19.*

6 *Chriſtianus vendens arma, equos, aliaque tranſportans ad Sarracenos præter excommunicationem alias pænas incurrit, à qua qualiter abſolui mereatur, & quid ex Bulla cœnæ, numero 7.*

7 *Bulla cœnæ qualiter arma victualia, & alia portantes, ſubſidiaque præbentes hæreticis, & alijs infidelibus, puniat, & n. 8.*

9 *Conſtitutiones aliæ Pontificum, puniunt etiam diuerſis pænis arma, aliaque ad infideles portantes.*

10 *Arma, & victualia deferri ad infideles Chriſti inimicos, repugnat iuri naturæ, præceptiſque Decalogi, perniciosiſſimumque Reipublicæ, n.11.*

11 *Arma deferentes ad Sarracenos, & Barbaros; diuerſis pænis legibus ciuilibus puniebuntur, & per Principes Chriſtianos, vt n.12.*

13 *Seruus efficiebatur arma portans ad infideles, & propter reuelationem in Principem, n.14.15.*

14 *Homines juſto bello capti, jure gentium fiunt capientium, & qui ſe vendi patiuntur, item ob delictum, vt numero 15.*

15 *Fæmina nuptias contrahentes cum initiatis in ſacris ſeruitutem incurrunt.*

16 *Papa valet ſtatuere quod committens aliquod delictum ſit ſeruus.*

17 *Infideles ad quos prohibentur arma deferri, etiam dicuntur, ſi habitu oppugnent Chriſtianos, vt n. 18. ibi qui excipiantur.*

18 *Arma deferri ad Sarracenos adjuuantes Chriſtianos contra alios Sarracenos non eſt prohibitum.*

19 *Sarracenos adjuuantes, qui Chriſtiani dicantur ad effectum incurrendi cenſuras juris Bullæ cœnæ, & aliarum conſtitutionum, n.20.21.22.*

20 *Arma donans Sarracenis in terris Chriſtianorum, cenſuras non incurrit.*

21 *Arma permutans bona pro inutilibus cum Sarracenis incurrit excommunicationem, ſecus ſi è contra contingeret numero 22.*

23 *Transfugæ Chriſtiani cum armis ad Sarracenos incurrunt cenſuras, & qui adiuuant, n.24.*

25 *Ferri nomine infecti arma, quæ intelligantur ad bellica, & n.26. & n. 28. 29.*

27 *Ligamina ad faciendas naues, & alia quæ comprehendantur prohibitaque cenſeantur pro Sarracenis.*

28 *Equorum nomine qui veniant, prohibitique cenſeantur vehi ad Sarracenos.*

29 *Cultelli nomine armorum non comprehenduntur, bene tamen pugiones.*

30 *Arma deferre ad Sarracenos bello durante, nec pro redimendo captiuo licet Chriſtianis: quid tempore treugæ, vbi de mercibus.*

AD primam quæſtionis partem ex textu noſtro, *& d. cap.11. 12. & 17.* eſt 1
dicendum non ſolùm puniri, ſeu prohiberi Chriſtianis arma deferre ad Sarracenos, verùm, & alia quibus nos offendere valeant, & quod nomine armorum in- 2
telligantur etiam ferrum, & ligamina

galea

galearum, dum ad impugnandos Chriſtianos ea ſubminiſtrant, & qui in galeis, & piraticis Sarracenorum nauibus remigent, & curam gubernationis exercent: Barboſa hic cum multis *num.* 1. *&* 2. & hoc ſub excommunicationis pœna; ſic cum Claro Perez, Farinac. Mench. Sayro, Padilla Caual. Cabedo, Molina, Comitolo, Valerio Reginald. Azor, Azeuedo, Bobadilla, Menoch. & alijs qui latiſſimè agunt.

3 Item ex textu *in d. cap.* quod olim prohibet etiam ſub excommunicatione, ne Chriſtiani cōmercium aliquod per ſe vel per alios cum Sarracenis habeant, ſubſidia, vel conſilia impendant illis, tempore belli inter illos, & infideles vt patet ex verbis ibi *quandiu inter nos, & illos Guer-*
4 *ra durauerit*, quibus notant DD. tempore Guerræ omne commercium eſſe prohibitum, & omnes merces eſſe prohibitas portari ad hoſtes: Barboſa *ibi numer.* 1. *&* 2. cum alijs qui limitant quando Guerra non eſt; quia tunc non intelliguntur merces eſſe prohibitæ portari, nec vt incidat in pœnam portās quaſcumque merces ad Sarracenos, niſi eſſet aliqua de mercibus contentis hic in textu noſtro.

5 Et *in cap. ad liberandum* 17. *hoc tit.* excommunicat primo illos omnes Innocent. III. quos Alex. III. excommunicauit in textu noſtro, & deinde omnes, qui vendunt eis galeas, & naues, & qui machinis, aut quibuſlibet ab ijs aliquod eis impendunt auxilium, vel conſilium in diſpendium terræ ſanctæ, & addit ne abſoluantur niſi id quod ex commercio acceperint in duplum in eiſdem terræ ſanctæ ſubſidium reſtituant, de quo Sayrus *in theſauro deciſ. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 10. Trullench. *ſupra d. dubio* 21. *ſub numer.* 3. ibi dicit has tres excommunicationes non eſſe reſeruatas quod & quas ex dictis juribus repetit Scorria *in conſt. Pontif. Epitom.*
6 36 *Theorem.* 102. Quarto etiam adducunt ex *extrauag. multa hoc tit.* quæ ſtatuit, & ſub excommunicatione prohibet vt nullus arma equos, ferrum, ligamina, victualia, & alia quæcumque mercimonia in Alexandriam, vel alia loca Sarracenorum Terræ Ægypt. deferre mittere, vel portare, ſeu de portibus eorum, vt eiſdem deferantur extrahere, vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium, vel fauorem præſtare quoquo modo præſumant, & contrafaciens excommunicationem Papæ reſeruatam incurrat, præter alias pœnas ibi impoſitas, nec vt ab excommunicatione poſſit abſolui niſi de bonis propriis in dictæ terræ ſanctæ ſubſidium conuertendum tantum exoluerit, quantum ad partes prædictas detuliſſet, miſiſſet, vel deferri & extrahi deferendum è ſuis partibus permiſiſſet, qui nec tunc poſſet abſolui abſque ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ, & ſi caperetur fieret ſeruus, eſſetque perpetuo infamis, inteſtabilis, incapax hæreditatis tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento, & legato, inhabilis ad publica officia, & actus omnes legitimos.

Denique in Bulla cœnæ Domini *excom-* 7
munic. 7. excommunicantur, & anathematizantur omnes illi, qui ad Sarracenos Turcas, & alios Chriſtiani nominis inimicos, vel hæreticos per litteras Apoſtolicas ſententia expreſse vel nominatim declaratos deferendo, ſeu transmittendo, equū, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica inſtrumenta, ligamina, canabem, funes tam ex ipſo canabe, quàm alia quacumque materia, & ipſam materiam aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, nec non ipſos, qui per ſe, vel per alios de rebus Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus in Chriſtianorum perniciem, & damnum ipſos Turcas, & Chriſtiani nominis inimicos, necnon hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt; illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtans non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, quibuſvis perſonis, Principibus, rebus publicis, per ſedem prædictā hactenus conceſſis de huiuſmodi prohibitione mentionem expreſſam non facientibus.

Ex his jam vides conſtitutiones relatas 8
antiquas in eo excedere Bullam cœnæ num. præcedenti adductam, quod vetant etiam victualia belli deferre, & merces quocumque tempore ad loca Ægypti, quod non prohibetur *in d. Bulla cœnæ*, & quod Bulla cœnæ excedit in eo, quod prohibeat non tantum Sarracenis, ſed etiam Iudæis, Turcis, & Hæreticis declaratis à Sede Apoſtolica deferre arma, & alia, quibus Chriſtiani impugnari poſſint, vt jam ex Bulla retulimus.

Et de prædicta prohibitione deferendi 9
arma ad Sarracenos illaque ipſis vendenda ſub pœna etiam infamiæ & inhabilitatis, ad teſtandum, & ſuccedendum, vt videtur in alia conſtitutione ſecundum Syl-

ueſtrum *verb.excommunication. 7. num.* 58.
Sayrum *lib. 3. cap.* 11: *num.* 11. & alijs ſub
nomine Nicol. IV. qui vixit anno 1288.
ibi quatenus ad reſtitutionem in fauorem
terræ ſanctæ idem diſponit quod *in d.cap.
ad liberandum* 1. juxta contexturam alte-
rius conſtitutiunis Nicol. V. quam refert,
& expendir Scortia *in conſt. Pontif. epiſtol.*
36. *Theor.* 102: *in princ.* vt etiam Clemens
V. qui obijt 1314. & præceſſit Nicol. V.
annos 123. quibus inquam conſtitutioni-
bus fuerant renouata, quæ antea conſti-
tuta erant ab Alex. III. hic in Concilio
Later. 26. & à Clem. III. *in d.cap. vltim.*
12. àb Innocentio III. *in d. cap. ad libe-
randum*, *&* à Clem. V. *in d. extrauag.
multa.*

10 De ratione inquam dictarum omnium
conſtitutionum, & dictæ Bullæ in cœna
ſi inquiras, item, & de pœnis impoſitis
per illas breniter reſpondetur, vt ratio ſit,
quia jure naturali, & diuinu repugnant,
ſitque grauiſſimum ſacrilegium contra re-
ligionem noſtram, & principatum Chri-
ſtianum opem ferre inimicis Chriſti re-
pugnetque, & primo præcepto de hono-
re Dei, & quinto de non occidendo, &
ſeptimo de non furando, & decimo de
non concupiſcenda re aliena, vt rectè
probat Nauar. *in textu noſtro notab.* 1. *n.* 10.
11 Secundò, quia id tanquam Reipublicæ
pernicioſiſſimum vetitum ſit grauiſſimis
legibus ciuilibus ſub pœna capitis, & pri-
uationis rerum, vt *in l.* 1. *&* 2. *Cod.* quæ
res exportari non debeant ibi etiam dici-
tur hoc crimen eſſe proditioni proximum,
extendens caſum non ſolùm ad deferen-
tes, non tantùm hoſtibus, vt ſunt Sarra-
ceni, ſed etiam barbaris, & ſi *l.* 1. *liquea-
minis* loco ligaminis legatur, & *in l. his quæ.
Cod. de pœnis ibi* ijs quoque pœna capitis
ſtatuitur, qui barbaris artem conficiendi
nauem tradiderint, *& l.cuiuſque ff ad leg.
Iulian. Maieſtat.* crimen contrahit læſæ
majeſtatis is cuius opera dolo malo hoſtes
populi Romani commeatu, armis, telis
equis, pecunia, aliave re adjuti erunt,
vel vt ex amicis hoſtes fierent Populi Ro-
mani.

12 Er quod hæc prohibirio multis pœnis
etiam per Chriſtianos Principes ſit factâ
conſtat ex ordinatione Regia Luſitana *lib.*
5. *tit.* 109. & apud nos Caſtellanos *l.4.tit.*
21.*p*.4 *& l.* 22. *tit.* 5. *p.* 5. ibi Gregor. Lo-
pez, *& l. vltima tit.* 12: *lib.* 1. *ordinam.* ibi
Azeuedus.

13 Er quatenus ſpectat ad pœnam ſeruitu-
tis ſi caperentur tranſgreſſores per verba
hic: *Et capientium fieri ſeruos.*, quatenus
DD. putant, quod ſi capiatur ille, qui ad
hoſtes arma portabat ſeruus capientis ſit,
vt per Menchac. *quæſt. illuſtr. cap.* 10. *num.*
3. ibi etiam reſoluit huiuſmodi ſeruum
delicto effectum poſſe fugere tuta con-
ſcientia; de quu dixi ſub *cap.* 1. *&* 2. *& cap.*
9. *num.* 2. per hunc textum tenet à jure
Diuino quaſi ſupernaturaliter homines
ſeruos pœnæ effici per peccatum; ſed an
aliquis ſeruus effici propter rebellationem
in principem commiſſam agir Morla *in
Emporio iuris ciuilis p.* 1. *tit.* 12. *qu.* 5. refert
Barboſa *hic n.* 11.

Cum ergo ſeruitus contrahi poſſir non 14
tantum jure gentium, idque tamen ob bel-
lum juſtum, & ſicut capta in bello iuſto
tranſeunt in dominium capientium, ſic
etiam homines juſto bello capti jure gen-
tium in capientium poteſtatem veniunt
*l. & ſeruorum ff. de ſtatu homin. & in §. item
ex inſt. de rerum diuiſione*, aut etiam iuri-
ciuili, vt cum quis ſe vendi patiatur *d. l.
& ſeruorum*, ad quod requiritur vt ſit ma-
jor 20. annis *l. ſi miniſterium Cod. de liber.
cauſ. l. & liberis* §. 1. *ff eodem*, Secundo con-
ſenſus vendendi, vt ſciat quis ſe vendi
*l. non ideo Cod. de liber. cauſ. l. eis, qui Cod.
quibus ad libertatem proclam. non licet* quar-
tò, vt emens eum ſeruum credar *l. liberis
§. ſi quis ſciens ff. de liber. cauſ.* quintò vt qui
ſe vendi patitur ſciat ſe eſſe liberum *l. li-
ſinius ff. quib. ad libert. pro clam non licet*; de
quibus, & alijs latiſſime dixi *ſub Rubrica,
& tit. de ſeruis ordin. vel non.*

Verum etiam ob delictum; nam ſicut 15
ob aliqua crimina rei capite plectuntur,
ita ob quædam delicta, ſontes libertate
jure priuantur, vt fœminæ quæ cum ini-
tiaris ſacris ordinibus nuptias contrahunt
cap. eos qui diſt. 32. vt etiam eorum filij Ec-
cleſiæ cui pater adſcriptus erar ex *Concil.
Tolet.* 9. & Raptor ſi conſtet de violentia
puellæ illata 35. *qu.* 1. *cap.* de raptoribus,
& item comprehenſi de familia latronum
comprehendentium ſerui fiebant *l.* 2.
Cod. quib. ad libert. pro clam non licet, pari
igitur modo Alex. *in textu noſtro*, & Inno-
cent. *in d. cap. ad liberandum* 17. & Nicol.
*in d. conſtit. ob criminis atrocitatem, conſti-
tuunt capientium ſeruos*, docet Scortia *in d.
conſt: Epitom.* 36. *Theor.* 103. *ſub verſ. quod
autem:* quare alij per gloſſam hic verb *pri-
uatione verſ. hoc potuit Papa facere contra
laicos ratione criminis commiſſi* notant, quod 16
Papa poteſt ſtatuere vt laicus committens
aliquod crimen ſit ſeruus: Barboſa hic in
fin. & Nauar. *not.* 11. *in gloſſa* 5. *& gloſſa
penultim.*

*penultim.numer.*15.ibi ſubdit aliquam ſeruitutem inductam eſſe jure Pontificio.

17 Ad ſecundam quæſtionis partem, an excommunicatio de qua hic, extendatur contra portantes arma aliaque prohibita ad hæreticos, & alios non Sarracenos,& quamvis reuerà *ex textu hic, & d. cap.*12. *& cap. ad liberandum* 17. non videantur comprehendi niſi quatenus per bullam cœnæ ad eos extenditur prohibitio: tamen Azor *inſtit. moral.p.*1. *lib.*7.*cap.*23.*q.* 4. reſoluit quod licet in textu noſtro Chriſtiani arma ad Iudæos, paganos, ſiue ethnicos deferéntes non ſint excommunicatione affecti, quoniam Iudæi, vel pagani nomine Sarracenorum minimè ſignificantur, ſed quia *in dicta conſt.Pontificia Bulla cœna Domini*, dictam excommunicationem comprehendere etiam Chriſtianos, qui ad Iudæos arma deferunt, vel etiam ad paganos, ſeu ethnicos dummodo ſint Chriſtiani nominis inimici qui actu, vel habitu bella cum Chriſtianis gerant: Barboſa *hic* ..... *in fine*, & Ægid. Trullench. *in opere moral. d. lib.* 1. *cap.*3.*dubio* 21. *ſub num.*5. legendus qui ait non ſolùm comprehendi Sarracenos, qui actu Chriſtianos oppugnant, ſed etiam, qui habitu, id eſt, qui oblata occaſione eos oppugnare ſolent, aut poſſunt, & reddit rationem Barboſa hic *ex verſ. dum ad impugnandos Chriſtianos*, quia verba hæc deferri debent ad illòs, qui frequenter eos ſolent impugnare cum prohibitio de non inferendis armis tantum habeat locum in Sarracenis, vel hoſtibus nominis Chriſtiani, qui actu, vel habitu habent bellum cum Chriſtianis odio ſolo nominis Chriſtiani, de quo Nauar. *hic.notab.* 4. Boerius *deciſ.*178.*num.* 20. Cabed. *Luſit.deciſ* 115.*n.*4.*p.*2.

18 Quare idem Barboſa *ſub num.* 8. *hic in fine*, & Azor. *d. cap.* 23.*quæſt.* 8. dixerunt non comprehendi excommunicatione textus noſtri eos, qui arma deferunt ad Sarracenos, qui bello Chriſtianos contra alios Sarracenos, vel paganos, aut hæreticos defendunt, vel adiuuant, quia non in perniciem, ſed potius commodum Chriſtianorum cedunt, tum etiam quia ſi eſt liberum Chriſtianis Sarracenos contra alios in ſui auxilium vocate, liberum quoque erit illis arma miniſtrare, quibus nobis auxilium præſtant, vt repetit etiam Ægid. Trullench *in opere morali lib.*1.*cap.* 3.*dub.*10. 21. *num.*7 *in fine* ibi, alios caſus excipit, vt dicitur *infra in verſiculo ad tertiam*, ſub *verbo ſecundo.*

Ad tertiam quæſtionis partem, quinam 19
Chriſtiani hanc excommunicationem incurrant? dico primo cum Nauarro *hic notab.*8.*num.*22. eam incurrere primò Chriſtianos medicos, chirurgos, legatos, vel alios adeuntes Sarracenorum Principes ſuis armis ornatos ſi arma eis, vel liberis vel rogati donant: tamen ſi legatus, qui ex animo legationem perfecit in ſignum gratitudinis, v. g. vnum pugionem aureum, aut alia id genus, non incurrere niſi ſit probabilis conjectura quod ibi arma illi ſimilia fabricarentur, dicit idem Nauar. & ſequitur Ægid. Trullench *d.dubio* 21. *num.*7.

Secundò incurrunt dictam excommu 20
nicationem etiam qui arma vendunt Chriſtianis habitantibus, vel negotiantibus in Sarracenorum terris, & eorum imperio ſubiectis; quia ea Sarraceni in promptu habent, & illa Sarraceni Chriſtiani vendere ſolent: ſic Azor *tom.* 1. *inſtit. moral.lib.*8. *cap.*23.*quæſt.* 5. qui, & *qu.* 6. limitat dicendo eam non incurrere eum, qui arma daret, aut venderet Chriſtianis v. g. Græcis vel Armenis, vel Venetis, Conſtantinopoli commorantibus, vt ea oculta teneant in perniciem, & interitum Sarracenorum; item, *& quæſt.* 7. vt nec incurrat illam, qui donat, & vendit arma Sarracenis in terris Chriſtianorum habitantibus ſub noſtrorum Principum imperio, niſi probabiliter crederentur arma emere Sarraceni iſti in eum finem vt eam deferrent ad alios Sarracenos extra noſtrorum ditionem viuentes, vel vt ſeruarent occultè in perniciem Chriſtianorum; nam tunc iſti Sarraceni quamvis non actu, habitu tamen Chriſtianos oppugnant, de quo *infrà* latius *ſub cap. cum olim* 12. *qu.*3.*à num.* 1. *& quæſt.* 8. vt etiam ſequitur Ægid. *d.dubio* 21. *ſub num.* 7. dicit vt non comprehendat dicta excommunicatio eos, qui arma deferunt ad Sarracenos, quique bello Chriſtianos contra alios Sarracenos, vel paganos aut hæreticos defendunt, & adiuuant, vt dictum eſt *in verſ. quarè.*

Tertiò quòd incurrit hanc excommu- 21
nicationem Chriſtianus qui arma bona vtilia pro non bonis, & inutilibus cum Sarracenis permutat, vt ſi accipit à Sarracenis equos ægrotos indomitos, vel inualidos, quos factos validos pro non validis cum ipſis permutat, non è contra ſi inualidos pro validis permutat; ſic Nauar. *hic notab.*4. *n.* 23. Sayrus *in Theſauro lib.*

lib. 3. d. cap. 11. *num.* 17. ſecus ſi commutatio eſſet Chriſtianis vtilior accipieodo bona pro malis ſic ſuot iotelligeodi Diana *p. 9. Reſ.* 16. *ſub verſ. ita ego cum Sayro lib.* 3. *de cenſ. cap.* 11. *num.* 17. & ſic coocordat Syluester verbo *excommunicatio* 7. *num.* 27. qui tenet ob has commutationes, ſeu huius Bullæ incurrere, quod verum dicunt relati quando commutatio talis fuerit, vt infideles ootabiliter melius Chriſtianos oppugnent, & quod aliàs res ſit parui momenti propter quod non incurritur.

22 Qui & Nauar. *notab.* 8. *num.* 21. dicunt etiam illam incurrere adiuuantes, & cooperantes ad deferendum vt nautæ iuuantes ad agendum naues, item eos, qui arma ad fui tantum defenſionem defereotes, ea poſtea Sarracenis, vel donant, aut vendunt, etiam ſi poſtea pœnitentia ducti ea recuperent, quia delictum iam
23 fuit perfectum. Imò idem Nauar. *d. notab. 8. hic num.* 33. Sayrus *ibi ſuprà d. cap.* 11. *num.* 17. & Ægid. *d. lib.* 1. *in opere mor. c.* 3. *dub.* 21. *num.* 9. *in fine* dicunt etiam eam incurrere Chriſtianos transfugas, qui cum ſuis armis ex Chriſtianis exercitibus ad Sarraceoorum exercitum ſe traosferuot.

24 Et eum qui ſpeculam Sarracenis, arcē, vel oppidum munitum tradit, vel traditionem conſulit, vel promouet, vel iuuat niſi mortis, aut cruciatus, aut captiuitatis iuſtus metus excuſet: ex ea quidem ratione; quia omnes, quos diximus incurrere cenſentur defereotes arma ad ioimicos fidei Chriſtiaoæ, idemque Ægid. *ſub n.* 6. dicit, vt non comprehendat hæreticos, qui vt tales lata ſententia à Romaoo Pontifice oon ſuot declarati: Azor *ſuprà d. lib.* 8. *cap.* 23. *ſub qu.* 4.

25 Ad quartam quæſtioois partem pro quibus rebus delatis ad Sarracenos excommunicatio ooſtri textus, atque aliorum item, & dictæ Bullæ Cœnæ Domini, & quod nomine armorum intelligantur omnia arma offenſiua, & defenſiua tum etiam lapides ad modum globi, & omnia quæ ſecundnm vſum humaoum, ſumuotur ad impugnandum; beoe Nauar. *hic notab.* 5. *num.* 4. *&* 5. *& in manuali cap.* 27. *num.* 63. Vioald. *in candelabro in explicatione dictæ excommunicationis Bullæ cœnæ;* Sayrus *in Theſauro lib.* 3. *d. cap.* 11. *num.* 28. Azor *d. cap.* 23. *q.* 10. Barboſa *hic num.* 4. addentes comprehendi ſcuta, galeas, loricas, gladios, haſtas, ſagittas, tela, & alia id genus multa quæ refert etiam Ægid. Trulleoch. *in ſumma d. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 21. *ſub num.* 5. *poſt medium*, vt eſt omne ferrū factū, ſeu iofectum, ſeu ipſa materia mineralis ferri, ac denique omnia metalla vt cuprū, aurichalcum, plumbum, ſtanoum, aurum, argeotum, quia omnia hæc ſunt metalla; ioiò & Nauar. *in man. d. cap.* 27. *num.* 63. addit vt per bellica instrumenta intelligantur etiam tympana, tubæ, fiſtulæ, litui, coroua, & alia huiuſmodi. Et 26
Azor *dict. quæſt.* 10 etiam extendit ad fuſtes, lapides, ooo ad ædificia, ſed ad machinas bellicas comparati, ſiue pili, ſiue globi lapidei, aut ferrei, qui vi tormentorum bellicorum ſolent excludi, qui, & *quæſt.* 12. vt ſequitur Barboſa *hic num.* 5. *& 6. ex l. nemo Cod. quæ res aſportar. non debent*, explicant per textum hic *in verb. ferrum*, oomine ferri intelligi quidquid ex ferro fabricatum eſt, & poteſt vtile eſſe ad bellicos vſus, & quòd oomine ferri infecti intelliguntur ipſa ferri lamina, ſeu maſſa exporrecta, vel cooglobata impolita ac rudis.

Et quia textus hic in *verſ. & ligamina* 27
deferant galearum idem Azor *d. cap.* 23. *q.* 12. & cum eo hic Barboſa *num.* 7. explicent ligamina galearum eſſe, & dici ligoa ex quibus fieri ſolent, aut poſſuot triremes, & aliud quodlibet geous oauigij oblongum; ideo ego cum eodem Azor, *d. quæſt.* 10. Ægidio *d. cap.* 3. *dubio* 21. *n.* 6. *in fine* dico nomioe ligamiois comprehendi omnia ligna apta ad faciendas non ſolum oaues, ſed etiam alias machinas bellicas, vt aggeres, & haſtas, & à fortiori vt intelligantur naues coofectæ. Et quia etiam nomine armorum prohibentur funes, dico cum eodem Ægidio *d. num.* 6. *in fine*, Sayro *in Theſauro d. libr.* 3. *cap.* 11. *n.* 22. videndo cum Azor *d. quæſt.* 10. dico nomine funium comprehendi funes noo ſolùm lineos, & canabeos, ſed etiam ex lana, & ſerico, item & ſcalas ex fune eoofectas.

Et quia *ex textu hic*, & aliis adductis 28
prohiberi debent equos deferri, ad Sarracenos, & alios hoſtes Chriſtianiſſimi, dico vt nomine equorum intelligantur etiam muli, & alij apti ad leuandam ſarcinam Ægid. Trullench. *d. cap.* 3. *dubio* 21. *ſub num.* 6. *verſ. quarto*, vt explicaot etiam Nauarr. Sayr. & Viuald. Sed quod nomi- 29
ne armorum noo comprehendantur cultelli (beoe tamen pugiooes) quia cultelli potius ad ſeiodendum panem, quàm ad oppugoandum ſumuntur, niſi in tanta quantitate eos deferreot, vt probabiliter exiſtimares in arma eſſe conuertendos; doceot

docent etiam Nauar. *hic notab. 6.* Sayrus *ſupra n. 29.* & quod ſic non comprehendantur aſportantes vaginas ad enſes recondendos: item Azor. *d. q. 10.* Barboſa *hic n. 5.* & ambo ex Deciano *tract. crim. in lib. 8. cap. 3. n. 57.*

Ad quintam quæſtionis partem, an bello durante poſſint arma deferri, Sarracenis pro redimendo captiuo reſpondetur ex dictis, negando vt colligunt DD. *ex textu in cap. ſignificauit 11. hoc tit.* ſic vt apta arma ad barbaros infideles poſſint à Chriſtianis deferri, ne fortiores fiant ad oppugnandum Chriſtianos: ita Straca *de Mercatura p. 2. num. 41.* Clarus *in praxi §. fin. q. 77. n. 25.* Azcued. *in l. 10. tit. 2. lib. 8. Recopil. ibi n. 3.* ampliat hoc procedere etiam in tempore Treugæ, & Cepola *conſ. 31. lib. 2.* dicit quòd eadem prohibitio, quæ verſatur tempore belli, durat in tempore treugæ, quamvis Straca *dict. p. 2. n. 43.* Boerius *deciſ. 178. n. 18.* aſſerant quod ceſſante bello ſeu inita pace vel factis induciis permiſſum eſſet, & quidem indiſtincte Chriſtianis mercatoribus cum dictis hoſtibus, & mercatoribus habere commercium, ſecum habitare, & ad eos quaſcumque merces aſportare, ſeu exportari facere, quibus Sarracenis, & hoſtibus commodum, etiam, & ſubſidium afferatur dummodo non ſint merces prohibitæ, vt arma quibus præſto eſſe poſſunt ad nos offendendum, & ſic quamvis *ſup.* dictum ſit per verba *d. cap. olim 12. hoc tit. verſ. Quamdiu internos, & illos guerra durauerit*: omne commercium durante guerrâ prohiberi, ſecus ſi ceſſante illa; quia tunc vt docent Suarez *alleg. 18 num. 3. & conſ. 2. de nauibus tranſuehendis n. 3.* Gregor. Lopez *in l. 22. verb. trigo tit. 5. p. 5.* Barboſa *ibi n. 2.* videndus *in d. cap. 11. n. 2.* ibi relata, & per eum dicta de noſtro dubio ſic intelliguntur, nempè vt tempore pacis merces aſportari valeant ad Sarracenos, dum tamen non ſint de contentis hic in textu noſtro: Videbis Hermoſilla, *in l. 27. tit. 5. p. 5. gloſſa 1. n. 4.*

Ad vltimam partem an belli tempore ſit commercium cum illis prohibitum ex dictis apparet per textum *in d. cap. olim 12.* prohiberi ibi alia dicentur.

QVÆSTIO II.

An licitum ſit deferri arma infidelibus, ſi pecunia reportata ſit Chriſtianis vtilior? Et an deferre arma hæreticis, & inſtrumenta bellica ſit prohibitum? an qui narrat conſilia v. g. Regis Catholici alicui Turcarum proditori, incidat in cenſuram Bullæ Cœnæ? vbi quid ſi narret fideli, de quo credit ipſe quòd reuelaturus ſit infidelib. An puniantur ab inquiſitoribus aſportantes arma infidelibus? Et an ſit proditio armorum tranſportatio ad infideles, ibi remiſſiue de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Arma deferre ad infideles verius eſt non licere, & ſi pecunia eſſet vtilior Chriſtianis ibi de conſulendo Pontifice.*

2 *Heretici, etſi doctrinam Chriſtianam deprauent, gloriantur nomine Chriſti.*

3 *Arma deferri ad hareticos publice denunciatos non licet.*

4 *Chriſtiani etiam conſilium Turcis, & infidelibus præſtantes incurrunt cenſuras Bulla cœna n. 5. idem contra illos certiorantes ibi, & n. 6.*

7 *Reuelantes ſecretum quod intereſt etiam alij fideli de quo creditur vt reuelet infidelib. incurrit cenſuras Bulla in Cœna.*

8 *Inquiſitores cognoſcunt contra tranſportantes arma ad infideles, quando hoc faciunt animo illos iuuandi, non ſi lucri cauſa vt n. 9.*

10 *Arma tranſportans ad infideles eſt quaſi proditor, idem ſi equos, & alia ad militandum tranſportaret, & vt n. 11. ibi qua pœna puniebatur.*

12 *Arma, & equi nec debent vendi, nec commodari hoſtibus fidei, nec pignorari nec ſuper illis extentio fieri.*

AD primam quæſtionis partem an licitum ſit deferre arma infidelibus 1
ſi pecunia ſit vtilior Chriſtianis reportata; & quamvis affirmet Reginald. *tom. 1. libr. 9. cap. 18. n. 301.* dum putat probabile non incidere in cenſuram Bullæ cœnæ, qui

qui arma deferunt infidelibus, majori cum vtilitate Chriſtianæ Reipublicæ, quàm damno, vt ſi pecunia reportata pro armis ſit vtilior Chriſtianis, quàm arma ſunt noxia; tamen ex dictis hic *qu.1. & in verſ. ad quintam*, exiſtimo negandum eſſe cum Petro Hurtado de Mendoſa *in 2.2. diſſ. 76. ſect. 3. n. 130.* & Diana *p. 5. tract. 13. Miſcel. Reſ. 15.* putantibus negatiuam ſententiam viam ſternere ad perpetuam abolitionem huius legis, eo quod cenſerent ſinguli mercaturam ſuam vtiliorem eſſe Chriſtianis, nec eſſet vlla mercatoris compeſcendi ratio, eſſetque fidelibus ſcandalo, quapropter dicunt ſi qua Reſpublica id de ſuis mercibus cenſeret, conſulere, tenerentur ſummum Pontificem, vt veritate ſincerè perſpectâ prouideret tunc, & ceſſaret ſcandalum, nec deeſſet ratio compeſcendi violatores; nec enim cuius fas eſt tam publicam, & diuturne vti epicheia, quando tam facile poteſt legiſlator adiri; quod factum eſſe à Genuenſibus, & Venetis credendum eſt; quia Reipublicæ tam Catholicæ, & Romanæ ſedi obedientes, non erant effecturæ vt malo exemplo ſuſpicionem parerent contumaciæ: ita Diana.

2 Ad ſecundam, an deferre arma hæreticis ſit prohibitum in quo duæ ſunt ſententiæ; quia Lorca *in 2.2. diſp. 52. n. 7.* affirmatiuam docendo ſententiam putat appellatione hoſtium nominis Chriſtiani includi etiam hæreticos; quia omnes illi ſunt abſolutè infideles; at Hurtadus Mendoza *in 2. 2. diſp. 76. ſect. 3. §. 33.* dicit contrariã ſententiam ſibi placere; quia hæretici nomen Chriſti non oderunt, ſed amant; quamvis enim doctrinam Chriſtianam ex parte deprauent, Chriſtiano tamen nomine gloriantur quod in Turcis non inſpici ait qui Chriſtiano nomini ſunt in-
3 ſenſi. Indeque ait Hurtad. Hæreticos cõmune nobiſcum bellum indicere Turcis vt hoſtibus nominis, quod ipſi hæretici colunt, & confirmat; quia Bulla in cœna Domini nihil iuuat infideles, in quorum odium exardent antiqua jura; ſed eis faueret, ſi per hoſtes Chriſtianorum intelligerentur hæretici; non enim ait jure antiquo ad publicum hoſtem nominis Chriſtiani poſſunt arma deſerri; quamvis non ſit publicè denunciatus hoſtis à Romana Sede, vt nunc non poſſunt, ſed ex *d. Bulla cœna* vt dictum eſt *ſub q. 1.* ſolis hæreticis publicè denunciatis à Romana Sede interdicuntur arma. Ergo Bulla fauiſſet infidelibus: cùm ergo Bulla aliquid nouum præceperit contra hanc infidelium ſpeciem, illud fuit in eis odium, & non in fauorem, & ſic fuiſſe ſignum eos nunc de nouo comprehendi, vt dictum eſt *ſuprà q. 1. ſub verſ. ad primam.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an qui narrat Principis Chriſtiani conſilia alicui Turcarum proditori, incidat in pœnam Bullæ cœnæ, in quo dubio duplex etiam eſt ſententia: Nam Suarez *in 3. cap. tom. 5. diſp. 21. ſect. 2. n. 58.* negat, quia id non exprimitur *in d. Bulla* cum enim ibi Pontifex dixiſſet: *Nec non, & alios qui Turcas de rebus concernentibus ſtatum certiores faciunt:* adijcit, *illiſque conſilium, & auxilium ad id præſtant:* ſed pronomen *illis* non refert certiores facientes, ſed Turcas ipſos, ideſt illis, qui Turcis, ad id fauorem dederint, ergo. 4

Tamen idem Hurtad. de Mendoza *in* 5
2. 2. d. diſp. 76. ſect. 3. §. 68. quem ſequitur Diana *d. p. 5. tract. 13. Miſc. 1. Reſ. 13.* contrarium docet ex eo quod Pronomen *illis* refert vtroſque, nempe, & Turcas, & omnes, qui arma ferunt certioreſque faciunt hoſtes: nam cum ea lege velint Pontifices hoſtibus arma eripere, omnemque rationem impetendi Chriſtianos, animus eſt negari omne auxilium, conſilium, & fauorem, Turcis autem negatur fauor ne poſſint iuuari à fidelibus, nec juuare: at vtrumque eſt apprime vtile ad Pontificis inſtitutum, & verba poſſunt in vtrumque quadrare propijſſimè, inſere, cur non fiet maxime, cùm nomen *ad id*, hoc ſonet apertè; refert enim damnum, in damnum verò inquit Catholicæ Religionis certiorem faciunt, illiſque ad id conſilium præſtant, ac ſi dicat præſtant auxilium ad id damnum, non ſolùm ad explorationem conſiliorum, ſed ad damnum: deinde ſi ly *illiſque*, refert Turcas, adhuc Conſiliarius comprehenditur; proditio enim Conſilij Regij fauor eſt in Turcam, quem ipſe emeret carò.

Sed quamvis putet Diana *d. Reſol. 13.* 6
vtramque ſententiam probabilem; ego potius adhæreo huic vltimæ cum Sayro *in theſauro deciſ. lib. 3. cap. 11. n. 35.* & Ægid. Trullench. *in ſumma morali lib. 1. cap. 3. dubio 25. n. 51.* qui dicunt non ſolum excommunicari facientes certiores infideles, vel hæreticos de rebus totius Chriſtianiſmi; ſed etiam particularis Regni, vel prouinciæ, quia Bulla cœnæ abſolutè loquitur.

Et addo ex Diana *p. 9. tract. 7. Miſc.* 7
Reſ. 16. in verſ. Sed hic ibi de hoc puncto:

Et

Et inſuper *in verſ.* Ad quid ibi inquirens quid iu eo qui reuelat ſecretum Chriſtianæ Reipublicæ alteri fideli, quem credit reuelaturum infidelibus, & quod incurrat in cenſuram dictæ Bullæ dixit Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 1. *qu.* 8. *puncto* 1. *num.* 4. & alij penes ipſum; ſed negant Caſtrus Palao *tom.* 6. *diſp.* 3. *p.* 8. *n.* 7. Suarez *de cenſ. diſp.* 21. *n.* 5. *&* 8. quos videtur ſequi idem Diana ex eo, quia in clauſula Bullæ ſolùm puniuntur reuelantes per ſe, vel per alios ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ infidelibus, dicentes quòd ſic fidelibus reuelans nequaquam dici poteſt infidelibus per ſe, vel per alios reuelare, cum ipſi fidentes reuelantes numine proprio reuelent; non autem nomine prīuris reuelantis, qui nunquam ipſis reuelationem demandauit.

8 Ad quartam quæſtionis partem an puniantur ab inquiſitoribus aſportanres arma, equos, &c. in terras infidelium, in qua difficultate Cantera *in qq. crimin. cap.* 1. *de hæreticis, num.* 68. *in fine*, aſſerit inquiſitores poſſe cognoſcere, & procedere contra deportantes arma, & cibaria prohibita Sarracenis, & Bobadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 69. teſtatnr quòd in Aragoniæ Regnis procedit S. Officium inquiſitionis contra tales, arma, vel cibaria portantes, ſed quoad pœnas exiſtimo cum differentia, vt ſi aſporteot Chriſtiani arma, & equos in terras infidelium animo adjuuandi iofideles, & hæreticos in bellu ad impugnandum Chriſtianos, hoc facerent in tali quidem caſu ex circunſtantiis delicti, & qualitate perſonarum tanquam factores, & defenſores hæreticorum eſſe puniendos ab inquiſituribus, procedendo in illos ad torquendum ſecundùm gradnm ſuſpicionis, & ad imponendum eis publicam adiurationem, ac ad condemnandum illos in alias pœnas.

9 Tamen ſi ſolùm arma, & equos tranſportaucrint tantum lucrandi, & negotiãdi cauſa; tunc, etſi olim hoc facientes abjnrarent de leui apud inquiſitores; tamen jam hodie non eſſe in vſu dicunt Caſtrus. Palao *in ſumma tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *puncto* 16. §. 10. Diana *cap* 4. *tract.* 7. *Reſ.* 19. etiam ex manu ſcriptis inquiſitoris S. Viceote, ſed quod ſi perſona ſit vilis fuſtibus cædatur, ſin minus exilio, & pecunia in ea quantitate qua equi armaque valebant, & ſuper omnia illa confiſcentur; quòd ſi jam fuerint tranſmiſſa, pœna pecuniaria duplicetur, referuntque quòd quidam Religioſus ob hoc crimen ex conſilio Supremi Senatus Hiſpaoici, condemnatus fuit in ſexceutis ſcutis, & in annua in ſuo conuentu recluſione, & ſuſpenſione interim ab officio.

Ad quintam quæſtionis partem an ſit prodicio armurum tranſportatio, ibi remiſſiue de pœnis jam *ſuprà ſub quæſt.* 1. hic, & ſub *verſ. ad primam* dictum eſt quod inter alias pœnas Chriſtiaous, qui tranſportat arma prohibita quaſi pruditor cenſetur, vt Hermoſilla *in l.* 22. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſa* 3. *docet n.* 1. cum Azeuedo *in l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 8. *Recop. n.* 18. *&* 29. ibi etiam de pœnis in quibus incurrunt delatores Menochius *de arbitrariis caſu* 59. Trentacinq. *var. lib.* 3. *tit. de verb. oblig. Reſ.* 3. *n.* 1. *in fine*, ait non eſſe proditionem, ſed proditioui proximum arma, & equos, & alia prohibita deferre ad hoſtes, quod verum eſt vt dixi *ſub d. quæſt.* 1. *ex l.* 1. *&* 2. *Cod. quæ res export. non debeant*, bene tradit Bobadilla *lib.* 4. *Polític. n.* 1. *&* 2. 10

Vbi quod vſque ad pœnam mortis, & confiſcationis procedebatur, & apud nos etiam illa quaſi proditio procedebat, ſi equi aliaque apta ad militandum tranſpurtarentur, ad Aragoniæ, & Valentiæ Regna, ſed de benigniori praxi, & pœna deponunt Iulius Clar. *in pract.* §. *fin.* *q.* 82. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 18. *lib. Recop.* quod explicat Ioao. Guttier. *lib.* 4. *pract. q.* 57. *n.* 18. ſi extra territorium prohibita nun extraxeriot, ſecus ſi illa ad alia Regna tranſportauerint cum effectu, eo quod tunc conſummato delicto, jam ſtatuti pœna ſit imponẽdâ exemplis exornans *à n.* 19. Ita 11
12
que idem Hermoſilla *in d. l.* 22. cum multis *ſub gloſſa* 1. *ex n.* 1. dicens quòd non debent arma, & equi veodi, ſiue commodari hoſtibus fidei, recenſens aliqua ex adductis de ibi prohibitis, vt nec etiam pro equis fræna, Ephipta, & alia ad ornamentum equorum *ex d. l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 8. *Recopil.* ibi Azeued. *n.* 14. *& ex l.* 58. *tit.* 6. *lib.* 6. *Recopil.* addit ibi *n.* 5. *ex d. l.* 58. nec etiam extra Regna, ad alia Regna Coronæ Caſtellæ exportari poſſe & quod nec poſſunt vendi etiam intra Regnum niſi à Magiſtris armorum, nec permutare uiſi cum aliis armis, nec pignorari ſub pœna amiſſionis armorum, & pretij, nec in eis executionem fieri, etiam pro redditibus Regiis, licet alia bona non exiſtant, & Domini in executione conſentiant *ex l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 6. *Recopil. verſ* 6. & nec vt poſſint conſumi ſub pœna *l.* 2. *d. tit.* 6. *ibi* refert alia de armis, & vſu earum, & Farinac. *in prax. crim. q.* 108.

QVÆSTIO III.

An Chriſtiani Remigantes in Triremibus Turcarum, peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem, ibi de nonnullis caſibus? & an incurrant excommunicationem, qui fame, vi, aut alijs de cauſis ſint excuſati? & an Chriſtiani milites infidelibus eſſe poſſint; ibi de judicijs contra aſportantes res prohibitas.

SVMMARIVM.

1 *Remigantes Chriſtiani captiui Turcarum contra Chriſtianos, & ſi non excuſentur à peccato, & cenſura ſecundum aliquos, aly probabilius tenent vt numero 23. ibi quid ſi remigando eſſent magni periculi contra Chriſtianos, & à n. 4. ad 6.*

2 *Chriſtiani captiui Turcarum valent ſarcinas, & alia bellica ad bellum afferre, vide n. 5. & 6.*

3 *Captiui in Chriſtianos tormenta dirigentes, ignemque applicantes peccant, damnum directò intendentes; ſecus ſi admodum compulſi vt n. 4.*

4 *Remigatio non eſt natura ſua perniciosa Chriſtianis ſicut aurigatio.*

5 *Auriga qui ducit Dominam ſuam ad locum adulterij, non cenſetur ei cooperari.*

6 *Captiui, quibus non imminet graue damnum ſi non remigent, peccant remigando, ibi quid de adificantibus propugnacula: Turcas adiuuando contra Chriſtianos.*

7 *Fame, vel vi adacti, ne pereant, arma bellica portantes ad Turcas non incurrunt cenſuras juris, & Bulla cœna, & de caſibus à n. 8.*

8 *Ferrum dantes ad conficiendum clauos infidelibus, longe diſtantes non incurrunt cenſuras.*

9 *Arma deferens facti ignorantia ad infideles, excuſatur, & quid de ignorantia iuris.*

10 *Arma deferens pro ſua vita defenſione, excuſatur, vel conſeruatione rerum.*

11 *Cooperari ad malum directè, vel indirectè, qualiter culpam incutiat, aut ab ea excuſet.*

12 *Chriſtiani milites olim aderant pro Iuliani Apoſtatæ exercitu, qui compulſi, vt adolerent idola, varia tormenta paſſi ſunt id repugnando, & numero 13.*

14 *Tranſportandi armorum prohibitorum aliarumque rerum materiam remiſſiue.*

1 AD primam quæſtionis partem, affirmatiuè reſpondent, nempè remigantes Chriſtianos peccare, inter quos Suarez *tom. 5. diſp. 21. ſect. 1. num. 60. 61. & 62.* Paul. Comitol. *in Reſponſ. moral. lib. 5. qu. 8.* Graffius *p. 1. lib. 4. cap. 18. num. 6.* Sayrus *de cenſ. lib. 3. cap. 7. num. 8.* Salas *in p. 2. tract. 3. diſp. 11. ſect. 1. de legib.* Vgol. *de cenſ. Papa reſeruatis p. 2. cap. 3. §. 2.* Nauar. *in manuali cap. 17. num. 63.* & alij relati à Diana *p. 3. tract. 5. Miſcel. Reſ. 36.* & poteſt eſſe ratio, quia ſerui Chriſtiani remigantes in Remigijs Sarracenorum contra Chriſtianos, videntur peccare, cùm ex tèxtu noſtro *cap. ita quorumdam*, excòmmunicentur, qui ſubminiſtrant neceſſaria ad expugnandos Chriſtianis quæ apertè dicti captiui ſuo labore, & opere præſtant in Chriſtianorum perniciem, & Nauar. *ibi ſuprà* docet ſe non inuenire quomodo à peccato excuſari poſſint; excuſat tamen illos ab excommunicatione.
2 Sed quia Turcæ corpora dictorum affligunt ſi non remigant, videtur pro contraria parte, quòd laceſſendo iſti, & alij doctóres eorum animas, ídeo alij, & multi nominis contrariam ſententiam ſequuntur, dicentes poſſe dictos Chriſtianos contra Catholicos remigare, vel propugnacula ædificare, ſarcinas, machiuas, & arma neceſſaria ad bellum afferre, ex ea ratione; nam licet peccatum ad quod materialiter cooperantur perniciosum ſit, tamen cooperatio illorum non tam propinqua eſt, vt ſine illa damnum nihilominus inferretur; quia alij non deeſſent, qui hunc laborem obirent, & quod actiones *ſuprà* dictæ ſunt indifferentes, ita docent octo DD. relati à Sanchez eos ſequendo *in ſumma tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 18.* Tannerus *in 2. 2. D. Thoma diſp. 1. q. 9. dubio 5. n. 114.* Layman. *in Theologia morali lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 5.* Nald. *in ſumma verb. Chriſtianus 2. n. 6.* Reginald. *tom. 2. prax. lib. 21. n. 119.* Turnanus *in 2. 2. diſp. 95. dubio 3.* Filiuc. *tom. 2. tract. 22. cap. 5. n. 147.* Vazquez *opuſc. de ſcandalo art. 8. dubio 7.* Gaſpar. Hurt. *de charit. diſp. 10. diff. 7.* cum alijs

alijs, Diana ibi *ſuprà* dum exclamat væ, væ, væ, Chriſtianis captiuis, ſi opinio contraria eſſet vera.

3 Sed limitat idem Diana, primò ſi eo loco conſtituta res ita eſſet vt captiui auxilium denegantes magno periculo Chriſtianos eriperent, vel victoriam illis conferrent; tunc enim ait bonum Reipublicæ Chriſtianæ anteponendum eſſe propriæ vitæ; limitans etiam ſecundò in ijs, qui tormenta in Chriſtianos dirigunt; ignemque applicant; quia directè damnum inferunt, & ita vt temperaret primam ſententiam Villalobos *in 2. p. ſummæ diſt.* 10. *num* 2. Azor. *lib.* 8. *inſtit. moral. capit.* 27. *qu* 17. Leſſius *de juſt. & jure*, dixerunt juxta ſecundam ſententiam, Chriſtianos captiuos, qui flagris, & metu mortis contra Chriſtianos remigare coguntur, non peccant, nec contra Iuſtitiam, nec contra Charitatem; non contra Iuſtitiam;

4 quia remigatio non eſt natura ſua pernicioſa Chriſtianis, ſed indifferens (ſicut aurigatio) quæ eſt delatio nauis per mare, qua Turcæ vectores benè, vel malè vti poſſunt, & quod cedat in malum Chriſtianorum eſt ex malitia Turcarum, ac proinde dicunt, vt qui cum graui periculo vrgentur, non cenſentur cooperari in damnum Chriſtianorum, ſicut qui timore mortis reddit depoſitum furioſo non cenſetur cooperari ad mortem, quam

5 infert inimico; & Auriga qui Dominam ſuam vehit ad locum adulterij, non cenſetur ei cooperari, vt fatetur Nauarrus, & quod nec peccant contra Charitatem, quia nemo tenetur ex charitate vitam ſuam exponere, niſi probabile ſit illi damnum auerſum iri, quod non eſt probabile illis remigibus.

6 Quare etiam Leſſius, & Azor, *ibi ſupra*, ac Ægid. Trullench. *in opere morali lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 21. *ſub num.* 12. dixerunt quòd ſi nullum graue damnum immineat ijs captiuis, eò quòd non remigant, peccent contra Charitatem remigantes contra Chriſtianos; quia teneor ſine meo incommodo proximi faluti conſulere, & idem dicit de alijs actionibus ſimilibus, quas referunt Diana plures caſus recenſendo & Ægid. vt ad aſportationem ſarcinarum, & aliorum, quæ neceſſaria eſſent ad bellum contra Chriſtianos, vt etiam adjumento, quod præſtarent ad munienda caſtra, ædificanda propugnacula contra eoſdem, eandemque rationem dicunt Filliucius *tom.* 2. *tract.* 22. *cap.* 5. *quæſt.* 9. *num.* 140. *& in* 5. *præcepto, dub.* 2. *cap. fin.* Bonacina *diſp.* 1. *de reſtit. qu.* 2. *puncto* 10. *num.* 4. cum fiunt metu mortis, vel alterius grauis damni, & mali; quia non committitur peccatum vllum, & quod ſecluſo illo peccatum eſſet mortale ijs modis cooperari contra bonum innocentium.

Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis videtur dicendum non incurrere excommunicationem textus noſtri & aliorum, item, & Bullæ cœnæ Domini illos, qui fame, vel vi adacti, ne perirent, contra voluntatem ſuam arma, & alia prohibita tradunt; tum quia probabile eſt nec peccare; nam fortius videtur obligare præceptum de propria vita conſeruanda, quam de non tradendis armis, modo dicto, ſub *quaſt.* 1. *&* 2. *hic.* Tum ſecundò, quia etiamſi contra jus naturæ peccent, non videtur jus humanum hoc peccatum ſub excommunicatione punire, vt aduertit Nauar. *hic notab* 8. *n.* 6. Sayrus *in theſauro deciſ. lib.* 3. *cap.* 13. *numer.* 18. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *Miſc. Ref.* 36. ibi aſſerit cum Suarez *de fide diſp.* 18. *ſect.* 6 *num.* 8. commercium prohibitum cum infidelibus non intelligi tempore neceſſitatis, & vt notauit Sayr. *ſup. cap.* 12. *n.* 13. & Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 6. *num* 147. præceptum Eccleſiaſticum non obligat cum tanto rigore, & quod neceſſitas in hac materia accipitur moraliter, vt ait Diana. 7

Ex quo inferunt relati & alij DD. ad caſus plures, de quibus nonnullos poſuimus *ſuprà ſub fin. quaſt.* 1. *&* 2. *num.... qu.* 2. alios caſus ſcribendo, nempe vt nec eam excommunicationem incurrant illi, qui in terris infidelium longè diſtantium à bellis Chriſtianorum dant ferrum ad conficiendum clauos, ad conſtruendam domum: Sayrus *ſuprà num.* 13. Nauarr. *hic notab.* 10. *num.* 29. imò, & quod à fortiori, nec illam incurrat, qui ventorum vi cum naui delatus eſt in Alexandriam, vbi armis ſpoliatus eſt *ad textum cap.* 11. *hoc tit.* nec illi qui arma Sarracenis vendunt ea non ad eos deferant: nam tunc ſolùm donantes, vel vendentes excommunicantur, ſi ea deferunt, vt ibi *in d. Bulla cœnæ deferentes*, Toletus *in ſumma lib.* 1. *c.* 23. *num.* 13. Nauar. *hic notab.* 4. *num.* 14. *& notab.* 10. *num.* 41. Sayrus *d. cap.* 13. *in theſauro num.* 26. Et quod etiam excuſatur, qui ignorantia probabili facti arma defert ad infideles, vt ſi ſunt clauſa in arca (ignorantia verò juris vix excuſat, niſi adeo homo eſſet ruſticus, vt huius cen- 8

9

F 3 ſuræ

ſuræ nullam notitiam habuerit) Syluester *verb. excommunicatio 7. n. 64. excommunic. 21.* Sayrus *ſup. n. 34.* Nauar. *hic notab. 8. n. 25.* & quod excuſat paruitas materiæ, ſicut, & in furto: nam excommunicatio major non incurritur, niſi ob peccatum mortale: Sayr. *ſup. n. 34.* Nauar. *d. notab. 8. hic n. 23.*

10 Et quod nec eam incurrat, qui arma deferret pro ſuę vitæ defenſione, vel pro conſeruatione rerum, quæ ſunt maximi momenti, ſed cautè in hoc caſu agendum eſſe, conſulendoſque fore DD. dicit Ægid. *vbi ſupra d. lib. 1. cap. 3. ſummæ dub. 21. n. 10. in fine*; vbi alios caſus mercimoniorum refert, de quibus dicemus *infrà ſub cap. olim 12. hoc tit.*

11 Et horum omnium, & aliorum caſuum aliarum materiarum quorum nonnullos breuiter poſuimus hic ſub *verſ. ad primam:* præſtat rationem Diana *p. 3. tr. 5. Miſcel. Reſ. 36. in fine*; quia præberi alteri proximam materiam peccandi ex ſe indifferentem ex juſta cauſa, non intendendo eius peccatum, ſed ad aliud ſpectando, non eſt directè ad malum cooperari; nec verò indirectè; nam illa dicitur indirecta cooperatio, quando quis poteſt ſine ſuo incommodo, & tenetur abutentis peccatum euitare, quod non accidit in *ſuprà* dictis caſibus, in quibus, vt ſupponitur, adeſt juſta cauſa, & neceſſitas, verùm ſi pro bono communi teneretur huiuſmodi incommodis ſe exponere; nam commune bonum (vt dictum eſt) præponderat particulari, vt dicent Sayrus *ſuprà n. 34. verſ. Quarto.* Nauar. *conſ. 37. de ſent. excommun.* Ægid. *d. dubio 19. n. 10. in fine.*

12 Ad tertiam quæſtionis partem, an Chriſtiani milites infidelibus poſſint eſſe; quia plura curioſa referens omnino legendus, vt banc quæſtionem præfiuiat adducit Couar. *lib. 4. var. cap. 12.* ad explicationem Gratian. *in cauſa 11. qu. 3.* ex Ambroſio dicens, quod Iulianus Imperator, & ſi Apoſtata, habuerit tamen ſub ſe Milites Chriſtianos, qui cum dicebat; producite aciem pro defenſione Reipublicæ, ei obediebant; cùm autem diceret èis, producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem Cœli, obſeruans ex Auguſtino Iulianum Cæſarem dictum fuiſſe Apoſtatam ex cauſis de quibus ibi, & ſub *verſ. ſecundo* affirmat Iulianum Cæſarem Apoſtatam & parabatem milites Chriſtianos habuiſſe, qui pro Imperij Romani majeſtate, ſub eo militarunt; quos tamē dolo ad Deorum gentilium ſacrificio donatiuo, ea de cauſa dato, pollicere tentauerit, vt accepto donatiuo ſimul & thus acciperent, idque adolerent, ad ipſius Iuliani imagines, ex veteri inſtituto, quibus Iouis, Martis, & Mercurij erant inſuper depictæ; quo quidem dolo pœnitentes milites donatiuum Imperatoris reſtituerūt, & Chriſtianiſmum liberrime cum Martyrij affectatione profitētur.

Et referendo alia plura Couar. ex Sozomeno, Nicephoro, Auguſtino, & aliis de illis Principibus Ethnicis, milites Chriſtianos habentes *in verſ. cæterum Chriſtianos*, frequenter ſub paganis Imperatoribus olim militaſſe probans, ex varia lectione Hiſtorica apud eum legenda, quanta perpeſſa fuerint tormenta milites illi, ex eo quod vero Deo ſacrificabant, & non Idolis, vbi refert principium illius pœnæ, quæ decimatio appellabatur, per quam vnus ex decem affligebatur, eoque ordine integram legionem plectendo; quare his breuiter jactis. 13

Ad vltimam quæſtionis partem de Iudicijs contra aſportantes res prohibitas, quia jam nonnulla dixi *ſub cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. de conſtit.* tam de prohibita tranſportatione armorum, ac aliarum rerum prohibitarum, & quid inter clericos, & de nonnullis aliis circa permiſſa de latione armorum, inter aliquos Regios ſiue Sanctæ inquiſitionis miniſtros; & quia propter alios multa cumulat omnino legendus Ioannes Gutierrez *lib. 4. practic. d. q. 37. ad 45.* pro explicatione *tit. 18. lib. 6. nouæ recopil. ad l. 1. 12. 26. & 27. 40. 47. 48. 50. & 51. eiuſdem tituli*; vbi longiſſimè de pœnis extrahentium arma, & res prohibitas à Regno, vbi etiam ſub dictis quæſtionibus contra extrahentes, etiam monetam, & alios fructus, etſi ſint Eccleſiarum coloni *ſub qu. 38. & 39.* & de aſportantibus frumentum *q. 40. 41. & 42.* vbi quid de agricultoribus forenſibus, bladum ſeu fariuam *q. 43. & 44.* de quibus omnibus dictum ſit etiā *in d. c. Eccl. S. Mariæ*, ſub diuerſis quæſtionibus; ideo jam nunc in quantum ſpectat ad Iudicium formandum applicādo hicquod pro praxi formandi proceſſum dixi, ſub *c. fin. de lib. oblat. q. fin. §. 21.* vbi, *Qualiter procedat prætor, ſeu Magiſtratus contra vehentes extra Regna merces prohibitas vel contra trahentes aliqua ad Regnum, vel ciuitatem abſque regiſtratione:* nam ex ibi dictis plenè practicam apprehendes, interim leges Caſtillo de Bobadilla *lib. e politicæ c. 5.* eumdem Gutierr. *ſub d. q. 37. ex n. 18.* 14

AD

AD TEXTVM

In capit. conſuluit. VII. hoc titul.

PRÆMISSVM.

De hoc textu dixi *ſuprà ſub cap. Iudæi 3. hoc tit. ibi*; de Synagogis Iudæorum non ædificandis de nouo.

AD TEXTVM

In capit. ad hæc VIII. hoc titul.

PRÆMISSVM.

Textus iſte abundè explanatus remanet *ſub capit. & 2. hic*, ſed quatenus agitur de prohibita communicatione cum Iudæis, & quod filij eorum apud nutrices Chriſtianas non ſint; ideo addenda ſunt aliqua.

QVÆSTIO I.

An liceat Romæ famulari nutrire, &c. Iudæos, ſi non adeſt periculum ſubuerſionis; quia tales ſeruientes ſunt in fide firmi. Et an tranſeunti per loca hæreticorum & infidelium ſit licitum comedere cibos vetitos, ad euitandum graue damnum.

SVMMARIVM.

1 *Iudæos nutrire, confabulari, & communicare Romæ, qualiter permittitur, aut denegetur Chriſtianis.*
2 *Iudæi in Chriſtianos ſunt acerbiores, quàm Sarraceni, qui non æquè ligantur legibus prohibitionis, ac illi, niſi de illis fiat mentio.*
3 *Leges violare de non habendo familiaritatem cum Iudæis, qualiter ſit graue peccatum, aut leue, & n.4.*
5 *Fidelis tranſiens per loca infidelium, & hæreticorum, valet vti cibis illorum, vt ſe occultet, niſi ſcandalum ex eo orietur, aut contemptus Eccleſiaſtici præcepti, vt n.6.*
7 *Communicatio cum infideli an ſit prohibita*, remiſſiue.

AD primam quæſtionis partem, videtur reſpondendum per *textum hic*, & alijs ſub *hoc tit.* per dicta *ſub d. cap.* 1. tamen Thomas Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 2. putat dictam prohibitionis legem obligare fideles expoſitos alicui: & ideo ad illam non teneri eos qui firmi ſunt in fide, & periculo immunes; quia tali caſu ceſſat finis legis. Sed Petr. Hurtado de Mendoza *in* 2.2.*diſp.*76.*ſect.* 3. *num.* 81. probat tantùm in ordine ad familiaritatem ſolàm, ſecus autem in famulatu, nutricatu, conuiuiis, & aliis id genus; quia in tali caſu putat legem omnes obligare, cùm non ceſſet totus finis legis, & probat amplius; quia intereſſe conuiuiis, frequentare domos, & alia id genus, cadunt in honorem Iudæi, & ponunt ſuſpicionem ſuſpectæ fidei; at confabulari, in foro eſſe, caſu, in balneo, & alia dicit poſſe fieri abſque honore & ſuſpicione, maximè cùm homo eſt doctus, & litteratus, à quo non poſſunt illiterati ſumere ſuſpicionem, aut malum exemplum, & ſic ante Sanchez tenuit Suarez *de fide diſp.* 18. *num.* 6. legendus etiam alter Gaſpar. Hurtad. *de fide diſp.* 10. *difficult.* 7. quos admittit Diana *p.* 5. *tract.* 13. *Reſolat.* 11. limitantes in hoc textum noſtrum. Et 2 idem Diana prædictam doctrinam contra Suarez *ſupr. num.* 10. limitat ad tantum Iudæos, non autem contra Sarracenos, & paganos, quia Iudæi ſunt acerbiores in Chriſtum; tum quia argumentis minus ſtultis poſſunt decipere familiares, & tandem, quia quando leges volunt Sarracenos, & alios paganos amplecti, id exprimunt, vt Sanchez, & Hurtard. de Mendoza, etiam tenent; poteſt tamen hoc impugnari ex paſificatione relata reſpectu armorum *ſuprà in cap.* 6. *hic ſub qu.* 1. & aliis; tamen ibi agitur de alia ſpecie.

Dubitant ergo DD. quale peccatum 3 ſit violare has prohibitionum leges, inter quos Villabos ait *in ſumma tom.* 2. *tract.* 1. *diſ.* 14. *num.* 7. contra Sanchez, & alios dicentes eſſe peccatũ veniale; & ſi alij abſolute vt ſit peccatum mortale nempe quod quando ea prohibitio præcepta eſt ſub excommunicatione, tunc obliget ad mor-

mortale, vt in aliis caſibus Aragon. autem 2. 2. *q.* 10. *art.* 9. & Sà *verb. Iudaus* cenſent peccatum eſſe veniale tantùm ſi deſit periculum ſubuerſionis: At Azorius cum aliis penes Sanchez, putat peccatum eſſe mortale.

4 Tamen ipſe Sanchez, & cum ipſo Hurtado de Mendoza *ſupra* §. 45. quos amplectitur Diana *ſuprà in fine* diſtinguunt aſſerentes nimiam familiaritatem, & conſuetudinem, item, & cohabitationem, ſeruitutem, & permiſſionem juriſdictionis eſſe peccatum mortale; quia eſt lege prohibitum, ob vitandas Chriſtianorum ruinas, & quod ſi hæc lex publicè violetur, eſt per ſe occaſio ruinæ, vt alij eamquoque violent, & ruant, eaſque ob cauſas tam graues pœnæ proponi, vt videri poſſunt *in textu hic, & in cap. nullus* 28. *qu.* 1. vbi clericus præcipitur deponi, laicus verò excommunicari, quod in hoc ſenſu intelligit *ſuprà* Diana; at verò leuari interdum de balneo nonnunquam excipi, aut excipere conuiuio, & alia idgenus rarius effecta, non eſſe peccata mortalia ſi deſit occaſio ruinæ docent, & nos ſub *d. capit.* 1. *hoc titul.* latè & clarè diſtinximus.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter jam ex dictis ſub relato *cap.* 1. & per dicta *ſub cap.* 6. *hoc tit.* vbi de excuſatione à pœnis etiam excommunicationis in tranſportantibus arma, & alia militaria prohibita ſub *q.* 1. *& ſub q.* 3. à fortiori vt plurimum affirmandum eſſe tranſeunti per loca hæreticorum, & infidelium licere comedere cibos vetitos ad euitandum graue damnum; quia licet per ſigna exteriora, de quibus ſub *cap.* 15. *& capit. penult.* dicimus diſtinguantur fideles ab hæreticis, & infidelibus, ſed non eſſe illa ſigna inſtituta ad falſæ fidei profeſſionem, & proteſtationem hæreſis; ergo illis cibis vtens non eſt cur præſumatur negare fidem, aut falſam proteſtari, ſed ſolùm comedentem cum illis, ſe voluiſſe occultare, cùm teneretur ſe manifeſtare ſic docent Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 15. Azorius *tom.* 1. *inſtit. mor. lib.* 8. *cap.* 27. *quæſt.* 3. Ægid. Conink *de fide diſp.* 15. *dubio* 3. *n.* 50. Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſp.* 48. *ſect* 6. § 99. Becan. *in* 2. 2. *cap.* 9. *q.* 5. *n.* 23. Caſtro Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 1. *puncto* 17. *n.* 9. Gaſpar. Hurtado *de fide diſp.* 9. *diff.* 10. Layman. *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. Diana *p.* 5. *tract.* 7. *de ſcandalo*
6 *Reſ.* 35. & alij: Fallit quando adeſſet ſcandalum quod quis facile poſſet vitare, manifeſtando cauſam, vel niſi publica auctoritate prouoceris cibos illos edere in contemptum præcepti Eccleſiaſtici ita adducti, & ſatis apparet ex dictis ſub *d. cap.* 1. vbi plura *ſub q.* 1. *&* 2. *de conuiuijs* cum Iudæis, & quando liceant.

Plura ſcribit Sanchez cum multis *tom.* 7
1. *moral. lib.* 2. *toto cap.* 31. vbi an communicatio cum infideli ſit prohibita, & *lib.* 1. *cap.* 2. per totum quem leges ad ſaturitatem.

AD TEXTVM

In. capit. ſicut Iudæi I X. *hoc titul.*

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſandi non ſunt Iudæi inuiti, & qu.* 1. *à num.* 1.

2 *Chriſtianus nullus valet occidere Iudæum aliquem, aut ſuas pecunias auferre: vbi quo judicio procedatur aduerſus Iudæos,* remiſſiue.

3 *Iudæi tolerantur in ſuis ritibus, ceremonijs, & conſuetudinibus, dum non corrumpant Chriſtianos.*

4 *Iudæi à quibus rebus increduli excludantur* remiſſiue.

5 *Pœnæ plures propter immanitatem delicti, poſſunt imponi ab Eccleſia vni delicto* remiſſiue.

TEXTVS iſte continet plura, & 1
quatenus præcipuè ſtatuit, quod Iudæi inuiti non ſunt Baptizandi, nec ad hoc cogendi; hic ex propoſito agemus de quo in *primo verſ.* & *in verſ. nullus*; quia plura mouentur ſola ſimplici annotatione digna, breuiter poſtulabimus ſi alibi tractata reperiantur.

Et quatenus ibi *ſub d. verſ. nullus* quod 2
nullus Chriſtianus Iudæum, quemlibet valeat occidere, vel vulnerare aut ſuas pecunias auferre ſine judicio terrenæ poteſtatis, applicabis dicta hic *ſub capit. ita quorumdam*: vbi quo judicio procedatur aduerſus Iudæos quando in pœnam ſint puniendi delicti, aut bonis priuandi; & de Iudice competenti dixi *in Rubrica ſub qu.* 1. & Clarus ſub *qu.* 2. *& in q.* 3. *de legibus* quæ debent obſeruari in cauſis Iu-

dæ

dæorum tam in delictis, quàm in contractibus vltimis voluntatibus, ac eorum cæremoniis, & ritibus, ſiue ſpiritualibus aut temporalibus, & tam in deciſoriis, quàm ordinatoriis Iudicis &c. ex quibus ſumitur ad *verſ.* hic: *& conſuetudines etiam ſuarum ſeſtiuitatam.*

3 Et ad *verſ.* ſic: *vt nemo cæmeterium eorum mutilare, aut inuadere audeat*, &c. ex relatis ſatis cauetur, & melius ex dictis *ſuprà in cap. Iudæi* 3. *&* 5. quibus cautum fuit, vt Iudæi poſſint ſuas Synagogas conſeruare, ac reparare: ergo eſt, quia tolerantur in ſuis ritibus conſuetudinibus, & cæremoniis, dum Chriſtianos non corrumpant vt ibi dictum eſt latè etiam de aliis.

4 Ex hoc textu, & *in d. cap.* 1. cum aliis poteſt agi de rebus à quibus excludantur Iudæi increduli de quibus Then. *in Epiſtola ad Romanos cap.*4. *diſ.*4. de hoc textu præter adductos à Barboſa plures congerit Cened. *in collect.* 59. *ad decretales fol.* 197. & Baldus hic, ac *in extrau.dignum hoc tit.*

5 Et ad verſ. *ſi quis autem huiuſmodi decreti tenore cognito (quod abſit) contraire præſumpſerit; honoris, & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ſententia plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit:* quia per hæc verba poteſt agi de delictis pluribus pœnis puniti, adjunges quæ dixi ſub *cap.6. de accuſationibus*, & quod dixit Tiraquellus de pœnis temperandis *c.*93 *n.*58. vt ſequitur Barboſa *in cap. ita quorumdam* 6. *hic n.* 9. dum dicunt quod propter immanitatem delicti poteſt Eccleſia vni delicto plures pœnas imponere vt ibi fecit, & hic, & ſic applicabis quæſtionem de qua Faquineus diſtinctè *lib.*9. *contr.c.*1. vbi quid faciendum ſit, vbi in criminibus puniendis aliæ atque aliæ pœnę ſunt impoſitæ, & adjunges quæ dicit Couar. *in Reg. peccatum* 2.*p.*§.10.*à num.* 1. vbi quod infidelitas non priuat quem à bonis ſuis per textum hic, vbi leges ad *verſ.* hic: *aut ſuas pecunias auferre.*

QVÆSTIO I.

An Iudæi aliique infideles valeant compelli per Principes Chriſtianos, aut alios ad recipiendum Baptiſmum, eos terrendo ejectione, atque expulſione à ſuis Regnis. Vbi an ſit iuſta cauſa priuandi Barbaros à bonis reducere eos ad religionem & an potuiſſet Rex Philip. III. Hiſpaniæ Rex in bello Granatæ ſibi bona retinere à Mauris ſublata. Et an poſſint Iudæi compelli ad audiendum Euangelium, & concionem.

SVMMARIVM

1 *Baptizati Iudæi inuiti non creduntur habere fidem Chriſti, & qualiter contingat n.* 2. 3.

3 *Iudæi quibus in caſibus indirectè poſſint compelli Baptiſmũ recipere, & ſub numer.* 4.

4 *Infideles poſſunt allici ad Baptiſmum donis, & muneribus eũm hæc non tollant libertatem.*

5 *Fæmina fidelis valet dicere viro infideli:* te in virum accipiam, ſi Baptiſmum ſuſcipias.

6 *Princeps Chriſtianus valet compellere infideles ſubditos, vt abjiciant cultum ſuorum Deorum, & legem naturæ obſeruent: aliter de non ſubditis.*

7 *Papæ Poteſtas gubernatiua, reſpicit homines quatenus ſunt membra Eccleſiæ.*

8 *Principes Chriſtiani poſſunt Iudæos, & infideles bonis ſpoliare, ſeu minari expulſione à Regnis, ſi Baptiſmum, & religionem non recipiant, non ſic priuatus, vt n.* 10.

9 *Mauri potuerunt in Regno Granatæ compelli tributis indirectè ad Religionem.*

10 L. nullus, Cod. de Iudæis.

11 *Neceſſitas eſt ingens telum & nulli legi ſubjectum, quæ facit legem.*

12 *Hiſpani Reges potuerunt infideles Barbaros prædicatione Euangelij ad fidem inuitare; quid tamen armis, & bello ſpoliando bonis; vbi de Indis & numero* 13.

13 *Fides Catholica non bello, nec armis eſt edocenda; ſed medijs prædicatoribus: vbi de exemplis.*

14 *Reges Ferdinandus, & Eliſabeth quo titulo Mauros ſuis bonis ſpoliatos, è Regno expulerunt.*

15 *Infideles ad audiendum prædicatores, poſſunt compelli, non ad recipiendum fidem, & n.*17. *&* 18. *vbi de ratione differentia, & num.* 19.

16 *Epiſcopi, & Prælati vbi eſt copia Iudæorum, qui Synagogam conſtituant, poſſunt curare, vt in ſuis ciuitatibus concio in Sabbato, aut alijs hebdomadæ diebus habeatur à Theologo, in loco non ſacro, in qua illis exponat fidei miniſteria vbi de pæna* ſi renuant, *& ſub num.* 19.

17 *Credere eſt actus voluntarius, qui non admittit vim, nec coactionem; aliud eſt de prædicando Euangelium, vt n.* 19.

19 *Iudicium idem non eſt de credendo, ac de audiendo, & prædicando Euangelium, vbi de conſtitutionibus Pontificijs de hoc loquentibus.*

1 AD primam quæſtionis partem communiter ex textu noſtro DD. probant Iudæos non eſſe inuitos baptizandos, nec ad hoc cogendos & reddit rationem Pontifex hic, quia tunc non credentur habere fidem Chriſti, & vbi DD. notant ac tenent communiter Iudæos ad fidem compellendos non eſſe: ſic D. Thoma 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. *ibi* Theologi, & Richard. *in* 4 *ſent. diſt.* 6. *art.* 3. *q.* 1. & ibi Palud. *diſt.* 4. *q.* 4. Durand. *q.* 6. Sotus *diſ.* 5. *q. vnica art.* 10. & inter Iuriſtas Bald. *nouell. de dote p.* 11. *n.* 47. Marta *conſ.* 434. *n.* 1. Marquard. *de Iudæis p.* 3. *cap.* 2. *n.* 8. Pariſius *conſ.* 2. *n.* 17. Barboſa hic cum multis ex antiquis *n.* 1. *&* 2. Chriſtophor. de Paz *ad l.* 84. *ſtyli n.* 3. Ricciulus *in tract. de iure perſ. extra gremium Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 31. per totum Ioan. Franc. Leo *in theſaur. fori Eccleſ. p.* 4. *cap* 4 *num.* 6. Greg. Lopez *in l.* 2. *gloſſa* 3. *tit.* 23. *p.* 2.

2 Sed quia S. Thom. *d. q.* 10. *art.* 8. Suarez *de fide diſp.* 2. *puncto* 6. *n.* 3. & cum aliis Aoton. de Souſa *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 10. & Ægid. Trullench. *in opere morali lib*..... *cap.* 3. *dubio* 19. *ſub n.* 4. præfatam concluſionem tenendo, explicant dicendo veram ſi directè vellent illos compellere, ſecus ſi indirectè; ideo qualiter hoc contingat accipies.

3 Igitur quod indirectè poſſint cogi exēplificant primò imponendo illis tributa grauiora, alia tamen licita, & juſtá: Secundò ſi eorum conſeruatio fidelibus nocet; tunc enim poſſe expelli dicunt ac dicemus niſi conuertantur: tertiò non permittendo illis vſum officij publici, & honoris de quo *infrà in c. pen.* 18. quarto nō permittēdo eis ſi aduenæ ſint, aut bello capti in ſuo Regno habitare, quia habet jus Princeps non concedendi eis habitationem ſcilicet negando eis priuilegia, & gratias, quæ liberè aliis concedit: quintò prohibendo illis vſum ſuæ religionis, vtpote ratione naturali contrarium, & aptum Rempublicam perturbare, alias eſſet contra textum hic, quatenus mandat bonas conſuetudines, & ritus eorum, item, & cœmeterium conſeruari &c. & horum rationem præſtant referendi; quia non aſſumuntur hic media quæ ſecluſo tali fine aſſumi non poſſent. Suarez *de fide diſp.* 18. *ſect.* 3. *n.* 8. Bonacina *eodem tract. diſp.* 3. *q.* 2. *punct.* 7. *n.* 3. cum aliis Caſtro-Palao *de fide tr.* 4. *diſp.* 2. *puncto* 6. *n.* 3. *&* 4.

Et quod poſſunt etiam infideles mune- 4
ribus, donis, officiis, & obſequiis allici ad fidem; quia hæc non cogunt, nec tollunt libertatem, & indeque poſſit fœmina fidelis dicere viro infideli: *te in virum* 5
accipiam ſi Baptiſmum ſuſcipias, & quod poſſit Princeps eximere infideles à certis tributis, & veſtigalibus, ſi fidem ſuſcipiāt cum in ijs, nulla vis inueniri reperiatur: docent Ægid. *vbi ſuprà d. dub.* 19. *n.* 4. *verſ. poſſunt*, & Azorius *lib.* 8. *inſtit. moral. cap.* 24. *q.* 2. *verſ quæ res*, & conueniunt alia tradita ſub *Rubrica hic, & ſub cap.* 1. *& cap.* 3. *ac c.* 6. nam ibi jam dictum eſt.

Poteſt Princeps Chriſtianus infideles 6
ſibi ſubditos compellere vt cultum ſuorum Deorum abijciant, legem naturæ ſeruent, vnum Deum colant, & leges ad bonum commune ſpectantes obſeruent, licet non poſſit Princeps Chriſtianus, nec ſua, aut Eccleſiæ auctoritate infideles ſibi non ſubditos prohibere idololatriam, & peccata contra naturam, quæ ſpecialiter ipſi Religioni Chriſtianæ, aut innocentibus contraria non ſunt, D. Th. 2. 2. *q.* 12. *art.* 2. Suarez *d. diſp.* 18. *ſect.* 4. *n.* 18. Barboſa *p.* 1. *de poteſt. Epiſc. tit.* 3. *cap.* 2. *n.* 38. Bonacina *diſp.* 2. *de reſt. q. fin.* §. 2. *in fine*, Caſtro-Palao *ſup. puncto* 7. *n.* 4. Ægid. Trullench. alia congerens *in ſumma d. dub.* 19. *ſub n.* 7. Reddentes rationem, 7
quia poteſtas Papæ gubernatiua reſpicit homines quatenus ſunt membra Eccleſiæ militantis, cuius ipſe eſt caput, ſed infideles, qui baptiſmum non ſuſceperunt, nō ſunt membra Eccleſiæ militantis. Ergo.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an
ſuis bonis ſpoliando poſſint Principes 8
Chriſtiani Iudæos, & infideles, ſeu minando illos expulſione à Regnis, ea tamen lege vt ſi remanere velint; Religionem, & Baptiſmum ſuſcipiant, dato eis certo tempore ad deliberandum, ſin minus relictis propriis ſedibus ad aliena ſe conferant; & affirmant Azor *lib.* 8. *inſtit. moral.*

cap.

cap.24 quaſt.4. Ægid. Trullench. *in ſumm. moral. lib.1.cap.3.a.dubio* 19. *num.*6. & alij dicentes nunquam deficere cauſas; quia multa impiè, & nefariè committunt contra Religionem Chriſtianam; nec hoc modo ad fidem compelli; ſed quod tantum eis optio detur libera, vt vel Chriſtiani fiant, vel vt Chriſtianorum prouincias deſerant, docent relati; ſed an bonis ſuis ſpoliandi compelli poſſint *ad tertiam* dicitur.

9 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit juſta cauſa priuandi Barbaros à bonis, reducere illos ad Religionem: de hoc aliquid dixi *ſub Rub. & cap.* 1. *&* 6. & hic, quia poſſunt indirectè ad contribuendum in tributis compelli, & aliis modis, quos jam poſuimus, ob idque cum aliis docet Ceuallos *in practic.p.*4.*q.*906.*n.*45. quod Mauri de Regno Granat. de mutuo, ſeu contributione recto jure compelli potuerunt; quia nec Iudæi, nec Sarraceni excuſātur à talibus ſeruitijs per textum hic: ſic etiam Belluga *in ſpeculo Princip. Rubri* 39. *§. nouiſſimè n.*3.

10 Nec obſtat textus *in l. nullus cod. hoc tit.* quia loquitur in priuato inuadente bona Iudæi, vel Sarraceni, ſecus in Principe qui vtitur auctoritate publica, cui non eſt vetitum vti Regia poteſtate; *l. Chriſtianus Cod. de paganis* per locum ab ſpeciali; & redditur ratio rationis; quia neceſſitas omne facit licitum: *l.* 2. *Cod. de na. non excuſ. lib.* 11. *l. cum ad feliciſſimam, Cod. de quibus muner. vel praſt. lib.* 10. *cap. ſi quis*

11 *propter neceſſitatem de furtis*: quia neceſſitas eſt ingens telum, & nulli legi ſubjectum, quæ facit legem *cap. remiſſionem* 1. *q.cap. ſicut cap. quando de conſ.c.* 1. *diſt.* 1. *c.* 2. *de conſuet. cap.* 2. *de obſeru. jejunij*, ex multis aliis idem Ceuallos ex *d.n.*45. multis exemplis explicans apud eum legēdis.

12 Ad quartam quæſtionis partem an potuiſſet Rex Philip. III. Hiſpaniæ in bello Granatæ; ſibi bona retinere à Mauris ſublata, reducendo illos Barbaros ad Religionem Chriſtianam, & videtur affirmandum ex jam dictis, & *ex l.* 2. *tit.* 23. *p.* 2. in verbis illis: *La primera por acrecentar el pueblo, à ſu fee, e para deſtruir los que la quiſieren contrallar*: quod videtur defendere Hoſtienſ. *in cap. quod ſuper de voto col.*4. per ea verba: *mihi tamen videtur, quod in aduentu Christi omnis honor, omnis principatus, omne dominium omnis juriſdictio ex cauſa iuſta, & per illum, qui ſupremam manum habet, nec errare poteſt homini infideli ſubtracta fuerit, & ad fideles tranſlata*: Et ex illo *Ecclef. cap.* 10. *& in cap. tranſlato* 3. *de conſtit.* vbi Regnum de gente in gentem transfertur propter iniuſtitias: Tamen ſi bene verba *d. l. part.* perpendantur, non probant conſentionem, ad quam quotidie allegantur, quia non dicit ſimpliciter & abſolute, quod cauſa juſti belli ſit diuerſitas Religionis: procedit enim vlterius ibi: *para deſtruir los que la quiſieren contrallar*: quod eſt notiſſimum in hoc ſecundo caſu, eo quod jam dicuntur inimici Eccleſiæ, qui non ſolum non recipiunt Chriſti Euangelium, ſed intendunt illud deſtruere; quo in caſu licere bellum aduerſus eos quando Barbari, ſiue ipſi Domini, ſiue multido impediunt Hiſpanos quo minus annuntient Euangelium; quia Hiſpani poſſunt illis inuitis prędicare, & dare operam conuerſioni, cùm dicat Dominus in Euangelio: *Prædicate omni Creaturæ*, alia plura tradit videnda Ceuallos *ſup. d. q.* 906. *ex n* 168. qui extendit ad Barbaros, qui permittentes prædicationem impediunt conuerſionem ad fidem Chriſti, occidentes, vel punientes conuerſos ad fidem, vel minis, vel terroribus alios deterrentes; quia in hoc caſu faciunt Barbari iniuriam Hiſpanis, ſicque eſſe iuſtam bellandi cauſam, vt probat latiſſimè per plures concluſiones, Victoria *p.*1. *tit. de Indis Inſulanis*, vbi refert plures titulos & cauſas ex quibus Hiſpani aduerſus Indos Barbaros, bellum geſſerint; à quo Greg Lopez omnia, quæ dixit *in d.l.*2.*tit.*23.*p.*2. tranſcripſit ſequutus contrariam opinionem *in verſ. tertia concluſio*: vbi dicit quod ſi Barbari permittant Chriſtianos liberè, & ſine impedimento prædicare Euangelium, ſiue illi recipiant fidem, ſiue non, non liceat hac ratione illis bellum inferre, nec eorum terras occupare quod mihi aptius videtur per illa quæ longiſſime diſputat omnino legendus idem Ceuallos *d. q.* 906. *ex n.* 175. longè agens pro veritate quam multis doctiſſimorum votis viſis elegit, & à *n.* 206. per illa verba *Mathæi* 10. *Marci* 6. *Lucæ* 9. *Quicumque non acceperit vos nec audierit ſermones veſtros euntes foras de domo; vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus*

veſtris. Colligendo clarè non bello nec ar- 13
mis Fidem Catholicā eſſe, edocendam, & quod ſic Petr. Chriſtum imitatus cōmiſit Marcialē ad prędicandū in Germ vt *in c.*1. vbi gloſſa *de S. Vnct.* & Greg. miſit in Britanniam militem Aug. & Ioann. quorum prędicatione Angli ad fidem cōuerſi ſunt, & ſic Alex. VI. qui terras Indorum Regi

Ferdinando, in ditionem conceſſit, prædictos Pontifices deberet imitari, mittendo prædicatores ad illorum conuerſionem, non vi nec armis illos ſuarum rerum dominiis, & iuriſdictionibus priuare, ſic comprobans Ceuallos ex multis aliis ibi videndis, qui pro contraria opinione multa dicit ex *n.* 129. *ad n.* 323.

14 Et loquendo de Sarracenis, & Iudæis ab Hiſpania expulſis tempore Ferdinandi & Eliſabeth Regũ Hiſpaniæ, vt tradit Simancas *de Catholicis inſtit.* Azor *tit.* 35. *n.* 7. Azor *inſtit. Moral. lib.* 8. *cap.* 24. *q.* 4. Ægid. Trull. *in ſumm. prac. Decalog. lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 19. *ſub num.* 6. ex conſilio doctiſſimorum, juſſerunt Sarracenis, & Iudæis, vt vel Chriſtiani fierent, vel vt venditis ſuis rebus intra quadrimeſtre ab Hiſpania diſcederent: non enim dicunt licere, aut licuiſſe paganos vel Iudæos eijcere è finibus Chriſtianorum, fortunis, aut rebus ſuis priuatos etiam ſi hoc fieret ex contraria opinione; quia tunc eſſet directo ad fidem cogere, vt bene Azor explanat. Et quod ſi dicatur poſtea ad Regem Catholicum Philip. III. anno 1609. ab Hiſpania expuliſſe noniter ad fidem conuerſos, quos vocamus *Moriſcos* ſuis bonis immobilibus ſpoliatos, reſpondet Ægid. hoc feciſſe in pœnam læſæ majeſtatis Diuinæ, & humanæ, commiſſi criminis, vt ipſum expulſionis edictum præſeferebat.

15 Ad vltimam partem quæſtionis, an teneantur Iudæi ſeu compellantur ad audiendum Euangelium, & concionem ex dictis ſub *verſ. ad quartam* hic, videtur affirmandum, per infinita quæ adducit idem Ceuallos *d. q.* 109. *pract. p.* 2. *ex d.*

16 *n.* 168. *ad* 323. & ſic breuiter, & ſi non compellantur ad recipiendam fidem vi, & armis, at vt audiant prædicatores aliter dicendum eſt. Et ſic cauetur à Gregor. XIII. *conſtit.* 92. olim 106. edita anno 1584. quæ incipit *Sancta Mater*; cuius reſumen eſt, vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Eccleſiarum prælati faciant in ſuis ciuitatibus, & locis, in quibus competens eſt aliquis numerus Iudæorum, qui Synagogam conſtituat & curent Sabbato, vel alio cuiuſcumque hebdomadæ die in loco vbi ſacra fieri non ſolent, haberi à Theologo ad eos ſermonem, aſſignata illi congrua mercede, ex ipſorum Hebræorum collatione; in quo illis exponantur ſcripturæ veteris teſtamenti, juxta SS. Patrum interpretationes, ac diſſeratur de veritate Chriſtianæ fidei, de certo aduentu, & de Incarnatione Verbi Dei, ad quem ſinguli vtriuſque ſexus Iudæi majores annis 12. conueniant, adeo vt ſaltem tertia pars eorum nec vnquam minor ſemper adſit alias prohibeantur commercio fidelium, & puniantur pœnis arbitrariis.

Ex quo contextu dicendum eſt, vt licet Iudæi compelli non poſſint vt Chriſtianam fidem recipiant, tum ex *cap. Iudæis*, *cap. qui ſincera diſt.* 45. & ex hoc noſtro textu, & ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 8. Richard. *diſt.* 6. *art.* 3. *quæſt.* 3. Paludan. *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt.* 4. *art.* 3. Durand. *in* 4. *diſt.* 4. *art.* 2. *quæſt.* 6. Anton. *in p.* 2. *cap.* 2. *tit.* 12. §. 1. Soto *in* 4. *diſt.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 10. Alenſ. *part.* 4. *quæſt.* 8. *n.* 7. *art.* 1. §. 1. Bonauent. *in* 4 *diſt.* 4. *art.* 2. *q.* 1. Cajet. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 8. Abulenſ. I. *Reg. cap.* 8. *quæſt.* 182. Sylueſt. *verb.* Baptiſmus 4. *quæſt.* 6. Valentia 2. 2. *diſt.* 1. *q.* 10. *part.* 6. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 24. & quia credere eſt actus voluntarius, qui non admittit vim, & coactionem: nihilominus à Chriſtianis Principibus, quibus ſubditi ſunt cogi poſſe ad audiendum Euangelium, concionem, ac prædicationem eius licet oppoſitum ſenſerint Sotus *citata concluſ.* 2. & 3. & alij aliqui nobiles Theologi, tum etiam, quia ſententiam hanc; vt veriorem defendunt Bannez 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 10. *dub.* 3. Azor *ſupra d. cap.* 20. *q.* 3. & alij. Tum quia non idem 17

juris eſt de audiendo, ac de credendo eum audientes adhuc liberi maneant ad credendum, tum quia cùm dixit Chriſtus: *Ite prædicate Euangelium*, conſequenter obligauit infideles ad audiendum, alias data poteſtas eſſet fruſtra. Tum vt hac ratione ſe qui conuerti cupiunt, non poſſint à ſuis impediri, & mendaciis à fide auocari. 18

Vnde dicendum eſt illis non auferri libertatem, ſed potius conferri, adeo vt ſit eis liberum veram Religionem amplecti, jam de Chriſtiana veritate, & Iudaica falſitate commoniti: Tum ex *d. conſt.* Greg. XIII. Nicolai III. *num.* 1. quæ incipit, *vineam ſorbet*, & Pauli III. *num.* 26. quæ incipit *cupientes*, qui juſſerunt Sacris hujuſmodi diſputationibus vtriuſque ſextus, Iudæos majores 12. annis, cum jam de ſua ſalute, & veritate, fidei deliberare valent, intereſſe, & audire veritatem de præterito aduentu Meſſiæ, Incarnatione Filij Dei, & Chriſtiana Religione; ita vt ſaltim tertia pars illorum adſit, niſi fidelium commercio priuari aliiſque pœnis puniri

puniri velint, alias certe fœminatum, & adoleſcentium eorum eſſet pene ſalus deſperata, & ob confictas à Rabinis de Chriſtianorum rebus infinitas fabulas, & virorum, ac patrum reuereutiali timore præpeditorum, niſi hæc vna daretur commoditas audiendi ſincere veritatem fidei cum fides ſit *ex auditu; auditus autem per verbum Chriſti*.congerit ex adductis Seortia *in conſt. Pontific. epiſt.* 136. *Theor.* 352. ac tenent Anton. de Souſa *in Aphoriſmo inquiſit. libr.* 1. *cap.* 37. *num.* 8. Suarez *de fide diſp.* 18. *ſect.* 3. *num.* 3. Bonacina *eodem tractat. diſput.* 3. *quæſtion.* 2. *num.* 3. oppoſitum tamen ex aliis dixit vt ſibi probabilius Caſtro Palao *de fide tractat.* 4. *diſp.* 2. *punct.* 6. *num* 4. & quamuis Suarez *ſuprà num.* 6. & Souſa *num.* 9. *de infidelibus ſubditis* intelligant tamen alij, & quidem ex dictis verbis ad alios quidem non ſubditos porrigi, dicunt cum Couar. & aliis Ægid. Trullench. *d. dubio* 19. *libr.* 1. *cap.* 3. *ſub num.* 9. quia non eſt idem jus de audiendo, ac de credendo: nam, qui audit non compellitur credere; ac proinde paganorum Principes prohibere non poſſe quominus pagani, qui vellent, Euangelium audirent, aut idoneos Chriſti nuncios, ac præcones, & interpretes impedire, ne illud annuntient; alioquin enim, & ijs, & illis iniuriam manifeſtam inferrent.

QVÆSTIO II.

An filij Iudæorum ipſis inuitis poſſint cogi ad recipiendum Baptiſmum. An Pontifex poſſit præcipere, vt infantes filij hæreticorum, & apoſtatarum Baptizentur inuitis parentibus? vbi quid de filiis infidelium. Et an infantes infidelium filij, qui ſunt tantum politicè ſubditi Principibus Chriſtianis, poſſint illis inuitis Baptizari; & quid de filiis infidelium mancipiorum. Et an Iudæus Baptizatus per vim cauſatiuam vel conditionatam, recipiat characterem; vbi de aliis. Et an pro voluntate Principis Chriſtiani poſſint Iudæi proprio territorio expelli.

SVMMARIVM

1 *Baptizari infantes infidelium verius eſt, vt non poſſint inuitis parentibus, & ſi alij contra teneant, qui debent intelligi in mortis periculo, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9.

2 *Gloſſa* in cap. Iudæorum 28. *qu.* 1.

3 *Fides ex neceſſitate eſſe non debet.*

4 *Voluntas propria requiritur in Baptiſmo, ſiue interpretatiua.*

5 *Baptizari valent ſecundum aliquos infantes, qui habent parentes infideles jam Baptizatos, &* 6. *&* 7.

10 *Baptizari valent filij hæreticorum ipſis inuitis, & quare n.* 11.

11 *Hæreticos valet Eccleſia compellere vt fidem profiteantur contra Granad. n.* 12. *&* 13. *ibi non ſic de infantibus paganorum n.* 13. *&* 14.

15 *Baptizari verius vt non valeant infantes infidelium politicè ſubditorum Principis Chriſtiani, nec vt ad id compellat ipſe Princeps inuitis parentibus vt n.* 16.

17 *Baptizari verius eſt, vt valeant infantes infidelium ſeruorum etiam illis inuitis, & de ratione n.* 18. 19.

18 *Vendere ſeruos infideles ea intentione vt ſeparentur à filijs, vt ſic Baptizentur.*

19 *Infantes infidelium juſto bello capti poſſunt Baptizari inuitis parentibus, dum ſeparati ſint à parentibus numero* 20.

20 *Patria poteſtate non priuantur parentes infidelium circa filios.*

21 *Baptizatus vi præciſa non accipit characterem, ſecus ſi vi conditionali: fallit n.* 24.

22 *Vis quando dicatur præciſa, aut conditionalis remiſſiue.*

23 *Iudæus poteſt compelli ad Baptiſmum, ſi ſic petijſſet, & pænituiſſet.*

24 *Character accipitur à Baptizato etiam vi præciſa ſi poſtea approbaſſet.*

25 *Princeps verius eſt vt nequeat è ſuo territorio eijcere Iudæos bene, & pacifice viuentes, niſi ſcandalum immineret Chriſtianis, aut contra fidem machinarent n.* 26.

26 *Priuilegio Iudæi abutentes priuantur tanquam ingrati.*

AD primam quæſtionis partem, an 1 filij Iudæorum ipſis parentibus inuitis poſſint cogi ad recipiendum Baptiſmum,

QVÆSTIO III.

An Chriſtiani Remigantes in Triremibus Turcarum, peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem, ibi de nonnullis caſibus?& an incurrant excommunicationem, qui fame, vi, aut alijs de cauſis ſint excuſati? & an Chriſtiani milites infidelibus eſſe poſſint; ibi de judicijs contra aſportantes res prohibitas.

SVMMARIVM.

1 *Remigantes Chriſtiani captiui Turcarum contra Chriſtianos, & ſi non excuſentur à peccato, & cenſura ſecundum aliquos, alÿ probabilius tenent vt numero 23. ibi quid ſi remigando eſſent magni periculi contra Chriſtianos, & à n. 4. ad 6.*

2 *Chriſtiani captiui Turcarum valent ſarcinas, & alia bellica ad bellum afferre, vide n.5. & 6.*

3 *Captiui in Chriſtianos tormenta dirigentes, ignemque applicantes peccant, damnum directò intendentes; ſecus ſi admodum compulſi vt n.4.*

4 *Remigatio non eſt natura ſua pernicioſa Chriſtianis ſicut aurigatio.*

5 *Auriga qui ducit Dominam ſuam ad locum adulterÿ, non cenſetur ei cooperari.*

6 *Captiui, quibus non imminet graue damnum ſi non remigent, peccant remigando, ibi quid de ædificantibus propugnacula: Turcas adiuuando contra Chriſtianos.*

7 *Fame, vel vi adacti, ne pereant, arma bellica portantes ad Turcas non incurrunt cenſuras juris, & Bulla cœna, & de caſibus à n.8.*

8 *Ferrum dantes ad conficiendum clauos infidelibus, longe diſtantes non incurrunt cenſuras.*

9 *Arma deferens facti ignorantia ad infideles, excuſatur, & quid de ignorantia iuris.*

10 *Arma deferens pro ſua vita defenſione, excuſatur, vel conſeruatione rerum.*

11 *Cooperari ad malum directè, vel indirectè, qualiter culpam incutiat, aut ab ea excuſet.*

12 *Chriſtiani milites olim aderant pro Iuliani Apoſtata exercitu, qui compulſi, vt adolerent idola, varia tormenta paſſi ſunt id repugnando, & numero 13.*

14 *Tranſportandi armorum prohibitorum aliarumque rerum materiam remiſſiue.*

AD primam quæſtionis partem, affir- 1
matiuè reſpondent, nempè remigantes Chriſtianos peccare, inter quos Suarez *tom. 5. diſp. 21. ſect. 1. num. 60. 61. & 62.* Paul. Comitol. *in Reſponſ. moral. lib. 5. qu. 8.* Graffius *p. 1. lib. 4. cap. 18. num. 6.* Sayrus *de cenſ. lib. 3. cap. 7. num. 8.* Salas *in p. 2. tract. 3. diſp. 11. ſect. 1. de legib.* Vgol. *de cenſ. Papæ reſeruatis p. 2. cap. 3. §. 2.* Nauar. *in manuali cap. 17. num. 63.* & alij relati à Diana *p. 3. tract. 5. Miſcel. Reſ. 36.* & poteſt eſſe ratio, quia ſerui Chriſtiani remigantes in Remigijs Sarracenorum contra Chriſtianos, videntur peccare, cùm ex texto noſtro *cap. ita quorumdam*, excommunicentur, qui ſubminiſtrant neceſſaria ad expugnandos Chriſtianis quæ apertè dicti captiui ſuo labore, & opere præſtant in Chriſtianorum perniciem, & Nauar. *ibi ſuprà* docet ſe non inuenire quomodo à peccato excuſari poſſint; excuſat tamen illos ab excommunicatione.
Sed quia Turcæ corpora dictorum affli 2
gunt ſi non remigant, videtur pro contraria parte, quòd laceſſendo iſti, & alij doctores eorum animas, ideo alij, & multi nominis contrariam ſententiam ſequuntur, dicentes poſſe dictos Chriſtianos contra Catholicos remigare, vel propugnacula ædificare, ſarcinas, machinas, & arma neceſſaria ad bellum afferre, ex ea ratione; nam licet peccatum ad quod materialiter cooperantur pernicioſum ſit, tamen cooperatio illorum non tam propinqua eſt, vt ſine illa damnum nihilominus inferretur; quia alij non deeſſent, qui hunc laborem obirent, & quod actiones *ſuprà* dictæ ſunt indifferentes, ita docent octo DD. relati à Sanchez eos ſequendo *in ſumma tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 18.* Tannerus *in 2. 2. D. Thomæ diſp. 1. q. 9. dubio 5. n. 114.* Layman. *in Theologia morali lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 5.* Nald. *in ſumma verb. Chriſtianus 2. n. 6.* Reginald. *tom. 2. prax. lib. 21. n. 119.* Turnanus *in 2. 2. diſp. 95. dubio 3.* Filiuc. *tom. 2. tract. 22. cap. 5. n. 147.* Vazquez *opuſc. de ſcandalo art. 8. dubio 7.* Gaſpar. Hurt. *de charit. diſp. 10. dif. 7.* cum alijs

alijs, Diana ibi *ſuprà* dum exclamat væ, væ, væ, Chriſtianis captiuis, ſi opinio contraria eſſet vera.

3 Sed limitat idem Diaoa, primò ſi eo loco conſtituta res ita eſſet vt captiui auxilium denegantes magno periculo Chriſtianos eriperent, vel victoriam illis conferrent; tunc enim ait bonum Reipublicæ Chriſtianæ anteponendum eſſe propriæ vitæ; limitans etiam ſecundò in ijs, qui tormenta in Chriſtianos dirigunt; ignemque applicant; quia directè damnum inferunt, & ita vt temperaret primam ſententiam Villalobos *in 2. p. ſummæ diſt. 10. num* 2. Azor. *lib.* 8. *inſtit. moral. capit.* 27. *qu* 17. Leſſius *de juſt. & jure*, dixerunt juxta ſecundam ſententiam, Chriſtianos captiuos, qui flagris, & metu mortis contra Chriſtianos remigare coguntur, non peccant, nec contra Iuſtitiam, nec contra Charitatem; noo contra Iuſtitiam;
4 quia remigatio noo eſt natura ſua pernicioſa Chriſtianis, ſed indifferens (ſicut aurigatio) quæ eſt delatio nauis per mare, qua Turcæ vectores benè, vel malè vti poſſunt, & quod cedat in malum Chriſtianorum eſt ex malitia Turcarum, ac proinde dicunt, vt qui cum graui periculo vrgentur, non cenſentur cooperari in damnum Chriſtianorum, ſicut qui timore mortis reddit depoſitum furioſo non cenſetur cooperari ad mortem, quam
5 infert inimico; & Auriga qui Dominam ſuam vehit ad locum adulterij, non cenſetur ei cooperari, vt fatetur Nauarrus, & quod nec peccant contra Charitatem, quia nemo tenetur ex charitate vitam ſuam exponere, niſi probabile ſit illi damnum auerſum iri, quod non eſt probabile illis remigibus.

6 Quarè etiam Leſſius, & Azor, *ibi ſupra*, ac Ægid. Trullench. *in opere morali lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 21. *ſub num.* 12. dixerunt quòd ſi nullum graue damnum immineat ijs captiuis, eò quòd non remigant, peccent contra Charitatem remigantes contra Chriſtianos; quia teneor ſine meo incommodo proximi ſaluti conſulere, & idem dicit de alijs actionibus ſimilibus, quas referunt Diana plures caſus recenſendo & Ægid. vt ad aſportationem ſarcinarum, & aliorum, quæ neceſſaria eſſent ad bellum contra Chriſtianos, vt etiam adjumento, quod præſtarent ad munienda caſtra, ædificanda propugnacula contra eoſdem, eamdemque rationem dicunt Filliucius *tom.* 2. *tract.* 22. *cap.* 5. *quæſt.* 9. *num.* 140. *& in* 5. *præcepto, dub.* 2. *cap. fin.* Bonacina *diſp.* 1. *de reſtit. qu.* 2. *puncto* 10. *num.* 4. cum fiunt metu mortis, vel alterius grauis damni, & mali; quia non committitur peccatum vllum, & quod secluſo illo peccatum eſſet mortale ijs modis cooperari contra bonum innocentium.

Ad ſecundam quæſtionis partem ex di- 7
ctis videtur dicendum non incurrere excommunicationem textus noſtri & aliorum, item, & Bullæ cœnæ Domini illos, qui fame, vel vi adacti, ne perirent, contra voluntatem ſuam arma, & alia prohibita tradunt; tum quia probabile eſt nec peccare; nam fortius videtur obligare præceptum de propria vita conſeruanda, quam de non tradendis armis, modo dicto, ſub *quæſt.* 1. *&* 2. *hic.* Tum ſecundò, quia etiamſi contra jus naturæ peccent, non videtur jus humanum hoc peccatum ſub excommunicatione punire, vt aduertit Nauar. *hic notab* 8. *n.* 6. Sayrus *in theſauro deciſ. lib.* 3. *cap.* 13. *numer.* 18. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *Miſc. Reſ.* 36. ibi aſſerit cum Suarez *de fide diſp.* 18. *ſect.* 6 *num.* 8. commercium prohibitum cum infidelibus non intelligi tempore neceſſitatis, & vt notauit Sayr. *ſup. cap.* 12. *n.* 13. & Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 16 *cap.* 6. *num* 147. præceptum Eccleſiaſticum non obligat cum tanto rigore, & quod neceſſitas in hac materia accipitur moraliter, vt ait Diana.

Ex quo inferunt relati & alij DD. ad 8
caſus plures, de quibus nonnullos poſuimus *ſuprà ſub fin. quæſt.* 1. *&* 2. *num.*... *qu.* 2. alios caſus ſcribendo, nempe vt nec eam excommunicationem incurrant illi, qui in terris infidelium longè diſtantium à bellis Chriſtianorum dant ferrum ad conficiendum clauos, ad conſtruendam domum: Sayrus *ſuprà num.* 23. Nauarr. *hic notab.* 10. *num.* 29. imò, & quod à fortiori, nec illam incurrat, qui ventorum vi cum naui delatus eſt in Alexandriam, vbi armis ſpoliatus eſt *ad textum cap.* 11. *hoc tit.* nec illi qui arma Sarracenis vendunt ea non ad eos deferant: nam tunc ſolùm donantes, vel vendentes excommunicantur, ſi ea deferunt, vt ibi *in d. Bulla cœnæ deferentes*, Tulctus *in ſumma lib.* 1 *c.* 23. *num.* 13. Nauar. *hic notab.* 4. *num.* 14. *& notab.* 10. *num.* 41. Sayrus *d. cap.* 13. *in theſauro num.* 26. Et quod etiam excuſa- 9
tur, qui ignorantia probabili facti arma defert ad infideles, vt ſi ſunt clauſa in area (ignorantia verò juris vix excuſat, niſi adeo homo eſſet ruſticus, vt huius cen-

ſuræ nullam notitiam habuerit) Syluester *verb. excommunicatio 7. n. 64. excommunic. 21.* Sayrus *ſup. n. 34.* Nauar. *hic notab. 8. n. 25.* & quod excuſat paruitas materiæ, ſicut, & in furto: nam excommunicatio major non incurritur, niſi ob peccatum mortale: Sayr. *ſup. n. 34.* Nauar. *d. notab. 8. hic n. 23.*

10 Et quod nec eam incurrat, qui arma deferret pro ſuę vitæ defenſione, vel pro conſeruatione rerum, quæ ſunt maximi momenti, ſed cautè in hoc caſu agendum eſſe, conſulendoſque fore DD. dicit Ægid. *vbi ſupra d. lib. 1. cap. 3. ſummæ dub. 21. n. 10. in fine*; vbi alios caſus mercimoniorum refert, de quibus dicemus *infrà ſub cap. olim 12. hoc tit.*

11 Et horum omnium, & aliorum caſuum aliarum materiarum quorum nonnullos breuiter poſuimus hic ſub *verſ. ad primam:* præſtat rationem Diana *p. 3. tr. 5. Miſcel. Reſ. 36. in fine*; quia præberi alteri proximam materiam peccandi ex ſe indifferentem ex juſta cauſa, non intendendo eius peccatum, ſed ad aliud ſpectando, non eſt directè ad malum cooperari; nec verò indirectè; nam illa dicitur indirecta cooperatio, quando quis poteſt ſine ſuo incommodo, & tenetur abutentis peccatum euitare, quod non accidit in *ſuprà* dictis caſibus, in quibus, vt ſupponitur, adeſt juſta cauſa, & neceſſitas, verùm ſi pro bono communi teneretur huiuſmodi incommodis ſe exponere; nam commune bonum (vt dictum eſt) præponderat particulari, vt dicent Sayrus *ſuprà n. 34. verſ. Quarto.* Nauar. *conſ. 37. de ſent. excommun.* Ægid. *d. dubio 19. n. 10. in fine.*

12 Ad tertiam quæſtionis partem, an Chriſtiani milites infidelibus poſſint eſſe; quia plura curioſa referens omnino legendus, vt hanc quæſtionem præfiniat adducit Couar. *lib. 4. var. cap. 12.* ad explicationem Gratian. *in cauſa 11. qu. 3.* ex Ambroſio dicens, quod Iulianus Imperator, & ſi Apoſtata, habuerit tamen ſub ſe Milites Chriſtianos, qui cum dicebat; producite aciem pro defenſione Reipublicæ, ei obedicbant; cùm autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem Cœli, obſeruans ex Auguſtino Iulianum Cæſarem dictum fuiſſe Apoſtatam ex cauſis de quibus ibi, & ſub *verſ. ſecundo* affirmat Iulianum Cæſarem Apoſtatam & parabatem milites Chriſtianos habuiſſe, qui pro Imperij Romani majeſtate, ſub eo militarunt; quos tamē dolo ad Deorum gentilium ſacrificio donatiuo, ea de cauſa dato, pollicere rentauerit, vt accepto donatiuo ſimul & thus acciperent, idque adolerent, ad ipſius Iuliani imagines, ex veteri inſtituto, quibus Iouis, Martis, & Mercurij erant inſuper depictæ; quo quidem dolo pœnitentes milites donatiuum Imperatoris reſtituerūt, & Chriſtianiſmum liberrime cum Martyrij affectatione profitētur.

13 Et referendo alia plura Couar. ex Sozomeno, Nicephoro, Auguſtino, & aliis de illis Principibus Ethnicis, milites Chriſtianos habentes *in verſ. cæterum Chriſtianos*, frequenter ſub paganis Imperatoribus olim militaſſe probans, ex varia lectione Hiſtorica apud eum legenda, quanta perpeſſa fuerint tormenta milites illi, ex eo quod vero Deo ſacrificabant, & non Idolis, vbi refert principium illius pœnæ, quæ decimatio appellabatur, per quam vnus ex decem affligebatur, eoque ordine integram legionem plectendo; quare his breuiter jactis.

14 Ad vltimam quæſtionis partem de Iudicijs contra aſportantes res prohibitas, quia jam nonnulla dixi *ſub cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ 10. de conſtit.* tam de prohibita tranſportatione armorum, ac aliarum rerum prohibitarum, & quid inter clericos, & de nonnullis aliis circa permiſſa de latione armorum, inter aliquos Regios ſiue Sanctæ inquiſitionis miniſtros; & quia propter alios multa cumulat omnino legendus Ioannes Gutierrez *lib. 4. practic. d. q. 37. ad 45.* pro explicatione *tit. 18. lib. 6. nouæ recopil. ad l. 1. 12. 26. & 27. 40. 47. 48. 50. & 51. eiuſdem tituli*; vbi longiſſimè de pœnis extrahentium arma, & res prohibitas à Regno, vbi etiam ſub dictis quæſtionibus contra extrahentes, etiam monetam, & alios fructus, etſi ſint Eccleſiarum coloni *ſub qu. 38. & 39.* & de aſportantibus frumentum *q. 40. 41. & 42.* vbi quid de agricultoribus forenſibus, bladum ſeu fariuam *q. 43. & 44.* de quibus omnibus dictum ſit etiā *in d. c. Eccl. S. Mariæ*, ſub diuerſis quæſtionibus; ideo jam nunc in quantum ſpectat ad Iudicium formandum applicādo hic quod pro praxi formandi proceſſum dixi ſub *c. fin. de lib. oblat. q. fin. §. 21.* vbi, *Qualiter procedat prætor, ſeu Magiſtratus contra vehentes extra Regna merces prohibitas vel contra trahentes aliqua ad Regnum, vel ciuitatem abſque regiſtratione:* nam ex ibi dictis plenè practicam apprehendes, interim leges Caſtillo de Bobadilla *lib. politicæ c. 5.* eumdem Gutierr. *ſub d. q. 37. ex n. 18.*

AD

AD TEXTVM

In capit. conſuluit. VII. hoc titul.

PRÆMISSVM.

DE hoc textu dixi *ſuprà ſub cap. Iudæi* 3. *hoc tit. ibi*; de Synagogis Iudæorum non ædificandis de nouo.

AD TEXTVM

In capit. ad hæc VIII. hoc titul.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte abundè explanatus remanet *ſub capit.* & 2. *hic*, ſed quatenus agitur de prohibita communicatione cum Iudæis, & quod filij eorum apud nutrices Chriſtianas non ſint; ideo addenda ſunt aliqua.

QVÆSTIO I.

An liceat Romæ famulari nutrire, &c. Iudæos, ſi non adeſt periculum ſubuerſionis; quia tales ſeruientes ſunt in fide firmi. Et an tranſeunti per loca hæreticorum & infidelium ſit licitum comedere cibos vetitos, ad euitandum graue damnum.

SVMMARIVM.

1 *Iudæos nutrire, confabulari, & communicare Romæ, qualiter permittitur, aut denegetur Chriſtianis.*

2 *Iudæi in Chriſtianos ſunt acerbiores, quàm Sarraceni, qui non æquè ligantur legibus prohibitionis, ac illi, niſi de illis fiat mentio.*

3 *Leges violare de non habendo familiaritatem cum Iudæis, qualiter ſit graue peccatum, aut leue, & n.4.*

5 *Fidelis tranſiens per loca infidelium, & hæreticorum, valet vti cibis illorum, vt ſe occultet, niſi ſcandalum ex eo orietur, aut contemptus Eccleſiaſtici præcepti, vt n.6.*

7 *Communicatio cum infideli an ſit prohibita*, remiſſiue.

AD primam quæſtionis partem, videtur reſpondendum per *textum hic*, & 1
aliis ſub *hoc tit.* per dicta *ſub d. cap.* 1. tamen Thomas Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 2. putat dictam prohibitionis legem obligare fideles expoſitos alicui: & ideo ad illam non teneri eos qui firmi ſunt in fide, & periculo immunes; quia tali caſu ceſſat finis legis. Sed Petr. Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſp.* 76. *ſect.* 3. *num.* 81. probat tantùm in ordine ad familiaritatem ſolam, ſecus autem in famulatu, nutricatu, conuiuiis, & aliis id genus; quia in tali caſu putat legem omnes obligare, cùm non ceſſet totus finis legis, & probat amplius; quia intereſſe conuiuiis, frequentare domos, & alia id genus, cadunt in honorem Iudæi, & ponunt ſuſpicionem ſuſpectæ fidei; at confabulari, in foro eſſe, caſu, in balneo, & alia dicit poſſe fieri abſque honore & ſuſpicione, maximè cùm homo eſt doctus, & litteratus; à quo non poſſunt illiterati ſumere ſuſpicionem, aut malum exemplum, & ſic ante Sanchez tenuit Suarez *de fide diſp.* 18. *num.* 6. legendus etiam alter Gaſpar. Hurtad. *de fide diſp.* 10. *difficult.* 7. quos admittit Diana *p.* 5. *tract.* 13. *Reſolut.* 11. limitantes in hoc textum noſtrum. Et 2
idem Diana prædictam doctrinam contra Suarez *ſupr. num.* 10. limitat ad tantum Iudæos, non autem contra Sarracenos, & paganos, quia Iudæi ſunt acerbiores in Chriſtum; tum quia argumentis minus ſtultis poſſunt decipere familiares, & tandem, quia quando leges volunt Sarracenos, & alios paganos amplecti, id exprimunt, vt Sanchez, & Hurtard. de Mendoza, etiam tenent; poteſt tamen hoc impugnari ex parificatione relata reſpectu armorum *ſuprà in cap.* 6. *hic ſub qu.* 1. & aliis, tamen ibi agitur de alia ſpecie.

Dubitant ergo DD. quale peccatum 3
ſit violare has prohibitionum leges, inter quos Villabos ait *in ſumma tom.* 2. *tract.* 1. *diſ.* 14. *num.* 7. contra Sanchez, & alios dicentes eſſe peccatū veniale; & ſi alij abſolute vt ſit peccatum mortale nempe quod quando ea prohibitio præcepta eſt ſub excommunicatione, tunc obliget ad

mor-

mortale, vt in aliis caſibus Aragon. autem 2. 2. q. 10. art. 9. & Sà verb. Iudæus cenſent peccatum eſſe veniale tantùm ſi deſit periculum ſubuerſionis: At Azorius cum aliis penes Sanchez, putat peccatum eſſe mortale.

4 Tamen ipſe Sanchez, & cum ipſo Hurtado de Mendoza *ſupra* §. 45. quos amplectitur Diana *ſuprà in fine* diſtinguunt aſſerentes nimiam familiaritatem, & conſuetudinem, item, & cohabitationem, ſeruitutem, & permiſſionem juriſdictionis eſſe peccatum mortale; quia eſt lege prohibitum, ob vitandas Chriſtianorum ruinas, & quod ſi hæc lex publicè violetur, eſt per ſe occaſio ruinæ, vt alij eam quoque violent, & ruant, eaſque ob cauſas tam graues pœnæ proponi, vt videri poſſunt *in textu hic, & in cap. nullus* 28. *qu.* 1. vbi clericus præcipitur deponi, laicus verò excommunicari, quod in hoc ſenſu intelligit *ſuprà* Diana; at verò lauari interdum de balneo nonnunquam excipi, aut excipere conuiuio, & alia idgenus rarius effecta, non eſſe peccata mortalia ſi deſit occaſio ruinæ docent, & nos ſub *d. capit.* 1. *hoc titul.* latè & clarè diſtinximus.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter jam ex dictis ſub relato *cap.* 1. & per dicta *ſub cap.* 6. *hoc tit.* vbi de excuſatione à pœnis etiam excommunicationis in tranſportantibus arma, & alia militaria prohibita ſub *q.* 1. *& ſub q.* 3. à fortiori vt plurimum affirmandum eſſe tranſeunti per loca hæreticorum, & infidelium licere comedere cibos vetitos ad euitandum graue damnum; quia licet per ſigna exteriora, de quibus ſub *cap.* 15. *& capit. penult.* dicimus diſtinguantur fideles ab hæreticis, & infidelibus, ſed non eſſe illa ſigna inſtituta ad falſæ fidei profeſſionem, & proteſtationem hæreſis; ergo illis cibis vtens non eſt cur præſumatur negare fidem, aut falſam proteſtari, ſed ſolùm comedentem cum illis, ſe voluiſſe occultare, cùm tenerent ſe manifeſtare ſic docent Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 15. Azorius *tom.* 1. *inſtit. mor. lib.* 8. *cap.* 27. *quæſt.* 3. Ægid. Conink *de fide diſp.* 15. *dubio* 3. *n.* 50. Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſp.* 48. *ſect* 6. §. 99. Becan. *in* 2. 2. *cap.* 9 *q.* 5. *n.* 23. Caſtro Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 1. *puncto* 17. *n.* 9. Gaſpar. Hurtado *de fide diſp.* 9. *diſ.* 10. Layman. *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 11. *n.* 1. Diana *p.* 5. *tract.* 7. *de ſcandalo Reſ.* 35 & alij: Fallit quando adeſſet ſcan-

6 dalum quod quis facile poſſet vitare, manifeſtando cauſam, vel niſi publica auctoritate prouocceris cibos illos edere in contemptum præcepti Eccleſiaſtici ita adducti, & ſatis apparet ex dictis ſub *d. cap.* 1. vbi plura *ſub q.* 1. *&* 2. *de conuiuijs* cum Iudæis, & quando liceant.

Plura ſcribit Sanchez cum multis *tom.* 7 1. *moral. lib.* 2. *toto cap.* 31. vbi an communicatio cum infideli ſit prohibita, & *lib.* 1. *cap.* 2. per totum quem leges ad ſaturitatem.

AD TEXTVM

In capit. ſicut Iudæi IX. hoc titul.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſandi non ſunt Iudæi inuiti, & qu.* 1. *à num.* 1.

2 *Chriſtianus nullus valet occidere Iudæum aliquem, aut ſuas pecunias auferre: vbi quo judicio procedatur aduerſus Iudæos,* remiſſiue.

3 *Iudæi tolerantur in ſuis ritibus, caremonijs, & conſuetudinibus, dum non corrumpant Chriſtianos.*

4 *Iudæi à quibus rebus increduli excludantur* remiſſiue.

5 *Pœna plures propter immanitatem delicti, poſſunt imponi ab Eccleſia vni delicto* remiſſiue.

Textvs iſte continet plura, & 1 quatenus præcipuè ſtatuit, quod Iudæi inuiti non ſunt Baptizandi, nec ad hoc cogendi; hic ex propoſito agemus de quo in *primo verſ.* & *in verſ. nullus*; quia plura mouentur ſola ſimplici annotatione digna, breuiter poſtulabimus ſi alibi tractata reperiantur.

Et quatenus ibi *ſub d. verſ. nullus* quod 2 nullus Chriſtianus Iudæum, quemlibet valeat occidere, vel vulnerare aut ſuas pecunias auferre ſine judicio terrenæ poteſtatis, applicabis dicta hic *ſub capit. ſta quorumdam*: vbi quo judicio procedatur aduerſus Iudæos quando in pœnam ſint puniendi delicti, aut bonis priuandi; & de Iudice competenti dixi *in Rubrica ſub qu.* 1. & Clarus ſub *qu.* 2. *& in q.* 3. *de legibus* quæ debent obſeruari in cauſis Iudæ

dæorum tam in delictis, quàm in contractibus vltimis voluntatibus, ac eorum cæremoniis, & ritibos, ſiue ſpiritualibus aut temporalibus, & tam in deciſoriis, quàm ordinatoriis Iudicis &c. ex quibus ſumitur ad *verſ.* hic: *& conſuetudines etiam ſuarum feſtiuitatam.*

3 Et ad *verſ.* ſic: *vt nemo cœmeteriam eorum mutilare, aut inuadere audeat*, &c. ex relatis ſatis cauetur, & melius ex dictis *ſuprà in cap. Iudæi 3. & 5.* quibus cautum fuit, vt Iudæi poſſint ſuas Synagogas conſeruare, ac reparare: ergo eſt, quia tolerantur in ſuis ritibus conſuetudinibus, & cæremoniis, dum Chriſtianos non corrumpant vt ibi dictum eſt latè etiam de aliis.

4 Ex hoc textu, & *in d. cap.* 1. cum aliis poteſt agi de rebus à quibus excludantur Iudæi increduli de quibus Then. *in Epiſtola ad Romanos cap. 4. diſ. 4.* de hoc textu præter adductos à Barboſa plures congerit Cened. *in collect. 59. ad decretales fol.* 197. & Baldus hic, ac *in extrau. dignum hoc tit.*

5 Et ad verſ. *ſi quis autem huiuſmodi decreti tenore cognito (quod abſit) contraire præſumpſerit, honoris, & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ſententia plectatar, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit*: quia per hæc verba poteſt agi de delictis pluribus pœnis puniti, adjunges quæ dixi ſub *cap. 6. de accuſationibus*, & quod dixit Tiraquellus de pœnis temperandis *c. 93. n. 58.* vt ſequitur Barboſa *in cap. ita quorumdam 6. hic n. 9.* dum dicunt quod propter immanitatem delicti poteſt Eccleſia vni delicto plures pœnas imponere vt ibi fecit, & hic, & ſic applicabis quæſtionem de qua Faquineus diſtincte *lib. 9. contr. c. 1.* vbi quid faciendum ſit, vbi in criminibus puniendis aliæ atque aliæ pœnę ſunt impoſitæ, & adjunges quæ dicit Couar. *in Reg. peccatum 2. p. §. 10. à num. 1.* vbi quod infidelitas non priuat quem à bonis ſuis per textum hic, vbi leges ad *verſ.* hic: *aut ſuas pecunias auferre.*

QVÆSTIO I.

An Iudæi alijque infideles valeant compelli per Principes Chriſtianos, aut alios ad recipiendum Baptiſmum, eos terrendo ejectione, atque expulſione à ſuis Regnis. Vbi an ſit iuſta cauſa priuandi Barbaros à bonis reducere eos ad religionem & an potuiſſet Rex Philip. III. Hiſpaniæ Rex in bello Granatæ ſibi bona retinere à Mauris ſublata. Et an poſſint Iudæi compelli ad audiendum Euangelium, & concionem.

SVMMARIVM

1 *Baptizati Iudæi inuiti non creduntur habere fidem Chriſti, & qualiter contingat n. 2. 3.*

3 *Iudæi quibus in caſibus indirectè poſſunt compelli Baptiſmū recipere, & ſub numer. 4.*

4 *Infideles poſſunt allici ad Baptiſmam donis, & muneribus cùm hæc non tollant libertatem.*

5 *Fœmina fidelis valet dicere viro infideli:* te in virum accipiam, ſi Baptiſmum ſuſcipias.

6 *Princeps Chriſtianus valet compellere infideles ſubditos, vt abijciant cultum ſuorum Deorum, & legem naturæ obſeruent: aliter de non ſubditis.*

7 *Papæ Poteſtas gubernatiua, reſpicit homines quatenus ſunt membra Eccleſiæ.*

8 *Principes Chriſtiani poſſunt Iudæos, & infideles bonis ſpoliare, ſeu minari expulſione à Regnis, ſi Baptiſmum, & religionem non recipiant, non ſic priuatus, vt n. 10.*

9 *Mauri potuerunt in Regno Granatæ compelli tributis indirectè ad Religionem.*

10 L. nullus, Cod. de Iudæis.

11 *Neceſſitas eſt ingens telum & nulli legi ſubiectum, quæ facit legem.*

12 *Hiſpani Reges potuerunt infideles Barbaros prædicatione Euangelij ad fidem inuitare; quid tamen armis, & bello ſpoliando bonis; vbi de Indis & numero 13.*

13 *Fides Catholica non bello, nec armis eſt edocenda; ſed medijs prædicatoribus: vbi de exemplis.*

14 *Reges Ferdinandus, & Eliſabeth quo titulo Mauros ſuis bonis ſpoliatos, è Regno expulerant.*

15 *Infideles ad audiendum prædicatores, poſſunt compelli, non ad recipiendum fidem, & n. 17. & 18. vbi de ratione differentiæ, & num. 19.*

16 *Epiſcopi, & Prælati vbi eſt copia Iudæorum, qui Synagogam conſtituant, poſſunt curare, vt in ſuis ciuitatibus concio in Sabbato, aut aliỹs hebdomadæ diebus habeatur à Theologo, in loco non ſacro, in qua illis exponat fidei miniſteria vbi de pœna* ſi renuant, *& ſub num.* 19.

17 *Credere eſt actus voluntarius, qui non admittit vim, nec coactionem; aliud eſt de prædicando Euangelium, vt n.* 19.

19 *Iudicium idem non eſt de credendo, ac de audiendo, & prædicando Euangelium, vbi de conſtitutionibus Pontificỹs de hoc loquentibus.*

1 AD primam quæſtionis partem communiter ex textu noſtro DD. probant Iudæos non eſſe inuitos baptizandos, nec ad hoc cogendos & reddit rationem Pontifex hic, quia tunc non credentur habere fidem Chriſti, & vbi DD. notant ac tenent communiter Iudæos ad fidem compellendos non eſſe: ſic D. Thoma 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. *ibi* Theologi, & Richard. *in* 4. *ſent. diſt.* 6. *art.* 3. *q.* 1. & ibi Palud. *diſt.* 4. *q.* 4. Durand. *q.* 6. Sotus *diſ.* 5. *q. vnica art.* 10. & inter Iuriſtas Bald. *nouell. de dote p.* 11. *n.* 47. Marta *conſ.* 434. *n.* 1. Marquard. *de Iudæis p.* 3. *cap.* 2. *n.* 8. Pariſius *conſ.* 2. *n.* 17. Barboſa hic cum multis ex antiquis *n.* 1. *&* 2. Chriſtophor. de Paz *ad l.* 84. *ſtyli n.* 3. Ricciulus *in tract. de iure perſ. extra gremium Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 31. per totum Ioan. Franc. Leo *in theſaur. fori Eccleſ. p.* 4. *cap* 4 *num.* 6. Greg. Lopez *in l.* 2. *gloſſa* 3. *tit.* 23. *p.* 2.

2 Sed quia S. Thom. *d. q.* 10. *art.* 8. Suarez *de fide diſp.* 2. *puncto* 6. *n.* 3. & cum aliis Anton. de Souſa *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 10. & Ægid. Trullench. *in opere morali lib....cap.* 3. *dubio* 19. *ſub n.* 4. præfatam concluſionem tenendo, explicant dicendo veram ſi directè vellent illos compellere, ſecus ſi indirectè; ideo qualiter hoc contingat accipies.

3 Igitur quod indirectè poſſint cogi exẽplificant primò imponendo illis tributa grauiora, alia tamen licita, & juſta: Secundò ſi eorum conſeruatio fidelibus nocet; tunc enim poſſe expelli dicunt ac dicemus niſi conuertantur: tertiò non permittendo illis vſum officij publici, & honoris de quo *infrà in c. pen.* 18, quarto nõ permittẽdo eis ſi aduenæ ſint, aut bello capti in ſuo Regno habitare, quia habet jus Princeps non concedendi eis habitationem ſcilicet negando eis priuilegia, & gratias, quæ liberè aliis concedit: quintò prohibendo illis vſum ſuæ religionis, vtpote ratione naturali contrarium, & aptum Rempublicam perturbare, alias eſſet contra textum hic, quatenus mandat bonas couſuetudines, & ritus eorum, item, & cœmeterium conſeruari &c. & horum rationem præſtant referendi; quia non aſſumuntur hic media quæ ſecluſo tali fine aſſumi non poſſent. Suarez *de fide diſp.* 18. *ſect.* 3. *n.* 8. Bonacina *eodem tract. diſp.* 3. *q.* 2. *punct* 7. *n.* 3. cum aliis Caſtro Palao *de fide tr.* 4. *diſp.* 2. *puncto* 6. *n.* 3. *&* 4.

Et quod poſſunt etiam infideles mune- 4
ribus, douis, officiis, & obſequiis allici
ad fidem; quia hæc non cogunt, nec tollunt libertatem, & indeque poſſit fœmi-
na fidelis dicere viro infideli: *te in virum* 5
accipiam ſi Baptiſmum ſuſcipias, & quod
poſſit Princeps eximere infideles à certis tribntis, & veſtigalibus, ſi fidem ſuſcipiãt cum in ijs, nulla vis inueniri reperiatur: docent Ægid. *vbi ſuprà d. dub.* 19. *n.* 4. *verſ. poſſunt*, & Azorius *lib.* 8. *inſtit. moral. cap.* 24. *q.* 2. *verſ. quares*, & conueniunt alia tradita ſub *Rubrica hic, & ſub cap.* 1. *& cap.* 3. *ac c.* 6. nam ibi jam dictum eſt.

Poteſt Princeps Chriſtianus infideles 6
ſibi ſubditos compellere vt cultum ſuorum Deorum abijciant, legem naturæ ſeruent, vnum Deum colant, & leges ad bonum commune ſpectantes obſeruent, licet non poſſit Princeps Chriſtianus, nec ſua, aut Eccleſiæ auctoritate infideles ſibi non ſubditos prohibere idololatriam, & peccata contra naturam, quæ ſpecialiter ipſi Religioni Chriſtianæ, aut innocentibus contraria non ſunt, D. Th. 2. 2. *q.* 12. *art.* 2. Suarez *d. diſp.* 18. *ſect.* 4. *n.* 18. Barboſa *p.* 1. *de poteſt. Epiſc. tit.* 3. *cap.* 2. *n.* 38. Bonacina *diſp.* 2. *de reſt. q. fin.* §. 2. *in fine*, Caſtro Palao *ſup. puncto* 7. *n.* 4. Ægid. Trullench. alia congerens *in ſumma*
d. dub. 19. *ſub n.* 7. Reddentes rationem, 7
quia poteſtas Papæ gubernatiua reſpicit homines quatenus ſunt membra Eccleſiæ militantis, cuius ipſe eſt caput, ſed infideles, qui baptiſmum non ſuſceperunt, nõ ſunt membra Eccleſiæ militantis. Ergo.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an
ſuis bonis ſpoliando poſſint Principes 8
Chriſtiani Iudæos, & infideles, ſeu minando illos expulſione à Regnis, ea tamen lege vt ſi remanere velint; Religionem, & Baptiſmum ſuſcipiant, dato eis certo tempore ad deliberandum, ſin minus relictis propriis ſedibus ad aliena ſe conferant; & affirmant Azor *lib.* 8. *inſtit. moral.*

cap.

cap.24 quaſt.4. Ægid. Trullench. *in ſumm. moral. lib.1.cap.3.a.dubio 19. num.6.* & alij dicentes nunquam deficere cauſas; quia multa impiè, & nefarie committunt contra Religionem Chriſtianam; nec hoc modo ad fidem compelli, ſed quod tantum eis optio detur libera, vt vel Chriſtiani fiant, vel vt Chriſtianorum prouincias deſerant, docent relati; ſed an bonis ſuis ſpoliando compelli poſſint *ad tertiam* dicitur.

9 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit juſta cauſa priuandi Barbaros à bonis, reducere illos ad Religionem: de hoc aliquid dixi *ſub Rub. & cap. 1. & 6.* & hic, quia poſſunt indirectè ad contribuendum in tributis compelli, & aliis modis, quos jam poſuimus, ob idque cum aliis docet Ceuallos *in practic. p.4. q. 906. n.45.* quod Mauri de Regno Granat. de mutuo, ſeu contributione recto jure compelli potuerunt; quia nec Iudæi, nec Sarraceni excuſātur à talibus ſeruitiis per textum hic: ſic etiam Belluga *in ſpeculo Princip. Rubri 39. §. nouiſſimè n.3.*

10 Nec obſtat textus *in l. nullus cod. hoc tit.* quia loquitur in priuato inuadente bona Iudæi, vel Sarraceni, ſecus in Principe qui vtitur auctoritate publica, cui non eſt vetitum vti Regia poteſtate; *l. Chriſtianus Cod. de paganis* per locum ab ſpeciali; & redditur ratio rationis; quia neceſſitas omne facit licitum: *l. 2. Cod. de na. non excuſ. lib. 11. l. cum ad feliciſſimam, Cod. de quibus muner. vel præſt. lib. 10. cap. ſi quis*
11 *propter neceſſitatem de furtis*: quia neceſſitas eſt ingens telum, & nulli legi ſubjectum, quæ facit legem *cap. remiſſionem 1. q. cap. ſicut cap. quando de conſ. c. 1. diſt. 1. c. 2. de conſuet. cap. 2. de obſeru. jejunij*, ex multis aliis idem Ceuallos *ex d. n.45.* multis exemplis explicans apud eum legēdis.

12 Ad quartam quæſtionis partem an potuiſſet Rex Philip. III. Hiſpaniæ in bello Granatæ; ſibi bona retinere à Mauris ſublata, reducendo illos Barbaros ad Religionem Chriſtianam, & videtur affirmandum ex jam dictis, & *ex l. 2. tit. 23. p. 2.* in verbis illis: *La primera por acrecentar el pueblo, à ſu fee, e para deſtruir los que la quiſieren contrallar*: quod videtur defendere Hoſtienſ. *in cap. quod ſuper de voto col.4.* per ea verba: *mihi tamen videtur, quod in aduentu Chriſti omnis honor, omnis principatus, omne dominium omnis juriſdictio ex cauſa iuſta, & per illum, qui ſupremam manum habet, nec errare poteſt homini infideli ſubtracta fuerit, & ad fideles tranſlata:* Et ex illo *Eccleſ. cap. 10. & in cap. tranſlato 3. de conſtit.* vbi Regnum de gente in gentem transfertur propter iniuſtitias: Tamen ſi bene verba *d. l. part.* perpendantur non probant conſenſionem, ad quam quotidie allegantur, quia non dicit ſimpliciter & abſolute, quod cauſa juſti belli ſit diuerſitas Religionis: procedit enim vlterius ibi: *para deſtruir los que la quiſieren contrallar*: quod eſt notiſſimum in hoc ſecundo caſu, eo quod jam dicuntur inimici Eccleſiæ, qui non ſolum non recipiunt Chriſti Euangelium, ſed intendunt illud deſtruere; quo in caſu licere bellum aduerſus eos quando Barbari, ſiue ipſi Domini, ſiue multido impediunt Hiſpanos quo minus annuntient Euangelium; quia Hiſpani poſſunt illis inuitis prędicare, & dare operam conuerſioni, cùm dicat Dominus in Euangelio: *Prædicate omni Creaturæ*, alia plura tradit videnda Ceuallos *ſup. d. q. 906. ex n. 168.* qui extendit ad Barbaros, qui permittentes prædicationem impediunt conuerſionem ad fidem Chriſti, occidentes, vel punientes conuerſos ad fidem, vel minis, vel terroribus alios deterrentes; quia in hoc caſu faciunt Barbari iniuriam Hiſpanis; ſicque eſſe iuſtam bellandi cauſam, vt probat latiſſimè per plures concluſiones, Victoria *p. 1. tit. de Indis Inſulanis*, vbi refert plures titulos & cauſas ex quibus Hiſpani aduerſus Indos Barbaros, bellum geſſerint; à quo Greg Lopez omnia, quæ dixit *in d. l. 2. tit. 23. p. 2.* tranſcripſit ſequutus contrariam opinionem *in verſ. tertia concluſio*: vbi dicit quod ſi Barbari permittant Chriſtianos liberè, & ſine impedimento prædicare Euangelium, ſiue illi recipiant fidem, ſiue non, non liceat hac ratione illis bellum inferre, nec eorum terras occupare quod mihi aptius videtur per illa quæ longiſſime diſputat omnino legendus idem Ceuallos *d. q. 906. ex n. 175.* longè agens pro veritate quam multis doctiſſimorum votis viſis elegit, & *à n. 206.* per illa verba *Mathæi 10. Marci 6. Lucæ 9. Quicumque non acceperit vos nec audierit ſermones veſtros euntes foras de domo; vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus*
veſtris. Colligendo clarè non bello nec ar- 13
mis Fidem Catholicā eſſe edocendam, & quod ſic Petr. Chriſtum imitatus cōmiſit Marcialē ad prędicandū in Germ vt *in c. 1.* vbi gloſſa *de S. Vnct.* & Greg. miſit in Britanniam militem Aug. & Ioann. quorum prędicatione Angli ad fidem cōuerſi ſunt, & ſic Alex. VI. qui terras Indorum Regi

puniri velint, alias certe fœminarum, & adoleſcentium eorum eſſet pene ſalus deſperata, & ob confictas à Rabinis de Chriſtianorum rebus infinitas fabulas, & virorum, ac patrum reuerentiali timore præpeditorum, niſi hæc vna dareiur commoditas audiendi ſincere veritatem fidei cum fides ſit *ex auditu; auditus autem per verbum Chriſti*. congerit ex adductis Scortia *in conſt. Pontific. epiſt.* 136. *Theor.* 352. ac tenent Anton. de Souſa *in Aphoriſmo inquiſit. libr.* 1. *cap.* 37. *num.* 8. Suarez *de fide diſp.* 18. *ſect.* 3. *num.* 3. Bonacina *eodem tractat. diſput.* 3. *quæſtion.* 2. *num.* 3. oppoſitum tamen ex aliis dixit vt ſibi probabilius Caſtro Palao *de fide tractat.* 4. *diſp.* 2. *punct.* 6. *num* 4. & quamuis Suarez *ſuprà num.* 6. & Souſa *num.* 9. *de infidelibus ſubditis* intelligant tamen alij, & quidem ex dictis verbis ad alios quidem non ſubditos porrigi, dicunt cum Couar. & aliis Ægid. Trullench. *d. dubio* 19. *libr.* 1. *cap.* 3. *ſub num.* 9. quia non eſt idem jus de audiendo, ac de credendo: nam, qui audit non compellitur credere; ac proinde paganorum Principes prohibere non poſſe quominus pagani, qui vellent, Euangelium audirent, aut idoneos Chriſti nuncios, ac præcones, & interpretes impedire, ne illud annuntient; alioquin enim, & ijs, & illis iniuriam manifeſtam inferrent.

QVÆSTIO II.

An filij Iudæorum ipſis inuitis poſſint cogi ad recipiendum Baptiſmum. An Pontifex poſſit præcipere, vt infantes filij hæreticorum, & apoſtatarum Baptizentur inuitis parentibus? vbi quid de filiis infidelium. Et an infantes infidelium filij, qui ſunt tantum politicè ſubditi Principibus Chriſtianis, poſſint illis inuitis Baptizari; & quid de filiis infidelium mancipiorum. Et an Iudæus Baptizatus per vim cauſatiuam vel conditionatam, recipiat characterem; vbi de aliis. Et an pro voluntate Principis Chriſtiani poſſint Iudæi proprio territorio expelli.

SVMMARIVM

1 *Baptizari infantes infidelium verius eſt, vt non poſſint inuitis parentibus, & ſi alij contra teneant, qui debent intelligi in mortis pericalo, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.
2 *Gloſſa* in cap. Iudæorum 28. *qu.* 1.
3 *Fides ex neceſſitate eſſe non debet.*
4 *Voluntas propria requiritur in Baptiſmo, ſiue interpratatiua.*
5 *Baptizari valent ſecundum aliquos infantes, qui habent parentes infideles jam Baptizatos, & 6. & 7.*
10 *Baptizari valent filij hæreticorum ipſis inuitis, & quare n.* 11.
11 *Hæreticos valet Eccleſia compellere vt fidem profiteantur contra Granad. n.* 12. & 13. *ibi non ſic de infantibus paganorum n.* 13. & 14.
15 *Baptizari verius vt non valeant infantes infidelium politicè ſubditorum Principis Chriſtiani, nec vt ad id compellat ipſe Princeps inuitis parentibus vt n.* 16.
17 *Baptizari verius eſt, vt valeant infantes infidelium ſeruorum etiam illis inuitis, & de ratione n.* 18. 19.
18 *Vendere ſeruos infideles ea intentione vt ſeparentur à filijs, vt ſic Baptizentur.*
19 *Infantes infidelium juſto bello capti poſſunt Baptizari inuitis parentibus, dum ſeparati ſint à parentibus numero* 20.
20 *Patria poteſtate non priuantur parentes infidelium circa filios.*
21 *Baptizatus vi præciſa non accipit characterem, ſecus ſi vi conditionali: fallit n.* 24.
22 *Vis quando dicatur præciſa, aut conditionalis remiſſiue.*
23 *Iudæus poteſt compelli ad Baptiſmum, ſi ſic petijſſet, & pænituiſſet.*
24 *Character accipitur à Baptizato etiam vi præciſa ſi poſtea approbaſſet.*
25 *Princeps verius eſt vt nequeat è ſuo territorio ejicere Iudæos bene, & pacifice viuentes, niſi ſcandalum immineret Chriſtianis, aut contra fidem machinarent n.* 26.
26 *Priuilegio Iudæi abutentes priuantur tanquam ingrati.*

AD primam quæſtionis partem, an 1 filij Iudæorum ipſis parentibus inuitis poſſint cogi ad recipiendum Baptiſ-

 mum,

mum, & loquendo de infantibus, qui
adhuc ad vſum rationis non peruenerunt,
& dicens in præſenti Barboſa *hic n.* 3. hanc
quæſtionem non eſſe contemnendam ad
inſtitutum præſentis textus noſtri, &
quod Baptizari non valeant, tenet cum
communi Theologorum, & Iuriſtarum,
cuius claſſis ſunt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 10.
art. vltimo Richard. Paludanus, & Sotus
ſub q. 1. *adductis.* Aragon. 2. 2. *d. quæſt.* 10.
art. 8. *& art.* 12. vbi Bañes *quæſt.* 10. *art.*
10. *à col.* 614. Vazquez *in* 3. *p. D. Thom.*
tom. 1. *diſp.* 155. Ægidius Conink. *de Sa-*
cram. & cenſ. tom. 1. *diſp.* 68. *art.* 10. Suarez
tom. 3. *diſp.* 25. *ſect.* 9. Ioſeph Angles *in flo-*
ribus Theologiæ q. 2. *de recep. Bapt. art.* 2. Vi-
ctoria *de Sacram. tit. de Baptiſ. tit.* 27. & alij
ex Canoniſtis, Zabarella, Anania, Socin.
Abbas, & Felin. hic Simanchas *d. Catho-*
lic. inſtit. cap. 23. *à n.* 51 *& cap.* 35. *num.* 13.
Chuchus *inſtit. Canonic. lib.* 5. *de Bapt. n.*
130. Zanchin. *in tract. de hæret. cap.* 36. *n.* 1.
Borguia *deciſ.* 21. *n.* 14. *p.* 2. Beniſcaſio *tr.*
de paupert. in 5. *ſpecie ſtudio n.* 8. Nauar.
conſil. 4. *de conuerſ. infidel.* Marqoard. *de Iu-*
dæis p. 3. *cap.* 8. Cened. *ad decretal. collect.*
59. *n.* 1. cum aliis Ricciul. *de perſ. extra*
grem. Eccl. exiſt. lib. 2. *quæſt.* 32. Burſatus
conſ. 123. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 3. Afflict. *deciſ.*
151. Natta *conſ.* 434. Paſchalius *de patria*
poteſt. p. 1. *cap.* 2. *ſub num.* 3. Menchaca
quæſt. illuſt. lib. 1. *cap.* 8. *n.* 12. Franc. Leo *in*
theſauro fori Eccleſ. 4. *cap.* 5. *à numer.* 7. &
alij.

2 Sed quia Scotus, Archidiacon. Gemin.
Ioannes Andræas, Gabriel, Angelus, Za-
zi, & alij, quos improbat Ricciul. *ſuprà*
contrariam ſententiam docent, & ad par-
tes cum infinitis diſputet Ceuallos *in*
pract. quæſt. 735. ideo pro negatiua ſenten-
tia eſt gloſſa *in cap. Iudæorum* 28. *q.* 1. vbi
dicitur quod paruuli Iudæorum non poſ-
ſunt eripi à parentibus, & Baptizari illis
inuitis, & reluctantibus; quia ſi poſſent
eripi in proceſſu temporis, nullus eſſet
Iudæus in mundo; & ſic non adimplere-
tur prophetia Iſaiæ *cap.* 10. & Pauli *ad Rom.*
cap. 9. vbi habetur quod reliquiæ Iſraël
Sanctæ fient; quam gloſſam ſequuntur
Cardinal. Florent. & Marian. *hic*, & qua
ratione exiſtimat Ceuallos quòd permit-
tuntur Iudæi in pluribus Rebuſpublicis
Chriſtianis, vt adimpleantur ſcripturæ, vt
inſinuat nobis Clem. III. hic: *Statuimus*
vt nullus inuitos, vel nolentes Iudæos ad Ba-
ptiſmum venire compellat, & ibi. Chriſti fi-
dem habere non creditur, qui ad Chriſtia-
norum Baptiſmum non ſpontaneus, ſed inuitus
cogitur peruenire. Et aſſignat hic gloſſa ra-
tionem; quia nullus ad fidem cogendus
eſt, vt *in cap. ad fidem* 23. *q.* 5. *cap. Iudæis*
45. *diſt.* quia fides ex neceſſitate eſſe non 3
debet vt *in cap. quod autem* 45. *diſt.* Deus
enim diligit voluntarium militem *cap. non*
eſt 15. *quæſt.* 1. & ob id omnia iura ciuilia
& canonica diſponere vt nulla iniuria fiat
Iudæis, nullaque violentia vt in textu no-
ſtro, & *in leg. Chriſtianis Codic. de paga-*
nis.

Et quia in Baptiſmo requiritur volun- 4
tas propria ſiue interpretatiua per alios, vt
ſeruatur in Baptiſmo paruulorum Chri-
ſtianorum, *cap. paruuli de conſecr. diſt.* 4.
cap. majores *de Bapt. &* in comprobatio-
ne refert præter adductos alios plures, &
eumdem Angles tres de hoc referentem
opiniones.

Pro qua opinione allegat Ferretus *in* 5
conſ. 76. vt Concilium Toletanum 4. ce-
lebratum anno Domini, 681. ſub Hono-
rio I. Pontifice Maximo Regnante anno
3. Siſenando Rege Hiſpaniæ in Vrbe To-
letana; in verbis ibi: *Iudæi qui Chriſtianas*
Mulieres in coniugio habent admoneantur ab
Epiſcopo Ciuitatis illius, vt ſi cum eis perma-
nere cupiunt, Chriſtiani efficiantur; quod ſi
admoniti noluerint, ſeparentur; filij autem
qui ex talibus nati ſunt, fidem atque condi-
tionem matris ſequantur: ſimiliter, & illi,
qui procreati ſunt de infidelibus mulieribus,
& fidelibus, viris Chriſtianam Religionem
ſequantur, non Iudaicam ſuperſtitionem. Ex
quibus verbis inferunt DD. quòd ſi filij
infidelium ſequuntur conditionem ma-
tris, vel patris profitentium fidem Ca-
tholicam, quaſi ſecus ſi filij procrearen-
tur ab infidelibus ambobus, vt tunc inui-
tis parentibus non ſint Baptizandi cùm
non profiteantur fidem orthodoxam, ſed
Iudaicam. Et ob hanc rationem, ac alijs 6
fundamentis vt probet Diana *p.* 8. *infrà*
ſub verſ. ad ſecundam Reſ. 1. *tract.* 1. *in d.*
verſ. notandum, dum hac deciſione probat
filios infantes Hæreticorum, qui habent
parentes baptizatos poſſe illis inuitis bap-
tizari: ſic ex *Concil. Tolet.* 3. *cap.* 14. *& ex*
d. cap. 6. *Toletani Concilij* 4. *per textum in,*
cap. 2. *de conuerſ. infidel. & d. cap. Iudæo* 28.
q. 1. vbi cauetur expreſſe quod ſi mater,
aut pater ſit fidelis, debet filius imitari
parentem fidelem, atque ita poſſe Bapti-
zari; imo Valentia citatus à Diana refert
ex alijs Gregor. XIII. ſtatuiſſe vt paruulus,
qui non habebat patrem ſed auum pater-
num Baptizaretur ipſo cõſentiente, quam-
vis mater eſſet inuita.

Con

7 Contraria ſententia, quæ pia admodum viſa eſt eidem Ceuallos, præter jam adductos multi alij, ab eo relati eam defeoduot dicentes poſſe tales filios nihilominus Baptizari inuitis parentibus, ex eo quod patuulis ſufficit fides offerentium, nulla facta de fide parentnm meotione, ex *cap. parnuli de confecr. diſt.* 4. quia ſufficit patrinorum vel alicuius Chriſtiani vt *in cap.illud perſ. cauſtari, & cap. hi qui de conſecr.diſt.*3.oon eoim dicunt DD.hoc io caſu eſſe ineooſiderationem patriam poteſtatem, quia ſi Iudæi; & infideles aliquam habent in filiis, eſt tantum quoad temporalia, & non quoad ſpiritualia: ergo cum patuulus cenſeatur habere voluntatem præſumptam profitendi fidem, ſequitur vt non valeat Baptizari in ſola ſuſpicientium fide: verſus inter alia fundamenta probaot ex verbis *d. cap. Iudæorum* 28.*quæſt.*1; ibi: *Iudæorum filios vel filias ne parentum vltra inuoluantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputandos aut Monaſterys aut Chriſtianis mulieribus, aut viris Deum timentibus, vt ſub eorum conuerſatione, cultum fidei diſcant atque in melius inſtituti tam in moribus quam in fide proficiant.* Ex quibus inferunt quia cum ſine Baptiſmo in fide proficere nequeant; ſequitur vt fiot Baptizandi cum fine Baptiſmo fides non ſufficiat eo quod Baptiſmus eſt Sacramentorum janua, & hanc ſequitur idem Ceuallos legendus concludens hac de cauſa poſſe titulum, & dominium, quod ab antiquo Reges Hiſpaoiæ in Regnis Iodorum obtinuerunt propter cooueiſionem ad fidem eſſe inſtum quod intelliges iuxta diſtinctionem poſitam *quæſtion. præced. ſub cap. hoc.*

8 Sed cum jam *ſub dict. quæſt.*1. *art.* 1. dictum abſolutè ſit; & ſub ea quæſtione late Iudæos iouitos ad fidem compellendos non eſſe, vt cauetur *in d.cap. de Iudæis* 45. *diſt.* vbi ex Concilio Tolet. *cap.*56. ante refertur ſtatutum Iudæos inuitos ad fidem compellendos non eſſe, vt aliis etiam iuribus probant Soto *in* 4. *diſt.*5. *vnic.art.* 10. Fatin. *in fragm. Crim. p.*2. *tit.*1. *n.* 632. Suarez *de fide diſp.*18.*ſect.*4. & 5. Anton. Ricciul. *de iure perſonar. extra grem.Eccleſ. exiſt. libr.* 2. *capit.* 31. per totum. Thomas Sanchez *de matrim. lib.*7. *diſput.*29. *num.*4. Barboſa cum aliis *in d.cap. de Iudæis*, & per conſequens idem procedere in filiis Iudæorum, & infidelium; nam ex quo gloſſa *in d. cap. Iudæorum* 28. *quæſt.* 1. firmat Iudæos habere filios in poteſtate adhuc in Iudaiſmo permaoentes, ſicut habent Chriſtiani, vt per *not. conſ.* 620. *num.* 8. *in fine* Tyraquel. *de iure primogen.qu.*66 *num.* 2. Marquard. *de Iudæis cap.* 4. *num.*10. Pariſ. *conſ.*1.*num.*9. *lib.*4. Roland. *conſ.* 35. *à n.* 27. *lib.* 2. *verſ.illis ad Afflictis d. deciſ.* 151. *in princ.* Burſatus *conſ.*120.*num.*6. *lib.* 1. Viuian. *opinione* 392. *num.* 1. Maſcard. *de prob.concluſ.*944.*n.*14. Card. Tuſchus *verbo Iudæus concluſ.* 371. *à num.*25. Surdus *de alimentis tit.*1.*q.*18.*num.*6. Philip. Paſchal. *de patr.poteſt.p.* 1. *cap.*7. *num.* 4. Anton. Ricciul. *ſupra lib.*2. *cap.*29. *n.* 1. ſequitur vt ipſis Iudæis inuitis eorum filij infantes antequam ad anoos diſcretionis deueniant, non poſſint cogi ad Baptiſmum, ſicut etiam præter relatos in princ. reſoluunt Calderoo. *conſ.* 3. *de Iudæis* Viuianus *opin.*393.*à num.*1. Heſtaur *de Imperat. qu.*110.*caſu*315. Aſcao. *clem. de patria poteſt.effectu* 7.*num.*6. Molfeſius, Petrus Ledeſma Mutin. Henriquez Poſſeuinus Bonacina, Zambrã. & alij quos ſequitur Barboſa *in d.cap.Iudæorum.*

Limitant tamen nonoulli niſi patuulus ſit io extrema neceſſitate, & mortis periculo; quia tunc Baptizari poſſet præſertim ſecretò, & occultè; cum jam videatur parens moraliter amiſiſſe jus in filium, quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur: Suarez *tom.*1. *de Sacram. diſp.*25. *ſect.*3. *verſ.ex his autem*, Vazquez *tom.*2. *de Sacram. Baptiſ.diſp.*155. *capit.* 3. *num.*22. & *cap.*4.*num.*49. & limitant idem Suarez *ſect.*4. *verſ.dico ſecundo* & Vazquez *cap.* 4. *num.* 46. ſi infideles fiot ſerui Principis Chriſtiani, vel alterius particularis; quia tunc eius filij licitè poſſunt Baptizari inuitis parentibus, eo quod Domini tenentur ſua mancipia Baptizare, & Chriſtianæ educare: Sarez *dicta diſp.* 25. *ſect.* 6. Ægid. Conink. *de Sacram. quæſt.*68. *n.* 87. Henriquez *in ſumma lib.*1. *de Baptiſmo cap.*25. Acoſta *de procur. Indor.ſalute, lib.*6. *cap.*3. *pag.* 574. Cardinal. Toletus *in ſumma lib.*2. *cap.*21. *num.* 3. Viuius *lib.* 2. *opin.* 151. Marquez *in gubern.Chriſt.lib.*1. *cap.*2. *pag.*8. Nald. *in ſumma verb. Baptiſmi q.* 6. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ.capit.*658. Azor *inſtitut. Moral. part.*1.*lib.*8. *cap.*25.*q.* 11. Lorca *in* 2. 2. *D. Thom.diſp.*37. latè & eleganter D. Ioan. Solorzano *de iure Indor.lib.* 2. *cap.*17. *à num.*23. Ludouicus de Tortez *de fide diſp.*53. *art.*12. *dubio* 2. *col.* 648. & alij.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem an Pontifex poſſit præcipere vt infantes filij hæreticorum, & apoſtatarum baptizentur, inuitis parentibus. Vbi quid de filiis in

infidelium: igitur quoad filios hæreticorum, & apoſtatarum infantes, videtur ingenuè dicendum poſſe iſtos Baptizari abſque voluntate ſuorum parentum; quia cùm iſti parentes, & ſi hæretici ſint Baptizati, & ſic ex gremio, aut intra gremium Eccleſiæ, ſicut ſunt cœteri Chriſtiani hoc eſt ſubjecti jùriſdictioni Eccleſiæ ſpirituali, ſequitur quòd ſicut cœteri infantes Chriſtianorum debent Baptizari, ita, & filij hæreticorum ſchiſmaticorum, aut illorum, qui penè per apoſtaſiam à fide receſſerunt, ſi in poteſtatem Eccleſiæ veniant, debeant Baptizari, etiam inuitis parentibus, & contradicentibus:

11 Tum quia Eccleſia poteſt ipſoſmet parentes compellere vt veram profiteantur ac ſeruent fidem, & ex hoc compellere, vt offerant ſuos filios ad Baptiſmum: deinde, quia Eccleſia habet directè poteſtatem ſuper ipſos infantes, qui naſcuntur ex parentibus Baptizatis, atque ideo ſibi ſubditis, docent Huttado *de Sacram. Baptiſ. diſputat.* 3. *diſ.* 4. Præpoſit. *in* 3. *part. D. Thom. quæſt.* 68. *art.* 10. vbi omnes expoſitores.

12 Quod dicunt intelligi Granado *de Sacram. contr.* 4. *tract.* 4. *diſputat.* 5. *ſect.* 3. *num.* 17. Suarez *diſputat.* 25. *ſect.* 5. §. *hæc argumenta*, Auerſa *tract. de Sacram. Baptiſmi quæſt.* 68. *ſect.* 7. idem Suarez *diſp.* 24. *ſect.* 5. Ægid. Conink. *hac quæſt. art.* 10. *num.* 81. Hojeda *de Baptiſmo part.* 7. *dubio* 3. *num.* 8. dicentes quòd ſi fortè contingat ipſis parentibus hæreticis diſplicere Baptiſmum, (quod poſſibile eſt in rebus humanis) ſi paruuli ab eorum conſortio & conuictu ſepararentur, tunc non licere illos Baptizare ne cum adoleuerint decipiantur, & auertantur à parentibus, cum in hoc caſu Baptiſmus cederet in detrimentum Chriſtianæ Religionis, foretque ad id dare Sanctum canibus vt illum conculcent, & contumeliis afficiant; poſtea inquam tales filij impijs cæremoniis, & doctrinis apud ſuos imbuerentur contra dignitatem, & reuerentiam Baptiſmi.

13 Sed quia Lugo videndus *de fide diſp.* 21. *ſect.* 2. *à num.* 20. bene loquens Layman *in Theologia morali lib.* 5. *tract.* 5. *capit.* 6. *num.* 12. Diana *part.* 3. *tract.* 4. *Reſ.* 7. idem *part.* 8. *tract.* 1. *ſub Reſ.* 1. legendus ex relato Auerſa, videantur nihilominus filios tales etiam inuitis parentibus Baptizari debere, tum quia ſi ante vſum rationis decedant, ſaluabuntur; tum quia fortè ad tempus inuincibili ignorantia poterunt excuſari; dum prauis doctrinis imbuentur; tum quia fortè facilius ad veram fidem redibunt ſi ſcirent, ſe fuiſſe à Miniſtro Catholico Baptizatos; ex qua ſpè dicunt poſſe permitti oppoſitum periculum irreuerentiæ, dum jam Eccleſia habet jus tales filios parentum ſibi ſubditorum Baptizandi, & confirmat Diana *ſub d. part.* 8. *quæſt.* 1. *verſ. notandum* vbi confirmat ex relatis jam hic ſub verſ. *pro qua opinione*.

Et ita mihi aptius videtur loqui Hurtad. Præpoſ. Lugo Auerſa, & alij, ex limitationibus etiam quas poſui hic *ſub verſ. limitant* ob quæ dico quòd, etſi Pontifex ſummus non habeat auctoritatem inſtituendi Sacramenta, vel quoad ſubſtantiam mutandi iuxta quæ adduxi *ſub Rubrica de Sacram. non iterandis*, aliquid *ſub. Rphr. de tempor. ordin.* vt dicunt Amicus *in curſu Theolog. tom.* 8. *diſp.* 18. *n.* 1. *ſect.* 1. Cardin. Lugo *de Euchariſtia diſp.* 19. *ſect.* 8. *n.* 112. Perez *de Sacram. Matrim. diſp.* 21. *ſect.* 1. *n.* 1. & alij dicunt tamen eſſe in Pontifice auctoritatem ſtatuendi, vel mutandi, quæ ſalua Sacramentorum ſubſtantia, & ſuſcipientium vtilitati, & ipſorummet Sacramentorum venerationi pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire judicauerit, vt iiſdem diffinit Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. & ob id poſſe præcipere, vt infantes hæreticorum, & Apoſtatarum Baptizentur inuitis parentibus ex jam adductis ſed non ſic facile ſi parentes eſſent Iudæi infideles, atque pagani, cùm iſti nondum intrauerint per Sacramentum Baptiſmi Eccleſiæ januam, ſicut parentes hæretici, & Apoſtatæ. 14

Ad tertiam quæſtionis partem quiddicendum de infidelibus politicè ſubditis Principibus Chriſtianis, in quo ſunt diuerſæ opiniones, negatiua D. Thomæ *in* 3. *p. qu.* 68. *art.* 10. ibi eius expoſitores communiter; affirmans Scoti *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt.* 9. Gabriel *q.* 2. *art.* 3. *dubio* 5. & ex modernis Gulielmus Eſtius *in* 4. *diſt.* 6. §. 2. & Petrus Lorca *in* 2. 2. *D. Thomæ quæſt.* 10. *art.* 12. *diſp.* 37. *concluſ.* 2. qui dicunt Principes Chriſtianos tanquam Dei miniſtros poſſe cogere ſubditos ad legum diuinarum obſeruationem, & proinde compellere etiam infideles vt prolibus ſuis Baptiſmum procurent, & ſi negligant poſſe eos punire abſtractione prolium, & Baptiſmi procuratione, & quia ſi Pater infidelis vellet filium occidere, poſſet ex conſenſu Principis filius à tali periculo libe- 15

libetati, & ſi neceſſarium eſſet de patris poteſtate illum eripere, & idem poſſe Principem ſi viderit filium à patre prauis motibus inſtrui, & malè educari; quia ad Principem ſpectat abuſum patriæ poteſtatis in filios corrigere, & emendare; ergo cum infantes dictorum non Baptizatorum ſint in manifeſto periculo infidelitatis, quando adulti fiant, ſintque in peccato originali, parentesque nolint eos ſubuenire, ſed volunt eos in morte originalis perſeuerare, & eos iterum morte infidelitatis occidi, ſi adulti fiant, videtur vt Princeps, & quilibet alius ex conſenſu ipſius poſſit infantes dictorum adhuc inuitorum licitè à patria poteſtate eripere, eoſque Baptizare.

16 Tamen ex jam dictis hic *ſub verſ. ad primam*, & *ſub quæſtion*.1. exiſtimo, cum Diuo Thoma, & eius ſchola, vt nun poſſit; quia Eccleſia nunquam prócurauit infantes infidelium ſubditorum Principibus Chriſtianis Religioſiſſimis hoc modo Baptizari; cum tamen facile poiſſet hoc eis perſuadere, quod eſt ſignum Eccleſiam nec in ſe, nec in Principibus Chriſtianis hanc poteſtatem agnoſcere, & judicare non expedire cum Potentiſſimi, & piſſimi Imperatores facilè potuiſſét occurrere incommodis ſic, & ex aliis rationibus jam adductis docent etiam Præpoſitus *in 3 par. D.Thomæ quæſt. 68. artic.* 10. *dubio* 2. *num*.49. Granad. *de Sacram. d. tract*. 4. *diſput*. 5. *ſect*. 3.*n*. 10. Hurtado *de Sacram. Baptiſmi diſput*. 3. *diſſer*. 4. Amiens *in curſu Theologico tom.7.diſput*.11.*ſect. 3. à num*.121. quod limitari credo ſecundum dicta *ſub verſ. ad primam hic verb. limitante*: imò & quia Præpoſitus *ibi ſuprà num*. 50. dicat licere Principibus filios eripere à parentibus ſuis infidelibus, propter atrocia crimina contra legem naturalem, vel iuſtas leges Principis commiſſa, & ob id poſſint illa ſeu ſi mali, grauí pœna affici tamen ipſe, & refert Diana *d. part*. 8. *tract*. 1. *Reſ*. 1. *verſ notandum*: dicunt hoc magna cum circunſpectione exercendum, quia ſi parentes infideles metuerent criminoſi, ea de cauſa filios ab eis eripiendos fore, fortè illos occiderent in quo poſſet verſari maxima injuſtitia, & grauiſſimum inconueniens.

17 Ad aliud dubium quid de filiis infidelium mancipiorum ſit dicendum, an poſſint illis inuitis Baptizari, & ex regula generali negant Capreolus *n*. 4 *diſt*. 5. *qu*.1 *art*.3. Matſilius *q*. 4. *dub*. 7. Cajet. *qu*. 68. *art*. 10. & Catherinus *in opuſculo de pueris Iudæorum recipiendis ad Baptiſmum*, dicentes tales infantes filios non Baptizatorum ſeruorum, ſeu mancipiorum non poſſe à Dominis, nec ex eorum licentia licitè Baptizari inuitis parentibus, quia infantes ſubditi ſunt parentibus, quoad educationem, & iure diuino, quoad Baptiſmum, & ſalutem ſpiritualem, dicentes quod ijs non valet derogare jus ciuile ex quo ſolo conuenit poteſtas in ſeruos, imò quod notaretur Eccleſia, ſi infantes baptizaret violenter contra voluntatem parentum.

Sed in hoc caſu videtur contrarium dicendum, quia in primis licitum eſt Dominis ſeparare parentes à filiis illos vendendo, aut alia ratione vtendo iure dominij, & quòd perindè ſe habent, ac ſi parentibus fuiſſent orbati, præcipuè quando adeſſet periculum ſubuerſionis, non enim dicunt DD. illicitum eſſe Dominis vendere ſeruos infideles, hac intentione, vt ſeparētur à filiis, licereque iſtos baptizare cùm in hac re vtantur jure dominij, ordinentque in honeſtum finem, nempè ſalutem puerorum. Et quod eadem, ſi in iuſto bello capiantur; huiuſmodi infantes, ac proinde omnino à parentum cura ſeparentur, poſſint Baptizari illis inuitis: ita docent Præpoſitus *ſuprà in* 3. *p. qu*. 68. *dub*. 3.*n*.51. Hurt. *diſ*. 3. cum Soto, Durando, Vazquez & Conink, quibus addit Diana *ſuprà in fine d. R*.1. hanc ſententiam ſequendo Valentia, Suarez, & alios quos ſequitur Granad. *de Sacram. controuerſ*.4. *tractat*. 4. *diſputat*. 5. *ſect*. 4. *numer*. 21. 18

19

Sed quia idem Diana hoc admittit dummodo à parentibus filij ſeparentur, non ſi cum illis maneant vſque ad adultam ætatem, non liceret eos Baptizare contra parentum volontatem; quia licet parentes ſint ſerui quandiu tamen filij manent cum illis, non poſſint priuari poteſtate, quam erga filios habent, cùm in ipſa natura fundamentum habeat, ſequitur vt prima ſententia in ſuo genere ſit verior, per *ſuprà* relata in principio huius quæſtionis: nam ex quo eos haberent, non obſtante ſeruitute, in poteſtate *ad illos* ſpectaret proſpicere bono filiorum in humanis, & Diuinis; ac proinde eis irrogaretur iniuria, ſi Eccleſia infantes iſtos baptizaret, quique poſſent facilè peruerti, cùm primùm attingerent rationis vſum, & ſic eſto iure Dominij poſſit Dominus ſeruos vendere, filioſque eorum 20

ſeparare, & hac ratione Baptizare; tamen hoc erit juxta ſecundam ſententiam per quandam limitationem primæ ſententiæ.

21 Ad quartam quæſtionis partem, an Iudæus Baptizatus per vim cauſatiuam, vel conditionatam, recipiat Characterem? dico quòd, quando vis eſt præciſa, vt quia ligatis manibus, & reclamans mergeretur, tunc procedat concluſio adducti jam *cap. de Iudæis diſt.* 45. de quo hic ſub *verſ. ad primam:* quia tunc ſic Baptizatus, nec characterem recipiet, *ex gloſſa verb. abſoluti in cap. contra Chriſtianos de hæretic.* tamen, ſi vis fuerit *cauſatiua*, vel *conditionalis*, eius deciſionem limitari: nam tunc Baptizatus recipit characterem cùm talis voluntatem nihilominus habeat *ex capit. merito* 15. *quæſtion.* 1. & per multa, quæ dixi *de iuramento meticuloſo in capit. verum, & in capit. vero de iuretur.* & ad dicta de charactere imprimendo, *ſub tit. de Sacram. non iterandis,* videndi ſunt Abbas *in cap. majores, de Baptiſmo §. item quæritur num.* 3. vbi plura DD. Azeuedus *in l.* 5. *cum ſequenti tit.* 1. *lib.* 8. *Recopil.* Barboſa *in dict. cap. de Iudæis, num.* 2. Pariſ. *conſ.* 2. *libr.* 4. *à numer.* 17. Marquarius *de Iudæis cap.* 2. *num.* 5. *verſ.*

22 *& prædicta procedunt & num.* 7. *&* 8. Vbi bene declarat quando vis dicatur præciſa, & quando cauſatiua vel conditionalis Decianus *in tract. crimin. lib.* 5. *capit.* 14. *num.* 1. vbi vim cauſatiuam exemplificat quando quis minatur Hebræo aliquod damnum, niſi ſe Baptizauerit.

23 Secundò limitant DD. ſi Iudæus ſua ſponte petat Baptizari, & deinde pœniteat, & nolit Baptizari dicunt Marquar. *de Iudæis p.* 3. *cap.* 3. *n.* 1. Anton. Ricciul. *de iure perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 2. *cap.* 31. *n.* 26. vt poſſit nihilominus compelli

24 ad Baptizandum ſe. Et tertiò, ſi Iudæi illatam vim in Baptiſmo patientes per longum temporis ſpatium, non contradicendo approbauerunt, etiam per actus poſitiuos, gerentes ſe pro Chriſtianis quia tunc non obſtante præcedente vi illata, Characterem recipiunt: Pariſius *d. conſ.* 2. Farinac. *in fragm. crimin. p.* 1. *lit.* 1. *num* 634. Marquarius *dict. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. *ante medium verſ. & prædicta procedunt* de quibus, & aliis plura Doctores *in dicto capite majores de Baptiſmo.*

25 Ad vltimam quæſtionis partem, an pro voluntate Principis Chriſtiani poſſint Iudæi ex proprio territorio expelli? & repetitis aliquibus poſitis *ſuprà ſub capite 6. & hic ſub quæſtion.* 1. licet Marquard. *de Iudæis p.* 1. *capit.* 6. *numer.* 3. illud poſſe Principes doceat; vetius tamen Barboſa *hic num.* 4 cum Chriſtophoro de Paze, Corſeto, Socin. Herme. Pariſio, Oldroado, Corſeto, & aliis, dicunt quòd ex poteſtate ordinaria, & rationi regulata, nequit Princeps ex ſola eius voluntate eijcere ex ſuo territorio & ditione Iudæos pacificè, & bene viuentes cum aliis Zenedo *ad decretal.* 15. *num.* 2. *& collect.* 83. *numer.* 3. Anton. Ricciulus *in tract. de iure perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſt. libr.* 2. *capit.* 52. *à princ.* At ſi ad- 26 eſſet iuſta cauſa eijciendi Iudæos, vt ſi periculum, vel ſcandalum immineret in terris Chriſtianorum, aut ſi ipſi Iudæi machinationes & enormia contra fidem præpararēt, & ſimilibus; tunc eos expellendos fore nec tolerandos; quia cùm abutantur gratia, priuilegium amittere merentur, tanquam ingrati, vt citati docent, & Cardin. Tuſchus legendus *litter.* 1. *verb. Iudæus concluſ.* 371. *num.* 58. Farinac. *in fragm. cap.* 2. *lit.* 1. *numer.* 614. Ricciulus *dict. capite* 51. *à numer.* 9. vbi percurrit, ac recenſet iuſtas cauſas eijciendi Iudæos: Barboſa *hic numer.* 5. vbi quod expulſi fuerunt Roma, ex Francia, Sabaudia Anglia, & ex noſtra Hiſpania 40 v. tempore Ferdinandi, & Eliſabeth, vt jam *ſuprà* dictum eſt.

QVÆSTIO III.

An Chriſtiani auertentes Iudæos ab auditione Euangelij puniantur? Et an optio detur reo in pœnis alternatiuè poſitis, &c.

SVMMARIVM

1 *Chriſtiani auertentes Iudæos ab auditione Euangelij, excommunicantur, aliiſque pœnis plectuntur arbitrariis.*

2 *Elymān conatus à fide proconſulem auertere cæcitate à Paulo percuſſus fuit.*

3 *Pœna cumulatiua antiquis adjecta imponi ſolent reo in eas incurrenti; ſecus ſi per poſteriores ſublata ſint veteres, vt n.* 4.

4 *Pœna*

4 *Pœna nouæ locum habent tantum priuatiuè quam ipſa, impoſita ſint antiquis caſſatis, & quid quando non apparet de caſſatione illarum n. 5.*

Vbi de tribus modis dicendi, & quid ſi ſtatuto municipali diuerſa pœna imponatur, quam de iure impoſita eſt ſletar, ſub n.6.& 7.

6 *Ciuitates habent ius condendi ſtatuta municipalia per ſe, aut Principis conſenſu.*

7 *Optio pœnæ quando ſit in iudice, quando vero in reo.*

1 AD primam quæſtionis partem, quia iam ex Bulla Greg. XIII. quæ incipit; *Sancta Mater*, de qua hic ſub *q.1.* dictum eſt, Iudæos compelli poſſe ad audiendum Sanctum Euangelium, & in contextu dictæ Bullæ, quem refert Scortia *de conſtit. Pontif. Epitom.* 136. *Theorem.* 352. *in fine per verba* §.3. ibi. *ſi quis autem Chriſtianus eos ab hoc auerterit, etiam indirectè, & impediuerit excommunicationis ſententia ſit eo ipſo ligatus, & alijs pœnis plectatur:* Ex quibus verbis idem Scortia *ibi in fine d. Theor.* 352. ait non ſolum excommunicatione, ſed alijs etiam pœnis arbitrariis puniendum eſſe merito, cum id ſit illos Iudæos priuare optimo ſalutis illorum medio. Et imitetur Elyman Magum
2 conantem *Actor.* 13. a fide proconſulem auertere, cæcitate à Paulo percuſſum, quod etiam Iudæis ipſis facere vetuerit idem Greg. XIII. *conſtit.* 70. de quo idem Scortia egit *Epitom.* 132.

Ad ſecundam quæſtionis partem, quia Barboſa *hic n.* 6. *ex gloſſa verb. aut excommunicationis* notat cum alijs quod in pœnis alternatiue impoſitis, optio datur reo, ex ſimili gloſſa *in cap. fraternitatis 34. diſt. & in cap à crapulâ de vita, & honeſt. clericorum*, & quod indiſtincte acceptum non eſt, & altius quàm ipſe, placuit nobis hoc dubium longius tractare, ex verbis textûs noſtri, quibus DD. mouent *ibi: ſi quis autem huiuſmodi decreti tenore cognito* (quod abſit) *contraire præſumpſerit honoris, & officij ſui periculum patiatur ſaui excommunicationis ſententia plectatur:* ideo per certas concluſiones hoc explicandum cenſeo. Prima, nam ſi per poſteriores leges pœnæ ſunt impoſitæ delicto ab eis diuerſæ, quæ prioribus legibus erant conſtitutæ, ea mente, vt noua pœna adiungatur veteri, & vt noſtri interpretes loquuntur *cumulatiuè*; tunc aduerſus delinquentem, omnes pœnæ tam veteres quàm nouæ ſint exequendæ, & conſtituendæ, iuxta terminos *leg. placet 5. Cod. de Sacrament. Sanct. Eccleſ.* ibi: *ſi quis contrauenerit poſt debita vltionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos promenda eſt exilio deportationis perpetuo ſubdatur.* ſed *in l. cum 18. Cod. de furtis* ibi: *præter pœnam olim ſtatutam:* Item *leg. 4. Cod. de ſepulchro violato* ibi: *Quæ pœna priſca ſeueritati accedit: cap. 1. de ſent. & Re iud. lib. 6.* ibi: *Saluis alijs conſtitutionibus quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas ingerunt & infligunt.*

Secunda eſt, vt quoties poſterioribus legibus nouæ conſtituuntur, aliis ſublatis, quæ antiquis legibus continebantur, & vt noſtri loquuntur *priuatiuè*; tunc nouæ pœnæ locum habeant, antiquæ verò ceſſent, in iſtiſque terminis loqui *leg. 1. ff. ad l. aquiliam.* ibi: *Lex aquilia omnibus legibus, quæ ante ſe latæ ſunt de damno, & iniuria derogauit.* Et *l. 5. ff. de term. moto* ibi: *Terminorum auulſorum non mulcta pecuniaria eſt, ſed pro conditione admittentium coercitione tranſigendum eſt:* mulcta pecuniaria imponebatur ex lege agraria, vt *in l. 3. ff. eodem*; item *l. qui cum in vno*, §. *qui poſt deſertionem, ff. de re militari in verſ. nam, & qui.*

Tertia, vt quoties lex poſterior nouam pœnam imponit, nec apparet verum *cumulatiuè*, vel priuatiuè, tunc dubium eſſe, quæ ſit pœna eligenda; in qua parte non eſſe eandem ſententiam patet; ſiquidem aliqui per gloſſam *in cap. de cauſis, in verſ. certa de offic. deleg.* meliorem eligendam eſſe exiſtimarunt; quia pœnæ interpretatione ſunt potius molliendæ quàm exaſperandæ, *cap. pœna de pœnit. diſt. 1. l. interpretatione ff. de pœnis.* Alij verò iudicis arbitrio id committi dixerunt, per *textum in cap. quoniam frequenter*, § *fin. vt lite non conteſt.* ibi: *Ita videlicet quod alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, Iudex à principio ſit contentus*, & *ex l. quoties, ff. de actionibus, & oblig.* ibi: *Si ex eodem facto duæ competant actiones, poſtea potius iudicis partes eſſe, vt quod plus ſit in Reliqua actione, id actor ferat, ſi tantumdem, aut minus id conſequatur*; & *ex textu noſtro* in verbis iam relatis. Alij vero circa hanc concluſionem docuerunt poſteriores leges eſſe ſequendas; & ideo eam pœnam imponendam, quæ poſteriori lege continetur; & circa hanc tertiam concluſionem iſte modus dicendi videtur verior cæteris cum non ſit

nouum vt priores leges ad poſteriores trahantur leges, id eſt, corrigantur ſuppleantur, ac determinentur per *l. non eſt nouum ff. de legib. l. vltima Cod. de conſtitution.*

Quarta concluſio eſt, vt quoties alia pœna lege communi conſtituta eſt, alia verò iure municipali, vt ſunt ſtatuta ciuitatum; quòd tunc pœna iuris communis ſublata cenſeatur; dicunt multi; quia ex quo municipalis lex imponit pœuam, ſupponitur eam ibi ſeruandam, & imponendam; quia ſi valet huiuſmodi ſtatutum, illud eſt ſeruandum tanquam jus proprium ipſius ciuitatis; habent enim ciuitates ius condendi ſtatuta municipalia, vel per ſe, aut Principis conſenſu, accedente eius confirmatione, quarum legum municipalium mentio habetur *in l. 1. Cod. de emancip. liberor. in l. Antiochenſium ff. de priuileg. credit. l. prohibere ff. quod vi, aut clam, l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor. l. an in totum, Cod. de ædific. priuatis, l. item eorum 1. ff. quod cuiuſque vniuerſit.* & ſic poſt multa Faquineus reſoluit *ex leg. omnes ff. de Iuſtitia, & iure*; quia per ſtatutum municipale, & conſequenter à iure communi diſceſſum videri dicit, cùm potius ſit ſtandum tunc pro pœna ſtatuentium; ſic etiam Clar. *in § fin. quæſt. 35. verſ. debet etiam*, Alciatus *conſ. 745.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem. 9. num. 339.* Decius *in d. cap. de cauſis de officio deleg.* & ſatisfacit Faquin. *lib. 9. cont. cap. 1.* omnino legendus ex Cujacio, Abbate, Antonio Gomez, & aliis, *l. fin. Cod. de nouat. l. 3. §. Diuus, ff. de ſepulchro violato, l. præcipimus ff. de appell. & oblig. l. Arriam Cod. de hæret. l. 4. Cod. de ſepulchro viol. l. 3. ff. de libero homine exhibendo*, quibus Angel. Aretin. Bart. Abbas, & alij dixerunt non ideo abrogatam eſſe pœnam juris communis.

Et ſic declarando idem Faquineus ex verbis textus noſtri gloſſam hic dum dicit iuxta tertiam concluſionem relatam, id eſſe in opinioue judicis, dicit hoc teſtimonium nihil mouere; quia textus noſter id non dicit quod Gloſſa; & præterea quod loquitur de pœna alternatiuè impoſita ab eadem lege, non cùm diuerſæ pœnæ ex diuerſis legibus imponuntur, quibus concluſionibus intelliguntur multi, quos Barboſa hic adducit *num. fin.* diſtinguendo, quòd ſi verba legis pœnas alternatiuè ignorantis, ad Iudicem referantur, tunc ſit *cap. ſine electio*, quod ſi reum inſpiciant, tunc ſit rei electio multis comprobans juribus, & DD.

AD TEXTVM

In capite quam ſit, X. hoc titul.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Prædicatores miſſi ad prædicandum contra infideles, poſſunt veſci de cibis, qui ab ipſis apponuntur eis.*

2 *Religioſi quilibet habita Prælatorum ſuorum licentia poſſunt gentibus annunciare Euangelicā veritatem idem de Clericis.*

3 *Religioſi ſine patentibus literis ſe conferentes ad terras infidelium, vt prædicent tanquam Apoſtatæ plectuntur, ex conſtit. Ioann. XXII. & carceri mancipantur num. 4 5. & 6. vbi de prædicandi munere, & num. 9. quod miſſi ad prædicandum debent ire ſine mora, n. 8 9. & 10. vt prædicare tantum valeat examinatus &c.*

1 De prædicatoribus laïcis prohibendis *infra in cap. ſicut in vno 14. de hæreticis*, dicitur quatenus ad indulgentias eorum, qui paganis prædicant hic agit Pontifex Clem. III. prima, vt poſſint veſci ſic miſſi ad prædicandum, de cibis ſeruata temporum qualitate, cum modeſtia, & gratiarum actione, qui ipſis ab infidelibus apponuntur; & hoc quia ex cauſa neceſſaria & fidei multum vtili, apud illos commorabuntur in eorum conuerſionem, juxta quæ dicta ſunt *ſupra ſub capit. t.* vbi de hac parte textus dictum eſt etiam.

Secunda *in verſ. inſuper*, quatenus indulget, vt quicumque Religioſi, ſeu Clerici idonei ad annunciandam gentibus Euangelicam veritatem requiſita, & habita prælatorum ſuorum licentia, valeant exequi liberè ex Apoſtolica facultate; quâ cum eſſet conceſſum N. Epiſcopo prædicaturo Euangelium paganis in partibus vltramarinis, ſibi data fuit facultas, vt ſocios etiam haberet, quemcumque clericum, ac Religioſum idoneum, ad fidem prædicandam, qui ei adhærere vellent; appoſita inquam clauſula illa: *ibi requiſita & habita prælatorum ſuorum licentia*; vti 2

ad

ad ordines etiam prærequiritur, *in capit. ad aures de tempor. ordin.* ſicut ad miniſtros altaris dicitur, vt non peregrinentur, ſine licentia Epiſcopi, vt *in cap.* 11. *de conſec. diſt.* 5. *ex gloſſa ibi*, juxta quæ dixi latè *de clericis peregrinis.*

3 Quare Pontifex Ioann. XXII. *in conſtit. edita anno* 1325. quæ incipit: *Ad noſtrum* prohibuit optimo iure ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ Religioſis, vt ſine ſuperiorum licentia, & patentibus litteris ſe transferrent ad partes infidelium, & vt qui ſine illis reperirentur tanquam apoſtatæ capiendi, ſic vt nec à prælatis admitterentur ad prædicationem & diuinorum officiorum prædicationem; cuius Bullæ expeditæ cauſa fuit, quia multi Religionis habitum geſtantes, moribus corrupti, & deprauati ſermonibus, & ſecretis colloquutionibus ſuis, contra Eccleſiæ Romanæ conſtitutionem in infidelium partibus in ſimplicium Chriſtianorum cordibus ſcandala generabant, ſuſpectique erant de hæreſi; quare Pontifex id decreuit, ſicut antea jam cautum erat, *in cap.* 2. *& extrauag. com. de Regular. & tranſ. ad Religionem*, qui volens obuiare periculis, vetat ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ, religioſos tranſmigrare in partes tranſmarinas ſine ſuorum ſuperiorum licentia, in patentis litteris; argumento eorum, quæ etiam dixi de fide litteris Epiſcopi præſtanda, ſub *cap.* 7. *de probation.*

Igitur ex dicta Bulla Ioannis quam expendit Scortia *in conſtit. Pontific. Epitom.* 23. *Theorem.* 64. puniuntur transgreſſores excommunicatione reſeruata, & ſecundo habentur pro apoſtatis à ſuis ordinibus, & ſunt ab ordinariis mancipandi carceri, donec conſtet de habita licentia illorum ſuperiorum, vt etiam de omnibus religioſis ſine ſuperiorum patentibus litteris iter agentibus, ſtatuit Sixt. V. *Bulla* 73. §. 7. quæ incipit: *Cum de omnibus*; Tertiò ſi illic de Sede Apoſtolica obloquantur, ſunt ab ordinariis compeſcendi non ſecus, ac ſi eſſent illorum ſubditi; quarto, vt non admittantur ad officium prædicationis, quippe cùm nemo abſque licentia ſibi poſſit aſſumere munus prædicandi ex decreto Innocent. *de haret. infra cap. excommunicationis* 13. §. *quia*, Concil. Later. *ſub Leone X. ſeſſ.* 11. & Concil. Trid. *ſeſſ* 5. *cap.* 2. *de reform. & ſeſſ.* 24. *cap.* 4. Barboſa *hic n. fin.* late in dictis locis Trid. & ſub *allegat.* 76. *à num.* 2. *in paſtorali.* Quintò vt non permittantur celebrare, cum non conſtet de ordinatione, aut vitæ moribus, iuxta conſtituta à Syluestro Papa *in cap. nullus diſt.* 98. & ab Alex. III. *de clericis peregrin. in cap. tua*, vbi dictum eſt, & ab Innocent. III. *ibidem in cap. inter, & cap. tua* & à Trid. *ſeſſ.* 22. *cap. de vitand. & ſeruand. in celebr. & in ſeſſ.* 23. *cap.* 16.

Et extat etiam alia Bulla 56. Pauli V. 4
de miſſis ad prædicandam fidem ad Indos, vt recta via eo ſe transferant, nec vt morentur in itinere abſque ſuperiorum licentia, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ; cuius meminit idem Scortia *ſub d. Theorem.* 64. latiùs de illa agens *Epiſtol.* 165. de qua dixi *ſub d. tit. de cleric. pereg.*

Et ſic optimè Innocent. III. *in conſtit.* quæ incipit *ea eſt*, carpit illos, qui à nemine miſſi, temerè ſibi prædicationis officium vſurpabant; & hoc quamvis eſſent laici, id eſt, nullo Eccleſiaſtico ordine initiati, vt etiam fit *in cap. ex iniuncto d. cap. excommunicamus*, §. *quia, & in Bulla* 3. *Greg. IX. & in cap. ſicut, in vno de haret. & in cap. quicumque, Cod. tit. lib.* 6. nec *in Bulla* 2. *Nicol. III.* §. 29. & Innocent. IV. *conſt.* 9. §. 31. impoſita contumacibus excommunicationis pœna, & *l. nemo Cod. de ſummâ Trinit. & Fide Cathol.* & ne ſcilicet ſpecie pietatis palliaretur impietas optimo iure procedit, cum Apoſtol. *ad Rom.* dicat: *quo modo prædicabunt niſi mittantur.*

Et quod prædicatio dicatur officium 5
priuilegiatum, eſt textus *in cap. quod Dei timorem de ſtatu Monach.* vbi gloſſa cum nullus prædicare debeat, qui non ſit examinatus, & approbatus, *cap. oportet* 8. *q.* 1. *& cap.* 1. *diſt.* 43. & Concil. Later. ſub Leone X. *ſeſſ.* 11. ſunt videndi Scort. *in conſt. Pontific. Epiſtol.* 6. *Theorem.* 13. S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 12. *c.* 1. §. 2. Nauar. *in man.* 11. *n.* 25. Caiet. 2. 2. *q.* 18. *art.* 7. *& in ſumma verb. diſp.* Angel. Sylueſt. & Armilla *verb. diſp.* Azor *lib.* 8. *inſtit. moral. tom.* 1. *cap.* 26. *quæſt.* 1. Simanc. *de Cath. inſtitut. tit.* 49. Pegna *in direct. inquiſit.* & videndæ ſunt iterum Greg. IX. *in conſtitut.* 3. & Innocent IV. *in conſtitut.* 18. & quia infinita poſſunt hic applicari, quæ nouiſſimè tractat, & longè Berricel. de miſſis ad prædicandum ad partes Indor. ideo ipſum leges diuerſis in locis, ex quibus integrè textus iſte valet extendi, & explanari *in libr. de miſſionibus Apoſtolicis, ibi ſub tractat.* 13. vbi agit de iuſta Indorum Regum debellatione virtute donationis Alex. VI. *& tr.* 14 *&* 15. *ac* 16. de facultatibus miſſorum latiſſimè.

Ad alia de prædicatoribus,& de licentia ipſi præſtanda, examine præmiſſo, etiamſi prædicare apud infideles non intendant *infra ſub d. cap.* ex iniuncto, & aliis jam citatis de hæret.

AD TEXTVM

In capit. Significauit, XI. hoc titul.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Tranſituri ad Sarracenos pro redimendis captiuis, debent iurare quod non afferent in ſuis mercibus aliquod commodum: & quod ſint excommunicati vehentes merces prohibitas tempore treugæ n.2.*

1 TExtvs iſte abunde expenditur per dicta *ſupra in cap. ita quorumdam 6. hoc tit.* & per dicta *in capit. quod olim 12. & in cap. ad liberandum 17. infrà*, cum quo ponat tres concluſiones: prima, vt tranſeuntes ad Sarracenos pro redimendis captiuis debeant iurare coram Epiſcopo ſe non laturos in ſuis mercibus, & alio modo, quod erit commodum, & ſubſidium Sarracenis extra articulum redemptionis; eſt dictum *ſub d. cap. 6.* vbi *q.1. verſ. ad quartam*, & *verſ. ad quintam* ad alia *ſub q.2.*

Secunda vt qui tempore treugæ deferunt merces prohibitas Sarracenis cauſa lucrandi, ſunt excommmunicati, ſic qui mittunt per nuncios ibi; *ſub d. capit. 6.* Vnde Barboſa ex Thom. Sanchez *de matrim. lib.3. diſp.49. n.2. ad verſ.* hic *merces eis* per nuncios, mouet illam quæſtionem, an cenſura lata in admittentem aliquod delictum, liget mandantem aut conſulentem, & *in verſ. Aut ſubſidium prouenire*, mouet quæſtionem hic Barboſa *n.4.* cum Ludouico Veja *Reſponſ. caſuum Conſtantiæ, p.3. conſ. 23.* verum Chriſtiani apud Turcas captiui, & in eorum triremibus, catenis vincti, contra Chriſtianos remigare coacti, peccent mortaliter, ſic remigando, & aliquam incurrant excommunicationem dixi *ſub d. cap.6. q.3.*

QVÆSTIO I.

An Treugæ tempus comprehendatur ſub belli tempore. An pro redimendis captiuis poſſint pignorari res Eccleſiæ. An prohibita ſit extractio aluminis à Turcis per Chriſtianos.

SVMMARIVM

1 *Treugæ tempus comprehenditur ſub belli tempore.*

2 *Pignorari res Eccleſiæ pro redimendis captiuis num valeant remiſſiue.*

3 *Aluminis inuentio quando, quæ eſt de patrimonio S. Petri, & qualiter extrahi prohibeatur, ad quos ſeruiat effectus, n.4. & 5.*

4 *Alumen à Pio V. fuit applicatum pro defenſione Eccleſiæ à Pio II. & à V.*

5 *Alumina quorum reditus ſunt de patrimonio Pontificum, vehentes, vendentes, & laborantes, naues aſſecurantes, cenſuras incurrunt Iulij III. Pauli III. & IV. & Leon. X.*

PRæter illa quæ adducunt DD. *in tit. de treuga, & pace*, & alia quæ dixi *ſub cap. nouit. 13. de Iudæis q. 10. ad quem ſpectet iudicium pacis fractæ, an ſit mixtum aut pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum*; & 1
q. 7. vbi de illa; *an vtraque poteſtas tam Regia quàm Pontificia habeat vnum & eumdem finem, & tendat ad pacem conſeruandam?* Et quòd treugæ tempus comprehenditur ſub belli tempore, DD. dicunt per textum noſtrum dicentes eſſe ad hoc nimis laudabilem, Felinus multis adornat, hic duobus modis reſtringit Ioan. Andræas *in addit. ad Speculat. tit. de treuga, & pace in gloſſa in verbo, paciſcantur.* Alex. *in verb. conuentionem col.2. ff. de pactis.* Petr. de Ancharrano *conſ. 84. alias* 87. *præmiſſa facta* Barbatia *in cap.1. de ferijs* Roman. *in ſingul. 297. ſicut non accedens* Bernard. Diez de Lugo referens Felin. *in Reg. 60.* Gratian. *Reg. 475. per textum noſtrum*, & alij DD. etiam *per textum in cap. 2. §. vaſſalli, qui feudare poſſ. in vſibus feud.* vt nimis commendat Bald. *de pace Conſtantiæ col. 7.* Ludouic Roman. *conſ. 306.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, de 2
qua Couar. *lib. 2. var. cap.16.* cum Anania,

&

& Felinus *in textu noſtro* breuiter reſpondeo licere ſub ea diſtinctione quam ponit idem Couar. *d. cap. 16. num. 8. & 9.* quem leges, & quia de hoc fuſius agemus *ſub tit. de pignor. & ſub titul. de reb. Eccleſiæ alien.* vel uon, hic non inſiſtimus.

3 Ad tertiam quæſtionis partem an prohibita ſit extractio aluminis à Turcis per Chriſtianos, ſuppoſitis etiam quæ dixi *ſub d. cap. 6.* & dicuntur *ſub cap. olim. 12.* breuiter nunc dico, vt eum olim alumen, cuius vſus non tantùm in humanis corporibus medendis, ſed & in ſtaminibus etiam inficiendis, & tingendis vtilis eſt, & adueheretur in Chriſtianorum prouincias ex infidelium terris, Ægypto, Melo inſula, Hierapoli, Armenia, Phrygia Macedonia, & Africa, in quibus naſcitur ex Dioſcoride *lib. 5. c. 82* fueritque inuentio inſperata aluminis. Tulphæ in patrimonio S. Petri tempore Pij II. dum bellum in Turcas cogitaret inferre, quaſi Deus noui aluminis inuentione Pontificem nouis redditibus potentiorem redderet, & inimicos Turcas veteribus aluminis, quod ab eorum ditione deferebatur, prouentibus infirmiores efficere voluiſſet.

4 Cumque idem Pontifex huiuſmodi inuenti aluminis in Tuſcia redditus & prouentus in fidei defenſionem dedicaſſet, & conſecraſſet, meritòque Iulius ſecundus vetuerit alumina ex infidelium terris adduci, & Chriſtianos ea mercari, vt ita ſolùm venderetur, & emeretur inter Chriſtianos, quod in terris Romanæ Eccleſiæ inſperato fuerat adinuentum vt conſtat ex Leon. X. *Bulla 36.* & Pauli III. *n. 48.*

Ideo Iulius III. imitatus dictum Iulium II. qui primus hoc prohibuit ſub excommunicatione, & Paul. III. qui eam renouauit, *in alia ſua conſtit. 42. in Bullario veteri* edita anno 1553. quæ incipit: *Etſi ea*, cuius contextum adducit Scortia *in conſtit. Pontif. Epiſt. 66. Theor. 173.* vbi explicat ipſe Iulius III. renouat atque confirmat contra facientes & complices vectores, ementes, vendentes, laborantes ſeſe in his immiſcentes, naues, & alumina aſſecurantes Iulij II. & Pauli III. excommunicationem, & aggrauando pœnas, eoſdem reddit inteſtabiles, & incapaces hæreditatum officiorum publicorum, eiſque omnes actus legitimos interdicit, & oppida ac ciuitates, ad quas declinauerint, niſi inde eos expellant intra diem vnum, poſt habitam de his notitiam, ſupponit interdicto Eccleſiaſtico, vt Leo X. *Bulla 12.* & alij in rebus grauibus fecerant, & reſeruat tam abſolutionem illius, quàm relaxationem huius excommunicationis Pontifici Romano; & hanc eandem conſtitutionem confirmaſſe poſtea Paulum IV. *in Bulla 43.* quæ incipit: *Ex Apoſtolica*, & Greg. XIII. *num. 21.* quæ incipit: *muneris* quarum Bullarum ratio *ex textu noſtro* colligitur *in verſ.* ibi: *Dummodo in mercibus ſuis* (vel alio modo) *aliquod commodum, vel ſubſidium prouenires:* vt reuera contingeret, ſi Chriſtiani emerent alumen à Turcis, pro illo pecunias argenteas, & aureas darent, quibus ditiores, & potentiores fierent ad Chriſtianos debellandos, & ex verbis *d. c. olim. 12.* hic.

AD TEXTVM

In capit. quod olim XII. hoc titul.

PRÆMISSVM.

Bene textus iſte explanatur *ſuprà* ex dictis *in cap. 6. in cap. præcedenti, & in cap. ad liberandum 17.* hic enim textus ſpecialiter loquitur non de armis tranſportandis, ſed de aliis mercibus, quę poſſunt communicari paganis, & Sarracenis, prohibeturque eorum commercium, tempore guerræ, vt *ſub d. cap. 6.* dictum, & ſic tantum dubia ſequentia peragentur.

QVÆSTIO I.

An Remigantes & captiui Chriſtiani apud Turcas poſſint res Chriſtianorum deuaſtare & furari? An tempore belli liceat triticum, oleum, & alia victualia hoſtibus vendere, aut aſportare? Quid in tempore pacis cum Sarracenis, aut Indis? & quid de extrahendis tritico, leguminibus, & animalibus ab Eccleſiæ ſtatu & de pœnis.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Remigantes captiui Chriſtiani apud Turcas, aliquando poſſunt, vt cùm imminet timor mortis, Chriſtianorum domos deuaſtare, & bona ſurripere cum deſcendunt in eorum terras, & n. 2.*

3 *Triticum, oleum, & alia tempore guerra prohibentur Chriſtianis ad hoſtes deferre; & quid tempore treugæ n. 4. & pacis num. 5.*

5 *Pacis tempore licet commercium Chriſtianis cum hoſtibus, & Sarracenis merces extrahendo permiſſas, non verò prohibitas, & n. 6.*

7 *Commercium cum alijs infidelibus (vt Indis) cum quibus bellum nec actu, nec habitu geritur, prohibitum non eſt Chriſtianis.*

8 *Hoſtibus legationis cauſa ad nos venientibus licet vendi res.*

9 *Tranſportare nemo debet præſumere frumenta, legumina animalia & blada cuiuſvis generis, de ſtatu Eccleſiæ, ſub pœnis Pontificum Gregorij XIII & alia vt num. 10. ex aliorum Pontificum Bullis, ſub n. 11.*

10 *Aurum, pecunia, etiam pro mancipijs non ſunt tranſportanda ad hoſtes, nec ad exteros, ſicut nec oleum, vinum, liquamina, nec guſtus quidem cauſa, & de ratione, vbi de mercibus prohibitis tranſuehi ab Imperatoribus & n. 11. & 12.*

11 *Tranſportari plures res prohibentur etiam aliàs permiſſæ, ſi inde poſſet Reſpublica periclitari Chriſtiana.*

12 *Pœnæ tranſportantium res prohibitas à ſummis Pontificibus, ac Clem. VIII. & Pij V.*

13 *Statuta prohibentia exportari victualia non comprehendunt fenum, auenam, & ſimilia.*

14 *Frumentum cum aſportari prohibetur, non comprehenditur hordeum, nec alia legumina. Aliud erit prohibito extrahi triticum; quia comprehenditur Farina, vt n. 15.*

15 *Bladum ſi aſportari prohibeatur, comprehenduntur legumina alia.*

16 *Vinum tranſportari vetitum comprehendit vuas, & vinum aquaticum, id eſt,* poſcam, *ſi plus habeat vini non tamen acetum, ceruiſiam.*

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis, quæ jam dixi de Chriſtianis remigantibus apud Turcas contra Chriſtianos *in c. ita quorumdã 6. hoc tit. q. 3.* nũc ad difficultatem, an v. g. poſſint remigantes Chriſtiani apud Turcas, domos Chriſtianorum perfringere, deuaſtare, & bona ſurripere cum deſcendunt in terras Chriſtianorum, & Ægidius Conink *in 2. 2. diſp. 31. dub. 7. n.* 104. negatiuè reſpondet; quia hoc per ſe malum eſt, & injuſtum, vt etiam docet Lorca in 2. 2. *ſect. 3. diſp. 51. num.* 10. ſed concedendo poſſe quidem eos remigantes, & captiuos, quæ alij rapuerunt ſuis humeris ad caſtra deferre, vel ad naues, cui ſententiæ ex multis adſtruit Petr. Hurtado de Mendoza *in 2. 2. diſp. 76 ſect.* 3. §. 114. vbi impugnat contrariam aliorum ſententiam, quando Dominus eſt in eadem neceſſitate ſulphuris, v. g. Domus murorum, & commeatuum ad tuendam propriam vitam, dicens vt tunc non poſſint hæc incendere, deuaſtare, aut demoliri, quia id eſt directa pugna, ſicque in tali caſu Diana *part. 5. tract. 7. Reſ. 30. de ſcandalo*, ait ſe non recedere ab hac opinione, admittit limitationem eiuſdem Hurtado qui poſtea §. 112. docuit ſupradictos captiuos remos agere, arma ferre in locum certaminis, prædam humeris afferre, & porrigere ſulphur.

2 Verùm Gaſpar Hurtado *differ. 7. in eo tract.* Caſtrus-Palaus *tom. 1. tract. 6. diſp. 6. puncto 11. num. 12.* Diana *vbi ſuprà* & Molina *de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſput. 115. concluſ. 5. num. 7.* tenent, vt liceat ſeruis Chriſtianis domos Chriſtianorum perfringere, ac deuaſtare, &c. quia licitum eſt externis bonis proximi vti, prout neceſſarium eſt ad vitandam extremam neceſſitatem, ſed illa deuaſtare, & ſurripere, ac tradere minanti mortem, eſt in tali caſu neceſſarium ad illam vitandam; ergo id facere licitum erit, ſic Caſtro-Palao; & Molina dicit morbis, metu, aut amiſſionis membri fas eſſe huiuſmodi captiuis nocumentum inferre Chriſtianis in bonis externis, & ad infidelium imperium, deſtruendo, capiendo, & ad triremes aſportando; quoniam in eo euentu ſunt in extrema neceſſitate illorum bonorum ad vitam propriã conſeruandam; indéque tantum damni fas fore huiuſmodi captiuis inferre bonis aliorum ad vitam propriam tuendam, præſertim cùm ſi ipſi non cooperentur ad illud damnum defuturi non ſint, qui illud ſimiliter inferant; & hanc partem videntur confirmare aliquo modo ex dictis ſub *c. 6. q. 3. à n. 1.*

Ad

3 Ad ſecundam quæſtionis partem an tempore belli liceat triticum, oleum, & alia victualia hoſtibus vendere aut aſportare & *ex textu noſtro* ſecundum dicta *ſub d.cap.6.* negandum eſt: ita Hermoſilla *ad l. 22. tit.5. part.5.* Gloſſa *num.1. & ex l.1. Cod. quæ res export.* vbi quod etiam guſtus cauſa vinum, oleum vel liquamen ad hoſtes deferre prohibetur, vt docet Menoch *de arbitr. caſu* 585. *num. 1. in 6. cent.* imò addunt Rodericus Suarez *alleg.* 18.*n.3.* Trentacinq.*var.Reſol.lib. 3. tit.de verb. obligat. Reſol. 3. num. 1. verſ. in prohibitis,* & *in verſ. quarto,* Straca *de mercatura 2. p. n.40.* Azeued. *in l. 10.. tit. 2. lib. 8. Recopil.n.15.* dicentes inter Chriſtianos tempore belli Principes merces non poſſe deferri, licet non ſint de prohibitis; quia ex *textu noſtro*, eſt cum eis omne commercium prohibitum, itaque etiam erunt excommunicati per textum noſtrum, & *d. cap. ita quorumdam 6. cap.* ad liberandum eos, qui cum infidelibus negotiantur tranſportando ad illos merces, & qui ad eos arma deferunt. Conrad. *de contract. qu. 51. concluſ. 1.* Soto *de iuſt. & iure lib. 6. quæſt.2. art. 2. col. 4.* Menoch. *ſup.caſu* 585.*num.78.& 9.* Scortia *de commer.§.1.q.7.p.3.limit.17.n.24.* Azeued. *in d.l.10.tit.2. lib. 8. Recopil. n. 20.* Souſa *de cenſur. cap. 8. per totum & in diſp. 46.* vbi de mandantibus deferre prohibita, *& cap. 48.* vbi de deferentibus prohibita, ex vna terra infidelium ad aliam, & *diſp.49.* vbi de deferentibus, & non vendentibus prohibita, & *diſp. 51.* vbi tradit ſex caſus in quibus deferentes prohibita ad infideles cenſuram excommunicationis non incurrent.

4 Et quod etiam tempore treugæ non poſſint armæ, triticum; & alia ad hoſtes deferre, nec cum eis commercium habere, aliqui docent per gloſſam *in d. l. 22. tit.5.par.5.* & per textum *in cap. ſignificanit 11. hoc tit.* Trentacinq *ſuprà verſ. ſecundo caſu,* Azeued. *in d.l.10.tit.2.lib.8.Recopil. n.2.* Sed contrarium tenent Alex & Boer. referendi, quia ſunt de rebus prohibitis aſportare; quod intelliges iuxta dicta *n.ſeq.*

5 Ad aliud quòd tempore pacis, in quo caſu dicendum eſt per textum noſtrum licere cum hoſtibus, & Sarracenis commercium haberi, niſi fiat in diſpendium Chriſtianorum ex gloſſa *in d.l.22.partitæ,* vbi Hermoſilla *gloſſa 2. ſub num.5.verſ.limita primo,* Alex. *conſ.103.lib.7.n.2.verſic. Sed ceſſante,* Boer. *deciſ. 178.num. 18.* vbi hanc dicit communem Cabed. *deciſ.115. p.2.n.2.* Capic. *deciſ. 150.* Roderic. Suarez *alleg.18.n.3.* Trentacinq. *ſuprà* Azeuedo *in d. l. 10. n.15.* pro qua opinione tradit alia Stracha *de mercatura p. 2. n.43.* qua licet *in verſ. licet autem* contrarium probet, & fundamentis contrariis ſatisfaciat.

Sed à communi non eſſe recedendum 6
profitetur quod intelligit idem Hermoſilla de mercibus extrahi de Regno permiſſis, non tamen de prohibitis, de quibus latè agunt Hermoſilla *in d. l 22. part. gloſſa 1.* & nos diximus *in d. capit. ita quorumdam 6.* & quæ iſtæ res ſint, ibi aſſignatum eſt cum Bobadilla, Gutierrez, & aliis; videndi Sylua *Reſponſor. lib. 1. Reſponſ. 5.* Didacus Valdes *in addit. ad Roderic.* Suarez *alleg. 18. lit. E.* Menoch. *d. caſu 585. à num.10.* Boer. *deciſ.178.* Gama. *deciſ. 385.* vbi de nauibus captis cum mercibus, quas ad infideles deferri dicebatur.

Item limitant Doctores doctrinam ja- 7
ctam ſi commercium ſit cum aliis infidelibus, exceptis Sarracenis, Turcis, & aliis inimicis Chriſtianorum, qui eos impugnant actu, vel habitu, vt cum Indis, & aliis remotis nationibus, cum quibus nec bellum, nec pax, nec fœdus exiſtit. Alex. *d. conſ. 130. num. 48. & 49.* Cabed. *num. 2. verſicul. verius tamen videtur* cum aliis, Trentacinq. *in verſ. ſecũda concluſione principali, vſque ad verſicul. nota etiam dict. libr. 8. var. titul. de verb. obligat. Reſolut. 3.* & Cabed. qui reſpondit contrariis: itaque bene Barboſa *hic ſub num. 2.* diſtinxit, quod tempore guerræ omnes merces prohibitæ ſunt tranſportari ad Sarracenos: at tempore pacis omnes licere tranſportari exceptis, quæ continentur *in d. cap. ita quorumdam 6. hoc tit.* Tamen 8
vt permiſſum ſit vendere hoſtibus venientibus cauſa legationis victualia, vel cauſa litium in terram noſtram dicunt Menoch. *de arbitr. d. caſu 585. n. 6.* Hermoſilla *in dict. leg. 22. part. gloſſa 2. numer. 9.*

Ad vltimam quæſtionis partem, quid 9
de extrahendo frumenta, legumina, & animalia ab Eccleſiaſtico ſtatu, quia de hoc latiſſime dixi *ſub cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt.* vbi ſub diuerſis quæſtionibus hic applicandis, ideo non ſic longè agemus de explanatione Bullæ Gregorij XIII. *conſtitut. 50.* olim 53. edita anno 1577. incipit *volentes* qua præcipitur ne quouis prætextu directè, vel

indirectè quis frumenta, blada, legumina cuiuſvis generis, aut animalia extra ſtatum Eccleſiaſticum educere, ſeu tranſportare præſumat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, amiſſionis rei tranſportatæ, & ſcutorum quinque pro qualibet frumenti, & leguminum ſalma, & ſcutorum duorum pro quolibet animantis capite; quam vt explicet Scortia *Epitome* 129. *Theorem.* 342. 343. *&* 344. plura cumulat dicendo rem eſſe nouam, vt non liceat è Ciuitatibus, vel Prouinciis quædam exportari tam ad hoſtes quàm ad exteros amicos; non enim ait ad Hoſtes, vel Barbaros deferre licet commeatum, arma, tela, equos, naues *ex l. cuiuſque ff. ad leg. Iuliam Maieſt. & l. 2. Cod. quæ non debent aſport.*

10 Nec aurum, aut pecuniam etiam pro mancipiis, & quibuſuis ſpeciebus ex Gratian. Theod. Valent. *l. 2. C. de commercijs, & mercatur.* & quod ſuppliciis ſubijciuntur contrafacientes, ſicut nec oleum, vinum, liquamina, ne guſtus quidem cauſa, ex Valent. & Grat. *l. 1. C. quæ res export. non deb.* ne ſcilicet Hoſtes, aut Barbari allecti noſtratum rerum dulcedine arma in nos moueant, ſicut obſeruarunt Alciatus, Ripa, & Menoch. *lib. 2. de arbitr. d. caſu* 585. vt teſte Liuio *l.* 5. Galli contra Italos fecerunt allecti vino, quo ipſi carebant; imò etiam mercium delationem ad Perſas extra deſignatas vrbes, & nundinarum tempora vetuerunt Honor. & Theodoſius *in l.* 4. *Cod. de commerc. & merc.* ſub pœna amiſſionis pretij rei venditæ & rerum emptarum, nec non exilij perpetui.

11 Quæ videntur obſtare textui noſtro quatenus merces extra arma aſportari non prohibentur ad paganos, & infideles cum quibus pax eſt inita, ſed reſpondetur adhuc remanere plures res, quas tranſportare non licet, quæque ob id, & propter cauſas proxime adductas quolibet tempore tranſportari prohibentur, ne alias periclitetur Chriſtiana Reſpublica, & verificatur *ex dicta conſtitutione Gregoriana*, in qua ſunt etiam aliæ prohibitæ aſportari ad amicos è ciuitate, aut prouincia, nempe quando talibus rebus indigemus cum id fiat, non vt eos lædamus, ſed vt patriæ vbertatem conſeruemus, ne fortè pauperes, & inopes fame laborent niſi edicto prohibeantur extrahi è prouincia annona & cætera cibaria, vt docent Ripa *tr. de peſte tit. de rem. ad conſeruandam vbertatem num.* 42. Ludou. Mexia *tract. de tax. panis conc. 1. num.* 56. Menoch. *ſuprà num.* 10. hac de cauſa Greg. XIII. ſequutus exemplum prædeceſſorum, vt Pij V. *n.* 108. & Pij IV. *n.* 99. qui pariter prohibuerant extrahi, è ſtatu Eccleſiaſtico eiuſque terris mediatè vel immediatè ſubiectis frumenta, blada, legumina, animalia, carnes, oua, & quodcumque genus graſciæ (vt vocant) idem Scortia refert alias conſtitutiones, & Bullas eiuſdem Greg. an. 1578. prohibentes ne quis Baro *in §. 1. in cap. inſt. ſine licentia Papa* ſubſcripta faceret extrahi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ rebellionis læſæ Maieſtatis, amiſſionis feudorum & priuilegiorum ſuſpenſionis & *in §.* 2 ne impedirent ſubditos Vaſſallos, & alios quoſcumque hæc Romam deferre qui eſt caſus 8. Bullæ cœnæ.

Quod idem fecit Clem. VIII. *in Bulla* 49. qui ſublata pœna excommunicationis, cœteras pœnas extendit, etiam ad eos qui vendunt extrahentibus, & addit priuatis perſonis extrahentibus, & tranſgredientibus condonationem per decennium ad triremes prima vice, altera vice, pœnam mortis, & confiſcationem bonorum ipſo facto, abſque alia declaratione, & Pius V. *in conſtit.* 12. alias 10. incip. *inter*, prædictas conſtitutiones prædeceſſorum renouat ſingulis partibus, & §. 6. etiam quoad excommunicationem, & alias Eccleſiaſticas cenſuras in quantum attinet ad extractionem frumentorum bladorum leguminum, & olei tantum extẽdendo prohibitionem ad quaſuis cõmunitates vniuerſitates, & perſonas cuiuſque Dignitatis, præterquam ex cauſa verè oneroſa, videlicet congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum aut ratione appaltuum, & locationum introitiuum, iuriumque, & bonorum Sedis Apoſtolicæ, & ipſius Cameræ. 12

Ex quibus infertur, vt ſtatuta prohibentia exportari victualia non comprehendant fenum, auenam, & ſimilia ad victum equorum cum ex ſermonis proprietate appellatione victus veniant ſolùm, quæ ſunt ad vſum hominis *l. verb. victus ff. de verb. ſignific.* vbi copioſè Rebuff. Menoch. *libr. 4. de præſumptib.* 157. *num.* 15. Scortia *ſup. d. Theor.* 343. 13

Vbi quod cùm prohibetur exportari frumentum ſub frumento non continetur etiam hordeum *ex l. modicos Cod. de ſuſcept. lib.* 10. vbi Iacob Rebuff. D. Franc. de Amaya; ſicut ſub frumento non comprehenduntur legumina *legib. frugem, §. fru*

§. *frumentum ff. de verb. ſignif. l. mala ff. de alim.* & Couar. *leg.* dicunt tamen DD. quod ſi prohibeatur extrahi bladum, cenſeatur etiam prohibitum exportari legu-
15 mina. Vt etiam ſi vetetur aſportatio frumenti intelligatur etiã vetita extractio farinæ: ſic Ripa *vbi ſuprà num.* 55. 56. 57. & 53. Menoch. *d. caſu* 585. Albericus *in tract. ſtatutor. p.* 2. *qu.* 195. Mexia *ſup. concl.* 4. *à num.* 2. Boer. *dec.* 177. Guid. Papæ *qu.* 373. Bobadilla, Gutierrez, & alij jam adducti, quod comprehendantur victualium appellatione præter relatos, Azeued. *in l.* 28. *num.* 1. *tit.* 18. *lib.* 6. *Recopil.*, vbi alios laudat. Dubitat verò Scorria circa dictas Bullas num ſi prohibitum ſit exportari vinum, idem intelligatur veritum de vuis affirmat *ex l. quod non ratione ff. de legib.* cum Ripa *loco cit. n.* 60. qui etiam *n.* 61. vult ſub vino comprehendi quoque aquaricum, ſeu, vt alij vocant *poſſeam*, ſi plus habeat vini quàm aquæ; ſed non comprehendi acetum, ceruiſiam & dicit idem Ripa *num.* 62. & 63. *ob leg. ſi quis vinum ff. de vin. trit. oleoque, leg.* vbi gloſſa & Barr. alia adducit, idem Scortia etiam de pœnis, quæ ſatis colliguntur ex dictis Bullis recitatis; quare amplius non immoramur. Vide *infrà* de alia Bulla Vrbani VIII. *q.* 2. *verſ. ad tertiam*, adjunge quod de oleo, & oleis dico *q.* 2. *verſ. ad vltim.*

QVÆSTIO I.

An Chriſtiani in terris ſuis vendentes infidelibus ad ſe venientibus prohibita ad eos deferri, incurrant in excommunicationem Bullæ cœnæ Domini. Et an incidant in eam deferentes infidelibus pecunias, merces, & victualia. Et an extrahentes mercimonij cauſa in magna quantitate frumentum, oleum, blada, legumina incidant in cenſuram reſeruatam Papæ ex Bulla Vrb. VIII. nob. 12. anni 1624. incipit *ſuperni*. Vbi an extrahens panem coctum ſiue farinam, & an etiam oleas ex quibus oleum fit ex eadem Bulla.

SVMMARIVM.

1. *Chriſtiani vendentes infidelibus prohibita, incurrunt cenſuram Bullæ, ſicut & deferentes, niſi paruitas excuſet.*
2. *Deferentes infidelibus merces, pecuniam, & victualia potius eſt vt incurrant cenſuram bullæ cœnæ, cum his faueant hoſtes, ſicut alias auxilium præſtantes: & n.* 3. *contra Eugenium excuſantem, n.* 4.
5. *Vrbani VIII. Papæ excommunicatio contra extrahentes triticum, oleum, bladum, legumina, & alia mercimony cauſa ſi ſe alendi cauſa, aut ob alium finem præter mercimonium non incurritur; alias ſecus, & numero ſexto.*
6. *Excommunicatio Vrbani contra extrahentes quando dicatur reſeruata.*
7. *Connexorum eadem eſt ratio.*
8. *Materiarum appellatione materia non venit, hoc eſt, ex materia confectum.*
9. *Lana appellatione non venit lana neta, id eſt, ex lana confecta.*
10. *Panis coctus non venit appellatione frumenti ratione extractionis, aliud eſt de farina, vt n.* 12.
11. *Farinæ mutatione triticum videtur mutatum.*
12. *Farina extractio venit appellatione frumenti extrahi prohibitum, etſi non ſic de pane cocto vbi de ratione differentiæ quoad incurrendam cenſuram bullæ, vel non, & quare.*
14. *Significare aliquid proprio nomine idem eſt ac alio nomine.*
15. *Oleorum extractio non prohibetur ſub prohibitione olei ex Bulla cœnæ, aut ex alys.*
16. *Oleæ raro extrahuntur ad conficiendum oleum, non ſic, de vuis ad vinum.*
17. *Oleæ non ſunt prima materia olei ſed remota vtpote acerbæ.*

1 AD primam quæſtionis partem præhabitis jam dictis, *ſub cap.* 6. & *cap. præced.* nunc breuiter reſpondetur ratione venditionis cenſuram incurrere, quia ſũmus Pontifex cum deferentib. loquitur & licet vẽdere non ſit deferre; ex eo tamẽ quòd vendendo fauorem præſtant infidelibus contra Chriſtianos à prædicta cenſura non excuſari, niſi paruitas materiæ eos excuſet: docent Cajetan. *in ſum-*

ma verbo excommunicatio 10. Nauar. *in d. cap. ita quorumdam 6. hic notab.* 10. *num.* 14. Toletus *in ſum. lib.* 1. *cap.* 13. *dubto* 1. Sayrus *lib.* 3. *de cenſ. cap.* 11. *num.* 21. *&* 22. Souſa *de cenſ. cap.* 8. *diſp.* 47. Hermoſilla *in l.* 22. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſſa* 2. *num.* 1. vbi *num.* 11. cum Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 66. §. *ſexta*, & Souſa *vbi ſuprà num.* 4. aliis traditis excuſant à prædicta cenſura ratione paruitatis, & ex defectu intentionis Papæ, vt *ſub d. cap.* 6. notaui eos, qui donant gladium equum, haſtam, vel ſcopum, Principi, aut Duci infidelium ex gratitudine, ſiue ex liberalitate, ſiue ad reconciliandam eorum gratiam, ſiue amicitiam.

2 Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ etiam ex dictis *ſub d. cap.* 6. circa explicationem Bullæ in cœna Domini de excommunicante arma equos, & alia prohibita ad Sarracenos deferri, quia poſt alios agit de hac quæſtione Diana *part.* 9. *tractat.* 7. *Miſc. Reſol.* 16. referens duas contrarias opiniones, vnam docentem non comprehendi, qui merces, victualia ac ſimilia etiam belli tempore deferunt ad fidei inimicos, quamvis excommunicentur in iure per *textum hic*, ſic Souſa *in Bulla cœnæ cap.* 8. *num.* 5. cum Toleto, Sayrus *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 11. & alij cum Suarez, Bonacina *tom.* 3. *diſput.* 1. *quæſt.* 8. *punct.* 2. *num.* 4. ex verbis illius Bullæ ſcilicet quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant, cùm tamen impugnatio vel lica fieri non cenſeatur mercibus aut victualibus, gis adhæret Caſtro-Palao *tom.* 6. *diſput.* 3. *puncto* 8. *num.* 7. tum quia non eſt certum in hac excommunicatione comprehendi auxiliantes conſulentes, aut fauentes quomodolibet infidelibus, & hæreticis in damnum Catholicæ Religionis, ſed neceſſario requiri, vt auxilium ſit in monitione de ſtatu Chriſtianæ Reipublicæ, quia de ijs fiat ſermo prius factus, & relatiuum *illis*, & *ad id*, explanans, illiſque ſcilicet fauentibus hæreticis *ad id* hoc eſt ad prædictum effectum monendi hæreticos, auxilium, conſilium,

3 vel fauorem quomodolibet præſtant. Sed quia ex textu noſtro videtur potiùs affirmatiua ſententia amplectenda, cum his etiam hoſtes fidei iuuari valeant; ideo cum Suarez, & Cajetano *in verb. excommunicatio* 20. & Diana illos referente, dico quòd ſi huiuſmodi victualia, & veſtes quæcumque merces, tali tempore, & opportunitate deferantur, vt moraliter cenſeri poſſint inſtrumenta, & auxilium ad bellum gerendum, excomunicati ea deferentes; quia in his rebus auxilium & fauor quomodolibet præſtatur noſtræ Religionis Hoſtibus; quia nullum auxilium bello aptius eſt, quàm pecuniarum, mercium, & victualium; ſed *in d. clauſula*, videntur excommunicati omnes auxilium, conſilium, & fauorem inimicis noſtræ Religionis præſtantes; ergo, & ſic iuxta noſtrum textum poteſt etiam reſponderi, dum tempore belli omne commercium prohibetur non ſic tempore pacis, niſi de rebus alias prohibitis *in d. cap. ita quorumdam hoc tit.*

Et quamvis Vgolinus *verſ.* 8. dicat vt excuſetur ab hac cenſura deferens prohibita quando aliter captiui redimi non poſſunt, ſed quia hoc per *textum in capit. ſignificauit, proximo præcedenti ſub d. cap. ita quorumdam quæſt.* 1. *verſ. ad quartam*, improbetur; ideo cum Syluestro dico hoc intelligi, ſi contingat tempore pacis, non verò tempore guerræ, & licet hæc diſtinctio non placeat Toleto *in ſumm. libr.* 1. *cap.* 24. dum exiſtimat deferentes in hoc caſu manere excommunicatos, tam in terminis huius Bullæ cœnæ, quàm iuris antiqui *per textum noſtrum, & cap.* 6. *c.* 11. *& cap.* 17. *hoc tit.* nihilominus Diana *d. Reſ.* 16. *in fine p.* 9. *tract.* 7. cum Souſa *ſuprà diſp.* 51. *num.* 6. amplectitur primam ſententiam, quia magis pia dummodo graue detrimentum ex prædictorum delatione Chriſtianæ Reipublicæ non ſequatur, quàm ſit ex captiuorum redemptione vtilitas, & ita de benignitate Pontificis præſumendum fore. 4

Ad tertiam quæſtionis partem, quia ſatis reſponſum probauimus *quæſt. præc* ex Bulla Greg. XIII. & aliorum Pontificum *in verſ. ad vltimam*, ideo nunc laconicè quoad Bullam poſteriorem relatam anni 1614. Vrbani VIII. & Diana *part.* 9. *tr.* 8. *Miſc. Reſ.* 43. reſpondet affirmando incurri in cenſuram Papæ reſeruatam extrahentes mercimonij cauſa frumentum, oleum, blada, legumina, & alia ex ſtatu Eccleſiaſtico in magna quantitate; ſed ait *in d. Bulla Vrbana VIII.* non eſſe prohibitam extractionem illarum rerum, quæ in Bulla exprimuntur, factâ occaſione, ſe ſuamque familiam alendi, vel ob alium quemcumque finem, præter mercimonium, ac dubitans, quæ ſit magna quantitas, dicit non eſſe facilè diffinire cum alij aſſerant illam eſſe cenſendam, quæ deſeruire poteſt in ſubſtentationem familiæ, pro tribus, vel quatuor diebus 5

alij,

alij, quæ à tribus equis deferri nequit; ſed Reccius cum Bonacina *tom.* 3. *de cenſur. diſput.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 41. *numer.* 13. & cum Fillincio legendo *tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 7. *n.* 16. hoc cenſendum eſt iuxta arbitrium boni viri credendo quantitatem, quæ vno equo deferri poteſt modicam eſſe.

6 Dubium tamen eſt an dicta excommunicatio Vrbani ſit Papæ reſeruata, & negat Bonacina *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 24. *num.* 16. ſed ipſe Diana *d. Reſ.* 43. *verſ. hu ſuppoſitu* Filliuc. *tractat.* 15. *cap.* 6. *qu.* 7. *num.* 147. *in fine*, & Pater Theſaur. *in praxi p.* 2. *verb. an noua cap.* 4. *Leon. de cenſ. Reg. collect.* 4. *lit.* E, *verb. extrahentes*; dicunt quòd, eſto reſeruata non ſit expreſsè *in d. Bulla Vrbani VIII.* ac tacitè, & implicite reſeruatur quatenus prohibet extractionem, & delationem prædictarum rerum ſub pœnis, & cenſuris contentis *in d. Bulla Greg. XIII. & Pauli V.* quæ cum ponerent pœnam excommunicationis reſeruatam idem cenſeatur *in d. Bulla Vrbani VIII.* alias non eſſet prohibitio ſub eiſdem pœnis, & cenſuris, ſed ſub diuerſis, & concludunt, vt quidquid de hoc ſit, eſſe tamen certum vt de ſtylo, &
7 conſuetudine hæc ſit Papæ reſeruata. Ad alias difficultates an dicta Bulla Vrbani extendatur ad extrahentes panem coctum, & farinam, & quoad primum de pane cocto eſt duplex ſententia prima Filliucij *tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 6 *num.* 158. ex illo axiomate. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis:* de quo *in auth. multo magis, Cod. de Sacr. Sanct. Eccleſ.* quæ affirmat, quia etiam fruſtra exprimitur quod tacite ineſt, & ſubauditur *ex l. non recte, Cod. de fideiuſſoribus*; ſed prohibito frumento tacite ſubauditur panis, & quia connexorum idem eſt Iudicium, *l. cum actum, ff. de neg. geſtis, & c. tranſlato de conſt.* ſunt enim (dicunt panis) & frumentum connexa.

8 Tamen Diana *vbi ſupra d. Reſol.* 43. *p.* 9. *tract.* 8. *verſ. quæro* 2. ex ſententia Bartol. *in l. qua felicis* §. *illud ff. de legatis* 3. contrarium in hoc caſu dicit, quia appellatione materiæ non venit materiatum, hoc eſt, ex materia confectum.

9 Et hoc etiam ex doctrina *textus in leg. ſicut lana, ff. eo tit.* vbi dicitur lanæ appellatione non venire lanam netam, id eſt, in filum redactam; & ſic multo minus
10 venire telam ex lana confectum. Et ſic ſub nomine frumenti non venire panem, vtpote ex frumento confectum; quia eſto panis ex frumento conficiatur, à frumento ſpecie differt, vt communis DD. tradit ſicque in caſu noſtro non comprehendi maxime in lege pœnali qualis hic cenſetur, & quia ad mentem Bullæ dicti Vrbani VIII. eſto prima ſententia ſit vera, non applicatur vt de pane cocto, qui diu conſeruari nequit in magna quantitate, queat extractio fieri, & hanc probabilem dicit Filliucius, & ſequendam Caſtrus Palao *tom.* 6. *diſput.* 3. *punctu* 30. *num.* 23.

Ad aliud de farina, & quamvis idem 11 videretur dici, ac de pane cocto ex eo etiam quod ſtatutum pœnale non eſt extendendum Regula odia *de Reg. Iur. libr.* 6. & quia ſi legatum ſit frumentum non cenſeatur farina legata ſecundum Bald. *in l.* 1. *col.* 3. *Cod. de fruct. & lit. expenſis* Bart. poſt gloſſam *in l. quæſitum* §. *illud ff. de leg.* 3. & quia frumenti natura adeo deuicta ſit per mutationem farinæ, quod ad ſuas vires, ſuaque initia amplius reuerti non poſſit, *l. Iulianus*, §. *ſed quis ff. ad exhibend. d. l. quæſitum*, vbi determinat Dynus, quem ſequitur Albertus Gandin. *in tract. maleficior. in Rubrica de rebus non pert. contra de. uect. q.* 4. *verſ. item pone*, dicens ita fuiſſe iudicatum Patuæ.

Verum in hoc caſu aliter dicendum 12 exiſtimo per relata *in quæſtion.* 1. *verſ. ad vltimam, ſub verſ. ex quibus*: vbi quod prohibito frumento, prohibita cenſetur farina, ad intellectum *conſt. Gregor. Paul.* & aliorum; quia in talibus effectus attenditur, non verborum ſonus, & quia ratio prohibitionis, ne extrahatur frumentum militat etiam in extractione farinæ, ſic vt debeat de illis vna eſſe diſpoſitio *l. illud ff. ad leg. Aquil. l. à Titio ff. de verb. oblig.* & facit quod dicit Bertachin. *in tr. de Gabell. in* 11. *quæſt. practic* 8 *part. prinε.* & quia ſi aliud diceretur, per hanc viam de facili poſſet fieri legi fraus, & confirmatur *ex l.* 2. *Cod. de cupreſſis lib.* 11. vbi prohibitus incedere, & aſportare ligna in certa ſylua, non poterit aſportare, quæ iã inciſa repererit, aut collapſa, & ob hæc, & alia tenent Nicol. Boer. *deciſ.* 77. *num.* 5. Alberic. *in* 2. *part. ſtatuit quæſt.* 105. Franc. Marc. *deciſ.* 540. Guid Pap. *in deciſ.* 540. *num.* 2. dicendo pluries ſic fuiſſe iudicatum in Delphin. latè Alex. Immola *conſ.* 130. *vol.* 6. Azor *p.* 1. *inſtitut. moral. lib.* 5. *cap.* 26. *quæſt.* 2. Narbona *libr.* 6. *Recopil. tit.* 2. *in l.* 14. *gloſſa* 1. *num.* 41. Gutierrez *libr.* 4. *practic.* Videndus *quæſt.* 44. *per totam*, Bobadilla *in polit. libr.* 3. *cap.* 3.

num. 55. Mexia *in pragm. panis tax.concl.* 4. *num* 2. Diana *vbi ſuprà in verſ. quaro tertio*, putans extrahentes farinam de ſtatu Eccleſiaſtico in pœnas latas ab Vrb. VIII. incidere, & quamuis contraria ſententia probabilis ſit apud Filliuc. & Caſtro-Palao ex Bald. *in l.*1. *Cod. de fruct. & lit. expenſ.& leg.* non dubito *Cod. de leg.* vbi Al-
13 beric. & alij quos citat Azorius. Tamen quia ad mentem dictæ Bullæ Vrbani hic caſus magis ad magnam quantitatem applicatur, quam primum de pane cocto; ideo licet per alios admiſſa prohibitione panis cocti, & farina intelligatur extrahi prohibita tamen quatenus ad cenſuram Bullæ *d. Vrbani VIII.* aliter procedat cum in farina valet extrahi in magna quantitate, non ſic panis coctus, vt dictum eſt in caſu præcedenti.

14 Ad vltimum an ſub nomine olei cuius extractio in Bulla hac Vrbani prohibetur comprehendantur oleæ, ex quibus illud conficitur, affirmat Filliucius *tom.1.tr.*15. quia paria ſunt aliquid proprio nomine ſignificare, vel aliter demonſtrare *l. certum ff. ſi certum petatur*; item quia paritas rationis inducit paritatem diſpoſitionis, *l. Titio ff. de ſtipul. d. l. illud ff. ad leg.* æqua parque ratio ſit olei, & oliuarum ex qui-
15 bus proxime ſit oleum. Sed verius eſt ſub hac prohibitione Vrbani non comprehendi olearum extractionem ſiue maturæ ſint ſiue acerbæ ſiue ad comedendum ſiue ad faciendum oleum extrahantur; quia oleæ ab oleo ſpecie differunt: non enim conſtitutio pœnalis extra proprietatem verborum eſt extendenda; cum ergo in olearum extractione non procedat eadem ratio, ac in extractione olei, quod oleæ difficile in magna quantitate extrahi poſſunt, & frequenter ad comedẽdum
16 extrahuntur. Raroque ad conficiendum oleum: ita Diana *d. part.* 9. *tract.*8. *Miſc. Reſolut.* 43. *in fine*, vbi dicens probabilem eſſe ſententiam Filliucij adhuc in caſu dictæ bullæ poſteriorem negatiuam amplectitur, quam fuit ſequutus Caſtr. Palao *tom.6. diſput.* 3. *puncto* 30. *num.* 23. nec pro Filliucio facit dictum *ſupra quæſt.*1. *in fine* de vino prohibito extrahi vt idem intelligatur de vuis; quia præter quam ſit alia ratio, illud poſſet limitari quando extraherentur vuæ in magna quantitate ad faciendum vinum, vt facilius valet fieri quam extrahendo oleas, & quia hæc Bulla Vrbani loquitur expreſsè de quantitate magna Bullæ Greg. Paul. & Clem. magis abſolutè loquuntur, & quia vt admittit Filliuc. nam ſi oleæ extrahantur ad comedendum eas fac ſale condiẽdum, vt poſtea ita comedantur; ſic non intelligi prohibitas. Tum quia hæ non ſunt prima materia olei, ſed remota, vt pote acerbæ, & non niſi poſt aliquot menſes aptæ ad exprimendum oleum. Tum quia hæ ſolent eſſe in exiguo numero nec afferre propterea charitatem annonæ.

QVÆSTIO III.

An vendentes arma infidelibus, in terris tamen Chriſtianorum, incidant in cenſuram Bullæ cœnæ. An Princeps poſſit prohibere ne alienigenæ cũ quibus bella geruntur portent merces in ſua dominia, & ſtatus, & quando excuſetur cum contraxit cum illis, & in caſu dubij poſſint Principes ſine incurſione cenſurarum Bullæ cœnæ impedire, ne victualia extrahantur ab eorum Regnis ad Romanam Curiam; vbi de aliis remiſſiue; & de quadam pragmatica de extractione animalium.

SVMMARIVM

1 *Vendentes arma infidelibus in terris Chriſtianorum potius eſt, vt incidant in cenſuram Bullæ cœnæ, ſi fiat in magna quantitate, ſicut illa transferentes cum diſtinctione, num.* 2. *&* 3.

4 *Salus publica eſt vt mercibus vſualibus regna abundent.*

3 *Mercatores exteri valent prohiberi à Principe ne commercientur in Regno ſuo, maxime illi, qui ſunt ſubditi Principi inimico & n.*6. *&* 7.

6 *Commercium alicuius loci poteſt ex iuſta cauſa alicui prohiberi.*

7 *Ingreſſus interdici benè poteſt venientibus ad patriam alienam.*

8 *Merces de regno inimico transferri poſſunt prohiberi ne pecunia bella excitentur.*

9 *Princeps in caſu dubio potius vt non excuſetur à cenſura extrahi prohibens res, & merces ad curiam Romanam. alias incurrat cenſuram Bulla.*

10 *Pontifex num habeat ſupremam poteſtatem*

tem in prohibendo, & concedendo commercium remiſſiue.

11 *Dominus mercium quæ fuerunt captæ ex eo quod deferebantur ad infideles, ſeu extrahebantur à Regno nũ debeat admitti ad deferendum pro ſuo intereſſe:* remiſſiue.

12 *Barones habentes merum, & mixtum imperium, poſſunt facere proclama tempore careſtia: vbi de pragmatica ne extrahantur farina, & animalia, eiuſque pœnis* num. 14. *vbi de ceſſatione prohibitæ extractionis per* 30. *aut* 40. *annorum præſcriptionem.*

1 AD primam quæſtionis partem, quia abſolute dixi *ſub capit. 6. hoc titul. quæſtion. prim. verſicul. ad tertiam*, ſub *verſicul. ſecundo* ibi: *item & quæſt. 7.* vbi negatur niſi quando certo ſciretur ea arma empta fuiſſe à Sarracenis inter Chriſtianos degentes, quæ mitterent ad alios viuentes iu Regno Sarraceno, quibus Chriſtianos impugnarent: quare negatiua pars potuit ſuaderi, quia cùm cenſura Bullæ cœnæ ſit pœnalis, non debent verba illius extendi, ſed interpretari iuxta propriam ſignificationem, cùm vendere non ſit deferre, ſummuſque Pontifex de deferentibus loquatur, ſicque ad vendentes hos cenſuram non eſſe extendendam, dixerunt Azor *tom. 1. inſt. moral. lib. 8. cap. 23. quæſt. 7.* Toletus Nauar. & alij quos citat Caſtrus-Palao *tom. 6. diſp. 3. puncto 3. num.* 11. qui poſtea cum Vgolino, Duardo, & Bonacina contrariam ſententiam tenet; quia Bulla non requirit, vt arma transferantur ad terras infidelium, cùm tranſlationem ad infideles nullo ſuperaddito prohibuerit, at ea tranſlatio ibi eſt facta.

2 Ita exiſtimatur dicendum quod licet ex vi particulæ *deferentes* non maneant excommunicati vendentes prohibita, nihilominus quatenus vendendo fauorem præſtant contra Chriſtianos non ſit, quare ab hac cenſura excuſentur, idemque eſſe ſi illis vendant quos certo ſciunt ea ad infideles eſſe miſſuros, ſiue ipſi infideles ad Chriſtianorum Ciuitates veniant, ſiue in ipſis pacifice viuant, niſi fortè eos paruitas materiæ excuſet, vt ſi haſtam vnam vel equum vendant: ita Diana *p. 9. tr. 7. Miſc. R. 16. ſub verſ. quæro 2. & itaque.*

3 Nec obeſſe ait, quod ipſi non poſſint ibidem Chriſtianos oppugnare, ſatis enim, ait Diana, eſſe quod poſſint in terris infidelium tranſlatari, præterquam quòd ſolum per accidens ab impugnatione Chriſtianorum ibidem impediuntur, ſcilicet ob protectionem, & potentiam Chriſtiani Principis per ſe autem, & ex conceſſione armorum illis facta optimè poſſunt ibidem oppugnare Chriſtianos, & ſic nullam eſſe cauſam ob quam deſinat dicta cenſura incurri, ſed nobis non diſplicet prima cum diſtinctione poſita *in d. cap. 6. ſub d. verſ. ad tertiam.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an 4
Princeps poſſit prohibere ne alienigenæ, & exteri maximè cum quibus bella geruntur portent, & aduehant in ſua dominia, & ſtatus, & quando excuſetur, qui cum eis contraxit; quia abundanter, & nouiſſimè tractat Valenzuela *conſ. 39. per totum*; ideo reſumptiuè cum eo, & multis quos citat, dico quòd licèt videatur pro negante ſententia opponi magna illa conuenientia, quæ ex hac intruſione mercium Regna percipiunt cum publica ſalus ſit, quòd mercibus vſualibus abundent Regna, ab aliiſque aduehantur regionibus, vt conſtat *ex l. 2. Cod. de nundinis l. ſemper, §. negotiatores ff. de iure immunitatis*; ſitque commune ex omnium doctorum calculo, quos citat *num.* 1. Ta- 5
men *à num.* 2. late probat, vt poſſit Rex, aut Princeps aliquibus iuſtis reſpectibus iubere, & prohibere ne mercatores exteri maxime ſubditi Principi inimico negotia tractent in Regnis ſuis, aut merces exteras aduehant, vt *ex l. Decius ff. de ſeruit. Ruſtic. præd. l. ſicut §. Ariſto ff. ſi ſeruitus vendicetur, l. Hæres, ff. de vſuris*, Giurba cum multis *conſ. 49. num.* 15. Salcedo in lib. 3. Recopil. tit. 12. l. 8. num. 1. & tit. 13. l. 2. num. 35. Vveſembek ad tit. Cod. communia diuid. num. 11. & ex textu optimo in l. ſed ſi pupillus 11. §. item ſi complures ff. de inſtit. actione ibi nam, *& certam perſonam poſſumus prohibere, contrahere vel certum genus hominum vel negotiatorum, & certis hominibus permittere*, ſic Petr. Gerard. *ſing. 59. num.* 2. Stracha *de mercatura p. 2. num.* 35. Roderic. Suarez *alleg. 18. num.* 3. Matienço *in l. 1. titul. 12. lib. 5. Recopil. gloſſa 1. in fine.*

Et comprobatur ex textu noſtro ab 6
eodem Valenzuela ibi: *Quandiu inter nos, & illos guerra durauerit*, & *ex l. 22.* vbi Gregor. Lopez *gloſſa 3. tit. p. 5.* item *ex l. 1. tit. 9. p. 2.* & alij DD. *per textum in l. 1. & 2. Cod. quæ res export. non poſſ. l. 2. Codic. de commerc.* & *mercatur.* & hoc etiam; nam ſicut ex iuſta cauſa alicui interdicitur commercium alicuius loci *l. cui*

petitio

petitio ff. de ſeruis export. l. moris ff. de pœnis Petr. de Ancharran. *conſ.* 204. *n.* 5. ita, & Rex poterit prohibere commercium Regni ſui, & territorij certo generi perſonarum, vt notatur *in l. penult. Cod. de contract. empt. & l.* 1. *Codic. non licere habere meretric. lib.* 11. Petr. de Anchar. *conſ.* 155. *num.* 6.

7 Et quia, vt inquit Bald. *in cap.* 1. §. *donare de forma fidelitatis* venturis ad patriam alienam benè poteſt ingreſſus interdici *arg. d. l. Diuus ff. de ſeruis. Ruſt. leg. Heres ff. de vſufructu d. l. ſicut* §. *Ariſt. ff. ſi ſeruit. vendic.* Ioan. Franc. de Ponte *de poteſtate proregis, Rubrica de exteris habitantibus, n.* 1. Molina *tom.* 1. *de iuſt. diſp.* 105. & alij; quę comprobantur ex iam *dictis d. cap.* 6. *cap.* 1. *& in hoc textu noſtro* per quæ de mercibus, & armis prohibitis vendi à Chriſtianis dictum eſt.

8 Item ne introducantur merces de alio Regno inimico, ne pecunia, quam ſecum ferant ex noſtris, bella poſſint excitare acriter: alia infinita congerit videnda, idem Valenzuela per totum illud conſilium. Ad aliud quod ponitur quando excuſentur facilis eſt reſponſio ex dictis in relatis iuribus; quare non immoramur.

9 Ad tertiam quæſtionis partem an in caſu dubij poſſint Principes ſine incurſione cenſurarum Bullæ cœnæ impedire victualia extrahi ab eorum Regnis ad Romanam Curiam iam *ſuprà* aliquid dictum eſt, in quo negat Duard. *in Bulla cœnæ lib.* 2. *Can.* 8. *q.* 10. *num.* 11. ex Caietano Viualdo, Nauar. & alis, ſequitur Sayr. *lib.* 3. *Theſaur. cap.* 12. *num.* 3. *tom.* 1. dicentes ſic admitti, eo quod per ſe primò vtilitati prouinciæ, ſeu Regni, & eorum ciuitatibus conſulitur, & hanc opinionem impugnat Caſtrus-Palaus *tom.* 6. *diſp.* 3. *punct.*.... *n.* 6. nam eſto à lege certa nequeas eximere ob cauſam dubiam, id verum eſt cum pro lege eſt poſſeſſio, & ex aliis, ipſe tamen Duardus ait bene verum eſſe quòd jus quo dicto caſu Princeps vtitur, debet eſſe clarum, ſaltim practicè: nam ſi quis in caſu dubij vellet diſpoſitioni dicti Canonis contraire, non excuſaretur; Duardi ſententiam ſequuti ſunt Suarez *de cenſ. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 64. Filline. *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 7. *numer.* 156. tradit Diana *part.* 9. *tract.* 7. *Miſc. Reſ.* 17. vbi eum Bonacina *tom.* 3. *diſput.* 1. *q.* 9. *puncto* 3. *num.* 2. notat in foro externo ſi impedimentum præſtetur à perſona publica præſumi iuſto titulo appoſitum, ſecus à perſona priuata.

Ad quæſtionem an ſummus Pontifex habeat ſupremam poteſtatem in prohibendo, & concedendo commercium cum infidelibus, & jus bellandi eos; mouet hic Barboſa ad verba *veſtra igitur diſcretioni num.* 3. & remittit ſe ad illa quæ dixit *in tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 1. *tit.* 2. *cap.* 2. quod junges *ad dictum verſ. ad ſecundam.* 10

An Dominus mercium, quæ fuerunt captæ ex eo quod deferebantur ad infideles, ſeu extrahebantur de Regno debeat admitti ad defendendas ſuas merces pro ſuo intereſſe: Cabed. *deciſ.* 62. *part.* 2. notat Hermoſilla *in l.* 12. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſa* 2. *num.* 8. 11

Et quod ſicut ciuitas poteſt impedire extractionem animalium ſeu aliarum rerum, ſic etiam Barones habentes merum, & mixtum imperium poſſint facere pro clama tēpore Careſtiæ; & pluries deciſū vidiſſe refert Franc. Marc. *in deciſ.* 230. *&* 236. *&* 521. Riccius *collect.* 762. ad pragmaticam ne extrahantur animalia, vbi extendit ad farinam & quod prohibita extractio lignorum, etiam, & nauium. Et quod ad pœnas illius refert vt extrahens prohibita amittat animalia, item & non prohibita extrahi, limitat hæc omnia vt deſinat in obſeruantia eſſe illa pragmatica in caſu *deciſ. Rotæ Auen.* 40. vbi fuit dictum quod probata extrahendi libertate virtute præſcriptionis 30. vel 40. annorum ceſſat prohibitio extractionis, & addit non comprehendere minorem extrahentem, *Rub. deciſ.* 21. & Balbus limitat *deciſion.* 90. *in repertis in itinere*; quæ autem ſit pœna contra extrahentes frumenta vltra diſpoſita *in ea pragmatica Ludouic. in deciſion. Perciſ.* 80. de quibus Valdeſius, Azeuedus, Badadilla, Boerius, Gutiertez, & Sylua, quos *ſuprà* adduxi *ſub quæſt.* 1. vbi de aliis pœnis ex Bullis Gregor. Paul. Clem. & aliorum Pontificum. 12

AD

AD TEXTVM.

In cap. Etſi Iudæos XIII. hoc titul.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Rabies Iudæorum obligat eos in odium Chriſti, vt abſtineant à natricibus, ſic vt earum lac à triduo poſt corpus Chriſti receptum eyciant in latrinas, vt n. 2.*

1 TExtus hic inhibet Chtiſtianos eſſe ſeruos, ſiue nutrices filiorum Iudæorum juxta relata *in c. 12. & 8 hoc tit.* & licet econtra Chtiſtiani poſſint habere ſeruos ipſos Iudæos, de quo dixi *ſub cap. 1. hoc tit.* ſed hoc ita vt ex conuerſatione cum eis non otiatur præjudicium Chriſtianæ fidei, juxta ibi dicta, & *in cap. 6.* & aliis vt *cap. 11. &* 12. ſolent enim plura ignominioſa Chriſto; Domino præparare in odium fidei; quare oportet admodũ ab illorum communicatione, continua præcipuè deuiare, cùm multò plus ſerpant, quàm alij Hæretici, ſicut indicant verba hic: *Qui tanquam miſericorditer in noſtram familiaritatem admiſſi nobis illam retributionem impendunt quam* (juxta vulgare prouerbium) *mus in pera ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueuerunt Hoſpitibus exhibere:* Siquidem alia perpetrant horribilia, vt ex aliis ſequentibus verbis apparet, ibi: *Accepimus autẽ quod Iudæi faciunt Chriſtianas filiorum ſuorum nutrices*, (& quod non tantum dicere ſed nefandum eſt cogitare) *cum in die reſurrectionis Dominicæ illas recipere corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti contingit per triduum antequam eas lactent*
2 *lac effundere faciunt in latrinam.* O rabies inaudita Iudæorum, ſiquidem in odium Chriſti obligat illos, vt filij abſtineant à nutricibus, & quod earum lac à recepto corpore Chriſti per triduum effundatur in latrinam, quaſi exiſtimantes adhuc per tot tempus poſſe durare in earum ſtomachis ſpecies ſacramentales; de qua dubitatione dicimus *ſub tit. de ſacram. Euchariſtia,* hoc eſt de celebratione Miſſarum: interim videndus Cenedus cum multis *collect. 15. ad decretal. n. fin. fol. 121.* Rebuff. *in repet. c. omnis vtriuſque ſexus*, vbi fortè dicemus *de pœnit. & remiſſ.* Gaeta *in c. ad limina 30. q. 1. §. 6. n. 109.* & alij ſummiſtæ ac Theologi.

AD TEXTVM

In cap. Poſtulaſti XIV. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus & alij pagani injicientes manus violentas in clericum non incurrunt cenſuras canonis ſi quis ſuadente 17. q. 4.*

2 *Iudex laicus ſolus valet cognoſcere de Iudæo criminoſo, & quid valebit facere Epiſcopus in ditione ſua n. 3.*

IN textu hic agitur de judicio exercẽdo contra Iudęum manus violẽtas inijcientẽ in clericum, & quia ad hanc materiam conuenit applicare dicta ſupra in Rubrica, *q. 2. &* 3. vbi de Iudice contra Judæum criminoſum, & ſub qua forma; & *in cap.* ſicut Iudæi 9. *q.* 3. verſ. *ad ſecundam an optio detur reo in pœnis*, ideò nunc ceſſamus ſolũ enim dicimus textũ hunc eſſe exceptionem *à Reg. c. ſi quis ſuadente 17. q. 4.* Nam cum ibi acriter puniantur cenſuris inijcientes manus violentas in clericos, tamen quia inter alias perſonas, quæ eas non incurrunt ſunt omnes, qui non ſunt baptiſati ſarraceni ſcilicet pagani, & alij infideles, & inter hos Iudæus annumeretur juxta tradita ſub Rubrica hic, & *in cap. 6.* cum aliis ideò quod in Iudæis non habeat locum pœna illius canonis, & aliarum deciſionum Apoſtolicarum de cenſuris loquentium communiter reſoluunt D. D. Antiqui, & Moderni hic vbi Barboſa *num.* 2. Socinus *in cap.* peruenit *à num.* 28. de ſent. excommunic. Brunus in tract. de ſtantibus maſculis *art. 6. num.* 48. Maſquard. de Iudæis *p. 2. titul. 5. cap. 5. ſub num. 5. lib.* 1. Ricciul. de jure perſonar. extra grem. Eccleſ. exiſt. *lib. 2. cap. 4. num.* 3. Vgolinus in tract. de cenſ. Pontific. reſeruatis *p. 1. cap. 9. ſub num. 2.* verſ. *hinc Iudæus* Carol. de Graff. de effectib. Cleri. effect. *9. num.* 290. & alij non iſtos cenſura apprehendere valet cum ſint extra Eccleſiam aduerſus cuius filios tantum habent operari.

2 Vnde licet ſunt plura crimina mixti fori, quorum punitio ſpectat ad Iudicem laicum, & Eccleſiaſticum habito reſpectu ad præuentionem inter tales Iudices de quibus dixi ſub cap. cum ſit generale de foro compet. tamen talis doctrina eſt limitanda in Iudæo vel infideli, v.g. blaſphemante, de quibus ſolus Iudex laicus poteſt cognoſcere quia reſpectu illorum qui baptizati non ſunt nullam habet Eccleſia iuriſdictionem vt in ſpecie reſoluit gloſſa in clem. 1. hoc titul. ſemper enim, & vbique infideles pro criminibus commiſſis in opprobrium fidei à judicibus ſecularibus puniuntur, non ab Eccleſia; ſic probando DD. per textum noſtrum, ac conſuluerunt Oldradus *conſ.* 36. Anchar. *conſ.* 15. Socin. *conſ.* 119. *volum* 4. Alex. *conſ.* 119. *vol.* 6. Balboa agens de blaſphemante *in d.c.* 8. *de foro comp.* §. 6. *n. fin.* quod intelliges præter caſus de quibus dictum eſt hic *in Rub. ſub q.* 2. *&* 3.

3 Vt etiam verba textus noſtri præſtant intelligi cùm ex illis deſumatur quod ſi Iudæus percuſſerit clericum, & ſub ditione Epiſcopi debent illum punire in re temporali, vel pecunia, & iurare vt læſo congrue ſatisfaciat; quod ſi eſt ſub Dominio alterius, moneat Dominum vt idem faciat, quod ſi Dominus negligit implere, Epiſcopus interdicat Chriſtianis, per cenſuras, ne quis præſumat exercere commercia cum Hebræo, donec ſatisfaciat, ſic ex ordinariis Abbas *antiq. coll.* Innocent. Zabar. Bellan. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anchar. Butr. Marian. Socin. Panormit. Felin. Viuian. & alij.

QVÆSTIO I.

An Iudex Eccleſiaſticus punire poſſit Sarracenos, qui conantur ad ſuam ſectam pertrahere Chriſtianos, eo quod ij qui foris ſunt non ſubijciantur Eccleſiæ. Et an Iudæorum errores circa veterem legem, & blaſphemiæ circa nouam, dæmonum inuocationes aliaque flagitia eorum valeant ſeuere per inquiſitores puniri.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia quia habet jus ad defendendam fidem poteſt procedere contra eius perturbatores etiam ſarracenos, & n.* 3.

2 *Bellum licitè ſuſcipitur contra infideles impedientes prædicationem Euangelij, & jus naturæ quod quilibet habet alios docendi.*

3 *Eccleſia pœnis temporalibus valebit plectere impugnantes infideles eam; Chriſtianos etiam cenſuris.*

4 *Inquiſitores valent punire infideles in aliquibus caſibus, quibus offendunt fidem noſtram Catholicam, & n.* 5. *ibi de nonnullis.*

AD primam quæſtionis partem, quæ ex proximis notatis hic in præmiſſo, prouenit, dubitatur per illud Apoſtoli: *de his qui foris ſunt nihil ad nos:* at nihilominus reſpondent Nauar. *tit. de Hæretic. conſ.* 7. & Scortia *ad Bullã Greg. XI. edit. ann.* 1372. *incip. admodum Epitom.* 27. *Theor.* 75. *& ex Bulla.* 70. *Greg. XIII.* poſſe, tum ex dictis Bullis Gregorij cum eadem ſit ratio Sarracenorum, & Iudæorum; tum quia Eccleſia habet juriſdictionem ad defendendam fidem: quare poterit procedere contra illius perturbatores, ſicut Iudex in aliqua cauſa poteſt procedere contra impedientem proceſſum *c.* 1. *de offic. delegati, gloſſa ibidem.* tum exemplo D. Pauli *actor. c.* 43. qui Elymam Magum conantẽ à fide auertere, Procõſulẽ cæcitate percuſſit. 1 2

Tum quia licitè ſuſcipitur bellum contra infideles impedientes prædicationem fidei infidelibus ſubditis, eo quod auferãt à nobis jus datũ *Marci c. vltimo, & Math. c.* 28. prædicandi Euangeliũ, & jus naturę quod quilibet habet docendi alios, quę facere debet vt ſentit S. Thom. 1 2. *q.* 10. *art.* 8. Caiet. *ibid.* Auguſt. *de ancina de poteſt. Eccleſiæ q.* 23. *a.* 3. Syluest. *Verb. Papa q.* 7. Victor. *de indul. inſul. p.* 2. *n.* 9. *vſque ad* 16. Sotus 4. *diſt.* 5. *q.* 1. *art.* 3. Valentia 2. 2. *diſp.* 1. *q.* 10. *p.* 6. Azor *inſtit. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 14. *q.* 10. *& tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 18. Couar. *in Reg. peccatum p.* 1. §. 10. *n.* 3. Sanct. Anton. 3. *p. tit.* 22. *c.* 5. §. 8. & alij.

Igitur licet ij, qui foris ſunt, non judicentur niſi temporali pœna ex textu noſtro, in his in quibus Eccleſiam offendunt, non inquam ſpirituali pœna excommunicationis, quia dictat recta ratio vim vi repellere, ſequitur vt Eccleſia valeat ſe, ſuoſque tueri contra impugnantes, cum, & ipſi propter delictum efficiantur de foro Eccleſiæ, vt de hac re docent per textũ hunc Felin. Gloſſa *in c. ſæpè* 18. *q.* 1. *& c. cõſtit.* 17. *q.* 4. *& c. poſt miſerabilem de vſuris infrà clem. vnica hoc titul.* & ad hunc effectum concedit Pontifex Greg. XI. in jam relata Bulla inquiſitoribus vt ſi opus 3

opus ſit inuocent auxilium brachij ſecularis, & contradictores (Chriſtianos ſcilicet) compeſcant Eccleſiaſticis cenſuris, ob eandem, ac fortiorem cauſam poterunt reprimere, & compellere, atque punire Sarracenos ſiue infideles auertentes à Chriſtiana fide ad nefariam ſectam fideles, vt cauetur *in d. Bulla Greg. XI.* Scortia *ibi d. Theor. 75. in verſ. Multo.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis reſpondetur, & ex alia *conſt. Greg. XIII.* quæ eſt 70. olim 713. edit. ann. 1581. incipit *antiqua*, affirmando quia, etſi Iudæi, & infideles in ſpiritualibus non ſubijciantur Eccleſiæ, & ob id nequeant ſpirituali pœna excommunicationis puniri *d. cap. multi 2. qu. 1.* poſſunt tamen plecti ſtatutis à jure pœnis ſi, quæ committunt crimina *ex textu noſtro, vt ſi v. gr.* in Deum, & Chriſtianam Religionem blaſphemi ſint, aut in Principem vel Rempublicam, quibus ſubſtant, aut in alios priuatos homines peccent vt conſtat *ex l. Cod. ne Chriſtian. mancip. l. hac valitura l. Iudæis Cod. eodem*, DD. *per textum hic*, vbi Gloſſa Eymeric. *in director. inquiſit. p. 2. q. 46. Repert. inquiſit verb. Iudæus §. an, & ex qua cauſa*, Zanquin. *tract. de hæretic. cap. 36.* Azor *tom. 1. lib. 8. cap. 22. quæſt. 11. & 12.* Oldrad. *conſ. 36.* Scortia *epitom. 132. Theor. 347.* vbi bene ex hac Bulla Gregor. XIII. & alia Clem. VIII. quæ eſt 20. & incip. *cum Hebræorum*; decernitur Eccleſiaſticos Iudices, & inquiſitores poſſe punire infideles ac Iudæos criminoſos in aliquo delicto ex decem contentis *in d. Bulla*, quæ non repetimus, cum jam de illis *ſub d. Rubrica noſtri tituli*, dictum ſit, inter quos nouus eſt caſus, ſi ludibrio Chriſtum Dominum, & res noſtræ Religionis habeant.

5 Item, & quatenus caſus ſi in Chriſtum Dominum, & Beatam Virginem blaſphemias Hæreticales proferant, *cap. in nonnullis hoc tit.* ſi Dæmones inuocauerint, conſulerint eis Sacrificia, Thuris fumigationes, & ſimilia impietatis obſequia detulerint, & Chriſtianos, hæc docuerint, vel ad ea quouis modo perpetranda inducere tentauerint ex rationibus jam adductis hic, *à n. 1.* quare plura alia hic non addimus.

AD TEXTVM

In capit. in Nonnullis XV. hoc titul.

PRÆMISSVM.

DE materia textus noſtri dictum eſt late ſupra *in cap. 3. hoc tit.* quatenus ad cæremonialia Iudæorum, & quæ illis permittantur aut prohibeantur; ſed quia hic de habitu eorum, & num aliquando liceat Chriſtianis aliquando eorum habitu ſeſe ornare, aut diſſimulare, ideo præmiſſis, quæ dixi *ſub tit. de ſumma Trinit. & Fide Catholica, in Rubrica ſub q. 4.* ibi: *an fideles teneantur omni tempore exterius fidem Catholicam confiteri, ſeu quando*; vbi *quid de negante eſſe Chriſtianum, & an liceat aliquando omittere ſignum inſtitutum publica lege ad cognitionem veræ fidei*: & alibi. Ideo de hoc pauca. 1

Et *in verſ.* ibi: *Ne igitur tam damnatæ commiſtionis & in Gloſſa* ibi: *animaduerſione*, & *ibi erroris* tractando de fædiſſima & carnali commixtione Chriſtiani cum Iudæa, & vice verſa, qua pœna, & à quo Iudice puniatur, de quo cum multis Farin. *in praxi crim. q. 139. conſ. 823. & 45.* cum aliis Barboſa *hic num. 3. 7. & 8.* ſed ne repetantur jam alibi ex propoſito dicta, vt nobis moris eſt: ideo leges quæ tractaui *in alleg. fiſcal. p. 3. q. 1.* vbi de illa: *infidelis v. g. Iudæus, & Turca habens rem carnalem cum Chriſtiana, an pœnam aliquam incurrat ab inquiſitoribus imponendam, ſeu ſpectet cognitio ad alium Iudicem ordinariũ.* 2

QVÆSTIO I.

An ad vitandum mortem, ſit licitum vti pileo pallido Iudæorum. Et an ſtante neceſſitate ſit licitum vſurpare veſtes, & ſigna inſtituta ad cæremonias infideliũ? Et an ſi vtatur in terris Turcarum pileo cum tobalea alba vt ſecurus pertranſeat peccet? Et an liceat exploratoribus vulgo *Eſpias*, ſimulare in terris infidelium ſe eſſe Turcas ac veſtibus proteſtatiuis falſæ ſectæ vti, & adire etiam templa.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi debent diſcerni à Chriſtianis qualitate habitus: maſculi virreto, fœminæ alio ſigno.*

2 *Iudæi à delatione virreti poſſunt excuſari ex licentia Papæ cum cauſa benè viſa, & n.7.*

3 *Chriſtiani vt ſe diſſimulent ad periculum euitandum queunt vti veſtibus infidelium, vt in bellis quotidie accedit, ſigna mutando: fallit vt num. 6. & n. 8. 9. & 10.*

4 *Sacerdos gentilis ad fidem conuerſus, non tenetur ſtatim ſuam veſtem Turcicam mutare, ſi mortis periculum à ſuis immineret.*

5 *Fidelis obligatus à Iudæo Turca, aut infideli vt apoſtataret à fidè Catholica, tenetur potius mori.*

6 *Pilei Iudaici delatio à Chriſtiano quo modo excuſetur.*

7 *Veſtes infidelium quibus aliquoties vtuntur Chriſtiani, ob vitandum periculum, habent ambiguam, & indifferentem ſignificationem, vt numero 10.*

8 *Veſtibus quibus depictæ imagines deorum, & in vexillis effigies Mahometis, & Lunæ, Martis, non prohibentur vti Chriſtiani, vt fugiant mortem, & num. 18.*

9 *Veſtes, quæ apud infideles ſignificant eorum ſectam ſi ſumantur à Chriſtianis, valent excuſari ex alio fine, vt euitandi mortem, & 11. vbi diluitur opinio contraria.*

10 *Veſtium vſus infidelium habet apud Chriſtianos potius occultationem quam prauum vſum.*

11 *Cæremoniis falſæ Religionis prohibentur Chriſtiani vti, ſi inde ſcandalum veniat, & ratio cultus non ſeparetur, & earum vſu obſcuretur confeſſio fidei, vt n.13.*

12 *Veſtis Sacerdotalis non eſt cultus in Deum ſed habitus quo exercentur cæremoniæ, & ipſe cultus.*

13 *Sacerdos Iudaicus non colebat Deum ſola impoſitione mitræ, ſed quando mactabat victimas, & adolebat incenſum &c.*

14 *Pileo cum Toballia alba apud Turcas ad diſſimulandam mortem poteſt Chriſtianus vti, vt numero 16. 17. & 18.*

16 *Veſtibus per ſe deputatis ad cultum ſuperſtitioſum ad ſe occultandum quando poſſit vti Chriſtianus, & numero 18.*

17 *Pileo flauo ad morem Iudæorum poteſt quis Romæ vti ad ſe occultandum, ne occidatur.*

18 *Exploratores vulgo* las Eſpias *valent veſtibus Turcarum vti, vt ſe tales eſſe occultent, & n.22.*

19 *Chriſtiani fingere valent ob bonum Chriſtianiſmi ſe eſſe Turcas, aut hæreticos veſtibus eorum vtendo ac templa intrando*

20 *Extrinſecea fingere ex iuſta cauſa licitum eſt.*

21 *Exploratores Chriſtiani, & ſi ſe ſimulare valeant apud Turas, ratione boni, non tamen eorum ſynagogas intrare tempore officiorum, ſecus ſi illas Chriſtianus adiret ad aliud negotium ciuile peragendum.*

22 *Præceptum de confitenda fide non ſemper obligat ad reſpondendum infideli interroganti, ſed quando diſſimulatio cederet infideli iniuriam, aut nocumentum.*

AD has difficultates, vt reſpondeatur, præmittendum eſt ex verbis textus noſtri ibi: *habitus diſtinguit diuerſitas;* quod Iudæi debent à Chriſtianis qualitate habitus diſcerni, ſicut etiam Paul. IV. & Pius V. pariter prouidis conſtitutionibus ſanxerunt: ille *in conſ. titul.* 3. incip. *Cum nimis abſurdum:* hic *in conſtit.* 3. incip. *Romanus Pontifex* quarum autoritate ſancitum eſt vt maſculi birretum, fœminæ vero aliud ſignum patens; ita vt nullo modo celari, aut abſcondi poſſit, palam deferre teneantur, nec ſuper in delatione birreti, aut alterius ſigni huiuſmodi cuiuſuis eorum gradus, vel præeminentiæ ſeu tolerantiæ excuſari, aut per camerarium, aut Sed. Apoſt. legatos abſolui poſſint, cum ampliſſima derogatione priuilegiorum in contrarium quomodocumque facientium, vt referunt Ricciul. *de iure perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.2.cap.43. num.* 1. vbi *num.* 5. cum Fulgoſ. *conſ.* 55. *num.* 2. *verſ. ſecundo ſciendum:* Marquard. *de Iudæis part.1. cap.4. verſ. valeret tamen*, ac aliis. 1

Reſoluit huiuſmodi priuilegium de non deferendo ſignum ex cauſa bene viſa concedi poſſe Hebræis per ſummum Pontificem videndi ſunt Barboſa *hic n.* 2. cum Guillelmo Palacios, & Didaco Perez item, 2

item, & Zened. cum aliis ad decretales *collect.* 59. *num.* 3. præter ordinarios antiquos ad textum noſtrum.

3 Ad primam igitur quæſtionis partem cum hoc ſuppoſito, quia latè diſputat Gaſpar Hurtado *de fide diſp.* 9. *dif.* 8. Duuallius *in d. Thom.* 2. 2. *tract. de fide q.* 3. *art.* 3. Vbigens *in* 2. 2. *quaſt.* 3. *art.* 2. *n.* 56. Tannerus *tom.* 3. *diſp.* 1. *quaſt.* 7. *dub.* 5. *n.* 100. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 17. *n.* 3. Conink *de fide diſp.* 15. *dubio* 3. *concluſ.* 8. Hurtado de Mendoza *de fide in* 2. 2. *diſp.* 48. *ſect.* 3. §. 27. Gordonus *in ſumma tom.* 2. *lib.* 6. *qu.* 12. *cap.* 9. §. 4. *n.* 21. ceoſentes probabilem, imò probabiliorem eſſe ſententiam, nempe interdum licere vſurpationem ſigni, quo ſoli infideles vtuntur pro ſigno ſuæ ſectæ; quia quando vſus eſt indifferens ad ſignificanda plura, non eſt cur ex graui neceſſitate vitandæ mortis non poſſem ego vti ad finem diſtinctum à profeſſione Religionis: cùm ergo Pileus habeat effectus naturales independentes à ſignificatione Iudaica, non ſecus ac aliæ veſtes quo diſtinguitur à verbis quibus cùm loquimur, non vtimur, niſi ad ſignificandum objectum, vt à nobis concipitur, ſequitur vt poſſint fideles tali pileo, ſiue veſtibus vti, vt diſſimulent ſe eſſe tales, vt ſic effugiant pericula mortis, vt pote quotidie accidit inter pugnantes, ac milites, qui ne debellentur liberique euadant ſolent ſignis veſtium, quibus aliter non vtuntur ſe ornare, non quidem vt profiteantur ſectam infidelium, ſed tantum vt eorum furorem ſubterfugiant pro tunc: alia fundamenta adducit idem Gaſpar. Hurtado, & cum eo Diana *p.* 5. *tr.* 7. *de ſcandalo Reſ.* 33.

4 Qui & Duualius *in* 2. 2. *D. Thomæ tr. de fide quaſt.* 3. *art.* 3. *concluſ.* 2. dicunt Sacerdotem gentilem, & Turcicum ad fidem noſtram conuerſum non teneri veſtes, quibus vti ſolet ſtatim deponere, & ſe prodere, atquè periculo euidenti mortis ſe exponere, nec Catholicos Angliæ veſcendo carnibus diebus veneris, & in Quadrageſima ad ſe occultandum peccare, licet ad proteſtationem libertatis Euangelicæ talis vſus fuerit permiſſus, & introductus.

5 Aliud inquam erit, quando quis fidelis obligaretur à Iudæo Turca, aut infideli vt apoſtataret à fide Catholica, cùm tunc teneatur potius millies mori, quàm fidem Chriſtianam abnegare.

6 Vnde licet multi quos refert Thomas Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 18. negatiuè reſpondeant in noſtro dubio quia pileum illud indicat eo vtentem eſſe Iudæum, nullumque poſſe dare infidelitatis indicium, & ſic nec eo pileo vti tamen reſpondetur diſtinguendo quod illud pileum in noſtro caſu non ſignificat prudenti æſtimatione circunſtantiarum eo vtentem eſſe Iudæum determinatè, ſed tantum vagè, & confusè eum eſſe Iudæum vel hoſtem diſſimulatum habitu Iudaico, aut alicuius fidelis, qui vt ſe excuſet à periculo eo, pro tunc vtitúr, non vt profiteatur ſe eſſe Iudæum aut infidelem, & ſic *ſuprà num.* 1. hic Iudæi tali pileo vti compelluntur, niſi diſpenſatione Pontificia ſint vallati vt tali ſigno diſtinguantur à Chriſtianis, quos facilè poſſent ſubuertere, ſi ab illis non cognoſcerentur ſub aliquo ſigno.

Ad ſecundam quæſtionis partem videtur iuxta proximè dicta reſpondendum ſimili diſtinctione, quia vſurpatio illius veſtis habet vſus naturales, & politicos independentes à ſignificatione cultus illiciti, omnis enim veſtis poteſt calori frigori, & elegantiæ corporis ſeruire; nam & manipulus poteſt eſſe ad elegantiam, vel alium finem, quo differunt ſigna rerum à ſignis vocum, quod voces natura ſua ſunt inſtitutæ ad ſignificandam rem, vt concipitur à loquente: ergo ab infidelibus res vſurpari ad illicitum ſuum cultum eſt rebus omnino per accidens, nec illis adimit ſignificationem naturalem, aut politicam, quibus & aliis fundamentis in propoſito affirmant Sanchez *in ſum. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 20. Azorius *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 27. *quaſt.* 4. Duuallius *in* 2. 2. *de fide quaſt.* 3. *art.* 3. *concluſ.* 3. Ioann. Vvigers *ſup. q.* 3. *art.* 2. *n.* 36. Petr. Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *diſp.* 48. *ſect.* 4. §. 54. 7

Qui rectè etiam in §. 57. docet aduerſùs aliquos poſſe Catholicum vti veſtibus, in quibus depictæ ſunt imagines deorum, & in vexillis effigies Mahometis, Lunæ, Martis, &c. ſequitur Diana alia referens *d. p.* 5. *tract.* 3. *de ſcand. Reſol.* 34. exemplis, & Doctrina exornans, cùm adeſt neceſſitas inſtans. 8

Quare non obſtant Turrian. *in* 2. 2. D. Thom. *tom.* 1. *diſp.* 35. *dubio* 4. Suarez *de fide diſp.* 14. *ſect.* 5. *num.* 8. *&* 12. Gaſpar. Hurtado *de fide diſp.* 9. Caſtrus-Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 17. *num.* 7. negantes licitum eſſe etiam inſtante neceſſitate vſurpare veſtes, & ſigna infidelium 9

inſtituta ad cultum, & cæremonias falſæ legis, quia vſurpatio illius habitus eſt ſimulatio religionis falſæ; ſignificamus enim eo ſigno determinatè obſeruationem Religionis falſæ, cùm illæ veſtes nulli alij vſui deſeruiant; tamen ex reſponſo præſtito ſuperiori difficultati patet, vt licet inter Iudæos, & infideles; ita acceptum reperiretur, & nos Chriſtiani ſic intelligamus; tamen non impedit vt nos ipſi aliquando inſtante neceſſitate liberandi nos à periculo mortis, illis veſtibus vtamur, vt diſſimulando à periculis liberemur, & addidit idem Petr. Hurtado de Mendoza *in 2.2. quæſt. 173. ſect. 23. §. 288. & ſeq.* quod ſi immineat periculum deſerendæ fidei in cruciatibus, aut aliis ærumnis non adſit obligatio à dictis actionibus abſtinere, ad vitandum ſcandalum aliorum.

10 Et ad argumentum affirmantium reſpondetur prædictas illas veſtes non continere mendacium, nec falſam ſignificationem, ac proinde nec fidei negationem, ſed occultationem tantùm cum materiali ſimulatione: & confirmatur, quia etiam in verbis ſi habeant plura ſignificata, licitum eſt vti verbo ambiguo in ſignificatione, quæ ad occultandum ſecretum deſeruit, etiam ſi ab audiente in alio ſenſu ſint verba accipienda; ergo in noſtris caſibus licitus erit vſus talium veſtium in neceſſitate; ſunt enim quaſi ambigua, & æquiuoca ſigna, quæ poſſunt vel ob ſolum vſum primarium, vel propter ſignificationem ſumi cum ſit in poteſtate vtentis vnum ab alio ſeparare, & ſi aliquis fortaſſe decipiendus ſit: ita Diana *d. p. 3. tract. 5. Miſc. Reſol. 49. verſ. ad argumentum.*

11 Aliqui enim aſſerunt licere falſam Religionem vtendo aliquibus ipſius cæremoniis, quibus illa in cultu ſibi proprio vtitur non quatenus cæremoniæ ſunt illius Religionis, ſed ob alium finem, & iuſtam cauſam: Medina *in p. 2. q. 103. art. 4.* Lorca *in 2. 2. quæſt. 6. diſput. 24. n. 7.* vbi *num. 9.* addit hoc verum eſſe etiam ſi hæc ita fierent vt videntes credant non illas cæremonias formaliter vſurpari, quatenus ſunt cæremoniæ illius Religionis; quia hæc eſt ſimulatio, aut potius diſſimulatio: quam doctrinam cum triplici intellectu admittit, nempè quod actiones tales ſint, vt ratio cultus ab eis ſeparari poſſit, ex quodam mat. adorationem externam idolo factam cum eis circunſtantiis, quibus nata eſt ſignificare eiuſdem in terram adorationem; Secundò, vt abſit ſcandalum, tertio vt illo vſu non obſcuretur confeſſio fidei, quando hæc obligat nec ex circunſtantiis cenſeri poſſet fidem negari.

Ex dicto inquam Lorcæ, & Medinæ 12 fundatur ſupremè relata jam adducta doctrina in vtroque dubio *ex num. 1.* hic: ſed quia hæc Lorcæ non ab omnibus admittitur, inter quos illum impugnat Ægidius Couink *tract. de fide diſp. 15. dubio 3. num. 28.* non ideo eſt cur recedendum ſit à reſolutione vtriuſque caſus, dum veræ fidei confeſſio coram infidelibus non inſtat vt *infrà* dico *in fine*, qualiter intelligatur: veſtis inquam ſacerdotalis, vt inquit Diana *dict. part. 5. tract. 3. ſub reſol. 35.* non eſt cultus in Deum, ſed habitus, quo exerceantur cæremoniæ, & cultus in Deum.

Non enim ſacerdos Iudaïcus colebat 13 Deum ſola impoſitione mitræ; ſed quando mactabat victimas, aut adolebat incenſum, qui autem ſi extra templum extraheret mitram, nullum propterea cultum exerceret, ſed poſſet illam extrahere, vel ne caput infrigidaretur, aut elegantior mulîercula videretur.

Ad tertiam quæſtionis partem duplex 14 eſt ſententia, quæ negat aut affirmat, vt ſi quis vtatur in terris Turcarum pileo cum tobalia alba, vt ſecurus pertranſeat, peccet vel non mortaliter, affirmantium, vt ſunt Becanus *in 2. 2. cap. 9. q. 5. dub. 6. n. 35.* Valentia *tom. 3. diſp. quæſt. 3. punct. 2.* Nauar. *in man. cap. 11. n. 27.* Philiarc. *de Offic. Sacerd. tom. 1. part. 1. lib. 2. cap. 9.* Caiet. *in 2. 2. q. 3. art. 2.* D. Anton. *part. 2. tit. 12. cap. 6. ſub fine*, & alij quia nunquam licitum eſt falſam ſectam ſimulare; at in tali caſu illam ſimulat; ergo: Alij inquam, vt Sà *verb. fides num 4.* Gaſpar. Hurtado *de fide diſput. 9. diſ. 8.* Tanner. *in 2. 2. diſput. 1. quæſt. 7. dub. 5. num. 110.* Bañes *in 2. 2. quæſt. 3. artic. 2. dubio 2.* Layman. *in Theologia morali lib. 2. tract. 1.* Suarez *de fide diſput. 14 ſect. 5. num. 7.* Diana alios referens, ac dicens hãc probabiliorẽ *part. 3. tr. 5. Miſcel. Reſ. 49.* dicentes licere ob periculum mortis, aut iuſtam ab hoſte victoriam reportandam, vel ob aliam cauſam ſatis grauem, & neceſſariam; quia vt dictum eſt *ſuprà* huiuſmodi veſtes per ſe, & directè non ſunt ſigna proteſtatina falſæ Religionis, ſed res ſecundum ſe indifferentes.

Quare Thomas Sanchez *in ſum. tom.* 15 *1. lib. 2. cap. 4. d. num. 20.* & alij dixerunt ob grauem neceſſitatem licere etiã in terris

infi

delium vel per materialem ſimulationem ad ſe occultandum, veſtibus per ſe primò deputatis ad ſuperſtitioſum cultum alicuius falſæ ſectæ, quæ non habent communem, & corporalem vſum, ſed ſacrum, vel quaſi ſacrum in tali ſecta; quia ſupradictæ veſtes in tali caſu retinent ſemper aptitudinem, quam de ſe habent ad communem vſum; & ſic licere homini vti quacumque veſte, propter hunc vſum quaſi intrinſecum, & naturalem, contempta quacumque alia hominum inſtitutione, & permittendo aliorum deceptionem etiam ſi inde ſequatur ſcandalum.

17 Quam opinionem Sanchez, etſi probabilem vocet Diana *ſuprà*; ipſe tamen in hac extenſione Sanchez non ſequitur, contra quam admodum loquuntur Gaſpar Hurtado *d. diſ.* 8. Suarez *tract. de fide, diſp.* 14. *ſect.* 5. *n.* 12. & alij, ſed relatam negatiuam ſequutus Diana admittit ex ratione illius poſſe aliquem Romæ geſtare pileum cum ſigno flauo more Iudæorum, vt dum ad necem quæritur incognitus effugiat, & ſic Azorius *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 27. *q.* 6. & alij putauerunt affirmare, vt liceat vexilla ſignis conſuetis Turcarum inſignita, in claſſe vel exercitu erigere, etiam ſi eſſet ſignum Martis, Palladis, aut Iouis, Lunæ, ſolis, & etiam Mahometis, vt etiam docent Layman *in Theolog. Morali lib.* 2. *tract.* 5. *c.* 11. *n.* 4. Tanner. *in* 2. 2. *diſp.* 1. *q.* 7. *dub.* 5. *n.* 117.

18 Ad vltimam quæſtionis partem an liceat exploratoribus, vulgo *Eſpias*, ſimulare in terris infidelium ſe eſſe Turcas, ac veſtibus proteſtatiuis falſæ ſectæ vti, &c. Cui dubio quia ex adductis hic *à n.* 1. facilè valet reſpondi; ideò relata duplici ſententia negatiua, vna, quia vſus ſupradictorum ſignorum eſt intrinſece malus, eo quòd ſunt ſigna ex ſe ordinata ad negandam fidem; tamen ex jam adductis hic *à n.* 1. probabiliſſimè docent alij licere dictis exploratoribus ſimulare ſe eſſe Turcas, ac veſtibus illorum vti: ſic Valentia *tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 2. Ioannes Machad. *de perfecto conf. tom.* 1. *lib.* 2. *tract.*

19 2. *docum.* 5. *n.* 8. Dicentes (etſi Bonacina ſit auctor negatiuæ *tom.* 2. *diſp.* 3. *q.* 2. *p.* 3. *num.* 26.) illis ſic licere ob bonum Chriſtianiſmi fingere ſe Turcas, aut hæreticos, dum gradiuntur per terras eorum, & vt tales eorum templa intrare, eorum veſtibus, ac aliis ſignis talis falſæ

20 ſectæ vti. Nam ex tuta cauſa Hieronymus, & Adrian. dicunt licitum eſſe extrinſecè fingere idololatriam, aut falſam Religionem, dum excuſetur ſcandalum, nec ſit tempus in quo debeat expreſsè fateri fides per præceptum affirmatiuum: & horum eſt ratio, quia ſimulatio falſæ religionis extra prædictos caſus, in quibus obligat præceptum affirmatiuum confitendi fidem, nec eſt contra id præceptum affirmatiuum fidei, vt patet, nec contra negatiuum, quia, vt jam eſt ſuppoſitum, non intendit aliquis per verba, aut cæremonias falſæ Religionis negare fidem; nec etiam eſt talis ſimulatio contra charitatem Dei, aut proximi; quia vt etiam ſupponitur, abeſt ſcandalum infirmorum, & cauſa ſubeſt, propter quam meritò ſit negligenda deceptio alterius, qui putet ſimulantem eſſe infidelẽ. Et ſic Diana refert etiã ex eodem Bonacin. *p.* 8. 21
tract. 7. *Miſcel. Reſ.* 13. poſſe exploratores Principum Chriſtianorum vti ſignis, & veſtibus, quæ juxta Religionis conſuetudinem adhiberi conſueuerunt, modò Mahometus, vel aliquis falſus Deus in ipſis non exprimatur; ſicut etiã veſci carnibus diebus in Eccleſia vetitis, non autem licere prædicto vito ſynagogas, & Moſcheas adire, quo tempore Turcæ ad eas ſe conferunt, cauſa orandi, vel adorandi Mahometum, vel aliud idolum; ſecus autem ſi adeat ſynagogas ad negotium aliquod ciuile peragendum vel ad ſeruiendum alicui Principi, vel animo inſpiciendi, aut inquirendi quid ibi agatur, abſque intentione non ſolùm interius, ſed etiam exterius colendi Mahometum, vel idolum.

Et quia prædicta Doctrina fallit, quan. 22
do adeſt præceptum confitendi fidem; ideò pro complemento notandum eſt non ſemper præceptum de confitenda fide obligare, ad reſpondendum infideli interroganti, an aliquis ſit Chriſtianus; ſed regulariter tantũ id verũ eſſe, quando aliqua diſſimulatio fidei cederet in fidei injuriam, aut nocumentum proximorum: ſic Bannez *in* 2. 2. *q.* 3. *art.* 2. Tannerus *ibi diſp.* 1. *q.* 7. *dub.* 5. *n.* 126. Conink *de fide diſp.* 15. *dub.* 5. *n.* 109. Lorca *in* 2. 2. *diſp.* 24. *n.* 21. & 22. Gaſpar Hurtado *diſ.* 4. cum aliis contra Caietanum 2. 2. *q.* 3. *art.* 2. & aduertit Diana *p.* 3. *tr.* 5. *Reſ.* 49. *in fine* cum Filliucio *tom.* 2. *tract.* 22. *c.* 3. *num.* 65. poſſe in tali caſu aliquem illudere aliqua ratione interrogantem, non autem negare ſe eſſe Chriſtianum.

AD

AD TEXTVM

In capit. Cum ſit XVI.

PRÆMISSVM.

DE hoc textu agitur *infrà in cap. ſpeciali* 18. vbi quod Iudæi non ſunt præficiendi publicis officiis nec ſecularibus, nec Eccleſiaſticis, interim applicabis dicta *in alleg. fiſcal. S. officij inquiſit. p.* 1. *alleg.* 38. *&* 39. Notaui aliqua *in cpa.* 7. *de reſcrip. & in verſ. hoc idem* extendimus ad paganos; an diſpoſitio loquens de Iudæis extendatur ad paganos, & non extendi niſi fiat ſpecialis mentio: Barboſa *hic in fin.* Marquard. *de Iudæis c.* 2. *n.*8. *p.*2. Anania *hic n.*17. Abbas *n.* 3. *verſ. item collige,* ſed tu abundè colliges ex dictis *in Rubrica, & in cap.*6. *hoc tit.*

AD TEXTVM

In cap. Ad liberandum XVII.

PRÆMISSVM.

MAteria huius textus integrè manet tractata, ac intellecta *ſub cap. ita quorumdam* 6. *cap.* 11. *cap. cum olim* 12. & aliis huius tituli.

AD TEXTVM

In cap. ex ſpeciali XVIII.

PRÆMISSVM.

TExtus iſte loquitur cum Regibus Portugalliæ, & inſcribitur per Alex. IX. ad Epiſcopos noſtræ Eccleſiæ Auſtricenſ. & Epiſcopos Lucenſ. contra Iudæos in publicis officiis non admittendos.

QVÆSTIO I.

An Iudæi pagani ſiue infideles valeant inter Chriſtianos publicis officiis præponi; & an Iudices inter illos eſſe poſſint? An poſſit inter Chriſtianos eſſe notarius, Doctor aduocatus, vel Arbiter, & quid de Iure Romanorum? Et poſſint obtinere Collegiaturas Eccleſias, aut confraternitates requirentia ſanguinis puritatem. Et an valeat neophytus ordinari ſeu beneficiari; & quibus teſtibus ea probetur puritas. Vbi de priuilegiis Hebræorum circa res ſibi vend.tas.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, & pagani non præficiuntur officiis publicis inter Chriſtianos, eo quòd nos odio habeus, de ratione n.* 4.

2 *Doctor D. Paulus Epiſcopus Burgenſis conſuluit Regem Henricum, vt non reciperet in ſeruitio ſuæ domus Regio, nec ſui Patrimonij, nec ad alia officia Reipublicæ recenter conuerſos.*

3 *Henricus Rex Hiſpan. necatus fuit à Maiar Medico Iudæo.*

4 *Neophyti, & recenter conuerſi ſunt ſeditioſi ambitioſi, & communitatibus pernitioſi.*

5 *Neophyti, & conuerſi admittuntur ad officia quæ non requirunt ſanguinis claritatem, & quam de Iure Regio numero* 8.

6 *Rex Portugalliæ per Pontificem Greg. IX. fuit mandatus vt non præficeret Iudæum Chriſtianis in officiis publicis.*

7 *Iudæi reconciliati eorumque filij, aut nepotes admittuntur ad officia publica.*

8 *Portugalliæ in Regno nec Iudæi conuerſi, nec veterani Chriſtiani trahentes originem à ſarracenis, vel Iudæis ad illa officia publica admittuntur, & Regio diplomate inhabiles ſunt ad Canonicatus, & Dignitates, nec ad Eccleſiaſtica beneficia habentium curam animarum.*

9 *Caſtellæ in Regno Neophyti ad officia non prohibentur admitti, taliter vt in Portugallia, ſed non admittuntur ad officia Regiæ Inquiſitionis, nec ad Canonicatus certarum Eccleſiarum habentium ſtatutum puritatis, à Collegiis, & ordinibus militaribus ab officio nutricum prolis Regiæ, & Medicorum; & quid in aliis Regnis.*

10 *Iudæus prorsùs eſt incapax cuiuſcumque juriſdictionis, & poteſtatis.*

11 *Iudæus num poſſit eſſe defenſor ciuitatis Arbiter, & Aduocatus remiſſiuè.*

12 *Chriſtianus veteranus in honoribus aſſequendis eſt præferendus Neophyto.*

13 Infames

14 *Infames ſicut remouentur à dignitatibus, & honoribus, ſic, & infamia notati.*

15 *Gens Iudaica vocatur fœtida, & apud omnes gentes odio habita cuius deſcendentes ab omnibus officijs nobilitatis & & puritatis ſunt prohibiti, & n. 17.*

16 *Reges Catholici D. Ferdinandus, & Eliſabeth expulerant Iudæos ab his Caſtellæ Regnis.*

17 *Generatio Iudaica Chriſto Domino nigra exiſtit, & ſic quod ab ea nihil boni eſt ſperandum, Chriſtianoſque curat quotidie fallere modis omnibus contra eos inuidendo ac irridendo, & n. 18.*

18 *Epiſtola Iudæorum quædam Miſſa ad Iudæos Hiſpaniæ, quia conſulebat vt ſi poſſent, occiderent Chriſtianos.*

19 *Iudæi vt appellat Lex Regia ſunt ſeditioſi, doloſi, inſolentes, audaces, procaces, litium excitatores, verſuti, rixoſi, cauilloſi, &c.*

20 *Iudæi vagantur in mundo ſine homine, ſine Deo, & Rege quibus nec aduenarum jure terrarum Patriam, ſaltim veſtigio ſalutare conceditur, etſi per leges miſſi prohiberentur honorifica officia obtinere, ſi Chriſtiani eſſent, vt n. 22. 23. 24. &c. Vide n. 35.*

22 L. 3. §. fin. ff. de decur. *& num. ſeqq.*

23 *Religio Chriſtianorum, quæ ab initio creſcebat, vocabatur à Gentilibus Iudæorum.*

24 L. Spadonem 15. §. jam autem ff. de excuſation. tut.

25 *Iudæi ſub Seuero maximè fuerunt afflicti ſed non fuerunt habiti infames apud ethnicos cum ad honores poſſent aſcendere, & n. 26.*

26 *Iudæi ſalua religione in ſabbato, nec arma mouere, nec iter vllum, aut negotium poterant inſtituere.*

27 Cap. conſtituit 17. q. 4.

28 *Iudæi poſtquam habita fuit Religio Chriſtiana, cœperunt amoueri ab officiis publicis, & honoribus, ne tanta auctoritate contra Chriſtianã fidẽ aliquid molirentur, & de ratione n. 29.*

29 *Iudæi ſunt ipſa infamia turpiores, & ob id non aggregandi ciuium numero.*

30 *Iudæi ſunt admodum beneficiorum ingrati, eorumque immemores, ſuntque Chriſtianis veteranis irreconciliabiles, n. 31.*

32 L. 6. tit. 24. p. 7. *relata* ſub num. 20. *explicatur.*

33 *Neophyti recenter conuerſi prohibebantur* per legem Regiam, *obtinere officia, non verò ſi veterani eſſent, & n. 34.*

35 *Iudæi ſiue Neophyti, ſub qua generalitate ad beneficia, alioſque honores aſcendere prohibeantur.*

36 *Neophytus nequit Epiſcopus ordinari, ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat Diaboli.*

37 *Neophytus ad Ordines ſacros nequit promoueri, & poſt quod tempus ei permitteretur, & n. 38. 39. 40.*

40 *S. Ambroſij electionem blaſphemabant Bercelenſes; quia Neophytus erat.*

41 *Puritas patris neceſſariò concludit puritatem filij, & alia de ſanguinis puritate probanda remiſſiuè, n. 42.*

42 *Puritas ſanguinis probatur eo ipſo quòd quis fuit admiſſus ad officia, quæ non dantur niſi puris ſanguine.*

43 *Priuilegia habent Iudæi in Regno Portugalliæ conducendi reditus Regios & quid apud alias nationes, & de jure ſuper reſtitutione fœnerationum, & n. 44.*

45 *Ablatorum reſtitutio aliquando fit ex ex arbitrio ſolius Epiſcopi.*

PEr verba textus *in cap. cum ſit* 16. In- 1
nocent. III. prohibens Iudæis, & paganis, vt præficiantur officiis publicis præcipienſque, vt quanto citius ab eis auocentur ſub pœnis ibi adductis, cauſam præſtat *in verſ. ibi*, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti; quare ex noſtris conſulit Bobadilla, vt Reges noſtri Caſtellani Hiſpani nunquam bene fore quod habeant ſeruitores ſiue officiales pro Republica Iudæos, Neophytos ac recenter conuerſos, cùm nos odio plurimum habeant: ſic *in politi-*
ca p. 1. cap. 4. ex n. 26. Referens quod 2
Doctor Don Paulus Epiſcopus Burgenſ. Patriarcha Achileiæ, cùm eſſet conuerſus conſuluerit apud nos Regem Henricum III. vt non reciperet in ſeruitio ſuæ domus Regiæ, nec in conſilio eius ſupremo, nec ad alia officia publica Regia, ac ſuorum Regnorum nec ad adminiſtrationem Patrimonij Regij vllum conuerſum
ſiue Iudæum. Addens quod, ſi ille Rex ta- 3
le conſilium amplecteretur, illum necaret Don Mair Medicus illius Iudæus, vt refert Aluar. Guttierez de Toledo, *in lib. de notab.* Mundi poſt tradita in fortalitio
fidei ex ea ratione. Quia juxta acquiſi- 4
tam experientiam iſti Iudæi Neophyti, aut conuerſi ſunt ſeditioſi, & admodum ambitioſi nimiſque pernitioſi communi-

tatibus, & officiis publicis, vt reſoluunt
plures D.D. antiqui, & Moderni Roman.
ſingulari 679. Tiraquel. de penis temp. cauſ.
15. n. 19. & in tract. ceſſante cauſa limit.
12. n. 11. & 13. Platea in l. probatorias n. 1.
Cod. de diuerſ. offic. judic. lib. 10. Otalota de
nobilit. 2. p. 3. part. cap. 7. n. 20. verſ. cæte-
rum. Auendan. in cap. 19. Pretor. n. 20. &
in dictionario Verb. Iudic. Couar. in clem. ſi
furioſus. 1 p. §. 2. n. 7. & 8. verſ. quinta con-
cluſio, verſ. ſexta concluſio, vſque ad finem:
Burgos de Paz in l. 2. taur. n. 78. Roland.
conſ. 35. vol. 2. & conſ. 73. num. 8. eodem
vol. & conſ. 25. num. 6. vol. 3. Didac. in
l. 4. tit. 3. fol. 59. col. 1. lib. 8. ordinam.
Simancas de Catholicis inſtitutionibus tit.
47. à n. 82. Auiles in cap. prat. Gloſſa 1. in
fine, Conrrad. in templo judic. lib. 1. cap. 1.
§. 2. num. 5. fol. 19. Gregor. Lopez in l.
4. per textum ibi tit. 24. part. 7. Gloſſa 1. &
2. Mieres de maior. 1. p. quæſt. 1. num. 13.
Azeued. in addition. ad curiam Pyſanam c.
12. num. 23. Olanus in antinomyi Verb.
deſcendentes. num. 55. §. 84. Gratian. in
5 Reg. 223. num. 5. Vbi diſtinguit in quibus
admittantur nouiter conuerſi ad officia,
& honores ſcilicet in his in quibus non
requiritur claritas ſanguinis, ſeu generis,
& intra quem gradum filij hæreticorum
admittantur de jure Regio, de quibus di-
cit ipſe Bobadilla d. lib. 1. cap. 12. numero
16. qui alios adducit d. c. 4. num. 26. ſub lit.
f. etiam cum Iaſone Orozco, & aliis.
Quare optimo jure etiam hic in textu
6 noſtro D. Greg. IX. in ſequentibus ver-
bis fuit alloquutus: [Ex ſpeciali quem er-
ga illuſtrem Regem Portugalliæ gerimus
charitatis affectu &c. Mandamus quate-
nus Regem ipſum ſollicite inducatis, nec
in officijs publicis Iudæos Chriſtianis
præficiat, ſicut in generali concilio con-
tinetur, etſi forte reditus ſuos Iudæis ven-
diderit vel paganis Chriſtianum tunc de-
putet de grauaminibus inſerendis cle-
ricis, & Eclesijs, non ſuſpectum, per
quem Iudæi ſiuè Sarraceni ſiue Chriſtia-
norum injuria jura Regalia conſequen-
tur.] Quibus ſufficienter ſignificat ratio-
nem, quare debeant, nec admitti ad offi-
7 cia publica temporalia ſiue Eccleſiaſtica;
non enim Iudæi reconciliati eorum filij,
aut nepotes combuſtorum in ſecundo
gradu per lineam maſculinam, aut in pri-
mo gradu per lineam fæmineam admit-
tuntur ad talia officia per leg. 3. tit. 3. lib 8.
Recopil. & quando nouiter conuerſi ad-
mittuntur inter nos ad officia publica vi-
dendæ ſunt leges 6. tit. 24. p. 7. & lex. 4.
tit. 26. dict. part. 7. conducunt pluraque
adducit Bobadilla lib. 3. polit. cap. 8. num. 8
6. verſ. lo ſecundo, quid d. lib. 1. cap. 12.
num. 16. ſub lit. P. dicit in hoc ſeruandas
eſſe leges Regias, non quæ dicit Gratian.
d. Reg. 223. Igitur Regno Portugalliæ, de
quo textus noſter non ſolum Neophyti ſi-
qui ibi fuerint imò nec alij veterani Chri-
ſtiani ſi qui ibi ſint; originem tamen à 9
Sarracenis vel Iudæis trahentes ad vlla of-
ficia publica admittuntur ex Regio diplo-
mate, & inhabiles ſunt ad Canonicatus,
& Dignitates in Cathedralibus, & prin-
cipales Dignitates in collegialibus cæte-
raque Eccleſiaſtica Beneficia curam ani-
marum habentia intra ſeptimam gene-
rationem, ex Apoſtolica conſtit. in forma bre-
uis Clem. VIII. & altera Ampliatiua Pauli
V. quas refert hic Barboſa ſub num. 6. &
& in Paſtorali part. 1. tit. 3. Gloſſa 7. à
num. 30.
In Regno verò noſtro Caſtellæ huius. 10
modi Neophyti, & cæteri noui Chri-
ſtiani non prohibentur ad omnia publica
officia promoueri, ſed ſolum ad certa &
deſtinata de quibus Ignatius del Villar
in ſylua Reſponſ. lib. 1. Reſp. 12. ibi num.
40. refert illos non admitti ad officia ju-
dicum in ſupremis conſilijs Regni, nec
in Cancellarijs, & quod etiam remouen-
tur ab officijs domus Regiæ Caſtellæ &
num. 42. ab officijs ſanctæ Inquiſitionis à
Collegijs Scholarium, & à monaſterijs
Fratrum. D. Hieronymi, & num. 43. à
præbendis & Dignitatibus in Eccleſia To-
letana, vt etiam obſeruatur per ſtatuta
recentiora in alijs Eccleſijs, vt Tudenſi,
Saguntina nouiſſimè in Oxomenſ. & D.
Iacobi, ac in alijs Eccleſijs etiam quoad
certas præbendas de officio ſcilicet, vt in
Caurienſ. Abulenſi, &c. & ab omnibus or-
dinibus militaribus, & n. 45. ab officio nu-
tricum prolis Regiæ, & num. 46. ab officio
medicorum domus Regiæ & monaſterijs
D. Mariæ de Guada lupe & in Regno Va-
lentiæ ab officio pharmacopolarum, &
in Regno Nauarræ ad officio aduocatio-
nis, & ab officio juſtitiæ.
Qua propter per textum hic notant cō- 11
muniter DD. quod Iudæus eſt prorſus
cuiuſcumque juriſdictionis, & poteſtatis
incapax inter Chriſtianos: Bart. in Rubr. de
Iuſt. & jure num. 1. Vbi Iaſon. num 2. &
8. Anchar. conſ. 27. n. 2. Alex. conſ. 75.
aut n. 2. lib. 5. Roland. Conſ. 35. n. 45. Bru-
nus in tract. de ſtantibus maſculis art. 6. ſub
n. 60. verſ. & quod Iudæi, ſiue ſit juriſdictio
ordinaria l. fin. Cod. de Iudæis, ſiue delegata
Albert.

Albert. *ibi*, Iacob. *de nigr. in Rubr. ff. de offic.* eius cui eſt mandata Iuriſdictio *n.* 13. Batt. & Fulg. *in l. fin. Cod. de poſtul.* cum alijs Barboſa *hic n.* 2. idem *in d. cap. cum ſit n.* 1. *&* 2. vbi notat nulla officia publica debere Iudæis injungi propter eorum incapacitatem, vbi dicitur ab Anania *num.* 3. & à Barboſa *n.* 3. & ab Anton. Ricciulo *de iure perſ. extra grem. Eccleſiæ exiſt. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 12. quod committeus Iudæo publicum officium, vel infideli inter Chriſtianos debet nedum puniri, ſed quod dicitur Sacrilegium committere.

12 Cumque repellatur Iudæus à legitimis actibus, vt dicit Gloſſa *in cap. Iudæi* 5. *hoc tit. verſ. permittantur*, ibi *repellit*. ideo per eandem gloſſam ibi: & *officijs publicis*: ideo late agens, & omnino videndus idem Anton. Ricciul. agit *ſub. d. cap.* 22. *n.* 9. an poſſit eſſe defenſor ciuitatis, vel conſequi
13 patriæ honorem, & *cap.* 23. an poſſit eſſe Arbiter inter Chriſtianos, & *cap.* 24. an inter illos poſſit eſſe aduocatus, & *cap.* 25. an valeat adipiſci gradum doctoratus, & *cap.* 27. an poſſit eſſe procurator, & *cap.* 27. an poſſit eſſe notarius; qui diſputat *in tract. de neophytis cap.* 3. cum pluribus ab illo relatis, an neophyti poſſint promoueri ad publica officia & affirmatiue reſpondens reſoluit *n.* 12. Chriſtianum veterem in honoribus aſſequendis præferendum eſſe Neophyto citans Ripam *in d. cap. eam te* 7. *de Reſcript. n.* 32. Auendan. *de exequend. mand. p.* 1. *cap.* 19. *n.* 20. *verſ. cæteri vero* Auguſt. *Caput in tract. de Regimine Reipublicæ, cap.* 3. *n.* 78. *verſ. & nota quod Chriſtiani antiquiores.*

14 Cum ergo infames ſint remouendi à Dignitatibus, & honoribus: nam infamia notati, & turpitudine famoſi ad Dignitates, & honores aſcendere prohibentur, *l. vnica Cod. de infamib. lib.* 10. *l. infamia* 8 *l. nec infames* 12. *cod. de decurionibus d. lib.* 10. *l.* 1. *ff. de his, qui non implet. ſtipul. l.* 2 *Cod. de Dignit. l. vnica Cod. de reis poſtul. l.* 1. *ff. ad l. Iul. de re priuat. relegatorum* 7. *§. fin. cum l. ſeq. ff. de extr. dictis cap. infamib. de Reg. Iure*, ſicut à poſtulando *l.* 1. *§.* 2. *loco* 5. *& §. remouet* 6. *&* 8. *ff. de poſtul. ab accuſando l.* 4. *l. qui accuſare.* 8. *ff. de accuſ. à teſtificando cap.* 1. *de except.* & in varijs cauſis *toto tit. ff. de his, qui notantur infamia, & Cod. ex quibus cauſ. infamia*; de quibus adduxi *in cap. teſtimonium* 55. *de teſtibus late & ſub tit. de accuſ. & ſimonia in cap.* 3. *& cap. tanta* 7. & alibi ſæpe cum multis DD. in prædictis locis præter quos Oſuald. *ad Donel. lib.* 18. *q.* 6. *& ſequent.* Richard. *in §. ex quibuſdam* 7. *ex n.* 2. *inſt. de pæna tem. litig.* Farinac. de teſtibus *q.* 56. Giurba *conſ.* 65. *ex n.* 58. Maſtrillus *lib.* 3. *de Magiſt. cap.* 4. *n.* 447. Sanchez *in opere morali lib.* 2. *cap.* 28. late, D. Franc. de Amaya *ſub d. l. vnica Cod. de infamibus vbi à n.* 3. ex quibus naſcatur infamia, & de illius diſtinctione ſub dictis juribus adduxi; ideo oportet an ex antiquo Romanorum jure Dignitatum, & officiorum publicorum aditus præcluderentur, etiam Iudæis. Quod axioma videtur vacillare: 15
nam licet tenera Iudæi ſint infames *l. fin. cod. hoc. tit. d. cap. cum ſit* 16. *ſupra l.* 3. *tit.* 24. *part.* 7. junctis congeſtis à Couar. *in clem. ſi furioſus p.* 1 *§.* 6. *n.* 7. *&* 8. Oſualdo *d. lib.* 18. *comment. cap.* 7. *lit. N. pag.* 300. Cenedo *collect.* 77. *ad decretal.* Mieres *de macer. p.* 1. *q.* 51. *ex n.* 22. Perez de Lara *de anniuerſ. lib.* 2. *cap* 4 per totum Decian. *lib.* 5. *crimin. cap.* 11. & ſequenti quod non ſiue ratione conſtitutum, & ob duritiam cordium eorum & maximam perfidiam, qua verum Meſſiam Chriſtum Dominum exprobrauerunt, & neglexerunt, quorum perſonæ odioſæ dicantur *cap. liceat vniuerſis, de teſt. cap. cùm ſit cap. nulla* 54. *diſt. per mortemque Chriſti in ſeruitutem redacti cap. & ſi Iudæos cap. conſuluit hoc tit.* & apud omnes gentes infames habiti: genſque fætens ab Amiano vocetur *lib.* 22. *obſcena* à Rutilio *lib.* 1. *item*, & à gentibus maximè exoſi, & eorum occurſus mali ominatus: Dorleans *lib.* 2. *Antacsti pag.* 321. & Barthenus *lib.* 2. *ad verſ. cap.* 12. & apud omnes gentes, nunc non minus odio habiti, & inuiſi apud nos præcipuè ab omnibus honoribus, Dignitatibus, officijs publicis, Eccleſijs, Collegijs, confraternitatibus alijſque communitatibus non ſolùm ipſi, verum & eorum deſcendentes repelluntur, & exploduntur ac abominantur, vt docent iam ad
ducti. Et ob id Reges noſtri Ferdin. & 16
Eliſabeth, ab his Regnis expulerint, vt commemorant Baldes *de dignit. Reg. Hiſp. cap.* 19. *ex n.* 65. Petr. Gregor. *lib.* 33. *ſyntagm. cap.* 1. *num.* 8. Zurita *tom.* 5. Aniol. Aragin. *lib.* 1. *cap.* 6. Mariana *lib.* 26. *de reb. Hiſp. cap.* 1. Ioan de la Puente *lib.* 1. *de la conuen de las Monarchi. toto cap.* 8.
& §. 4. plura, imò infinita cumulat 17
Ignatius del Villar *in ſylua Reſpuens cap.* 12. *ex num.* 31. vbi *in verſ. quid*: Ait: quid enim boni ſperare debemus ab eo & ab eius generatione, quæ Chriſto ſuo nigra

extitit, qui *n.* 32. etiam loquens de Neo-
phytis qui dicuntur jam ad fidem con-
uerſi, & quos vulgò *Marranos* appellat
laborantes duplici lepra, ſic vt de illis dici
poſſet illud; teſtis eſt ad nocendum, Ho-
ratij: *hac lupus hac canis angit:* & quod
nulla certè major peſtis eſt ad nocen-
dum, quam huiuſmodi gens: quia dum
nobiſcum conuerſantur difficillimè ab
eis præcauere poſſumus quotidie nihil
aliud cogitant, nihil aliud moliuntur,
quàm vt nos fallant, nos irrideant, mo-
diſque omnibus officiant, vt ſatis apparet
ex illo Apocalypſis: *Quibus datum eſt no-
cere mari, & terra:* de quibus inquam di-
cit ibi, & *ſub n.* 33. ſic eſſe ad nocendum
procliues, vt nunquam malè faciant, niſi
cùm non poſſunt, & quod ſunt adeò in-
uidi, vt felicitatem veteranorum Chri-
ſtianorum ſubindè lugeant ac maximo
cordis dolore affecti, ea quæ in eis lauda-
re merentur, & obſcurare, & ad nihi-
lum redigere conentur, & tales inquam
eſſe vt ſi Chriſtianos veteranos impunè
occidere poſſent, illud non omitterent.
18 Ad quod leges conſilium illius Iudæi
ex expulſis quod dedit cuidam valdè
amico Cordubenſi, ac illam epiſtolam
miſſam pro reſponſo ad ſolatium Iudæo-
rum noſtræ Hiſpaniæ, qui expelleban-
tur; de quibus idem Ignatius del Villar
d. reſponſ. 12. *vernaculo ſermone ex n.* 15.
in quibus inter alia monebantur vt Chri-
ſtianos inſectarentur variis modis vſque
ad necem, qui poſtquam *ex d. n.* 33. plu-
ra de illorum inuidia & falſitate loquens
vſque ad 37. ibi *in verſ. ſunt enim Neophy-*
19 *ti de illis* juxta *d. cap.* 16. 19. Hic, & tex-
tum noſtrum dicit illos plurimum ſedi-
tioſos, doloſos, inſolentes, audaces, pro-
caces, litium excitatores, Verſutos, rixo-
ſos, Cauilloſos, inquietos & ad omne opus
bonum reprobos probans ex Paulo *cap.* 1.
ad Tit. ibi: *Sunt igitur tales, vt ſi poteſtas
imperandi eis data eſſet vix eis poſſet reſi-
ſti;* vt probatur Eſther. *cap.* 6. ibi: *ſi de ſe-
mine Iudæorum Mardochæus antequam ca-
dere cœpiſti non poteris eis reſiſtere, ſed cades
in conſpectu eius:* alia plura congerens.
20 Adhuc tamen videtur vt quantumvis
infames Iudæi eſſe probatum eſt, vt etiam
ex Tertulliano *in Apolog. & cap.* 21. dica-
tur de eorum exitu hodierno, quòd diſ-
perſi palabundi cæli, & ſoli ſui extorres,
vagentur per orbem, ſine homine, ſine
Deo Rege, quibus nec adienarum jure
terrarum patriam ſaltem veſtigio ſaluta-
re conceditur, vt conferunt etiam D. Iſi-
dor. Peluſiota *lib.* 3. *cap.* 128. & 394. & *lib.*
4. *epiſt.* 7. D. Greg. Niſſen. *de opificio ho-
minis.* Baron. 5. *tom. annal. pag.* 897. &
alij. Non quidem ſint, ac fuerint inca- 21
paces habendi publica officia, alioſque
honores; non enim ad illos aſcendere ve-
tantur, vt *in l.* 3. §. *fin. ff. de decurion.* Vbi
Vlpian. refert ſcriptum Seueri, & Anto-
nini, quo permiſsum eſt ei, qui ſuperſti-
tionem Iudaicam ſequuntur, honores adi-
piſci, vt etiam ſtatuerunt Gratian. & Va-
lentin. *in l. juſſio* 5. *cod. hoc tit.* Arcad. &
Honor. *in l. quicumque* 10. *cod. eodem, & in
l. omnes* 49. *de decurion. lib.* 10. & loquendo
de Neophytis expreſsè cauetur *in l.* 6. *tit.*
24. *p.* 7. in verbis ibi: *E que puedan auer
todos los officios y honrras que han todos los
otros Chriſtianos.*
Ad quæ juxta diuerſa judicia proferunt 22
DD. cum primo ad digeſtorum, & codi-
cis leges adductas, tum ad *d. leg.* 3. §. *fin. ff.
de decurionibus*, non eſse intelligendam
de Iudæis, ſed de Chriſtianis, quos Iu-
dæos ſolebant appellare gentiles; quia
Iudæa origo Chriſtianitatis, vt eleganter
Tertullian. *in Apolog.* & quod eorum
oleaſtro inſiti ſumus, vt conſtat ex pluri-
bus locis, quos referunt Alderete *lib.* 2.
Antiquit. Hiſpan. cap. 2. & ex illo Sueto-
nij adducentis *in Claud. cap.* 25. *impulſore
Chriſto aſſiduo tumultuantes Roma expulit
Iudæos*; &. ex aliis adductis ad Franc. de
Amaya *in d. l. vnica cod. de infamib. lib.* 10.
n. 66. & 67. qui nequeunt intelligi, niſi
de Chriſtianis; nam quotidie creſcebat
eo tempore Religio. Quæ ab impiis pa- 23
ganis *Iudaica* dicebatur, ex ratione quam
tradit Seuer. Sulpic. *lib.* 2. *Hiſtoria ſacra:
Titius euertendum Iudæorum templum cen-
ſebat, quo Iudæorum & Chriſtianorum Reli-
gio tolleretur; quippe has Religiones ſibi con-
trarias, iiſdem tamen Auctoribus profectas,
& Chriſtianos ex Iudæis extitiſſe radice, ſu-
blata ſtirpe, facilè perituram: & ob id dixe-
rit Tertullian. in Apolog. & cap.* 21. *nec de
conſortio nominis cum Iudæis Chriſtianos age-
re; ſed longè ab eis differre:* Sequuntur
hunc intellectum Alciat. *lib.* 1. *diſpunct.
cap.* 8. & *in l. quidam ignauia ff. de decurion.*
Grotoffred. *in d.* §. *fin. l. tertia.* Tyraquel.
de jure primogen. q. 66. *n.* 42. Decian. *cri-
min. c.* 53. *n.* 6 Pamel. *ad Tertulian. in Apol.
cap.* 5. *n.* 64. Dorleans *ad Tacitum lib.* 2.
annal. pag. 319. & *lib.* 3. *pag.* 686. Loſæus *de
jure vniuerſ. cap.* 3. *ex n.* 22. Azeuedus *in l.*
3. *tit.* 3. *lib.* 8. Recopil. *ex n.* 33. *diſerte.* P.
Pitheus *lib.* 2. *ad verſ. cap.* 3.
Qui licet aliter etiã interpretẽtur dicta 24
l. 3.

l.3.§.fin. vt refert idem D. Franc. de A-
maya legeudus *iu d.l. vnica cod. de infami-
bus n.68.& 69.* & Paulo Orozio, Onuphro
Paul. *lib.2. ſent. cap 21.§.2.* Canano *lib. 3.
commun. cap.1.n.3.* & Sanchez *in præcepto
decalog. lib.2. cap 37. ex n.1.* tamen ipſe *à n.*
70. improbans quoad *d. §. fin.* qui apertè
cum aliis legibus loquitur de Iudæis, qui-
bus conceditur ad honores aſceodere;
idem etiam probando *ex l. ſpadonem* 15. *§.
jam autem ff. de excuſ. tutor.* ibi: *Iam autem
& Iudæi non Iudæorum tutores nou erant:*
vbi cùm dicatur: *Iam autem*; ex Gotho-
fred. videtur fieri relatio ad permiſſio-
nem, de qua *iu d. §. fin.* atque ita infames
non fuiſſe Iudæos euinci. *ex tit. cod. de Iu-
dæis*, cùm & Patriarchæ eorum illuſtres
dicantur, & ſpectabiles *in l.11. & 15. cod.
Theod. eo tit.* & Reuereudiſſimi à Iuliano
Imperatore in epiſt. *ad Iudæos* & ſectam
Iudæorum nulla lege prohiberi ait. *l. 8.
cod. Theodoſ. de Iudæis*, & expreſſius *in l. 2.
eodem cod. Theod.* Presbyteros Iudæurum,
& Patriarchas immunes ab umnibus mu-
neribus.

25 Quare dicit ex aliis ipſe D. Franc. de
Amaya *à n. 3. in d.l. vnica.* quod licet Iu-
dæi ſub Seuero maximè afflicti fuerint,
vt probat Baron. *ſuprà*; tamen eorum in-
genium, & perfidia oon ira odioſa fuerit
apud etbnicos, vt eos infames cenſerent,
& vt ab honoribus repellerent, vt *ſuprà*
notatum eſt, indeque circumcidi indul-
tum fit *in l. circumcidere 11. ff. ad l. Cornel.
de ſicariis*, & ad honores aſcendere, qui
eorum ſuperſtitionem non impediant, *d.
l. ſpadonem §. iam autem ff. de excuſ. tutor. d.
l. 3. §. fin. ff. de decurion.* item, & Collegia
eorum licita fuiſſe probat *l. 8 cod. Theod.
hoc tit.* & ex Ioſepho, & Philone, Cuja-
cius *lib 7. obſeruat. cap.* 30. ad idque etſi
militiæ obeundæ aditus Iudæis præclu-
datur; nihilominus inſtitueodæ aduoca-
tionis officium illis non denegari vt ex
Ioſepho probat Cujatius *in l. 15. de decu-
rion.* dum ait inrerdictionem militiæ pro
nota non eſſe æſtimandam, quia ea ratio-
26 ne eis fuit facta. Nam Iudæis ſalua Reli-
gione, in ſabbatu nec arma mouere, nec
iter vllum, aut uegotium inſtituere pote-
rant: cùm ergo Iudæi infames minimè
ſint reputati, illo æuo: ideò ad decurio-
natus aſpirare illis permitti *in d. l. 3. § fin.
de decurionib.* ſic concludit Amaya cum
Couar. *in d. Clem. ſi furioſus 1. p. §. 2. n. fin.*
A. Auguſt. *ad Modeſtin. in d.l. ſpadouem*, qui
receſſerunt à ſecunda illa interpretatione
quam retulerunt Conanus, Sanchez, &
alij; imò Antonius de Tuertes *Canonic.
lectur. lib.1. cap. 4.* agens. *de intellectu d.* 27
cap. conſtituit 17. q. 4. poſt multa, ait illum *in
p.1.* loqui ac tractare de Iudæis, qui in ob-
ſeruatione legis Iudaïcæ perſeuerant, ſic
interpretando vt verba ibi, *vt Iudæi*, in-
telligantur de Iudæis, & filiis Iudæorum,
& illis qui origine Iudæi ſunt; tamen ver-
ba ibi *aut ij, qui ex Iudæis ſunt, in 2. eius par-
te*, intelligi de Iudæis, qui in ritu, & ob-
ſeruatione ſunt Iudæi, nempè de iis, qui
cùm gentiles eſſeut ad Iudaïſmum tran-
ſierunt, juxta ſenſum Amayæ. Ex quibus 28
patet quòd licet eo tempore Iudæi infa-
mes non eſsent; at poſtquã idololatria ex-
tincta, cepit Eccleſia ſolem ſuum, & ſy-
dera videre, ſuamque auctoritatem vin-
dicare, & ſi aliquaudo ad honores admit-
ti *iu d.l. juſſio, & l. quicumque cod. hoc tit.* per-
mitterentur eo prætextu ne ciuitates cu-
rialibus deſtituerentur, vt dixit Amaya
in tit. cod. de decurion. Poſteà tamen om-
ninò fuerunt prohibiti quemcunque ho-
norem adipiſci, eaque gens abominabilis,
& peſtifera à toto orbe Chriſtiano remo-
ta ſit, ne officij auctoritate contra Chri-
ſtianam fidem aliquid moliretur, vt di-
fertè ſtatuunt Theodoſ. & Valentinian.
in l. fin. cod. hoc tit. ibi: *Ne acquiſiti ſibi officij
auctoritate muniti, aduerſus Chriſtianos, &
ipſos plerumque ſacræ Religionis Antiſtites
velut inſultantes fidei noſtræ judicandi ha-
beant poteſtatem.* Qua lege abolitum ap-
paret quod fuerat permiſsum *d.l. 3. §. fin.*
vt omninò docent poſt Accurſ. & Oſual-
dum *d. lib.10. comment.* Doneli *cap.7. lit. N.
pag.* 30. idem Amaya *d. num 72. in fine*, qui
poſt Azeucd. *iu d. l. 3. tit. 3. lib. 8. Recopil.
n. 33.* dicit in tantum procedere, vt quan- 29
tumvis intercedat quæcumque neceſſitas,
& penuria Ciuium, admitti non debe-
bunt ad officia quæcumque: Nam cùm
ſint villiſſimi, abjecti, & odioſi, & ipſa
infamia turpiores, non ſunt Ciuium nu-
mero aggregaodi. Sunt enim Iudæi ad- 30
modum ingrati, beneficioroomque acce-
ptorum immemores, iu tantum, vt ſæpe-
numero malum pro bono reddant, de
quorum majoribus Moyſes cum quere-
batur dicens Deuteron. *cap. 32. Genera-
tio praua, atque peruerſa; haccine reddis Do-
mino, popule ſtulte, & inſipiens: unquid
non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & crea-
uit te.* Alia cumulat idem Villar D. *Reſp.* 31
12. ex d. n. 33. & n. 50. & 51. vbi dicit
quòd ſunt inimici Chriſtiani veteranis,
adeò vt jure quodam hæreditario à ma-
joribus deriuato irrecõciliabili odio Chri-

ſtianis veteranis habeantur, vt latiùs exemplis exornat factis & dictis Iudæorum ibi legendus *ad n.*51.& anteà.

32 Quæ omnia,& verba *d.l.fin.cod. de Iudæis* maximè cum textu noſtro, & verbis *d.cap.ſicut* 16, conueniunt;ſic vt ad Neophytos hoc eſt recenter de Iudaïſmo ad Chriſtianiſmum conuerſos, etiam dicendum eſt non obſtantibus verbis relatis *d. l.6.tit.24 p.7.* quæ etſi Oralora de nobilitate *vbi ſuprà n.* 23. nodum diſſoluere cupiens, dicat prædictam legem partitæ intelligendam fore de officiis, & honoribus, quæ in communi, & generaliter Chriſtianis prout Chriſtianis conferunt, vt ſunt officia doctoratus, Aduocatorum, Tabellionum,Decurionum,& ijs ſimilia, quorum Neophyti ante ſuſceptum Baptiſma incapaces erant, & quæ infamibus committi non poſſunt ex traditis à Bart. *in l.fin.cod. de poſtal.* Tyraquel. *de nobilit. cap.* 29. *n.* 12. Couar. *in pract. cap.* 19. & alij non tamen ſi officia ſint nobilium.

33 Tamen idem Ignat. del Villar. *d. Reſp.* 12. *n.*37. *verſ. hæc verò*, vbi dicens quod nec illa officia Reges Hiſpaniæ conſueuerint dare Neophytis niſi ex magna cauſa aliter diſtinguendo *à num.*38. dicit quod ſi loquamur de Neophytis propriè, & ſtrictè, ideſt, de nuper, ac recenter conuerſis ad Religionem, & fidem Catholicam, tunc tales non admitti, nec ad officia publica, & honores ex ſententia *gloſſa* 1. *n.* 2. eius expoſitione *in cap. conſtituit l.7.q.*4. Vbi Archidiacon. & alij, quos refert Barboſa ibi *n.*1. & Couar. *ſuprà* videndus ad fundamenta toto *n.* 7. Doctor Alfonſ. de Heredia *in ſuo exemplari Iudic. quæſt. incipit. que res pueſto fol.* 58. quamvis ibidem primo aſſerat *d. cap. conſtituit* intelligendum de Iudæis,qui illa tempeſtate, quo factum fuit Concilium inuiti ad ſacrum Baptiſmàtis fontem adducebantur: nam tales merito ad officia publica ſæcularia non admittebantur,ſed hunc intellectum, & alium Otaloræ dicentis illam prohibitionem intelligi de officiis, quæ ſolis nobilibus conferri ſolent, ad quæ Neophyti aſcendere non valent; quod ſi Neophyti ab infantili ætate Baptiſmum receperunt, aut parentes,ſiue aui eorum fuerint, qui illum primo receperunt, tunc jam iſtos *ex d. l.* 6. *part.* ad officia publica fore admittendos, Ignatius dicit, ex Felino & Ripa *in d. cap. eam te.7. de reſcript.* Couar. *ſupr.n.*8. *verſ. quinta concluſio*; ſicque eſſe amplectenda, & intelligenda, quæ ſcripſerunt Montal. *in l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 4. *fori verb. formadico*, & Auendan. *lib.*1. *Mand.Regio.cap.*19. *n.*2. *& in dictionario ad ll. part. Verb. Iudæos.* dum vterque indiſtinctè reſoluit Neophytos ad officia publica admitti debere conſulit tamen idem Villar. *d.cap.*12. *n.*38. *verſ. ego*, vt ad officia hæc ſemper præferantur (ſi commodè fieri poteſt) nobiles ſiue ignobiles, mundo tamen ſanguine nati iſtis Neophytis, qui à praua Iudæorũ generatione originẽ ducũt, quamvis origo ipſorũ antiqua ſit; quia vtplurimum litibus ac ſeditionibus Reipublicæ tranquillitatem ſubuertere ſolent, vt etiam conſuluerunt Auendan. *d. lib.*1. *de Mand. Regio. cap.*19. *n.*14. & Hæredia *ſuprà.*

Quod Ignatij Auendañi, & aliorum 34
conſilium potius videtur juridica prohibitio juxta doctrinam Gloſſæ *verſ. Iudæis verb.* vel *loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuerſis*: ex qua notant DD. Neophytos ad publica officia promoueri non poſſe: Roman. *ſing.* 679. *nunc veniamus.* Felin. *in d. cap. eam te de reſcriptis n.*12. *verſ. limita ſecundo*: Vbi Decius *n.* 33. Ripa. *n.* 30. *&* 31. Lambertin. *de jure patr. lib.* 1. *p.*1. *q.*7. *art.*3. *n.*31. Tyraquel. *in tract. Ceſſan.cauſ.limitat.* 12. *n.* 11. *& de pœnis tempor. caſu.* 91. *n.*19. Mardoſius *de ſignatura gratiæ tit. de diſpenſ. cum Neophytis*, Couar. *in d. Clem. ſi furioſus p.* 1. §.2. *num.* 8. *verſ. quarta concluſio.* Caſtald. *de imper. qu.* 75. *n.* 5. Rouitus *in Rubrica de Iudæis n.*4. Didac. Perez *in l.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. Ordinam. *pag.* 34. in quo diſtinguit Anton. Ricciul. *in tract. de Neophyt. cap.* 5. *à princ.*

Sed an Iudæi ſiue Neophyti admittantur 35
ad beneficia, & quia vnam fidem, vnum Baptiſma, vnum Deum, & patrem omnium profiteamur, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis juxta Apoſtoli auctoritatem ad Epheſios *cap.* 4. videtur vt hæc fides, & vna Eccleſia à Chriſto Domino ſuper Petrum origine vnitatis fundata,& ratione diuidi inquam non debeat ab hominibus in diuerſas Chriſtianorũ ſpecies ex D.Cipriano *lib.*2. *epiſt.*10. ad Corneliũ Papam, ex Colliſio *in ſua Hierarchia lib.* 3. *cap.* 4. §.1. *pag.* 671. ex S. Anſelmo *ibi*: *nec verò illius quaſi deſpecti perſona contemnenda, aut illius quaſi perfecti perſona præferenda eſt quando in omnibus vnus atque idem eſt Deus*: Brab. *lib.* 2. *de Reg. ratione fol.* 40. ibi: *ſtulta hominum differentiæ, verius honorum monopolia*: quare infiniti, quos refert Barboſa *in paſtorali p.* 1. *tit.* 2. *Gloſſa* 17. *ex n.* 22. improbant ſtatuta quòd Neophyti, & deſ-

cendentes

cendentes ab eis non admittantur ad Ec-
cleſiaſtica beneficia, multas rationes co-
rum adducendo; ſed quia ex *n.* 24. con-
currentibus tribus talia ſtatuta probat,
vel quando prohibitio eſt ad certos gra-
dus tantum vt *in cap.* 2. *§. credentes, & in
cap. vt commiſſi. §. credentes, & in cap. ſta-
tutum* 2. *de Hæret. lib.* 6. & quando eo-
rum prohibitio eſt reſtricta ad certas Ec-
cleſias, vt quando prohibitio non eſt ge-
neralis ad omnia beneficia, ſed ad ali-
quam aut alteram Eccleſiam valde cele-
brem, vt Eccleſia Toletana, & aliæ Hi-
ſpaniæ, & quando generis diſtinctio fit
per Patronum vel fundatorem in limine
fundationis cum poſſit in tali euentu fun-
dator ponere quaſlibet cõditiones etiam
ſi ſint contra jus, dum non ſint natura
impoſſibiles, aut alias à jure reprobatas,
Rota Rom. *Iuris Patr.* 31. *May* 1613. *co-
ram Card. ſacrata*, Lambertin. de jure
Patr. lib. 1. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 9. *n.* 52. & alij,
ideò tunc Neophytos, aut eorum deſ-
cendentes non admitti ad beneficia ſiue
Officia Eccleſiaſtica, vt contingit etiam
in ſancta inquiſitione dicendum eſt per
multa quæ dixi *ſub cap. fin. de ætat. & qua-
lit. ordin.* & *q. fin.* vbi amplè, & funda-
mentaliter ſcripſi plura: quare nec ad-
mittendi ſunt ad beneficia, ac officia ex
ſtatuto requirentia puritatem ſanguinis,
ſi illa in omnibus retro aſcendentibus
non probetur diſtinctione graduum, &
linearum: quapropter non plus immora-
mur, plura alia congerit D. Barboſa *à n.*
24. legendus.

36 Et quod Neophytum nequeat, ne in
ſuperbiam elatus, in judicium incidat
Diaboli, Epiſcopus ordinare *gloſſa in ſum-
ma* 48. *diſt.* Metuit inquam Apoſtol. timo-
rem ſuperbiæ: nam vt ſcribit D. Hiero-
nym. *Epiſt.* 83. *ad Ocean.* [Ignorat Momen-
taneus Sacerdos humilitatem, & man-
ſuetudinem ruſticorum ignorat blandi-
tias Chriſtianas, neſciens ſe ipſum con-
temnere.] Et ex verbis Ambroſij: [Ve-
rum eſt quia rudis in fide ſolet extolli ſu-
perbia maximè ſi accipiat ordinem: no-
uitate enim, & poteſtate inflatur arbi-
trans ſe præ cæteris digniorem;] Et An-
ſelmus: [Nec nuper baptiſatus, nec nu-
per à ſæcularibus negotiis, vel à militia
ſeparatus debet fieri Epiſcopus, quia vnuſ-
quiſque talis eſt Neophytus:] Et hinc
Canon. Apoſtolic. 80. emanauit, cuius ſen-
tentiam explicat Origenes *lib.* 3. *contr.
Celſ. in ſequentibus verbis:* [Qui ex gentili
vel ex Iudæo fit Chriſtianus, aut ex vita
praua ad honeſtam conuertitur, ne ſta-
tim Epiſcopus fiat; indignum eſt enim vt
qui nondum documentum vitæ ſuæ de-
derit aliorum fiat Magiſter.] Quarè vt 37
nec ad ordines ſacros debeat Neophytus
promoueri videtur probare textus *in cap.
Neophytus* 61. *diſt.* per quem tradunt Tur-
recremata *in c.* 2. *n.* 148. *diſt....* Ripa *in d.
cap. eam te de reſcrip.* Vbi Decius. *num.* 32.
Couar. *ſuprà n.* 7. *verſ. ſecunda concluſio*,
Hojeda *de incompatibilit. beneficiorum p.*
1. *cap.* 24. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 31.
Marquard. *de Iudæis p.* 3. *cap.* 5. *ſub num.* 8.
Azor *inſtit. Moral. lib.* 4. *p.* 1. *c.* 2. *q.* 2. Cam-
pan. *in diuerſ. Iuris Can. Rubr.* 11. *cap.* 7. *n.* 1.
Vbi *n.* 5. Reſoluit in Neophyto volente ſe
ordinare tam ad ſacros Ordines quam ad
minores requiri tranſactum biennium à
ſua conuerſione. Henriquez *lib.* 14. *de ir-
regul. cap.* 4. *n.* 7. cum Neophyto benè in-
ſtructo, & confirmato in fide poſſe Epiſ-
copum diſpenſare verum optimè ex Co-
uar. *d. §.* 2. *n.* 8. *concluſ.* 3. & Auila *de cenſur.
p.* 7. *diſp.* 4. *dubio.* 4. tenet Sanchez *in præ-
cepta decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 28. *num* 12.
Neophytos deſcendentes ex Iudæis vel 38
Mauris, quamuis non ſint ante vſum ra-
tionis Baptiſati, ſed poſt poſſe, ad ſacros
Ordines, & Beneficia promoueri cum
judicio Epiſcopi: nec in hoc caſu eſſe
ſpectandam ſummi Pontificis diſpenſa-
tionem, ſed tantùm Epiſcopi arbitrio
conſecrandos eſſe hujuſmodi nouiter ad
fidem conuerſos ſi ſint tales, vt meritò
dicendi ſint veterani Chriſtiani, vel ex
morum probitate, & integra legis Euan-
gelicæ inſtitutione vel ex antiqua Chri-
ſtianæ Religionis profeſſione juxta quod
optimè alloquitur Zapata *de juſtitia di-
ſtrib. p.* 1. *cap.* 11. *n.* 7. cuius verba refert
Barboſa *in Paſtor. d. gloſſa* 17. *ſub num.* 6.
legenda & alia verba Didaci de la Mota
*in tract. de confirm. Ordinis Militiæ S. Iacobi
ſpata lib.* 2. *cap.* 2. nec, & aliorum quod
idem Barboſa probat *ibi num.* 7. *ex d. cap.
Neophytus.* Dicens vt quando ceſſat ratio 39
prohibitionis, quia de ſe bonum teſti-
monium præſtat Neophytus, non eſt
cur prohibeatur ordinari juxta expreſſa
verba illius capituli. Vbi Bercelenſes vi- 40
tuperabant electionem Ambroſij, quia
Neophytus erat: quibus reſpondit idem
Ambroſ hoc ideò eſſe prohibitum ab
Apoſtolo, quia Neophyti conſueuerant
propter honores ſuperbire, ſed ſi humiles
inueniantur bene poſſe ordinari refert
Alphonſus Aluarez Guerrero *in ſpeculo
juris Pontif. cap.* 10. *paulo poſt princ. pag.* 31.
repetit

repetit idem Barboſa etiam *in d. cap. Neo-
phytus* hoc modo illam deciſionem limi-
taos.

41 Ad illud quibus teſtibus putitas ſan-
guiois probetur, quia latè dixi *ſub cap. fin.
de præſumpt. q. 1. 2. & 3.* vbi etiam de ex-
plicatione ſtatutorum requirentium pu-
ritatem ſaoguinis, ideò ad ibi dicta te re-
mitto: & ad illa quæ dixi *ſub cap. licet ex*
42 *qua de teſtibus*. Plura de decreto ſuper
derogatione puritatis eo ipſo quod non
juſtificatur ex actis Greg. XV. *deciſ.* 455.
vbi bene cum aliis Beltramin. & *deciſ.*
498. agunt cum aliis de materia putitatis
ſanguinis an, & quando illa dicatur con-
ſtare, & quando de contrario vt leges, vbi
quod puritas patris neceſſario concludit
puritatem filij, & quod probatur eo ipſo
quod quis admiſſus fuit ad aliqnem gra-
dum honoris, qui non ſolet concedi, niſi
puris ſanguioe, dicuntque Beltramin. *ibi
n.* 18. Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 2. num. 1. verſ.
quarto* qui filij ſint legitimi Seraphin. *de-
ciſ. 297. num.* 4. Rota diuerſis in partibus,
vt citat Beltram. eſſe optimum modum
probandi nobilitatem, & puritatem ſan-
guinis parentum, quando oſtenditur illos
habuiſſe officia, ad quæ non niſi nobiles,
& puri ſanguine admittuntur.

43 Ad vltimam quæſtionis partem de pri-
uilegiis Hebræorum circa res ſibi vendi-
tas *in verſ. Etſi fortè redditus ſuos Iudæis
vendiderit:* quus probat Pontifex vt ſi for-
tè Rex Portugalliæ ſuos redditus Iudæis
vendiderit, vel paganis Chriſtianum de-
putet grauaminibus inferendis clericis,
& Eccleſiis minimè ſuſpectum, cuius
opera Iudæi ſiue Sarraceni ſine vlla Chri-
ſtianorum injuria regalia jura conſequã-
tur Azor *inſtit. Moral. p. lib. 8. cap. 22.
quæſtione* 10. Barboſa *hic num.* 7. & quia
huic deciſioni conueniuot, quæ con-
gerit Cyriacus *contr. p. 1.* vbi agit de il-
lis priuilegiis conceſſis Hebræis, ne co-
gantur reſtituere res furatas emptas bo-
na fide, & cum inqpiſitione venditoris
niſi ipſis reſtituto pretio erogato, & quã-
vis hæc priuilegia non valere dixerint
Hoſtienſis *in ſumm. tit. de pænit. & remiſ.
num. 6 a. verſ. & quid de furtibus verſ. ſi quis
emat.* Benedict. *deciſ.* 34. Bacard. ad Cla-
rum §. *furtum n.* 126. ſed crebrius vt va-
leant ſimilia ſtatuta Abbas *in cap. quod cle-
ricis. n. 34. de foro compet. & in cap.* Eccleſia
Sanctæ Mariæ *n. 10. in repet. num.* 49. quem
ibi ſequitur Felin. *ſub num.* 104. *de conſtit.
verſ. quartum:* Marſilius *in l. fin. n.* 118. *de
juriſd. omn. Iudic.* Barbatia *conſ.* 76. Farinac.
de furt. q. 177. n. 38. Decian. *tract. crimin.
lib. 5. cap. 12. ſubn.* 11. cum aliis Cyriacus
ſupra n. 1. & à n. 3. Soccia *conſ. 71. n. 10.
vol. 1.* & profecto ſine controuerſia *à n.* 4.
dicit Cyriacus quando emptor fuit in bo-
na fide fecitque diligentiam, nunquid
eſſet res illa empta furtiua: quare etiam
perges ad legendam aliam controuer-
ſiam 177. eiuſdem Cyriaci, vbi agit de il-
lo, an priuilegium Hebræorum fœnera-
torum quod non teneantur reſtituere
pignus etiam rei furtiuæ, niſi habita pe-
cunia mutuata à Domino rei compre-
hendat quoque res forenſium bona fide
pignori acceptas, qui poſtquam refert
multam comprobationem talis priuilegij
ibi n. 16. & 17. reddit rationem ſuæ vali-
dationis; quia ſi Iudæi fœneratores ne-
ceſſè haberent res furtiuas pignoratas
ſine recuperatione pecuniarum ſuper eis
mutuatarum, jam parata eſſet via deſtru-
ctioni ipſorum fœneratorum, & manife-
ſtæ fraudi, cùm poſſet quilibet dare rem
propriam alicui ignoto pignorandam,
deinde probare rem eſſe ſuam vel furto
ſubtractam artificioſè conficto foramine,
& fractura, & eam fraudulenter recupe-
rare contra regulam, quod ſemper ob-
uiandum eſt fraudibus, & tollenda eo-
rum occaſio *l. cum is. 8. ſi cum is ff. de tran-
ſact.* Surdus *deciſ. 21. n. 5. & deciſ. 30 n. 7.*
idem Cyriacus *n.* 17 vbi dicit has rationes
militare in forenſibus ſicut in ſubditis,
qui & Rodulphin. *q. 46. ſub n. 8 per totam
lib. 2.* dicunt principale motiuum conce-
dendi in tota Italia iſtis fœnerationi-
bus priuilegium ne cogantur reſtitue-
re res pignoratas, quamvis furtiuas,
niſi ſibi ſoluto debito fuiſſe hoc, quia
ipſi non poſſunt nec tenentur vti dili-
gentia de qua *in l. in Ciuilem Cod. de fur-
tis*, & quia parata eſſet via fraudibus &
eorum ex termino ſic ponderantes ad fa-
uorem creditorum Hebræorum.

Si hæc in caſibus prçcedẽtibus cur non 44
potuerit Pontifex Alex IX. validare con-
tractus à Iudæis celebratos de redditibus
Regis Portugalliæ, cùm ſit major ratio
validationis quam in præfatis fœnerati-
tiis: non enim Chriſtiani prohibentur
locare Iudæis redditus, & Gabellas; imò,
& permittitur modo Rex vel Dominus
terræ deputet aliquem fidelem Chriſtia-
num ad exigendum illas, & non permit-
tat vt ipſe Iudæus per ſe vel per alium
deputatum à ſe exigat, vt per Nauar.
*conſ. 1. q. 23. n. 57. ſub titulo de conſtit. in
antiquis*, aliter autem Iudæus, vel infidelis
inter

inter Chriſtianos non poteſt eſſe Gabellarius Iurium fiſcalium, vt ait Gutierrez de Gabellis *q.132.n.5.* vbi variis Catholicorum legibus apud nos Hiſpanos aſſerit eſſe diſpoſitum, necvt poſſit eſſe Ratiocinarius Ciuitatis, nec fiſci ex eo; quia hoc officium eſt publicum. Barboſa *hic n. 7. in fine* cum Garcia *de diſpenſis cap.24.n. 26.* Munoz de Eſcobar *de ratiociniis cap. 8.n.3.* Bartol. *in l.1 §. cura carnis ff. de officio præfecti vrbis*, quod an in Neophytis ſit verum ex dictis reſoluens, video tamen redditus Regios vndecumque recaudari induſtria, & arrendatione ſimilium hominum cum magna deterioratione Patrimonij Regis, & maximo lucro ipſorum vt contingit ſingulis annis.

45 Pro complemento etiam ad verba textus *in d. cap. cum ſit hoc tit. in verſ. ſecundum prouidentiam Diæceſani* aduerto cum Couarr. *in cap. non quidem n. 8. de teſtam.* & Barboſa *ibi n. 5.* quod licet reſtitutio, & diſtributio certæ quantitatis pauperibus erogãdæ pro ſatisfactione malè ablatorum poſſit, & debeat fieri per executorem vltimæ voluntatis, ſed quando ſuſpectus eſt is qui tenetur reſtituere tunc ſolus Epiſcopus jus habet reſtituendi; cùm ergo textus ibi agat de Iudæo, qui officium publicum inter Chriſtianos exercens multa ab eis inique extorſit, de cuius difficultate in reſtituendo meritò dubitare poſſet tum ob auaritiam ſuam, tum etiam ob odium contra Chriſtianos quos ſpoliauerat prudenter ordinatum fuit, vt reſtitutionem illam ſecundum prouidentiam Epiſcopi faceret: Sayrus *in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. num. 18.* Aduertens quod quando probabiliter dubitaretur de fidelitate eius qui reſtituere debet, tunc Epiſcopus illum compellere poſſit, vt eius interuentu reſtitueret, aut ſaltem cum conſilio Confeſſarij, aut Patruchi: alia notat Barboſa *ibi, & hic ſub n. fin.*

AD TEXTVM

In cap. fin. hoc Titul. I.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus non poteſt tenere in ſuo ſeruitio hominem baptiſatum vel baptiſari volentem.*

2 *Seruus Iudæi efficitur liber ſi ad Eccleſiam confugiens baptiſari volens, venalis oſtendatur duodecim ſolidis aureis, ſi ille ſit æſtimabilis alias, minus.*

IN quantum Textus iſte ait quòd Iudæo non licet emere, vel in ſuo ſeruitio tenere hominem baptiſatum, vel baptiſari volentem hanc partem plenè agnoſcet, quis per dicta *in cap. 1. hoc tit* & præſtat rationem Barboſa *hic n.2.* cum Tiraquello *de jure Mariti*: Gloſſa *2. n.9.* quia baptiſatus, & mox baptiſandus eodem vtuntur priuilegio, ad ea quæ longè dixi *in cap. ſicut Iudæi 9. hic*, vbi de priuilegiis Baptiſmi. 1

Et *ad verſ. quod ſi quem* ex quo cum aliis Barboſa dicit *n. fin.* quod ſi Mercimonij vel negotiationis cauſa Iudæus ſeruum non Chriſtianum emit, tunc ſi intra tres menſes fuerit expoſitus venalis, & emptorem non inuenerit duudecim ſolidis pro quolibet bono ſeruo perſolutis, ſi ille ad Eccleſiam confugiens ſuam voluntatem patefecerit liber efficitur. Anton. Ricciul. *in tract. de Iure Perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib. 2. cap. 28. num. 7.* Paul. Comitol. *Reſponſor. Moral. lib. 3. q. 43. verſ. quinta propoſitio:* Vbi etiam dicit prædictos duodecim ſolidos id eſt aureos dandos pro ſeruo optimo eſſe minuendos ſi ſeruus talis non ſit quod pertinet ad limitationem *cap. 2. ſuprà*, & *verſ. quarta*, propoſitio tenet quod trium menſium tempus inchoatur à die quo emit Iudæus, de hac libertate ſeruis ſpectanda dixi latiſſimè *ſub tit. de ſeruis ordinandis vel non*, ex quibus multis ibi adductis applicabis hic ad propoſitum, & cum his abſoluitur textus, & titulus in die octauæ Natiuitatis Virginis Mariæ anni 1665. 2

AD TITVL. DE HÆRETICIS, ANTE RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis tractatus quaſi remiſſiuè attingitur cum de eo diſperſim agatur apponendo ſub rubro, quæ alibi dicta non ſunt.*

2 *Confiſcatio in ſancto officio aſſueta contra Hæreticos latè* ſub libro allegationum fiſcalium *agitur* 1. & 2. p. *vbi de diuerſis pœnis pœnitentiatorum.*

1 TITVLVS iſte ad quem reduci valent vt appendices duo tituli ſequentes de ſchiſmaticis & Apoſtatis expoſcebat inregri libri confectionem pro mareria cauſarum fidei, quarum cognitio ſpectat ad ſanctum Tribunal Inquiſirionis conrra hæreticam prauitatem; ſed quia morem noſtrum ſequendo non eſt eur longas quæſtiones faciamus, aut reperamus, ſiue ampliemus quas jam diſperſim, juxta materiam aliquorum capitum ſcripſimus, ſeu attigimus, quarum aliquot ſummariè poſuimus *in 3. parte allegationum fiſcalium ſancti Officij*, ſub eoque libro alias tractauimus etiam ad fidem Catholicam pertinentes, quas nec
2 repetere neceſſum eſt. Cum plura de confiſcatione bonorum de pœnitenriaris, ac incarceratis in ſancto officio in tota illius *p. 1. p. 2. & parte* 3. dixerimus occaſione *textus in cap. vrgentis hoc titulo*; ideò antequam eius Rubricam, & Rubrum diſcutiamus, vt quilibet lector de hoc tractatu majorem notitiam adipiſcatur nobis viſum eſt prædictas quæſtiones ſemel, ac diſperſim agitatas hic demonſtrare; & alias *ſub dicto libro allegationum* inſinuare, ſiue demonſtrare ne vacua tractatio inſpiciatur, & ſi laboris legentis ſit illas cum occurat perquirere, ne ſi repeterentur fortè faſtidio nimiæ ſeu crebræ repetitionis Doctus nos incuſaret, quapropter eligimus fugere commentarios potius qnam repetendo inculcare ſemel reſolutum.

Quæſtionum ad cauſas fidei Catholicæ jam tractatarum ſummarius, cum inſinuatione jurium vbi poſitæ ſunt, & reſolutæ.

Quæſt. 1. An qui credit articulos fidei, qui continentur in ſymbolo Apoſtolorum, ſed quoſdam alios ab Eccleſia propoſitos ad credendum diſcredit, ſaluari poſſit: Dixi *in Rubrica de ſumma Trinit. & fide Catholica qu.* 4.

2 An fideles reneantur omni tempore exterius fidem Catholicam confiteri ſeu quando quid de negante eſſe Chriſtum, & an liceat aliquando omittere ſignum inſtitutum publica lege ad cognitionem veræ fidei? Dixi *ſub d. q.* 4.

3 An negantes Incarnationem, Vnitatem, Trinitatem, & Virginitatem Mariæ ſanctiſſimæ, relaxandi ſint: vbi aliquid de relapſis Hæreticis, & ſubuerſis? Dixi *in c. 1. de ſumma Trinit. & fide Catholica q.* 3.

4 An dubius in fide ſit Hæreticus; & an qui aſſerit ſe dubitaſse de rebus fidei ſit puniendus tanquam hæreticus *pro cap. 1. hic?* Dixi *in cap. 1. de ſumma Trinit.* Vbi an infidelitas ſit peccatum; & an infideles poſſint compelli ad ſuſceptionem Baptiſmi; de quo *in cap.* 1. & latè *ſuprà ſub Rubrica de Iudæis*, & ibi *ſub cap. ſicut Iudæi* 9.

5 An Hæreticus amittat dominium à die commiſſi delicti, vel à die declarationis? Dixi latè *ſub cap. ex litteris de conſtit.* vbi plura de legali pœna: & *in lib. allegation. fiſcal. p. 1. alleg.* 18. cum aliis.

6 Eiliis, aut filiabus hæreticorum an ſibi præbendæ dotes, aut alimenta de bonis ſequeſtratis, ſiue

confiſcatis

confiſcatis parentum, dum ſunt detenti in carceribus, aut poſt exitum *ibi quæſtione tertia, à numero* 37. & 38.

7 An Hæretici prohibiti ſint ab electionibus Canonicis? Dixi *in cap. illa quotidiana* 39. *de electione quæſtione prima.*

8 An accuſatus de Hæreſi in ſancto officio Inquiſitionis habeat vocem actiuam, & paſſiuam in electionibus *ibi d. q.* 1.

9 An ordinatus ab Epiſcopo hæretico vel ſchiſmatico incurrat ſuſpenſionem, de qua *in cap. cum clericis de ordinatis ab Epiſcopo qui renuntiauit Epiſcopatui?* Dixi *in d. cap.* 39. *q.* 2.

10 An Epiſcopus Hæreticus degradatus, vel excommunicatus poſſit Sacramentum Confirmationis conferre? Dixi *in cap. vnico §. per frontis de Sacra Vnctione q.* 9.

11 An corpora mortuorum ſepulta ab ſchiſmaticis ſint exhumanda? Dixi *in cap. à nobis* 2. *de Sacram. non iter. qu.* 1.

12 An ſeruus Hæreticus conſequatur libertatem ex conuerſione ad fidem? Dixi *in cap. nullus de ſeruis non ordin. q.* 1.

13 An ſerui Chriſtianorum, qui in tribunali inquiſitionis damnantur tanquam Hæretici, ipſo jure fiant liberi? Dixi *in cap. nullus* 4. *in d. quæſtione* 1.

14 Polygamiæ delictum propter ſuſpectam Hæreſim, an priuatiuè ſubjaceat Tribunali S. Inquiſitionis, etſi reus ex ſolo duplici conuentus fuerit, vel ab Eccleſiaſtico, vel à Iudice laico? Dixi latè *in cap. nuper* 4. *de Bigamis q.* 4. *à n.* 1.

15 Inceuſi vſus quare ab Hæreticis rejiciatur? Dixi *in cap. fin. de officio Cuſtod. q.* 1.

16 An excommunicatus ex cauſa fidei, qui comparet elapſo anno, ſit admittendus ad reſpondendum? Dixi *in cap.* 1. *de judic. q.* 32.

17 An inſordeſcens per annum in excommunicatione puniatur ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis; *in d. c.* 1. *q.* 33.

18 An impeditus Pontificem adire poſſit abſolui ab hæreſi occulta per inferiorem Sacerdotem? Dixi *in cap.* 4. §. *de adulteriis, de judiciis quæſtione trigeſima.*

19 An in crimine hæreſis, & aliis criminibus requiratur incorrigibilitas, vt tradatur clericus criminoſus curiæ ſæculari, etiam ſi in his criminibus ad derogationem faciendam non obſeruetur? *cap. cum non ab homine* 10. *de judiciis.* Dixi *ibi quæſtione* 10.

20 An quando edicta præcipiunt denuntiare delicta aliqua, ſit præmittenda correctio fraterna, & primò de hæreſi? Dixi *in cap. noutt de judiciis q.* 31.

21 Edicta inquiſitionis an juſtè ad alia delicta præter hæreſim extendantur? Dixi *in d. cap. nouit quæſtione* 32.

22 Denuntians ſine monitione hæreticum, aut errantem ex ignorantia vincibili craſſa, ſeu ſupina, ita teneatur præmittere correctionem fraternam, vt illam omittens non ſolùm peccet; verum & teneatur reſtituere? Dixi *in d. cap. nouit de judic. q.* 34.

23 An crimen hæreſis, ſchiſmatis, ſimoniæ, ſacrilegij, blaſphemiæ, & vſurarum ſit mixti fori? Dixi *in cap. eum contingat* 13. *de foro compet. q.* 11.

24 Hæreticorum filij an priuentur beneficiis jam obtentis? Dixi *in cap. cum non ab homine* 10. *de iudic. quæſtione vigeſima ſexta, & in allegat. fiſcal.*

25 An filij Hæreticorum, qui in ſtatua combuſti ſunt, puniantur eiſdem pœnis, ac punirentur ſi in perſona relaxati, & combuſti fuiſſent? Dixi *in cap.* 2. *alleg. fiſcal. alleg.* 9. *à n.* 86 92. & 93.

26 An ſi Monachus crimen hæreſis committat, bona proueniant ad Monaſterium? Dixi *in cap. in præſentia* 8. *de probationib. quæſtione nona.*

27 An ſi quis pœnitentiatus in ſancto officio ab aliquo vocetur hæreticus, vel Iudæus plecti queat à Iudice? Dixi *in cap. litteras* 14. *de præſumptionib. ſub q.* 2.

28 An pœnitentia publica aſcendenti injuncta pro cauſa quæ non ſit fidei, nec pro hæreſi, vel ſuſpicione illius noceat deſcendenti quominus adipiſcatur habitus mi-

litares, ſi nobilis ſit, Dignitates, Canonicatus jura præbendas, aut beneficia; Collegia aliaue Officia S. jnquiſitionis, ſi alias puri ſanguinis ſit, & ex veteribus Chriſtianis. Dixi *in cap. fin de præſumptione ſub q.* 3.

29 An ſit licitum inducere aliquem, vt juret per Deos falſos? Dixi *in cap. & ſi Chriſtus* 26. *de jure jur. q.* 2. & quid ſi Chriſtianus ſit, & petat ab infideli, quem per illos ſcit juraturum: vbi de aliis ibi late.

30 An ſententia lata contra Hæreticos debeat exequi ſecluſa appellatione? Dixi *in cap. quo ad conſultationem* 19. *de ſent. & re judic. q.* 5.

31 An differendum ſit ſupplicium de hæretico, comburendo, qui in patibulo de pænitentia dicat velle fateri? Dixi *in d. cap. & quæſt.*

32 An Hæreticus reuerſus ad Catholicam fidem & propterea plene reſtitutus recuperet bona ſua fiſco incorporata; Dixi *in cap. cum te* 25. *de ſent. & re judic. q.* 4. & late *in alleg. fiſcal.* 1. *p.* 9. *alleg.*

33 An Hæreticus poſſit appellare à ſententia: Dixi *in Rubric. de appellat. quæſt.* 2.

34 An à decreto torturæ appelletur in Sancto officio jnquiſitionis, *in d. Rubric. q. d.* 2.

35 An auocatio cauſæ habeat locum in cauſa hæreſis: Dixi *in cap. vt noſtrum* 56. *de appell. q.* 4. vbi de aliis ad Materiam.

36 Infidelis v. g. Iudæus, & Turca habens rem carnalem cum Chriſtiana, an pænam aliquam incurrat ab inquiſitoribus imponendam. Dixi 3. *p. alleg. fiſcal. q.* 1. *pag.* 7.

37 Presbyter ſi ſine licentia ſui ordinarij audiat pænitentium peccata ab eiſque abſoluat, an ſit reus ſancti officij *d.* 39. *alleg. q.* 2.

38 Confeſſarius frangens ſigillum confeſſionis, ſeu obligans pænitentem vt ſibi reuelet complices an ſit reus ſancti officij: vbi quid de confeſſore audiente confeſſiones, ſed non abſoluente *d.* 3. *p. & q.* 2. *verſ. ad ſecundam, tertiam, & ad vltimam à n.* 7.

39 Affirmans non peccare eum, qui occidit aliquem, de quo timet ipſum reuelaturum marito vxorem cum qua occidens mæchatur an legitime denuncientur ſancto officio ibi *pag.* 12. *q.* 3.

40 Affirmans licere confeſſario abſolnere penitentem abſentem peccata ſua confitentem per Nuncium, aut per epiſtolam an, ſit temerarius in fide; ita vt ad inquiſitores pertineat illum punire; & quid ſi moribundo per litteras, aut internuncium adminiſtretur à Confeſſario domum dumtaxat à longe vidente. Dixi. *d,* 3. *p. alleg. pag.* 13. *q.* 4. *à num.* 1.

41 Inquiſitores an poſſint punire ſumentes in communione maiores, aut plures hoſtias, ſeu particulas, *d. p.* 3. *q.* 4. *verſ. ad tertiam, n.* 13. *&* 14.

42 Inquiſitores an poſſint vocare ad Tribunal confeſſarium abſoluentem aliquem ſine ſufficiente poteſtate, vt eum interrogent quid ſentiat, *d. p.* 3 *& q.* 4. *verſ. ad vltim. ex n.* 15.

43 Inquiſitores an poſſint tradere filios orphanos hæreticorum honeſtis perſonis alendos, inſtruendos in arte: Dixi *in cap.* 11. *de conſt. à n.* 39.

44 Inquiſitores an poſſint ſine metu irregularitatis Curiæ Seculari tradere Poligamum alio crimine irretitum, ſiue familiares delinquentes, qui nequeunt foro jnquiſitionis gaudere. Dixi *ſub d. cap. nuper* 4. *de bigamis ſub q.* 4.

45 Apoſtata an ſit qui exiit à Religione animo intrandi aliam? Dixi *in cap. ex parte* 10. *de tempor. ordin. à num.* 27. *alia infra ſub tit. de Apoſtatis.*

46 An ſortilegus debeat degradari, & curiæ ſæculari tradi vt puniatur, abſque incorrigibilitate. Dixi *in c. cum non ab homine* 10. *de Iudicijs quæſt.* 24. Et quando hoc crimen ſit hæreticale ſpectans ad inquiſitores *infra in tit. de ſortilegijs.*

47 Schiſmaticus clericus an debeat degradari, & abſque incorrigibilitate tradi curiæ ſæculari. Dixi *in d. cap.* 10. *de Iudicijs q.* 25.

48 Inquiſitores an poſſint vnire duas ſemiplenas probationes ad Reum damnandum; Dixi *in Rubrica de probation. q.* 1.

49 Inquiſitores hæreticæ prauitatis an poſſint recuſari; quid in Fiſcali Sanctæ Inquiſitionis? Dixi *in cap. ſi quis contra clericum* 4. *de foro compet. q.* 16.

50 Inqui

50 Inquiſitores an poſſint cogere Dominos,& Magiſtratus facientes aliqua ſtatuta, & decreta impedientia eorum juriſdictionem, vt illa reuocent? Dixi *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt. q.* 42.

51 Inquiſitores an poſſint reſtituere ad famam eum qui de crimine hæreſis eſt infamatus; Dixi *in cap. cum te* 23. *de ſent. & re judic. q.* 4. & latè *ſub lib. alleg. fiſcal S. officy.*

52 Inquiſitores an poſſint injuriam ſibi factam punire, Dixi *ſub cap. cum veniſſent* 17. *de Iudiciis ſub q.* 10. & quid de facta Iuriſdictione ſancti Tribunalis ab alio quocumque iudice. Aplicabis plura quæ dixi *in* 2. *p. alleg. fiſcal. alleg.* 1. vbi de illa contra vicarium Eccleſiaſticum Maioricenſis, epiſcopatus, & *alleg.* 2. *à pag.*17. de alia cum Archiepiſcopo Mexicano ,*& alleg.* 3. de alia cum Eccleſia Toletana.

53 Confeſſarius, qui ſullicitauit puerum ante conſtitutionem Greg.XV. vel fæminam extra confeſſionem, vel loco quocumque vbi Sacramentales confeſſiones audiuntur, an incurrat pænam,& ſit denunciandus. Dixi *in cap. agnoſcentes de conſtit. quæſt.* 2.

54 An conſuetudo immemorialis contra Sacros Canones à Græcis introducta, durante Schiſmate excuſet à peccato? Dixi *in cap. fin. de conſuet. quæſt.* 6.

55 An res fiſci in crimine hæreſis præſcribantur. Dixi *in cap.* 1. *de præſcript. quæſt.* 2.

56 An Epiſcopus conuerſus ex hæreſi recuperet loca ſuæ Diæceſis, quæ ab alio Epiſcopo fuerunt conuerſa, in *d. cap.* 1. *de præſcript. q.* 3.

57 Bona applicata fiſco, vt præſcribantur,an deſideretur ſemper quadragenaria præſcriptio tam in foro ſæculari, quàm Eccleſiaſtico, etiam ex cauſa hæreſis. Dixi *in cap. Sanctorum* 3. *de præſcript. q.* 1. *& in cap. ad aures eo tit. q.* 3.

58 An judices ſæculares ſtatuentes in clericos ſeu eos trahentes ad Tribunal ſæculare, & perſonas Eccleſiaſticas extra caſus à jure permiſſos poſſint excommunicare, & puniri in ſancto jnquiſitionis Tribunali; Dixi *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. q.* 34.

59 Principibus an liceat concedere libertatem conſcientiæ ſine conſenſu ſummi Pontificis? Dixi *in d. cap. Eccleſiæ de conſtit.q.*44. an liceat illis ſynagogas Iudæorum permittere,& quid ſi in vtroque caſu inſtet periculum? vbi an ſufficiat tacitus Papæ conſenſus. Vbi *q.* 44.

60 Pacta an licita ſint ad tempus cum hæreticis eſto quod in perpetuum nunquam liceant, *d. cap. Eccleſia ſub d q.*44.*in fine.*

61 Deciſio *cap. quamuis pactum de pactis,* an habeat locum inter Iudæos? Dixi *in cap. cum contingat de jure jur. q.* 8.

62 Iuramentum in ſancto officio jnquiſitionis an neceſſum ſit, vt fiat tactis Euangeliis, & ſub qua forma? Dixi *in cap. ego n.* 4. *de jur. jur. q.* 2.

63 Lex Regia, quæ mandat delictum Polygamiæ cognuſci à judicibus laicis, an ſit contra libertatem S. officij jnquiſitiunis? Dixi *ſub d.cap. nuper* 4.*de bigamis q.*4. *&* remiſſiuè *ſub cap.* 10. *de conſt. q.* 58. *in p.* 2.

64 Statutum laicorum diſponens de crimine hæreſis infligendo pænas in illud committentes, an ſit contra Eccleſiam, & ſanctum Tribunal *in d. cap. Eccleſia q.* 55. vbi de illa an laicus poſſit concedere ſtatuta quibus præſcribatur modus procedendi vel puniendi tale crimen diuerſus ab eo quem Eccleſia præſcribit.

65 Lamiarum crimen vulgo *de las Bruxas,* an ſit punibile per S. officium, late Dixi *ſub cap.* 10. *de conſtit. quæſt.* 59.*à n.* 1.*vbi de lauto de logroño.*

66 Iudex ſæcularis an teneatur exequi proceſſum jnquiſitorum? Dixi *in cap.* 4. *de judic. q.* 14.

67 Principes ſæculares decernentes ſententias, in prima inſtantia latas in cauſis ordinariis illico executioni mandare an queant obligare Tribunalia S. jnquiſitionis vt in Cauſis ciuilibus, & externis idem decretum patiatur ſine conſenſu Pontificis, aut jnquiſitorum? Dixi *in d. cap. Eccleſia* 10. *de conſt. q.* 61.

68 Hæreticus qui deficit in compurgatione an puniatur tanquam conuictus, ſi probatur delictum tempore quo deficit in compurgatione? Dixi *p.* 1. *alleg.* 49. *& à numero primo de altis.*

69 An qui tanquam de hæreſi ſuſpectus cogitur per inquiſitores abjurare de vehemēti irregularitatem incurrat. An illam incurrat hæreticus occultus per accidens. Et quid de ficte negante fidem : *p.* 1. *allg.* 50.

70 Carceres Sancti officij frangentes, qualiter puniantur ſeu alguazeli, aliquem reum de fide occidendo: lare *alleg.* 51. 52. *&* 54.

71 Clerici qui ob crimen hæreſis ad triremes perpetuos immorationem, incarcerationem aut exilium perpetuum condemnantur, an veniant prius degradandi realiter, ſeu verbaliter, &c. Et an poſſit clericus, qui lapſus eſt in hæreſim poſt penitentiam, & abjurationem ſuſceptos ordines exercere *d.* 1. *p. alleg. fiſcal. alleg.* 51.

72 Filij hæreticorum quibus pænis, & amiſſionibus bonorum puniantur: *d.* 1. *p. alleg.* 37. 38. *&* 40.

73 Inquiſitores an poſſint pænas pecuniarias imponere, ſeu condemnare ad Triremes, & fuſtigationem, ac de alijs, vel an poſſint compellere hæredes fautorum hæreticorum, qui tamen hæretici non erant ad adimplendam pænitentiam inuſtam in bonis temporalibus, *ſub d. alleg.* 40. *pag.* 157.

74 Debitor an liberetur à ſoluendo, ex eo quod creditor in hæreſim incurrit, num filius à patria poteſtate: & de alijs *alleg.* 47. *&* 48.

75 Inquiſitores num valeant cognoſcere, de cauſis, & litibus, quæ mouentur in fiſcum inquiſitionis *p.* 2. *alleg. pag.* 34. *ſub alleg.* 4. *& ibi à n.* 13. *& ante alleg.* 2. *&* 3. vbi multa quæ concernunt, & etiam *ſub alleg.* 1. *d. p.* 2.

76 An in Sancto Officio valeat pronunciari ſententia diffinitiua aduerſus aliquem defunctum, qui antequam conuictus de hæreſi formali, nec confeſſus mortuus fuit poſt concluſum in cauſa ſuſpectus de hæreſi, per depoſitionem aliquorum teſtium aut per alias præſumptiones condemnando eum in abjuratione de leui, ſiue vehementi; aut in aliqua mulcta pecuniaria, *d.* 2. *p. alleg.* 8. *pag.* 52.

77 Teſtificatus de Iudaiſmo fugiens, qualiter puniatur: vbi de appellatione hæredum ipſius fugientis à ſententia lata contra fugitiuum patrem: *alleg.* 9. vbi latiſſimè ac de alijs cum intellectu plurium jurium.

78 Nepotes alicuius pænitentiati in ſancto officio, qui conſenſit ſententiæ, nec ab ea appellauit an poſſint poſt centum aut quinquaginta annos plus minuſve appellare, ſeu ſollicitare, vt reuideatur proceſſus, ad hoc, vt ſi ex actis appareat, innocentia peuitentiati ob non juſtam, & minus Theologicam cenſuram aliquarum propoſitionum memoria defuncti abſoluatur, & conſequenter obtineant ab inquiſitore generali vna cum conſiliarijs teſtimonium nonobſtantiæ, quominus dicti nepotes, & deſcendentes adipiſcantur honores puritatis, & nobilitatis, &c. *d. p.* 2. *alleg.* 10. & ibi *alleg.* 11. pro denegando teſtimonio nonobſtantiæ ſi ex actis appareat nondum ſufficienter tortura purgaſſe reſtificationes, aut indicia et ſi contingat ſuſpenſiua ſententia à vinculis ſolutum fuiſſe.

79 Appellandi praxis in cauſa hæreſis qualiter locum habeat *d. p.* 2. *alleg.* 12. *à n.* 14.

80 Teſtium depoſitioni in cauſa hæreſis an ſtetur ſi illico aut ex interuallo varietur. Et in ſancto officio teſtis varius torqueri valeat in cauſa hæreſis. Et an variatio mendacium, vel vacilatio præbeat inquiſitoribus indicium ad torturam. Dixi *in c. per tuas,* 10. *de probation. q.* 6. *&* 7.

81 Iudæus an admittatur in teſtem contra Chriſtianos. Dixi *in cap. Iudæi,* 21. *de teſtib. q.* 1. & notaui *ſub. tit. de Iudæis.*

82 Frater pro fratre, aut contra fratrem an admitti queat teſtis in cauſa hæreſis: dixi *in cap. litteras* 14. *de præſumpt. q.* 1. vbi quid de filio aduerſus patrem.

83 Teſti vnico tantum an credatur in cauſa hæreſis, quando domeſticus eſt: *d. cap.* 14. *d. q.* 1.

84 Frater an ſi ſponte fateatur hæreſim ſuam, & de fratre recognoſcit, eodem laborare crimine, & poſtea negat, ſtetur primæ depoſitioni, vel ſecundæ. Dixi *in d. cap. litteras* 14. *q.* 2.

85 Confeſſarium an debeat pænitens denunciare ſi ſperetur correctio. Dixi *in cap. nouit de Iudicijs ſub q.* 14.

86 Fæminâ

86 Fæmina an in aliquo caſu teneatur denuntiare confeſſarium ante impletum tempus publicationis edicti; *in d.cap.nouit de judiciis q.40.* Et quid ſi non publicetur edictum teneatur ſub pœna excommunicationis, vel teneatur denuntiare ſollicitationem commiſſam ante promulgationem Bullæ Greg. XV. & aliorum Pontificum: Vbi de aliis *in d.cap.nouit q.41.*

87 Iubileum magnum Pontificis quo caueatur confeſſarium poſſe abſoluere à quibuſvis cenſuris Bullæ Cænæ; an etiam comprehendat hæreſim, ſi ſpecialiter de tali crimine non fiat mentio: vbi quid de hęreſi occulta *in c.fin.de conſtit.q.1.*

88 Confeſſarius abſoluens hæreticos io foro conſcientiæ an poſſit puniri ab inquiſitoribus, *ſub d.cap.fin.*

89 Confeſſarius an poſſit abſoluere virtute Bullæ Cruciatæ, à caſibus io edicto inquiſitorum contentis, hæreſi tantum excepta: *ſub d.cap.fin. q.1. in fine.*

90 Reus ſi poſitus in tortura præcedentibus legitimis indiciis & interuenientibus aliis requiſitis, cōfeſſus eſt delictum; poſteà verò ductus ad ratificandum, tranſacto debito tempore negat, & reuocat confeſſionem, poſtmodum attenta eius veritate, iterùm ponitur in tortura, & confitetur delictum, & poſtea ductus ad ratificandum negat, & reuocat confeſſionem, ſit iterùm torquendus, an non; Dixi *in cap. licet dilectus 49.de teſtibus.*

91 Reus an in criminibus exceptis interrogari poſſit de ſociis: Dixi *in cap. venerabilis 11. de teſtib. cogend. qu. 2.*

92 Purus quilibet an præſumatur etiam vbi integritas, & bonitas ex ſtatuto prærequiritur; Dixi *in c. fin. dè præſumpt.q.2.*

93 Nepos alicuius expoſiti an poſſit eſſe Miniſter ſanctæ Inquiſitionis, ſi eius auunculus habitus fuit Chriſtianus veteranus, opinione vulgi, aut teſtium. Et quid dicendum quando prætendentis puritas ſit in incerto propter parentū incertitudinem, aut fide vno probetur puritas, & nobilitas; de alio vero contrarium, & de vera dubitetur filiatione. Dixi *in cap.fin.latè q.3.*

94 Sepulturæ dandæ hominibus *de Hollanda* ex concordata cum Rege noſtro Philipo IV. apud nos degentibus, & mortuis. Dixi *in c.p.2. alleg.fiſcal. alleg.11.pag.64.*

AD RVBRICAM DE HÆRESI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis tractatus reſumptiuè, & quare.*
2 *Hæreſis etymologiæ multiplices, & à quo ſic dicatur, & n.3.*
3 *Hæreſis à Verbo Græco, quod diuiſionem ſignificat, dicitur, vel electionem:* vt n.4.& 5.vbi latè.
5 *Hæreſis apud Catholicos recipitur pro falſo dogmate contra fidem Catholicam.*
6 *Hæreſis nomen olim nec turpe nec odioſum erat: hodie è contra, & quod infame etiam ſit.*
7 *Fides Catholica non per electionem, ſed per diuinam inſpirationem Chriſtianis data eſt, & per eandem ab eis accepta.*
8 *Hæreſis definitiones plures aſſignantur, quæ ferè ad idem tendunt, & de vera:* n.9.& 18.
10 *Hæreſis verba circa diffinitionem explanantur.*
11 *Hæreſis abeſt ſi error intellectus, & voluntatis non interueniat.*
12 *Hæreſis quod ſit error voluntarius, eſt idem quod ſit pertinax.*
13 *Hæreſis ex parte, & non in totum eſt contraria fidei.*
14 *Hæreſis pluribus in caſibus committitur, quæ continet plures ſpecies, de quarum numero, & temporibus nonnulliſque ſectariis reſumptiuè.*
15 *Hæreticus vt quis verè dicatur, quæ requirantur.*
16 *Hæreticus alius dicitur affirmatiuus, alius negatiuus; & qui ambo ſint?*
17 *Hæreticus vt quis negatiuus verè ſit, tria requiruntur: Vbi, quæ illa ſint.*
18 *Hæretici improprij, proprij, & propiſſimi qui dicantur: vbi exemplificatur.*

RESVMPTIVE etiam præter aſſignatas quæſtiones hic ante Rubricam, & præter adducta de infidelibus, eorumque differentia ſub Rubrica; & *Titulo de Iudæis* jam hic, quæ deſunt ſcribemus potius 1

tiùs annotando quam longos commenta-
rios conficiendo, & ſic incipiendo ab
etymologia hæreſis eius diffinitiones, qui
eam incurrant, poſteà alia per quæſtio-
nes diſcutiemus vltra alia, quæ ſub ru-
bro, & nigro ſcribimus; cumque ſint
multi qui de hæreſi eiuſque punitione
ſcripſerint plena manu, præter antiquos
hic à Barboſa relatos, inter quos illos
& neothericos referentes longè Farinac.
de hæreſi *ex qu. 178. ſua practica crimina-
lis.* Zanchinus poſt illam, poſt quos ſum-
miſtæ nouiſſimi iam *in verbo hæreſis*, quã
in hoc tractatu. Ioannes Bapt. Venagel.
Andreas Valenſis, & Zipæus *ſuper hanc
Rubricam*, ſuper quam etiam Andreas
Zironius, & Cartagena, & alij ſcriptores,
quibus adjungimus Egidium. Trullench
*in praecepta decal. lib. 1. pag. 2. à dubio 2.
& 3. & alij*, & poſt Simancas *de Catholi-
cis inſtit. & in enchirid.* Roxas, Eymeri-
cum, Pegnam & alios Inquiſitores con-
tra hæreticam prauitatem: nouiſſimè
Cæſar Carena, *de offic. inquiſit. p. 2. tract. 1.*
cum alijs, & Bordon *à tit. 9.* cum alijs:
alios inquam adducentes, apud quos mi-
nutatim leges: jam nunc de etymologia
quod ſequitur, ponens ad alia videnda
2 deſcendes. Igitur variè ſunt ſentientes
D D. eo quòd aliqui dixerint *hæreſim* di-
ci ab *erro, erras*; inter quos Ioannes An-
dreas *in cap. firmiſſimè, n. 2. hoc tit.* vbi An-
ton. *n. 6.* Abbas *poſt num. 3. verſ. & dicitur
Hæreſis:* Cardinalis Zabarella, & Anania
hic in Rubrica, alij inquam, quod dicitur
ab errando: Albertinus *in Rubrica hac lib.
6. q. 1. n. 2. verſ. & dicit Abbas.* Archidiac.
*in cap. hæreſis n. 1. in princ. verſ. ſunt etiam,
qui dicunt 24. q. 3.* vbi Turrecrem. *num. 1.
verſ. quidam enim dicunt*, & Bellomera *in
princ. ſub n. 3. in verb. electione*, Repertor.
inquiſit. verb. Hæreticus: dicens vt Hæreti-
cus dicatur *à verbo erro*, & *à verb. recto:*
quaſi hæreticus dicatur id eſt *errans à re-
cto.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 7. n.
5.* Zanchinus *in hoc tract. cap. 1. n. 1.* cum-
que dicta etymologia reprobetur à Pey-
na *in addit.* ad Eymericum *in director. in-
quiſit. p. 2. q. 1. verſ. alias autem etymologias,
& verſ. ſequenti*, à Petr. Greg. *in ſyntagm.
juris lib. 33. cap. 4. n. 3.* & ante illos à Ma-
riana Socino *in hac Rubrica ſub n. 6. verſ.
ſed hoc mihi non placet*; ideò ad alios mo-
dos dicendi pergimus.
3 Alij inquam dixerunt illã dici *à verb.
eſeiſcor.* quaſi quod ſit quædam diviſio ab
vnitate fidei Heynericus Albericus Al-
bertin. Socin. Gondiſaluus à Villadiego
Azzon. Gillandus, Tabiena & alij relati
à Farinac. *ſuprà ſub n. 33.* & quia Pegna
d. 2. p. q. 1. in d. verſ. alias: Petrus Greg. *d.
cap. 33. num. 3. cap. 4.* hanc etymologiam
non approbat, etſi pro illa faciant dicta
ab aliis *de diffinitione Hæreſis infrà*; vbi
quod eſt diuiſio, & ſeparatio à fide Ca-
tholica; ideò alij dixerunt hæreſim di-
ci à Verbo Græco *διαίρεσις*, quod diuiſio-
nem ſignificat; quia nimium hæreſis ſuæ
opinioni: Zanchin. *director. inquiſit.* Bu-
trio, Turrecrem. Zabarella, & alij *ſuprà*;
quos refert idem Farinac. *ſup. n. 34. & 35.*
quam etiam reprobant idem Socin. Peg-
na, & Petr. Greg. *ſuprà* indeque ſit, vt
alij dixerint hæreſim dici à Verbo Græ-
co *Hæreſis*, quod latinæ locutionis ſigni-
ficat. Ex quo hæretici ſermonibus, &
diſputationibus ſuis confidunt, non in
virtute ſancti Spiritus: Anania *in hac Ru-
brica poſt num. 1. in princ. verſ. alij dicunt
24. qu. 3.* Vbi etiam Bellamera *ſub num. 3.*
Grillard. *in tract. de hæretic. qu. 1. n. 4. verſ.
quidam*, & quod etiam aliqui hæreſim,
ſeu hæreticum dici ab *Eremo*; quia ſicut
Eremita ab Eremo, quoniam ſtat in ne-
more ſeparatus à Ciuitate, vel oppido: ita
dicatur Hæreticus ſeparatus à noſtra fi-
de, habens prauam fidem per ſe, vt dixit
Odofred. *in Rubr. Cod. hoc tit. n. 1.* Reper-
tor. *inquiſit. verb. Hæreſis §. 1. Rubr.* quid ſit
hæreſis *ver. tertio*; id eſt *Eremita*: Eyme-
ricus *in director. inquiſit. p. 2. q. 30.* eamque
reprobet Pegna *qu. 30. verſ. huiuſmodi au-
tem:* & quod idem Eymeric. *in direct.* dicat
in cap. 2. q. 30. ver. ad hanc dixerit hæreti-
cum dici ab hæreſi.
Nos inquam admittendo prædictos 4
modos, quaſi quod ad idem tendunt exi-
ſtimamus Hæreſim dici à Verbo Græco
αἱρέομαι quod electionem ſignificat quaſi
quod ſit ille, qui ſibi bene viſam creduli-
tatem eligit, vt per D. Thom. *22. q. 11.
art. 1.* Vbi Greg. de Valentia Albericus
Cod. de hæreticis. Alex. Peſant bene ety-
mologiam explicans: idem Farin. cum
infinitis *d. qu. 177. n. 41.* quibus accedunt
relati à Barboſa hic *num. 3.* Bordon. & alij
neoterici, ex etiam amplectitur idem
Trullenc *d. lib. 1. cap. 2. dubio 2.* Suarez latè
de fide diſp. 19. ſect. 1. à num. 1. Leonardus
Duardus *ad Bullam Cænæ lib. 2. can. 1. q. 20.
à num. 1.* Molfeſius *in promptuario triplicis
juris. 1. p. tract. 11. cap. 2. n. 39.* latè Azeued.
in l. 1. à num. 1. tit. 3. lib. 8. Recopil.
Tamen, & ſi ſecundum hanc commu- 5
niorem etymologiam *hæreſim* ſcilicet *ab
electione dici quod ſibi vnuſquiſque eligat*

diſciplinam

diſciplinam.quam putat eſſe meliorem: vt inquit Hyeronim. relatus *in d. cap. hæreſis* 23.24.q.3. & od id *hæreſis* dicat electionẽ melioris ſententiæ ac proinde dicere etiam poſſit de Catholica Doctrina quam Paulus *actor.* 24. *n.* 14. aſſerit quoſdam vocare hæreſim, vt refert Bordon. *de inquiſit. cap.* 9. de hæreſi *n.* 1. ſed apud Catholicos vſu receptum ſcribit quod accipiatur pro falſo dogmate, contra fidem Catholicam, additque vocari hæreſim *ab hærendo*: quia firmiter iuheret intellectui malè ſentientis de fide, in quo tanquam *hedera* paulatim radices figit, & ſuccreſcit in graue damnum Religionis Chriſtianæ. & quod illi ita coniuncta eſt, vt in ea obſtinatè, & pertinaciter ſe habeat.

6 Quarè etſi hæreſis nomen olim nec turpe, nec odioſum eſſet; quia non aliud ſignificabat quàm ſectam ſeu electionem, vt dictum eſt; hodie autem, & turpe & odioſum ac infame eſſe ſcribunt Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 30. *Rubr. de hæreſi n.* 1. *& in enchiridio eadem Rubrica* Couar. *var. lib.* 3. *cap.* .... *n.* 2 *poſt princ.* Decian. *in crim. lib.* 5. *cap.* 7 *n.* 1. *in fine & n.* 3. Pegna *in addition. ad Eymeric. p.* 2. *q.* 1. *comment.* 26. *verſ. nomen* vero *hæreſis*, Vgolin. *in tract. de cenſ. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. Ludouic. à Barano *de Origine ſanctæ inquiſit. lib.* 3. *q.* 3. *n.* 2. cum ſignificet falſam contra fidem opinionem.

7 Et ſic pro complemento etymologiæ vt hæreſis dicatur à verbo Græco αἱρεῖσθαι quod electionem importat; noſtra tamen fides non per electionem, ſed per diuinam inſpirationem Chriſtianis data eſt, & ab eiſdem Chriſtianis per eamdem inſpirationem accepta, vt bene probant Couar. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. *ad medium verſ. verum enim vero*: Latius Pegna *in addition. ad Eymeric. in director. inquiſit. p.* 2. *q.* 1. *comment.* 26. *verſ. apud nos Chriſtianos.* Vgolin. *ſup. de cenſ. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 5. Farinac. *d. q.* 177. *n.* 24. Decian. *d. lib.* 5. *crim. cap.* 7. *n.* 2. *&* 3. Gregor. de Valentia *in comment. ad D. Thom.* 2 2. *q.* 11. *art.* 1. *verſ. ſed vt rectè.*

8 His ſuppoſitis iam de diffinitione *Hæreſis*, eiuſque eſſentia opurtet dicere, & relatis pluribus modis dicendi, denique communiorem definitionem amplectemur; prima definitio ſumitur à Doctoribus antiquis, Hoſtienſ. Mariano, Socino & ex D. Thom. 2. 2. *q.* 11. *art.* 1. *per Verba dicti cap. licet hæreticus*, vt ſit *electio falſarum vel nouarum opinionum, de fide vel per inuentionem, vel per ſequelam alicuius commodi gratia, maxime vanæ gloriæ principatuſque ſui*: Et ſecundum alios vt ſit *diuiſio; id eſt, ſeparatio à fide catholica*, Secundum alios quod *hæreſis eſt opinio vel aſſertio ſiue dogma falſum catholicæ veritati contrarium, in eo qui Chriſtianam fidem profeſſus eſt.* Vel vt alij: quod ſit *dogma falſum fidei orthodoxæ contrarium: id eſt, error Catholicæ veritati contrarius*: & ex Alphonſo à Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib.* 1. *cap.* 1. nempe *hæreſim eſſe enunciationem ſiue propoſitionem falſam fidei Catholicæ ita repugnantem, vt cum illa ſimul eſſe non poſſit*: alij quidem definiunt dicendo, vt ſit obſtinata impugnatio fidei alicuius articuli, cum pertinaci aſſertione contraria falſitatis. Et ſecundum alios, *hæreſim eſſe falſam, & erroneam opinionem in intellectu, per quam falſæ & erroneæ intellectus opinatur de aliquo contra fidei veritatem*; & ſecundum Azor Ieſuitam, *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *ſub q.* 1. *Vt ſit error intellectus ſiue mentis voluntarius ex electione, & pertinacia contra aliquam ſententiam fidei.* Vel vt Ludouicus à Paramo diffiniuit dicendo *in lib. de orig. inquiſ. lib.* 3. *q.* 3 *n.* 6. cum aliis: *Hæreſim eſſe falſam opinionem, & erroneam in intellectu aſſertionem contra Catholicam veritatem ab eo qui fidem Chriſti accepit pertinaciter defenſam, vel in dubium reuocatam:* Et ſecundum Albertum Pighius Campen. *lib.* 4 *cap.* 8. qui eam diſcribendo dixit: *Hæreſim eſſe non morum non confeſſionis, ſed fidei vitium, quo quis ſingulare aliquid à communi Eccleſiæ Catholicæ fide & ſententia eligit, & proinde ſe ipſum ab Eccleſia ſeparat qua ſe rectius ſentire, credereque præſumit, & ob id hæreſis, hoc eſt, electio inſignificanter appellatur.*

Et quia Farinacius has omnes referen- 9
do *d. q.* 177. *crimin. à n.* 2. idem ſignificare dicat ibi *n.* 9. ac Toletus *in ſumma lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 1. dixeſit: vt *Hæreſis ſit error pertinax hominis Chriſtiani fidei Catholicæ ex parte contrarius: ſingula huius verba poſtillando* Couar. *d. lib.* 3. *var. cap.* 1. *n.* 2 *in princ.* Lelius Zechius *in ſumma p.* 1. *Rubrica de fide cap.* 11. *n.* 6. vbi non diſſimilem tradit definitionem, ſingula verba declarando, vt fecit Greg. de Valentia *ad D. Thom.* 2. 2. *q.* 11. *art.* 1. *verſ. & igitur hæreſis* Alex. Peſant. *diſp.* 1. *concluſ.* 2. *verſ. dico obiectum Hæriſis, & ſeq.*

Ex quibus omnibus nos ſic diffinimus vt 10
ſit error intellectus voluntarius contra aliquã fidei veritatem cum pertinatia aſſertus ab eo qui fidem recipit: ita cum multis Sanchez *in præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 1. Beca-

nus *in ſumma p. 3. tract. de fide p. 14. q. 1. n. 2.* Ricciulus *de iure perſ. extra grem. Eccl. exiſt. lib. 5. cap. 1. n. 7.* Sanctaclus *de hæreſi cap. 1. concluſ. 1. n. 2.* Carenas *de offic. inquiſit. p. 2. tit. 1. §. 1 n. 2.* à qua non differt, quam ponit Bordon. *de inquiſit. cap. 9. n. 5. quod hæreſis eſt error intellectus voluntariè aſſertus ab homine baptizato ex parte contrarius fidei catholicæ.* Caſtro Palao *de hæreſi tract. 4. diſp. 3. puncto 2. n. 1.* & communiter DD. cùm D. Thom. *d. art. 2. ad 3.*

Quas inquam explicando dicimus re-
11 ſolutiuè vt error ſit aſſenſus falſus intel-
lectus; nam cùm fides ſit in intellectu,
ſic etiam error per quem ipſa deſtituitur,
debet eſſe in intellectu, & ponitur error
loco generis, potius quàm infidelitas, aut
peccatum aut aliquid aliud; quia melius
per errorem hæreſis natura exprimitur,
& ſic fieri, quod quamuis adſit in aliquo
actu peruerſitas voluntatis, ſi tamen ab
intellectu abeſt error, abeſſe quoque
hæreſim dicendum eſt; ſic Ægid. Trul-
lenc *in opere morali p. 1. cap. 2. dubio 2. n.*
3. & plus declarans Bordon. *ſuprà à n. 6.*
& 8. ait Hæreſim eſſe quod ſit volunta-
rium, quia vt iſte error ſit peccatum, ne-
ceſſarium eſſe quod ſit voluntarium, eo
quod voluntarium eſt de ſubſtantia pec-
cati; non enim ait ex Auguſtino, cum
quo omnes, & ex D. Chriſoſt. relato *in*
12 *cap. ſicut enim 32. q. 5.* nullum eſt pecca-
tum niſi voluntarium. Et ob id dicere
quod hæreſis eſt error voluntarius, ſit
idem ac dicere eſt error pertinax: nam
ille dicitur hæreticus pertinax qui licet
ſciat, & aduertat, ſeu dubitet ſe dicere
aliquid contra fidem, nihilominus vult
tenere hunc errorem contra fidem ad dif-
13 ferentiam aliorum errorum, qui fidei non
opponuntur: ſed alijs virtutibus diſtin-
guuntur ab hæreſi. Itaque per illud (ex
parte) intelligunt ſcriptores quod hæ-
reſis ex parte, & non in totum eſt con-
traria fidei, quia qui diſcrederet omnes
fidei articulos, ac proinde omnem fidei
rationem quæ ex illis componitur non
diceretur ſimpliciter hæreticus, ſed pro-
priè apoſtata, vt ſiquis ex Chriſtiano fie-
ret Iudæus, vel Paganus, Turca, vel
gentilis juxta quæ dixi *ſub Rubrica de Iu-*
14 *dæis*, vbi de diſtinctione, ſectarum: vnde
euenit vt facile intelligi poſſet, quis ſit
proprie hæreticus, & quia de iſtis per
quæſtiones *infrà* dicimus, & etiam de
ſuſpectis, ideo nunc pro coronide Rubri-
cæ, cui multa poſſemus adijcere addimus,
ex relatis definitionibus inferri, hæreſim
pluribus modis committi, errorũque plures eſſe ſpecies, de quibus nunc ſufficit remittere lectorem *ad textum* & DD. *in c. 3. hoc tit. infrà*, vbi de aliquibus ad Gloſſam *in l. 2. in verb. leui argumento cod. eodem ad textum in l. quicumque d. tit. ad clem. fin. hoc tit.* vbi explicantur, & damnantur octo hæreticorum errores; Indeque plures hæreticorum ſectas reperiri dubitari nequit quos referre faſtidio deſeruiret, & ſic curioſus leget *extrauag. Ioan. XXII. editam anno* 1318. incipit *glorioſam* ad aliam *conſtit. Martini V.* editam anno 1418. incipit *inter cunctas, ad aliam Leonis X. editam anno* 1520. incipit; *exurge Domine*: in qua referuntur, & damnantur plures Martini Lutheri errores, *ad textum in l. Manichæos & in l. Arian cod. hoc tit. & in d. l quicumque, & in auth. Gazaros, & in l. quoniam §. ſed iis cod. hoc tit. & in auth. de priui. dot. verſ Hæreticos verò & in Clem. fin. hoc tit.* vbi ponuntur duæ hæreticorum Allemaniæ ſectæ, videlicet, *Berguardorum, & Beguinorum: & in c. quidã autẽ 24 q. 7.* Vbi Gratianus enumerat ſeptuaginta hæreticorum ſectas & *in c. ſicut c. excõmunicamus & 2.* hic de quibus earumque damnatione præter antiquos, & modernos in præcitatis Iuribus, & conſtitutionibus ſigillatim Eymericus *in direct. inquiſit. p. 2. q. 36. 37. & 38.* vbi pariter referuntur hæretici omnes damnati de jure Canonico, & de jure ciuili, necnon damnati in Romana Curia, & extra à delegatis Papæ plures de omnibus agentes recenſet Farinac. *de hæreſi d. q. 178. ſub n. 12.* & ad ſaturitatem erit legendus Cardinal. Bellarm. *de conuerſ. fidei Chriſtianæ aduerſus hæreticos*, & alij poſt illos *ſuprà* adducti, qui alios infinitos congerunt quos recenſeo *cap. excommunicamus 2. hoc tit.* vbi de cuius Hæreſiarchæ errore.

Per quæ iam interrogabit aliquis quæ 15
requirantur ad hoc vt quis dicatur hære-
ticus, etſi attendatur Azor *inſtit. moral.*
p. 1. lib. 8. cap. 9. in hac Rubrica in 2. quæ-
ſtione reſpondebimus, quatuor ſcilicet
requiri primo, vt quis ſit Baptizatus, &
fidem Chriſti profeſſus, ſecundo vt per-
tinax ſit in credendo falſum, tertio vt ali-
quam fidei ſententiam credat aliquam
neget, quarto vt habeat errorem in men-
te, & hæc requiri dixerunt Ludouic. à Pa-
ramo *de origin. inquiſit. lib. 3. q. 3. n. 1.*
Farinac. qui alios refert ex *n. 16. vbi ſu-*
prà demum cum Azor & Paramo loqui-
tur *in verſ. & alii demum* qui cum aliis 16
etiam ait Hæreticum eſſe duplicem, alium
affirma

affirmatiuum, alium negatiuum *n*. 19. & 20. affirmatiuus vt ſit ille qui errorem quem habet in mente, aut verbo, aut factis oſtendit, negatiuus ille qui legitimis teſtibus conuictus de hæreſi conſtanter in negatiua perſiſtit verboque fidem Catholicam profitetur, qui propterea tanquam impænitens Curiæ ſeculari tradendus eſt cum ad miſericordiam admiſſi non ſint, qui in ſua negatiua perſiſtunt, etſi ſe Eccleſiæ ſupponant impænitentes judicantur, qui peccatum confiteri nolunt.

17 Cumque DD. varij ſint in modo explanandi proximè dictum de hæretico negatiuo, idem Farinac. *ſub n*. 22. *d. q*. 178. *crimin. de hæreſi*, ait ad hoc quod quis dicatur hæreticus negatiuus, & vt tanquam hæreticus poſſit condemnari, tria requiri ſcribit; primo quod verba ſeu facta ab accuſato prolata, & geſta apertè ſint hæreticalia, nec alium ſeoſum habere poſſint quam hæreſim; ſecundo quod de dictis verbis, aut factis, hæreticalibus, per teſtes, conteſtes, & omni exceptione maiores ſit conuictus. Tertio quod conſtet eundem accuſatum aſſeruiſſe prædicta verba, ſeu facta hæreticalia ſe credere, & aliis credenda eſſe, quinque verò requiſita ponit omnino legendus Roxas *in tract. de haretic. p*. 1. *ex n*. 84. bene expendens, quos reſumit ex aliis etiam

18 Farinac. *ſub d. n*. 22. Et quia vt etiam DD. ſolent diſtinguere alij dicantur Hæretici proprie, alij propriiſſime, ſic vt proprie, dicantur qui male ſentiunt de articulis fidei vel de Sacramentis Eccleſiæ, & alij improprie ſub quibus continentur excommunic. qui largè, & improprie dicuntur hæretici, argum. *texus in cap. quod autem* 24 *q*. 1. & Simoniacus *cap. quicumque cap*. præſcribit. 1. *q*. 1. niſi credit licitum eſſe ſpiritualia emere, & vendere, juxta quæ *ſub eotit*. dixi tamen improprie talis dicetur, qui verbo dicit Simoniam, eſſe peccatum, & tamen opere, & facto illam exercet: Repertor. *inquiſit. verb. Hæreſis* §. 1. & *in verb. ſimonia verſ. an ſimoniac*: Humbertus locatus *in judiciali inquiſit. verb. Hæreticus n*. 2. & *verb. ſimonia n*. 1. Simancas Schilant. Caldetin. Alex. Piaſent. & alij ex D. Thom. *d. q*. 11. & iam relati cum quibus præfationi noſtræ finem impoſuimus eo quod ſufficienter ad generalem cognitionem ſatis apertè ſit loquutum.

QVÆSTIO I.

An detur paruitas Materiæ in hæreſi, & Magia, & an in lectione aut retentione librorum hæreticorum, vel an liceat fabricare ſeu pingere idolum, ad petitionem infidelis, & an Chriſtianus ſe fingens infidelem, & petens iterum baptizati propter eleemoſynam acquirendam debeat abiurare vt Hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Paruitas materia ex ſe non datur in peccato hareſis, & quarè, & à n*. 3. *contra aliquos n*. 2. *ſalua inaduertentia vt ſub d. n*. 2. & 3.

3 *Magia quatenus eſt Dæmonis inuocatio, poteſt habere malitiam leuem ex inaduertentia.*

4 *Librorum Hareticorum in lectione contra aliquos potius eſt vt poſſit dari materia paruitas & à n*. 5.

5 *Paruitas materia vel magna in lectione librorum hareticorum aſſignatur contra Sanchez exiſtimantem lecturam vnius integra rei hareticalis non eſſe grauem, vt n*. 6.

6 *Clemens VIII. diſtricte prohibet lectionem librorum hareticorum.*

7 *Librorum Hareticorum retentio eſt parua materia, ſi tempus retentionis ſit breue vt n*. 2. & *ab intentione retinendi diſtincte ſumatur.*

8 *Paruitas materia in retentione librorum hareticorum aſſignatur vt retinens effugiat pœnam excommunicationis contra eos retinentes impoſitam.*

9 *Pingentes, ſeu fabricantes idolum ad petitionem infidelis, etſi aliqui excuſent à peccato mortali, ratione laboris, & ſubſtentationis; verius eſt vt non excuſentur, n*. 10.

11 *Baptiſmum reiterans potius eſt vt exiſtimetur ſaltim de hareſi ſuſpectus, abiurareque teneatur, & ſi dicat cupiditate conſequendi eleemoſynam illum reiteraſſe.*

1 AD primam partem quæſtionis, duplicem ſententiam referendo negantem, & ad affirmantem, potius eſt vt reſpondeamus quod cùm in aliquibus peccatis in quacumque materia minima reperiatur integra ratio malitiæ ſufficiens ad mortale, vt eſt peccatum infidelitatis, odium Dei, contemptus ipſius &c. Ideo quia ratio obiecti per ſe prima in actu infidelitatis eſt vt fides negetur ipſi Deo aliquid reuelanti, & ex hac ſola præciſè conſiderata fundetur oppoſitio grauis ad virtutem fidei, & malitia grauis, non dicatur quod in actu infidelitatis poſſit dari materiæ paruitas, & culpæ leuitas; ſed omnis materia in ordine ad illam ſit notabilis, & omnis culpa ſit grauis, etiamſi alioqui in ſe ipſa res ſit minima; inde eſt vt non detur paruitas materiæ in hæreſi, vt in terminis docent Caſtrus Palao *tom. 11. tract. 2. diſp. 2. punct. 7. n. 2.* Merola *tom. 1. diſp. 2. cap. 4. dub. 7. n.* 112. Alfonſus de Leone *de officio Confeſ. p. 1. recollect. 7. n. 42.* Baldellus *tom. 1. lib. 3. diſp. 14. n.* 12. Sanchez *in ſumma tom. 1. lib. 11. cap. 4. n. 1.* Molfeſ. *in ſumma tom 1. tract. 8. cap. 8. n. 66.* D. Baldellus in *diſp. Theolog. tom. 1. lib. 3. diſp. 14. n. 13.*

2 Et quamuis affirmantem ſententiam teneat Sayrus *in Claui Regia lib. 12. cap. 2. n. 19.* dicens quod in materia fidei poteſt eſſe peccatum veniale; quia poteſt eſſe tam leuiſſimum verbum, vt eſſet hæreſis tantum venialis à quo non diſſentit Diana *p. 5. tract. 5. Reſ. 28.* notans ex d. Alfonſo de Leone *de officio confeſſ. p. 1. recollect. n. 45.* illum non negaſſe verum eſſe exemplum poſitum à Sayro de leuiſſimo verbo ſapiente hæreſim, cum & ipſe concedat poſſe eſſe peccatum veniale.

3 Et confirmatur hæc Doctrina de Magia, quæ cùm ſit ex genere ſuo peccatum mortale quia cõtinet tacitam vel expreſſam Dæmonis inuocationem ac proinde ſocietatem, & beneuolentiam circa illam vt dicunt DD. referendi, ac Leſſius *de iuſt. lib. 2. cap. 44. dubio 3. n. 26.* tamen fatentur fieri poſſe vt aliqui actus magiæ excuſentur à peccato mortali, ratione ignorantiæ, vt ſi quis ignorat vel non aduertit tacitam illam inuocationem, cùm hæc ſit ſæpe valde occulta, indeque inter alia dicunt, quod etſi ratione leuitatis materiæ præciſè non videatur vnquam eſſe veniale, quia quod in re parua vel ludicra Dæmon inuocetur per ſe non minus crimen eſt, quàm ſi id fieret in magna; & ſimiliter quod tacita vel remota inuocatio ſi plena conſideratio adſit eiuſdem rationis eſt ac expreſſa; ſed quia ſemper contingit, vt cùm res eſt modica, non apprehendatur mali magnitudo inde fatentur vt poſſit eſſe veniale defectu animaduerſionis: Caſtrus Palao *d. tom. 1. tract. 2. diſp. 2. puncto 7. p. 2.* Alfonſus Leo *d. p. 1. recollect. 7. n. 42.* Sanchez *in ſumma tom. 1. lib. 2. cap. 4. n. 18.* Del-Rius *in diſquiſit. Magic. lib. 4. cap. 2. q. 4.* Valentia *tom. 3. diſp. 6. quæſt. 12. punct. 4.*

Ad ſecundam partem quæſtionis an 4
detur in lectione, aut retentione librorum hæreticorum materia parua? ad primum de lectione videtur reſoluendum eſſe contra Toletum *lib. 1. cap. 19. n. 9.* & Vgolinum *in explicatione 1. can. Bullæ cænæ verſ. Ad eorumdem libros verſ. 1.* dicentes non dari in hac re paruitatem materiæ, quamuis vnam vel alteram lineam, quis legat; quia idem eſt periculum; tamen magni nominis DD. materiæ paruitatem eſſe pauca verba legere; quod declarans Hurtado de Mendoza *volum. 1. de fide diſp. 76. ſect. 1. §. 11.* ſcilicet de legente vnam vel alteram lineam, & Suarez *de fide diſp. 20. ſect. 2. n. 20.* quando non eſt multarum linearum lectio, & alij concedunt tres, aut quatuor lineas inter quos Merolla *tom. 1. diſp. 1. cap. 2. corollar. 7. diff. 3. n. 344.* Peſantius *in 2. 2. q. 56. art. 2. diſp. 6.* Graffius *tom. 1. lib. 4. cap. 18. n. 45.* & alij decem inter quos Sayrus *de cenſuris lib. 3. tom. 5. n. 22.* Caſtrus-Palaus *tom. 1. tract. 4. diſp. 2. puncto. 11. §. 2. n. 6.*

Sed quia de hoc vltimo dubitat Me 5
rolla *vbi proximè*, ideo videtur dicendum cum Duardo *in Bulla cænæ lib. 1. can. q. 46. n. 4.* & Reginaldo *tom. 1. lib 9. cap. 14. ſect. 5. n.* 254. quod ſi v. g. legantur duæ vel tres lineæ, in quibus legens certò nouit contineri hæreſim nonobſtante paruitate materiæ linearum legentem incurrere excommunicationem, quia facit contra finem legis cum ſe exponat periculo imbibendi hæreſim: Et ſcienter legat partem libri per quam liber prohibetur, quem adhuc excuſat Merolla *vbi ſuprà*, eo quod moraliter non ſe exponit legens periculo imbibendi hæreſim; & quia non facit in tam parua lectione contra finem legis, eo quod vltra verba quæ legerit hæreſim continentia vt incurreret eſſet ex euentu quod etiam legiſſet rationes in quibus hæreſis contenta in verbis duarum, aut trium linearum fundaretur; quas exprimi in duabus vel tribus lineis impoſſibile eſt, & ob id non credendum

quod

quòd legens tali periculo exponeretur; quis enim, ait, poteſt exiſtimare hominem Catholicum legentem in aliquo libro hæretici hanc ſolam propoſitionem: *Chriſtus non eſt Deus*: Vel; *duo tantùm ſunt Sacramenta*: ſtatim cenſeri expoſitum periculo illas hæreſes imbibendi.

6 Quare exiſtimo cum *infrà* relatis periculoſam eſſe ſententiam Thomæ Sanchez, & Duardi, quos citat Diana *p*. 1. *tr*. 11. *reſol*. 30. qui extendunt prædictam paruitatem materiæ ad vnam integram paginam folij libri impreſſi, quia eſt nimis laxa, & ſic eam non admittunt Iacob. Gordon. *in ſumma tom*. 2. *lib*. 7. *q*. 13. *cap*. 8. §. 3. *num*. 81. Caſtrus-Palaus *tom*. 1. *tract*. 4. *diſp*. 2. *p*. 10. §. 2. *n*. 6. Maialius *in* 3. *p*. *lib*. 3. *cap*. 1. *q*. 3. *n*. 49. Homobon. *in conſult. tom*. 1. *p*. 2. *reſponſ*. 1. Diana *d*. *p*. 5. *tract*. 5. *reſol*. 42. qui, & Merolla citatus improbant Layman *lib*. 2 *Theolog. Moral. tract*. 1. *cap*. 15. *n*. 5. dicentem poſſe confeſſarium abſoluere eum, qui vnam paginam libri hæretici legerit; quia præſumere poteſt eum non incurriſſe excommunicationem Bullæ: Etenim cùm hæc opinio ſit laxa, & contra mẽtem Mandati Clem. VIII. quod refert Scortia *in conſtit. Pontific. Epitom*. 169. *theorem*. 410. de quo *infrà ſub cap*. 3. vbi longè agimus de prohibita lectione talium librorum, & ſub quibus pœnis meritò fuerunt expurgati, qui dictam opinionem aſſerebant Viuald. & Sa, quos referunt idem Diana, & Merolla, dicentes dictam opinionem in Viualdo, & Sa, emendatis à Reuerendiſſimo Magiſtro ſacri Palatij non conuenire amplius.

7 Ad aliud dubium quæſtionis quid de retentione dictorum librorum, & quamuis Suarez *tract. de fide diſp*. 20. *ſect*. 2. *num*. 22. diſtinguendo reſpondeat vt ſi ſcilicet retentio procedat ex voluntate abſoluta retinendi librum, tunc quamcumque retentionem eſſe peccatum mortale, etiam ſi mutata voluntate breuiſſimo tempore, verùm ſi aliquis habens propoſitum tradendi librum in executione ſit negligens per aliquam breuem horam, & tunc dicit vt facilè poſſit excuſari à culpa mortali cùm in voluntate non habeat propoſitum contrarium præcepto, & negligentia poſſit eſſe leuis, quænam eſt tàm detentio, quàm dilatio, adſtipulatur Hurrado de Mendoza de fide *volum*. 1. *diſp* 96. *ſect*. 1 §. 12. qui hoc excuſat ratione temporis exigui niſi intenderet multo tempore illum retinere etſi de

8 facto non retineat. Nihilominus alij aſſerunt non hoc ab intentione ſumendum, ſed à tempore per quod retinetur; & ſi dicunt quod ſi per vnam horam, quæ eſt tempus breue tantum retineret, illicòque traderet, etſi habuiſſet intentionem retinendi per longum tempus, rè vera cenſuram impoſitam contra libros prohibitos retinentes non incurrat; non enim incurritur cenſura ex voluntate retinendi, ſed ex voluntate executioni mandata; quæ cum non ſit integra, & in materia graui exercita re vera ratione leuitatis materiæ non debet retinens tempore breui in illam incurrere: ita Thomas Sanchez jam adductus quos citat Diana *p*. 1. *tract*. 11 *reſol*. 30. Duardus *ibi*, idem Diana *d*. *p*. 5. *tract*. 5. *reſ*. 43. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom*. 1. *lib*. 9. *cap*. 14. *n*. 256. Iacobus Gordonus *in ſumma tom*. 2. *lib*. 2. *q*. 13. *cap*. 8. §. 3. *n*. 81. qui, & dixit quod ſi quis retineret per vnum, vel duos dies librum prohibitum non incurreret cenſuram Bullæ Cœnæ vel Iudicis, Caſtrus Palao *tom*. 2. *tract*. 4. *diſp*. 2. *puncto*. 10. §. 2.

Ad tertiam quæſtionis partem an liceat fabricare idolum, ſeu pingere ad petitionem infidelis, quia plura de ſynagogis, & idolis infidelium, & Iudæorum dictum eſt *ſub tit. & cap*. 5. *de Iudæis*, ibi nonnulla de idolis, nunc etſi quæſtio hæc plus ſit Iudæorum & paganorum quam hæreticorum, qui idola non habent, nihilominus breuiter de ea diſcutiendo dico, vt quamvis Caſtrus Palaus *tom*. 1. *tract*. 6. *diſp*. 6. *puncto* 12. *num*. 7. Adamus Tannerus *tom*. 3. *diſp*. 1 *p*. 9. *dubio* 5. *n*. 144. Hurtado de Mendoza *de fide in* 22. *diſp*. 76. *ſect*. 6. *n*. 181. aliquo modo excuſent, aut neceſſitate pingendi aliove titulo: Nihilominus verius eſſe nullo titulo ſe poſſe excuſare pingentem, aut fabricantem idolum à cooperatione ſcandaloſa, & peccaminoſa talis fabricæ, ſiue picturæ de ſe præparata ad falſi Dei adorationem; ita poſt Ægidium Conink *in* 22. *diſp*. 18. *dubio* 13. *n*. 213. Iacob. Granado *in* 2. 2. *controuer*. 1. *tract*. 15. *diſp*. 12. *n*. 6. Duuallius *in* 2. 2. *D. Thom. tract. de fide q*. 7. *art*. 9. *concluſ*. 1. Diana *p*. 5. *tract*. 7. *de ſcandalo diſ*. 6. dicendo nec videri poſſe quomodo fabricans, ſeu pingens non exhibeat aliquem cultum idolo, qui conſtruit, vt vendat ethnico illud adoraturo. 9 10

Ad quartam partem quæſtionis, an Chriſtianus ſe fingens infidelem, petens iterùm baptizari propter eleemoſynam 11

acquirendam, debeat abjutare vt hæreticus; & quamvis neget Paſqualigius *deciſ.* 475. eo quòd in hoc caſu nulla eſt hæreſis ſuſpicio: non enim, ait, talis petit Baptiſmum, credens poſſe reiterati; ſed vt medium ad obtinendas pecunias, indeque, cùm finis deficiat talem ſuſpicionem omninò manere euacuatam; tamen Diana *p.6.tract.8. Miſcel.Reſ.9.* contra tenet, eo quòd ex facto tali, hoc eſt, ex reiteratione baptiſmi, clarum eſt quòd talis remanet ſuſpectus de hæreſi; quia quòd talis reiteratio facta tantum ſit ex mala cupiditate pecuniæ, nequit conſtare; nam qualitercumque reus fateatur eâ cupiditate feciſſe extrajudicialiter vel judicialiter neutro caſu, talis confeſſio prodeſt quominus plectatur in ſancto Officio, cùm hæreſis crimen ſit occultum in menteque lateat, & actus reiterationis de ſe hæreticus, aut ſuſpectus, qui non purgatur, ex eo quòd reus velit dicere quòd illud non fecerit ex mala credentia, aliàs inquam daretur abuſus Sacramentorum de facili, qui ſemper debet vitari, quapropter, etſi non abjuret de formali, abjurare debet ex facto ipſo, per quod manet ſuſpectus: itaque practicari in inquiſitione noſtra Hiſpanica, & Romana cum polygamis, & ſollicitatoribus mulierum, qui cum regulariter non habeant errorem intellectus, & hoc ipſi fateantur; tamèn quia ex factò ipſo, nempè abuſu Sacramenti remanent ſuſpecti, debent abjurare juxta illa, quæ de polygamia, & eius punitione ab Inquiſitoribus explanaui *in cap. nuper, de Bigamis qu.* 4.

QVÆSTIO II.

An vt quis incurrat pœnas Hæreticorum neceſſum ſit, vt baptiſatus ſit Baptiſmo fluminis, nec ſufficiat flaminis, aut ſanguinis. Et an inualidè ſeu fictè baptiſatus, & pariter Cathecumenus incurrant pœnas juris? An pertinacia ad hæreſim ſpectans includat in ſe cognitionem, & ſcientiam eius; & an ſit de ratione eſſentiæ hæreſis; alias inquam nullus dicatur hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus vt quis dicatur, eſt neceſſaria receptio Baptiſmi validi in aqua; aliàs potiùs infidelitas, Iudaiſmum, ſeu paganiſmum videatur ſi diſcredantur articuli fidei, & n. 2. vbi de ratione, & 3.*

2 *Cathecumenus diſcredens myſteria fidei judaicare dicitur, vel paganizare, & n.7. vbi probatur, & 8.*

3 *Baptiſatus inualidè ſeu fictè, idem ac ſimpliciter non batiſatus.*

4 *Baptiſmum flaminis in his, qui carent Baptiſmo aqua, non ſufficit vt quis in fide deficiens dicatur hæreticus, quod poteſt haberi à quocumque infideli, ac Iudæo, vt* num. 5. *& de differentia,* num.6.

6 *Baptiſmum flaminis durat, dum quis illud habens eſt in gratia.*

7 *Cathecumenus diſcredens non diſcedit à fide Chriſtiana, quia adhuc non induit Chriſtum per Baptiſmum, &* num. 8.

8 *Cathecumenus ſi diſcedat ante Baptiſmum eſt coram Deo infidelis, nec pœnis hæreticorum ſubjacet.*

9 *Baptiſatus inualidè, ſeu fictè ſi de hoc appareat liberatur à pœnis hæretici diſcredentis, vt ſunt excommunicatio, infamia, confiſcatio, ſecus in foro externo, dum non appareat, vt* n.10.

10 *Baptiſmalis actus qualiſcumque præſumit externe, quem validè baptiſatum.*

11 *Baptiſatus inualidè ratione materiæ, aut intentionis miniſtri, liber eſt à pœnis hæretici; eſt tamen obligandus vt validè Baptiſmum recipiat: fallit vt* n. 12.&13.

12 *Baptiſmum recipiens fictè ex parte ſua baptiſatus validè cenſetur, &* n.13. *aliud eſt ſi non vult, vt* n.15.

13 Cap.ſicut 35.1.q.cap.3.§.dormientibus, *de Baptiſmo.*

14 *Catechumenus in neutro foro cogendus eſt ad fidem recipiendam; non enim directè ſubjectus eſt Eccleſiæ.*

16 *Ignorantia affectata, ſeu probabilis in quo differant ad pertinaciam hæreticalem, probabilis excuſat, affectata non ſic, vtraque exemplificatur, & quibus aliis etiam nominibus nuncupentur,* n.17.& 18.

17 *Ignorantia probabilis, hoc eſt, inculpabilis excuſat à peccato hæreſis.*

18 *Ignorantia affectata & craſſa verius videtur*

videtur, vt in vtroque ſoro non excuſet à peccato hæreſis.

19 *Pertinacia eſt de ratione eſſentiali hæreſis quæ datur in eo qui conſentit firmiter in aliquod, quod ſcit, vel dubitat eſſe contra fidem & determinationem Eccleſiæ.*

1 AD primam difficultatis partem quæ cum aliis hic poſitis oritur ex verbis diffinitionis hæreſis, de qua plures attulimus *ſuprà in præmiſſo* reſpondetur quod ad incurrendum crimen hæreſis neceſſarium eſt validum Baptiſma flu‑minis, per quod fides Catholica ſolemniter profitetur, indeque euenit, vt fictè ſeu inualidè, baptiſatus, licet poſteà habeat baptiſmum flaminis, diſcredens articulos fidei, non ſit hæreticus, ſed Iudaïſmum, vel paganiſmum perpetrare
2 dicatur. Et ob id ſimiliter Catecumenus hæreticus non dicatur diſcredens myſteria fidei, ſed adhuc judaicare, vel paganizare dicatur juxta quam ſequebatur antequam fieret Catecumenus, quæ diſtinctio probatur ex his, quæ dixi *ſub Rubrica de Iudæis*, vbi de differentia illius Sarraceni, & pagani ab hæretico, qui tantum dicitur quiſquis per receptionem veri Baptiſmi incidit poſteà in aliquam hæreſim contra fidem Chriſti quam in Baptiſmo ſuſceperat, & eſt ratio ex Caietano *ad D. Thom.* 2. 2 *q.* 10. *art.* 5. *& qu.* 11. *art.* 1. quia ſicut homo charactere fidei in Baptiſmo ſuſcepto Chriſtum profitetur, ita, & eidem aduerſari dicatur ille tantum hac ratione, qui Chriſtum non profitetur caractere fidei recepto in Baptiſmate.

3 Et quia inualidè baptizatus ſeu fictè idem eſt, ac ſimpliciter non baptizatus cùm Baptiſmum nihil in eo operatum ſit; nôn enim vllam contraxit obligationem, & ſic alia in cunfirmationem adducendo docent Thomas Sanchez cum multis *lib.* 2. *ſum. cap.* 7. *n.* 34. *&* 35. cum Amaya. Toleto Vgolino Sayro Tabien. verb. *hæreſis n.* 1. *ad finem.* Nauar. *in cap.* 11. *Manual. n.* 22. §. 2. alij cum D. Thoma qui requirunt Baptiſmum in hæretico contra Caſtrum, Suarez, & Bañez allegatos à Sanchez.

4 Et quod non ſufficiat Baptiſmum flaminis in his, qui carent Baptiſmate fluminis probat Bordon. *de inquiſit. cap.* 9. *tit. de hæreſi, & hæreticis n.* 16. quia per hoc non ſolemnizatur fides, ſed tantum per Baptiſmum aquæ quod ideò à ſanctis Patribus vocatur Baptiſmum fidei. Et quia quilibet homo etiam Iudæus, & paganus poteſt habere hunc Baptiſmum flaminis, quod eſt habere contritionem de ſuis peccatis, qui ſi poſteà aduerſetur fidei eius, peccatum non erit hæreſis, ſed alterum ſcilicet Iudaïſmi, vel paganiſmi; nec obſtat Ricciulus *de jure perſ. exiſt. extra grem. Eccleſiæ lib.* 6. *cap.* 3. dum aſſerit inualidè baptizatum diſcredentem eſſe hæreticum; quia quamvis baptizatus non eſſet, erat tamen baptizatus in flamine; & quia ſi contingeret ipſum decedere, non ideò fuiſſet ei occluſus aditus cæleſtis ex defectu Baptiſmatis aquæ per doctrinam textus *in c.* 2. *de presbytero non bap‑*
tizato c. debitum de Baptiſmo. Etenim etſi 6
hoc verum ſit reſpectu ſalutis æternæ; tamen nihil pro hæreſi probat; quia hoc Baptiſmum flaminis non durat in homine, niſi quando eſt in gratia: alia videnda adducunt DD. relati quò reſpondent contrariis.

Et quoad Catecumenum diſcredentem quod non ſit hæreticus probatur in‑ 7
ter alia fundamenta; quia ille eſt hæreticus qui diſcedit à fide Chriſtiana *ex cap. hæreticus* 24. *qu.* 1. ſed Catecumenus recedens non dicitur diſcedere à fide Chriſtiana, quia nondum Chriſtum induit per Baptiſmum. Paul. *ad Galat. c.* 3. *num.* 27. *ibi: Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis:* Et quamvis Suarez *de fide diſp.* 19. *n.* 3. *& de cenſ. diſp.* 21. *ſect.* 2. Sanctarellus *de hæreſi c.* 1. *dub.* 2. *n.* 3. Carena *de officio inquiſit. p.* 2. *tit.* 2. *n.* 25. vocans eam certiſſimam in foro interiori proband. ex eo quod iſte recedit ab eo quod jam credidit, adhuc ex dictis *ſuprà de Baptiſmo flaminis*, & aptius de catechizato dici debet, cùm adhuc re vera in aqua baptizatus non ſit: alia congerit *vbi ſuprà*, Bordonus *d. tit.* 9. *n.* 17.

Quare cùm jam *ſuprà* dictum ſit in principio ad hæreſim non ſufficere errorem pertinacem, niſi in homine baptizato ſic vt ſi baptizatus non ſit, & cùm ſimiles errores contra fidem teneat hæreticus non dicatur, ſed infidelis, ſeu paganus, ſic, & Catecumenus qui ante Baptiſmum credit, ſi à fide recedat, erit coram Deo infidelis, non tamen propriè hæreticus, nec pœnis hæreticorum ſubjectus; quia ante Baptiſmum aquæ non pertinet ad juriſdictionem Eccleſiæ, vt docent Sanchez *d. lib.* 2. *ſumma c.* 7. *n.* 35. Sayrus *in theſauro tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 11. & alij penes Sanchez Ægid. Trullench. *in præcepta decalogi* 1. *p. c.* 2. *dub.* 2. *de hæreſi n.* 21.

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundam difficultatis partem, ex dictis infertur dicendum, vt ſi pateat de fictione Baptiſmi, ſeu inualiditate reuera ſic baptizatus liberetur à pœnis contra hæreticos impoſitis, nimirùm excommunicationis, infamiæ, & confiſcationis bonorum &c. quia ſic baptizati fictè, aut inualidè in foro interno ſunt immunes ab illis pœnis quibus in foro externo puniri poterunt, quamdiu, vt dictum eſt, non conſtet de inualida ſeu ficta ſuſceptione: ſoli enim baptizati verè ſubduntur illis
10 Eccleſiæ pœnis, & legibus. Nec ſubdi aliter baptizatus fictè niſi quamdiu Eccleſia ignorat nullitatem, & fictionem, eo quòd habet juris præſumptionem pro ſe contra illus, ex illo actu baptiſmali qualiſcumque fuerit qui exterius reputatur verum Baptiſma, donec oppoſitum prubetur: ita Sayrus *lib. 3 c 4 n. 11.* D. Sanchez *ſuprà d. c. 7. n. 35. & 36.* Ricciul. ſic ſentiens; *de jure perſ. exiſt. extra grem. Eccleſiæ c. 3. n. 5.* Carena *p. 2. tit. 1. n. 29.* Bordon. *d. tit. 9. n. 20.* & alij cum Trulleuch. *ſub d. num. 21.* quia cùm Baptiſmus irritus fuerit, nec hæreſis, nec cenſuræ, nec ſubjectionis Eccleſiæ capax eſt.

11 Et idem Sanchez ac Sayrus contra Azur. *tom. 1. lib. 8. inſtit. Moral. c. 9. q. 3.* & aliàs tenent eodem modo dicendum de eo, qui baptizari voluit, ac fuit baptizatus, ſed baptiſmus fuit irritus, ratione materiæ aut intentionis miniſtri; quia talis reuera baptizatus non eſt, própter quod eſſe immunem à relatis pœnis probant adducti; ſed puſſe cogi ab Eccleſia, vt verum Baptiſmum ſuſcipiat, cùm jam ex parte illud ſuſceperit docent idem Sanchez, & Sayrus *ſuprà*, Henriquez *lib. 2. de Baptiſmo c. 25. num. 6.* videndus Suarez *de cenſuris diſp. 21 ſect. 2. & de fide diſp. 19 ſect. 5. n. 8.* & Caſtro Palao de hæreſi *tract. 4. diſp. 3. punct. 7. n. 19.* quod ſi inualidè, aut fictè baptizato alij admittant per *c. de Iudæis 5. diſt. 45. cap. majores 3. de Baptiſmo. §. dormientibus*; quia coactio conditionalis ad Baptiſmum vt pœna euiteiur, non aduerſatur Baptiſmo, eo quòd dicitur habere intentionem, taliſque ſufficit ad Baptiſmum, vt communis D. D. fatetur *in 4. diſt. 1.* vbi Scotus *qu. 4.* & cum eo Faber *diſp. 11. n. 2.* Syluester *verb. Baptiſmus num. 10.* ſed maximè docent Sanchez *d. lib. 2. cap. 7. in extremis verbis*, & Bordon. *ſuprà d. titul. 9. num. 21.* quando nullitas non fuit ex ſua culpa, ſed ex defectu Miniſtri ſiquidē ex parte ſua dicitur ſuſcepiſſe.

12 Quod mihi non videtur ſic admitti ac procedere in fictè ſeu inualidè recipiente Baptiſma ex parte ſua; quia vt dictum eſt. talis contradixit prædictæ receptioni ex
parte ſua. Nec obſtant verba textus *in c.* 13
ſicut 35. 1. q. 1. ibi: *Sicut ficti veraciter non fictè recipiunt, nec eorum Baptiſma reprobatur*; Et clarius verba *textus in c. 3. §.* dormientibus de Baptiſmo ibi: *Baptiſmi ſuſcipit ſacramentum ſicut & is, qui fictè ad Baptiſmum accedit, characterem ſuſcipit Chriſtianitatis impreſſum*: quia reſpondetur in his juribus fictionem ſumi pro indiſpoſitione ſubjecti, ſed nos loquimur cum relatis, & Bordon. *d. tit. 9. n. 21. in fine*, de fictione negatiua, ſcilicet nolendi recipere Baptiſmum, ſicque inferri in hoc ſenſu Baptiſmum fictè & inualidè recipere ex parte ſubjecti, idem eſſe quod carere intentione illud ſuſcipiendi.

De Catecumeno, quia in neutro fo- 14
ro ſubditur pœnis relatis, dicendum eſt nec cogi poſſe ad fidem recipiendam, ſed tantùm exhortando: conſtat ergo, vt dictum eſt, illos non eſſe directè ſubjectos Eccleſiæ quod nondum receperiut Baptiſma quod facit ſubdi legibus Eccleſiaſticis ſecundùm quod recedentes Catecumeni non ſunt ad illud ſuſcipiendum cogendi; tum quia Eccleſia ſuper illos nullum jus habet; tum quia ex parte baptizandi requiritur intentio ſaltim habitualis recipiendi Baptiſma, ſecundùm Syluest. & alios apud Bonacin.
p. 6. de Baptiſmo num. 16. ſed in nolente 15
recipere Baptiſmum, nulla eſt intentio: ergo cogi non poteſt ad nullum actum: ita docent Sayrus *lib. 3. de cenſuris cap. 14. nu. 11.* Sanchez *d. lib. 2. cap. 7. num. 34.* & pro foro externo Suarez, Sanctarellus, Filliucius Farinac. quos pro ſe citat Caren. *d. p. 1. tit. 1. n. 26.* Bordon. *d. tit. 9. ſub n. 18.* Trullench. *d. dub. 2. cap. 2. de præceptis p 1. n. 21.*

Ad tertiam quæſtionis partem an per- 16
tinacia ad hæreſim ſpectans includat in ſe cognitiunem, & ſcientiam eius, & quia D D. agentes diſtinguunt inter ignorantiam juris, & facti, & inter ignorantiam probabilem, & craſſam ſeu affectatam; ſic vt ita ſit, qua quis ex induſtria, & ſtudioſè non vult addiſcere vt liberius peccet, vel quia parui pendet ea, quæ ſcire tenetur, iuxta illud Prophetæ: *Noluit intelligere vt benè ageret*; Probabilis, qua quis neſcit ea quæ ſcire non tenetur, aut ſi tenetur, nulla præceſſit in eo aduertentia, cogitatio, aut dubitatio, aut ſi aliqua præceſſit ignorans adhibuit ſufficien-

tem

tem diligentiam inquirendo perſe, ſi eſt litteratus, vel per aliorum conſilia, veritatem rei & non potuit cam ſcire, nec dubium vincere; quæ quia vocatur inculpabilis, eo quòd caret culpa inuincibilis; quia diligentiis vnica non potuit probabilis, quia probatur eſſe ſine peccato iuſta, quia æquum eſt illa laborantem non peccare, ſeu antecedens, quia præcedit conſenſum voluntatis: ideo DD. de hac fatentur excuſare ab hæreſi à peccato, & à cenſuris irregularitate, ex delicto, & à pœnis priuationis votis, & officiorum; quia hæc omnia ſunt pœnæ quæ ſemper ſupponunt culpam *ex l. ſancimus. cod. de pœnis*: vbi DD. in terminis DD. *per textum in cap. 2. de conſt. lib.* 6. Felin. *in cap. cæterum de reſcript. n.* 19. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 631. *n.* 14. Sigiſm. *de elect. dub.* 3. *n.* 6. Scotus *in* 4. *diſt.* 6. *q.* 8. Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 32. *de matr. num.* 28. 29. *&* 30. Nauar. *conſ.* 10. *de ſepul. n.* 4. Nald. *verb. ignorat. n.* 7. Bordon. *d. cap.* 9. *n.* 33. dicens procedere ſiue cenſura adiecta ſit legi Eccleſiaſticæ, aut Diuinæ, vel naturali, quia licet quis non ignoret legem naturæ, poteſt tamen ignorare illi adjunctam pœnam.

18 Ignorantia verò craſſa, hoc eſt affectata, quia non excuſat à peccato hæreſis quod verius videtur in vtroque foro eo, quod, non maius voluntariũ, & cognitio requiritur in perpetratione hæreſis quàm aliorum peccatorum mortalium, ſed ignorantia craſſa, & affectata includit voluntarium, & cognitionem ſufficientem ad alia peccata committenda: ergo & ad peccatum hæreſis, & quamuis diſparem rationem ponant Becanus, *cap.* 14. *de fide q.* 2. *n.* 17. & ex eo Diana *p.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 36. *§. reſtat*: quia de ratione hæreſis eſt pertinacia & quod nemo in rebus fidei eſt pertinax niſi ſciat & aduertat ſe ſentire contra Eccleſiam, & qui hoc ignorat pertinax non ſit, nec hæreticus, ſed pertinax non eſt ratione aliorum peccatorum, tamen horum Doctrina ſupponit claram cognitionem; quæ reuera in ignorante craſſo, & affectante debet ſupponi propter obligationem, quam habet, diſcrete ſciendi, & perfectè cognoſcendi: ideo benè alij. DD. concludunt talem ignorantiam non excuſare à peccato hæreſis, docentes quod aſſerens ſe ex ignorantia negaſſe aliquos fidei articulos, quia neſciebat eſſe contra fidem non ſit audiendus cum præſumatur illis contradixiſſe quando illi articuli ſunt de genere illorum quos quilibet fidelis tenetur explicite ſcire: ſic Azor *inſtit. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 6. *q.* 7. Farin. *q.* 179. *de Hæreſi n.* 34. Pegna *in direct. inquiſit. p.* 1. *q.* 7. *n.* 22. Souſa. *lib.* 1. *Aplur. cap.* 12. *n.* 14. Carena *d. p.* 2. *tit.* 1. *n.* 68. Diana *d. p.* 4. *tract. Reſ.* 36. *§.* notandum. Bordon. *d. cap.* 9. *n.* 53. videndus ex *n.* 50.

Ad vltimam partem quæſtionis ex dictis *ſuprà*, ſub præmiſſo, & diffinitionibus breuiter nunc agendo dico pertinaciam eſſe de ratione eſſentiali hæreſis; vt probant communiter de hac materia ſcribentes fundati ex verbis S. Auguſtini *in cap. dixit* 24. *q.* 3. *& in cap. qui in Eccleſia* 31. *eadem quæſt.* quæ reſpectu hæreſis in eo illa conſiſtit quod quis conſentiat firmiter in aliquid quod ſcit, vel dubitat eſſe contra fidem, & determinationem Eccleſiæ: ita Corduba *lib.* 1. *cap.* 17. *§.* 7. Portellus *in verbo hæreſis* Carena *de officio inquiſit. p.* 2. *tit.* 2. *§.* 7. Ricciul. *ſuprà lib.* 5. *p.* 2. Becanus *d. cap.* 14. *de fide q.* 2. *n.* 12. Saytus *lib.* 3. *cap.* 4. *de cenſ. n.* 10. Bordon. *d. cap.* 9. *ex n.* 22. Cum aliis Thom. Sanchez *d. lib.* 2. *ſum. cap.* 7. *intio* & Theologi ex D. Thom. 22. *q.* 5. *art.* 3. *& quart.* 2. *ad* 3. 19

QVÆSTIO III.

An tenens aliquid contra fidem, ſed paratus corrigi ſit dicendus hæreticus. Et quid de patiente tentationes contra illam. Vel de eo qui ſibi firmiter perſuadet id quod credit non eſſe contra fidem ſi admonitus de errore ab Epiſcopo, vel inquiſitore, ſeu à viro docto; vel à parrocho perſiſtat. Et an ſit hæreticus ille qui paratus eſt ab Eccleſia corrigi, modo argumentis conuincatur in ſua opinione. Et quid de eo qui negat propoſitionem, ſiue veram ſiue falſam quam putat eſſe contra fidem, ſi reuera non eſt. Et an ſit hæreticus qui falſum opinatur credens ſie teneri ab Eccleſia. Et quid de illo, qui aſſerit illud quod verè peccatum eſt non eſſe peccatum.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus vere eſt, qui tenet aliquid contra fidem ſcienter, vel dubitanter, etſi paratus ſit corrigi, ſecus de ignorante, n.* 2.

2 *Gloſſa fin. cap. dixit Dominus.* 24.*q.*1. *& cap. hac eſt* 14. *ibi.*

3 *Tentationes patientes turpiſſimas involuntarias contra Deum hæretici non ſunt, etſi ſibi videantur plerumque conſentire ſi reuera non ſit n.*4.5.

5 *Tentationes Diabolicæ ſiue ſuggeſtiones, quibus premuntur viri boni, & timorati, quibus remediis curentur ſpiritualibus.*

6 *Proteſtans ſe potius mori velle quàm tentationibus & ſuggeſtionibus Dæmonis conſentire, excuſatur à culpa.*

7 *Toſtatus ille vir inſignis qualiter in hora mortis ſedauit tentationes, interrogans quemdam cocum.*

8 *Hæreticus dicitur, qui admonitus de errore, firmiter ſibi perſuadet modo quod diſcredit ſit articulus fidei, ab Eccleſia diffinitus, & ſit inter Catholicos educatus Chriſtianus etſi contra in foro conſcientia n.* 10. *&* 11. *ſecus ſi articulus ſit opinabilis inter doctores, vt ſub n.* 12.

9 *Prudentiæ propria nullus debet inniti, ſed plurimorum conſilijs*

10 *Corde leuis eſt qui cito credit, niſi à Magiſtris edoctus, vt ſub n.* 12.

13 *Hæreticus eſt qui paratus ab Eccleſia corrigi expectat conuinci argumentis & quare n.* 14.

15 *Hæreticus formalis non eſt negans propoſitionem, ſiue veram, ſiue falſam, quam putat, contra fidem, quæ reuera non eſt & n.* 16. *contra Ricciulum; peccat tamen grauiter, vt n.* 17.

17 *Violatio fidei non omnis eſt hæreſis formalis vt in ignorante quod tenetur ſcire ex virtute fidei, n.* 18. *vbi de aliis modis n.*19.

20 *Hæreticus non eſt, qui falſum opinatur paratus corrigi, vbi in errorem ſe lapſum cognoſcit, & exemplificatur teneturque errorem reuocare vt n.*21.

22 *Hæreticus eſt qui aſſerit quod vere peccatum eſt non eſſe peccatum, vt in multis caſibus exemplificatur.*

1 AD primam quæſtionis partem breuiter reſpõdetur quod ſi tenet ſcienter vel dubitanter quamuis ſit paratus corrigi adhuc ſit vere hæreticus quia ſcit vel dubitat ſe diſcredere articulis fidei, quorum cognitionem, aut ſaltem dubitationem habet, & quia huiuſmodi præparatio eſt potius ſimulata pallians vitium hæreſis quam quod illam deſtruat hoc ipſo quòd conſultò diſcredit articulis fidei cum illa præparatione ad correctionem, quæ nihil prodeſt ad deſtructionem vel ad impediendam hæreſim ne exeat in actum, docet in terminis Bordon. *de offic. inquiſit. cap. 9. de hæreſi n.* 55. vbi reſpondet *ad gloſſam fin. cap.* dixit Dominus 24. *q.* 1. *verb. emendari*, & *cap. hac eſt* 14. *eadem quæſt.* 1. vbi prima gloſſa citans nonnullos DD. dicendo illas intelligi de eo, qui tenet aliquid contra fidem, ignorans nec dubitans eſſe contra fidem, qui paratus enim corrigi admonitus de errore non eſt hæreticus ſic probans ex ſancto Auguſtino relato *in d. cap.* dixit Dominus 24.*q.* 3. *& in cap. qui in Eccleſia* 31. *eadem quæſt.* & cauſa referens verba illius antea *q.* 5. *ſub n.* 22. & illud eiuſdem dictum: *Errare poſſum, ſed hæreticus non ero*: ſic tenens reſpectu ignorantis *n.* 23. *d. cap.* 9. quia ſi poſtea cognitionem habuerit ſe errare contra fidem, & iterum in errorem conſentiat, nec illud damnet cum primum ſciat eſſe errorem contra fidem hæreticus erit.

Ad ſecundam partem quæſtionis etiam 3 breuiter reſpondetur quod patientes v.g. inuoluntarie & inuiti cogitationes blaſfemias turpiſſimas, & hæreticas contra Deum, & ſanctos hæretici non ſunt, Sanchez cum aliis *in ſummu lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 13. vbi ait commune Layman in Theologia morali *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 12. *n.* 5. Bordon. *d. cap.* 9. *n.* 64. quia ſi patiatur contra ſuam voluntatem reſiſtendo ſemper illis, & nunquam conſentiendo Diabolicis ſuggeſtionibus nullatenus peccant; quia ad peccandum requiritur voluntatis conſenſus, & approbatio, non enim huiuſmodi tentationes ſunt errores voluntatis, Additque Egid. Trullenc. *in opere morali lib.* 1. *capite* 2. *dub.* 2. *ſub. numero* 7. cum 4 eodem Sanchez *ſuprà n.* 14. quod quamuis hæc patiens videatur ſibi plerumque conſentire: tamen eo ipſo quod de ea re triſtatur nolletque eas habere, & ingenti pæna afficitur, eaſque odio maximo proſequitur ſignum ſit non adeſſe conſenſum voluntatium; imo potius diſſenſus vt bene idem Sanchez explicat.

Et quia ſolent ſimiles tentationes ita 5 animum illas patientis perturbare, vt in

eo

eo conflictu ignoret an conſenſerit diſ-ſenſeritve de quo poſtea mire affligitur ideo quia ſimiles ſuggeſtiones ſæpe vel ex temperamento melancholico vel, Dæmonis aſtutia, ad impediendam conſcientiam tranquillam, proueniant faſtidiantque ſpiritualem vitam, viri boni vitam Chriſti aggredientis, oportet vt medicinali remedio illis occurrat, quod eſt prorſus illas contemnere & irridere; & ita omnia alia agere, ac ſi non adeſſent vt optimè docet D. Bonauentura opuſculo de profectu *relig. lib. 2. cap. 3. tom. 7.* & quia diſputando cum cas patiente contingit ſæpius, & illas repellendo tenacius ipſæ infiguntur in imaginatione, & plus accenduntur, expedit etiam, vt ſic patiens actus fidei eliciat vel in particulari vel in communi ad quos eliciendos tenebitur ſi fides periclitetur illo modo quo explicat Ægid. Trullenc: *d. lib. 1. cap. 1. dubio 6. dicto 3. quid cap. ſub d n. 7.* maximè notat prædictam doctrinam pro ſcrupuloſis ſuggeſtionem contra fidem patientibus, qui paſſim putant ſe in fide dubitare vel aliquid contra eam credere, & reuera non credunt, nec formaliter dubitant, ſed falſo id exiſtimant, ſic cum Ledeſma bene loquente ex eo quod has tentationes patiens tum etiam, & ſcrupuloſus Iudicat ſe eſſe hæreticum, qui talis reuera non eſt vt optime expendit Sanchez cum aliis *d. n. 14.* nam hic eo ipſo iudicat eſſe falſum, & hæreticum, quod Dæmon ſibi proponit, & cum verum ſit id eſſe falſum vere iudicat, ac proinde durante tali iudicio hæreticus eſſe nequit vt concludit Trullenk *d. n 7. in fine.*

6 Quarè cum eodem Bordon. *d. cap. 9. de hæreſi n. 65.* & cum Carena *de offic. Inquiſitor. p. 2. tit. 1. §. 4. à n. 18.* aliud bonum ſolatium pro ſic ſcrupuloſis inuenio, nempe quod ſi pœnitens coram Confeſſario, aut per ſe formalem proteſtationem facit, qua exprimit ſe nunquam velle tentationibus aſſentiri, ſed potius mori valde tentatus, releuetur à periculo incurrendi in hæreſim, qua quidem præmiſſa, non debeat eſſe ſcrupuloſus, & anxius in narrandis huiuſmodi Confeſſario, cùm poſſit, illas vtplurimum debet reticere contemnendo, qui ſic euaneſcunt cum phantaſmaticis; & comprobatur hæc Doctrina ex his, quæ dico *q.* 4. cum Farinacio, dum inquiro, *proteſtatio an, & quando excuſet ab hæreſi?* Vide

Parlador. *in ſerquincent. different. juris; differ. 207. à n. 10.* vbi refert tentationes 7
in hora mortis occurriſſe; illi vero nunquam ſatis laudato Alfonſo Toſtato Epiſcopo Abulenſi, qui vocauit coquum, quem interrogans num crederet in Deum, & quo modo, & reſponſum Coqui audiens quod crederet *à Macha Martillo,* Tunc ipſe Epiſcopus animatus cœperit clamare, & ego ſic credo, illicoque animam exhalaſſe: videndus Bellarmin. *de arte bene moriendi lib. 2. cap. 9. per totum*, vbi bene Aluarez *de vita religiosè inſtituenda, medio 4. impreſ. 2.* & Ferdinand. de Caſtro Palao *in ſuo opere morali 1. p. tract. 4. diſp. 3. puncto 2. à n. 8.* Valer. *de different. vtriuſque juris differ. 2.* Sexto fallier anner *in 2. 2. D. Thom. diſp. 1. q. 1. dub. 6. numero* 109. alios allegans Souſa *in aphoriſim. inquiſit. lib. 1. capite* 11. qui agunt de materia dubitationis in fide.

Ad tertiam quæſtionis partem an ſibi 8
firmiter perſuadens id quod credit non eſſe contra fidem admonitus de errore ab Epiſcopo, vel inquiſitore &c. hæreticus ſit, ſi vult adhuc permanere in ſua opinione putans ſe bene, & recte opinari, & reſpondetur quòd eſt hæreticus non ſolùm in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ, modo id quod diſcredit ſit articulus fidei, ab Eccleſia definitus, & ſit inter Catholicos educatus Chriſtianus; quia error, quem habet in intellectu, alias materialis incipit eſſe formalis, & pertinax poſita inſtructione illorum virorum, quia licet nolit credere illis, tamen rationabiliter mens eius excitatur ad dubitandum ſitne contra fidem eius opinio indeque euenire vt debeat ex tunc preparare animum ad ſentiendum oppoſitum, vel veritatem rei perquirere cumque perſiſtendo in ſua credulitate agat contra conſcientiam & perinde ſit hæreticus præcipue cum prædicti omnes, qui illum docent habeant rationem magiſtri, & doctoris, quibus tenetur credere potius, ſi ipſe ſit indoctus; tenentur enim, ruſtici, & alij ſimplices, & rudes homines ipſis ſic inſtruentibus obedire, *argumento textus in l. ſeptima ff. de Statu hominum, l. in creditore 38. ff. de euict.* & per doctrinam Leonis Papæ, *in cap. quid* 30. 24. *quæſtione* 3.
ibi quid autem iniquius eſt quam impia ſa- 9
pere, &c. ſapientoribus doctoribuſque non credere. Et quia nemo debet in niti propriæ

O 2 pruden

prudentiæ, ſed aliorum conſiliis vti & acquiſcere per doctrinam textus, vbi multa ad propoſitum adduxi *in cap. ne innituris de conſt.*

10 Et quamuis Valentia *tom. 3. diſput. 1. quæſt. 1. p. 1.* Sanchez *lib. 2. in ſumma cap. 7. numero 25.* Sanctarel: *cap. 1. de Hæret. dub. 6. numero vigeſimo octauo*, Sayr. *libr. 3. de Cenſuris capite quarto, numero 17.* & alij doceant hæreticum non eſſe: *quia qui citò credit leuis eſt corde, Eccleſ. cap. 19.* & quia facile credendum non eſt *cap. ſi quis 23. diſt. 86.* & quia facilitas credendi imputatur: Gloſſa *verb. credulis capite 1. 16. quæſtione 2.* & quia ſi quis credat ſe opinari contra Eccleſiæ Doctrinam non eſt hæreticus pertinax, & quia ſolius Eccleſiæ inquit Sanchez, ac Pontificis eſt res de fide tenenda, definire & quod cæteri fallere, & falli poſſint.

11 Et licet etiam alij relatas opiniones concilient aſſerentes illum in foro externo eſſe hæreticum, quia admonitus non vult relinquere ſuam opinionem, non ſic in foro conſcientiæ, vt placet Dianæ *p. 4. tract. 7. Reſ. 36. §. tertia*, Merolæ, Suarez, Loriæ, & Vazquez ab eo citati, per textum *in capite ad abolendam hoc tit.*

12 Tamen quia ex hoc textu talis differentia non colligitur, ſequitur vt ſit cenſendus in vtroque foro hæreticus, vt bene probat Caſtrus-Palao *tom. 1. tract. 4. diſputatione tertia, quæſtione ſecunda, numero 6.* Bordou. *d. capite 9. de hæreticis ex numero 56. ad 59.* qui etiam primam ſententiam, quam ſequitur Rebuff. *in Bulla excommunic. 1. articulo primo, verſ. hæreticus*, Vgolin. *p. 2. capite primo, §. 1. numero 10.* Duardus *lib. 1. can. 1. quæſt. 25. numero 24* Farinac. cum aliis *de hæreſi quæſtione 169. numero 10.* Paſqualig. cum aliis *pluribus deciſ. 162. & 163.* putantes non ſolùm procedere reſpectu Epiſcoporum Inquiſitorum, Theologorum, Parrochorum, & confeſſariorum, quibus ex officio incumbit inſtruere fideles, ſed etiam in aliis quibuſcumque perſonis, quæ ſunt fide dignæ, & profitentur præ aliis cognitionem myſteriorum fidei, vt ſunt Magiſtri, Concionatores, parentes, maiores &c. & ſic tenendum abſque eo quod obſtent fundamenta Valentiæ, & aliorum, & quod non diceretur in caſu noſtro cito credens, & leuis corde, qui à Magiſtris edoctus circa ſuum dubium, illis non credit; quæ doctrina contrariorum poteſt intelligi juxta modum diſtinguendi à Bordon. *ſub num. 58. & 59. in verſ. quare*; vt intelligi valeat de articulo à doctoribus controuerſo, in quo alij affirmant eſſe de fide; alij verò non, quia in tali caſu nec diceretur hæreticus, nec pertinax, qui audiuit illum, doctores docentes eſſe de fide; ipſe verò adhuc perſiſtat in credendo non eſſe de fide juxta opinionem aliorum Magiſtrorum.

Ad quartam quæſtionis partem, an fit hæreticus ille, qui paratus eſt ab Eccleſia corrigi, modò argumentis conuincatur in ſua opinione, & ex dictis facile reſpondetur, vt ſit hæreticus, quia iſte Eccleſiæ minùs credit, quam conuincenti illum argumentis, virtute quorum intendit deferere ſuum errorem, & non ex eo quod ſit, ſeu aduerterit eſſe contra veritatem Catholicam. 13

Et quia veritaté naturalem ſeu opinionem hominum anteponit veritati Eccleſiæ, quæ eſt veritas procedens de ore Dei, quod eſt maximum Sacrilegium, & inde quod ſit hæreticus, quia talis contradicit pertinaciter auctoritati Eccleſiæ dum vim argumentorum vel auctoritatem vnius hominis mendacis vult præferre veritati Eccleſiæ Catholicæ: ita Bordon. *d. cap. 9. numero 66.* ante illum cum aliis Thom. Sanchez *libro 2. ſummæ capite 7. num. 6.* 14

Ad quintam, quid de eo qui negat propoſitionem ſiue veram ſiue falſam quam putat eſſe contra fidem, quæ revera non eſt, an ſit hæreticus, & quod non ſit hæreticus formaliter probant DD. quia in tantum quis eſt hæreticus, in quantum errorem habet in intellectu (vt dixi ſub præmiſſo noſtri tituli) contra ea quæ ſunt definita de fide, vt conſtat in omnium ſententia ex definitione hæreſis, de qua ibi, ſed certum eſt eas propoſitiones non eſſe definitas de fide: ergo illas negans non eſt hæreticus formaliter; non enim negans propoſitionem à ſe putatam de fide, quæ non eſt externe contrahit malitiam ab obiecto ſpecificatam; quia revera illa propoſitio non eſt de fide, ſed tantum illi imputatur malitia mentaliter, & erronee concepta cui nihil ex parte rei reſpondet. 15

Et quamuis Ricciulus afferat tria exempla *lib. 5. de jure perſon. extra. grem. Eccleſ. exiſt.* ad probandum hunc eſſe hæreticum ibi *in cap. 5. num. 7.* quibus perpenſis 16

nihil

nihil contra faciunt, quia ſicut ex exem-
plis ab eo poſitis agens excuſatur à pec-
cato, ita & negans propoſitionem puta-
tam de fide, cùm non ſit, excuſatur ab
hæreſi: Sic Simanchas *tit.* 31. *de Cathol.*
*inſtit.n.*9. Bordon *d.cap.*9.*ſub n.*69. alia in
comprobationem, & vt reſpondeat con-
trariis adducens contra Sanchez *lib.* 2. *c.*
7. *n.* 30. quem ſequuntur Farinac. *de hæ-*
*reſi d q.*179.*n.*2. Carena *de offic.inquiſit.p.*2.
*tit.*1.*num.*75. cum aliis, & alios relatos Si-
manch. ſed quod tantum ſit vehemens de
hæreſi ſuſpectus admodum. Et quod gra-
uiſſimè peccet probant Bordon: & alij *d.*
17 *n.*69. *in fine, & n.* 70. primam partem ex
eo quod profitetur per illam negationem
ſe non bene ſentire de fide, ſed excuſatur
à formali hæreſi, vt dicimus ex eo quod
à parte rei non reperitur articulus nega-
tus ab Eccleſia propoſitus de fidè, ſecun-
dam partem; quia contemnit veritatem
fidei in ſe, licèt illam in totum non de-
ſtruat, ſed tantum in ordine ad fictum ar-
ticulum, ac ſi reuera extaret, & cum hoc
peccatum proueniat ex conſcientia erro-
nea reducitur ad peccatum violationis
fidei; Tamen non inde ſequi quod iſtud
ſit peccatum hæreſis formalis, quia non
18 omnis fidei violatio eſt hæreſis, vt con-
tingit quando ignoro, quæ teneor ſcire
ex virtute fidei facio contra virtutem, fi-
dem; ſed non ideò ſum hæreticus: Vio-
latur ergo fides non ſolùm contradicen-
do articulis fidei ex quo, & hæreſis, ve-
rum, & aliis modis non addiſcendo ne-
ceſſaria, non confitendo illam quando
eſt debitum, vel alio modo negando ſe
eſſe Chriſtianum ob metum mortis; eſt
enim in his peccatum tantùm ſuſpicionis
vehementiſſimæ hæreſis, non quidem hæ-
reſis formalis. Et quamvis, vt dictum eſt
Farinacius aliud ſentiat *d.n.*1.*&* 2.*q.*179.
19 Tamen *ſub n.*7. *in fine verſ.limita.* 5. dum
ibi dicit quod licet credens falſum pu-
tans ſic teneri ab Eccleſia, excuſetur in
foro exteriori à crimine, & à pœna hære-
ſis, ſed quòd non excuſetur in foro con-
ſcientiæ à peccato ſi errauit in his, quæ
ſcire tenebatur de pertinentibus ad fidem
cum Simanchas de *Catholicis d. tit.* 31. *n.*
9. *Rubr. de hæreticis*, vbi idem, & è contra
de eo qui credit aliquam propoſitionem
hæreticam eſſe, cùm reuera eſſet Catho-
lica, qui peccat grauiſſimè, ſed quod in
foro exteriori non judicatur hæreticus,.
quia nihil credit contra fidem Catholi-
cam, & ſic idem Farinac. legendus po-
ſuit alias quatuor limitationes *ex n.* 3. ad
dictum contra nos ſuam ſententiam limi-
tando, vbi *à num.*1. punctum difficultatis
cum pluribus ex antiquis & modernis re-
ferens *n.* 2. aliam, & *ex verſ.quid è con-*
tra.

Ad ſextam quæſtionis partem an ſit
hæreticus, qui falſum opinatur credens 20
ſic teneri ab Eccleſia ex dictis videtur
reſpondendum, vt non ſit hæreticus
dummodò paratus ſit corrigi, vbi in er-
rorem ſe lapſum cognoſcit vt puta, ſi
quadam naturali ratione motus dixerit
quòd pater ſit major, vel filio prior, vel
quòd tres perſonæ ſunt tres res ſubſtan-
tia, aut eſſentia dummodò hunc ſuum
errorem non defendat ſuamque opinio-
nem fidei Eccleſiæ ſupponat licèt malè
opinetur, non eſt tamen fides ſua, ſed Ec-
cleſiæ in ſua opinione, & ob id excuſan-
dus ſecundum Innocent. *in cap.*1. *num.*7.
*de ſumma Trinit. n.*18. Vbi Ioan. Andr. *n.*
26 *in verb. implicite.* Anton. de Butrio *n.*
9 *&* 11.*verſ. indeterminatis autem*, Abbas,
Zabarel Felin. Socinus, & alij quos ſequi-
tur Farin.*d.qu.*179.*num.*1. Vbi etiam per
gloſſam *in c.cum Chriſtus, verſ. ſub anathe-*
mate; & cum aliis *in cap firmiſſimè hoc tit.*
& ex Summiſtis alij atque ex neothericis
diuerſa exempla ponentes apud eum-
dem Farinac. recenſiti *d. n.*1. qui etſi *n.* 2.
ex Archidiacono referat contrariam ſen-
tentiam, tamen amplectitur primam hic
relatam, declaratam juxta limitationes,
quas etiam refert *à num.*3.*ad* 7. nempè vt
credens falſum ſic putans teneri ab Ec-
cleſia non excuſetur quando ſic errat in
articulis fidei, & his quæ quis explicitè
credere tenetur, vel ſi non ſit paratus ab
Eccleſia corrigi, illumque monitus per-
tinaciter defendat. Addens quòd falſum
putans ſic teneri ab Eccleſia licèt ab hæ- 21
reſi excuſetur, teneatur tamen ſuum er-
rorem reuocare etiam ſibi injũcta aliqua
pœnitentia, & quod abjurare tenetur,
& errorem ſuum reuocare.

Ad vltimam quæſtionis partem, quid
de illo qui aſſerit quòd verè peccatum 22
eſt, non eſſe peccatum, & quod hæreti-
cus reputetur aſſerens contra Dei præ-
cepta, & ſic quicumque dicit non eſſe
peccatum, quod verè peccatum eſt. Tho-
mas Treuiſan. *deciſ.*35 *à n.*6. *lib*.... pluri-
bus probans, & cum locato Schilante, Ar-
naldo Alberico, & Repertor inquiſit. Fa-
rinac. *de hæreſi q.*178. §.3. *ex num.* 1. *&* 2.
vbi ampliat ad apoſtatam dicentem, ſeu

 creden

credentem quòd apoſtatare à religione, & celebrare in excommunicatione non erat peccatum, & in aſſerentibus oſculum mulieri datum, ex cauſa libidinis, aut inceſtum non eſſe peccatum, item in aſſerentibus fornicationem non eſſe peccatum, & qui dicit perjurium non eſſe mortale peccatum, & qui dicit facere vſuras non eſſe peccatum; ſi ſimpliciter loqueretur, ſecus ſi ita diceret de aliquo caſu dubio, & quod hæreticum ſit matrimonium cum carnali copula eſſe peccatum mortale, vel ſi dixiſſet matrimonium perpetuũ licitũ non eſſe, vel ſecũdas nuptias eſſe illicitas, vel conjugatos non poſſe ſaluari, ſed Monachos tantum, & his ſimilia circa Sacramentum Matrimonij, & in aliis etiam caſibus ſub rubra adducendis, videndi ad aliqua exempla etiam Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 17. verſ. 116. & ſeqq.* vbi de aſſerentibus id quod verè peccatum eſt, non eſſe peccatum, ſi bono zelo, & charitate fiat, & de aſſerentibus gulæ peccatum non eſſe peccatum, quia naturam habet ducem, & in aſſerentibus coitum vrgente naturali libidine non eſſe peccatum mortale, contra nonnullos hæreticos ſic tenentes, quia natura excuſat, ſed oſculum eſſe peccatum, cùm naturæ excuſationem non habeat *ibid. cap. 17. verſ. 30. & verſ. item promiſcuos coitus, &c.*

QVÆSTIO IV.

An credens aliquam propoſitionem in ſe falſam tenens eam eſſe de fide, licèt de fide ſit eius oppoſita ſit hæreticus. An vt quis ſit, & dicatur hæreticus, neceſſum ſit quod prius admoneatur de ſuo errore, & tunc ſi velit in eo permanere deinceps ſit credendus hæreticus, ſaltem in foro externo? An baptizàti inter infideles educati ſiue ſint ex Catholicis, ſiue ex hæreticis, ſiue Hebræis & paganis non baptizati, admoniti, &c. Et proteſtatio an, & quando excuſet proteſtantem ab hæreſi, & ſuſpicione illius.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus non eſt paratus corrigi, qui credit veram aliquam propoſitionem in ſe falſam, tenens eam de fide, licèt de fide ſit eius oppoſita, dum credit ignorantia inuincibili*; & n. 2.

2 *Rudes, & alij ſimplices excuſantur, patientes aliquam difficultatem ratione ſubtilitatis: & exemplificatur, in quibus,*

3 *Monitio non præquiritur vt quis ſit propriè hæreticus, vt num. 5. vbi de ratione.*

5 *Hæreticus propriè eſt qui ad minus dubitatiuè ſcit ſe ſentire contra Eccleſiam quouis ſine.*

6 *Eccleſiæ contradicere aliud eſt, ac habere formalem intentionem eidem contradicendi.*

7 *Infideles inter Catholicos viuentes non egent inſtructione, & admonitione, vt dicantur ſi non credunt tales, ſecus ſi remotè degant*; vt n. 8. & 9.

9 *Infideles in remotiſſimis degentes, dicuntur inſtructi, quando ipſis ſufficienter fuit fides propoſita, & prædicata, optimis rationibus, confutatione contrariorum.*

10 *Magiſtri debent inſtruere Hebræos, & hæreticos in articulis fidei, non ſic, vt alij clariores.*

21 *Proteſtatio in materia Catholicæ fidei quando proficiat, ac liberet, quem ab hæreſi?* vt n. 12.

12 *Proteſtans non intendens à fide recedere dubitans excuſatur ab hæreſi cum dicit aliquod hæreticale corrigi paratus.*

13 *Proteſtatio prodeſt etiam ſcribenti librum erroneum, etſi liber eius damnandus ſit, vbi de Abbate Ioachim; &* infrà cap 4. q 1. n. 5.

14 *Proteſtatio multò magis prodeſt illi, qui laborat in extremis dicendo ſe eſſe Catholicum, etſi aliquando fuiſſet de hæreſi inculpatus. Vbi de Bonifacij VIII. memoria defenſa.*

15 *Proteſtatio vt excuſet quem ab hæreſi, ſeptem declaratur modis* n. 16. 17. 18. *vbi in quibus non proſit.*

19 *Proteſtari ſolet hæreticus quod non ſit talis, & hoc ipſo velamine: quare debet exactè examinari ſuper intentione.*

20 *Proteſtans qui adjungit pertinaciam, etſi non ſit vt hæreticus puniendus, eſt tamen corripiendus per reuocationem erroris.*

21 *Prote*

21 *Proteſtatio excuſat in his, quæ quis explicite credere non tenetur; ſecus in his quæ explicite tenetur credere, & ignaro, ſimplici, & quid in foro conſcientiæ.*

1 AD primam quæſtionis partem ſub diſtinctione reſpondetur quòd credens veram aliquam propoſitionem in ſe falſam, tenens eam eſſe de fide, licet de fide ſit eius oppoſita non ſit hæreticus credens ita ignorantia inuincibili paratus corrigi, & inſtrui in veritate rei; quia eſt in bona fide tàm ex parte ſua quàm ex parte Eccleſiæ, cùm putet dicere verum, quia credit Eccleſiam ita tenere, non enim iſte contradicit alicui propoſitioni, quam ſcit, aut credit tenera eſſe definitam ab Eccleſia; potiùs verò ſecundum imaginationem ſuam putat ſe accommodare definitioni Eccleſiæ, ex his, & aliis cum communi probet Bordon. *de offic. inquiſit. cap. 9. de hæreſi. n. 71.*

2 Vbi excuſat rudes, & alios ſimplices patientes aliquam difficultatem ratione ſubtilitatis, dicens quod ſi iſti errant in quibuſdam articulis, qui non obligant omnes ad ſui cognitionē, cuiuſmodi ſunt illi, qui ſunt in Eccleſia celebriores, addens iſtos excuſari etiam in foro externo allegantes ignorantiam, quia illos ſcire non tenentur, & quod inde excuſantur perſonæ ordinariæ putantes patrem eſſe ſenem, filium juuenem, vt credens eſſe de fide, quod pater eſt major filio ſicut dicebat Angel. *verb fides. n. 6.* quod quædam vetula credebat Trinitatem eſſe vnam fœminam, quod putabat teneri id credere de fide, non enim ſic credentes in aliquo videntur ſuſpecti, dum inſtructi quoquò modo credunt, quia ita credit, & firmiter tenet Eccleſia Catholica, &c.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem an vt quis dicatur hæreticus neceſſarium ſit quod prius moneatur de ſuo errore, & tunc ſi velit in eo permanere deinceps cēſendus ſit hæreticus ſaltē in foro externo, & quāvis hāc neceſſitatē prærequirāt pro foro externo nōnulli inter quos Petr. de Aragon. 22 *q. 11. a. 1. concl. 2.* Sanct ıcl. *de hæreſi c. 1. dub. 4 n. 18* explicātes Aluarū *in l. 2. cod. de ſumma Trinit num.* 3. Menoch. *vol. 2. conſ. 149 n. 3.* aſſerunt; vt quis ſit hæreticus, requiri monitionem.

4 Tamen quòd ea monitio non ſit neceſſaria ad conſtituendum aliquem hæreticum nec in foro externo, imò vt ſufficiat, quod ille diſcredat id quod ſcit, vel ſaltim dubitat eſſe definitum ab Eccleſia ſua probant Paramus *de origin. inquiſit. lib. 1. tit. 1. cap. 4 n. 9.* Lorca *in 2. 2. d q. 11 art. 2. diſp. 41. n. 8.* & alij quos citat Diana *p. 4. tract. 7. reſ. 36.* Tertia, tum quia hæreſis eſt error contrarius fidei articulis ſcitis, vel dubitatis ab hæreticante; tum quia ſic judicans ſcit ſe agere contra fidem antequam admoneatur; tū quia aliter, vt dicit idē Diana, quem etiam ſequitur Bord. *vbi ſup. n.* 54. paucos admodū puniret Tribnnal. S. Inquiſitionis; quia omnes admoniti ab hæreſi recederēt, nō amore Dei, ſed propter timorē pœnarū, ac proinde redūdaret in damnū grauiſſimum Eccleſię, cū ille receſſus non eſſet ex animo, ſed fictus, & ſimulatus. Et iuxta hanc reſolutionem, 5 addo, quòd vt quis ſit propriè hæreticus, ſufficit quòd ſciat ad minus dubitatiuè ſe ſentire contra Eccleſiam, quouis deindè fine ſentiat, ſiue ex obſtinatione, ſiue ex vana gloria, ſiue ex alio fine extrinſeco, qui non conſtituit hæreſim in ſuo eſſe formali, ex eo inquam, quia eſſentia hæreſis conſiſtit in contradicere Eccleſiæ, articulis ſcitis, aut ſaltem dubitatis, ſed juxta quem modum intelligendi iſtud intelligatur, leges Becanum *cap. 14. de fide q. 2. n. 19.* Sanchez cum multis *lib. 2. cap. 7. n 4.* Bord. *ſupr. cap. 9 n. 72.* Dum dicunt 6 pro diſtinctiune aliud eſſe contradicere Eccleſiæ, aliud habere directam, & formalem intentionem eidem contradicendi, & videtur comprobari *ex cap. 1. hoc tit.* vbi quod dubius in fide infidelis eſt, de quo ibi notaui latè & benè *in Rubrica de ſumma Trinitate q. 5. verſ. ad ſecundam,* & *verſ. ad tertiam*, vbi leges largè qualiter intelligatur, interim leges Farinac. *de hæreſi q. 178. § 4.* Layman. *lib. 2 tract 1. cap. 12 q. 1.* Carena *de offic. inquiſit. p. 2. tit. 1. n. 17.* Ricciul. *lib. 5. cap. 4 de jure perſ. exiſt. extra grem: Eccleſiæ.* Bordon. *d. capite nono, numero ſeptuageſimo quarto*, qui & alios plures referunt præter ſcribentes *ad d. cap. 1.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an ba- 7
ptizati inter infideles educati, ſiue ſint ex Catholicis, ſiue ex hæreticis, ſiue ex Hebræis, ſeu paganis non baptizatis admoniti perſeuerantes nihilominus in ſuis erroribus, fiant infideles contrariè, hoc eſt illis imputetur eorum incredulitas, an verò vt illis imputetur ad culpam vrgentiorem, & diligentiorem admonitionem, inſtructionem poſtulent, quod eſt vt quærere, quandonam fides Catholica iſtis dicatur ſufficiēter propoſita, vt teneātur illi adhærere relinquendo

relinquendo proprios errores in quo dubio ſub diſtinctione videtur reſpondendum inter Hebræos, & Hæreticos cũ Catholicis commixtos vel inter infideles in
8 remotiſſimis partibus à nobis, vt in primo ſcilicet caſu non egeant quidem inſtructione reſpectu aliquorum articulorum, qui communiter celebrantur in Eccleſia ipſis videntibus, cuiuſmodi ſunt Myſteria vnitatis, & Trinitatis Dei, Incarnatio Filij Dei, mors & eiuſdem reſurrectio; item Sacramenta, præſertim Baptiſmi, Euchariſtiæ, & Pænitentiæ, ac pariter poteſtas vnius Romani Pontificis, cum hæc ita ſunt notoria Iudæis, & Hæreticis cum Catholicis commorantibus, ſicut eiſdem Chriſtianis; & quia inter nos commorantes, & conuerſantes, vident talia ſigna ex quibus colligitur fidem noſtram eſſe illam, quæ neceſſaria eſt ad ſalutem aut ad minus Catholicam eſſe meliorem & perfectiorem ſectis illorum, etſi ex hoc ſolo illis ſufficienter eſſe propoſitam fidem Catholicam.

9 Quod in ſecundo caſu infideles in remotiſſimis partibus agentes à nobis tunc cenſeatur fides ſufficienter propoſita quando illis fuit prædicata optimis rationibus contrariorum confutatione, & vitæ probitate confirmata, ex ea ratione, quia de noſtra fide nullam, aut modicam cognitionem habent, eamque confuſam, & in ſua ſunt bene inſtructi: ergo in vera fide ita ſufficientibus rationibus, & aliis ſignis edocendi ſunt, vt per hæc illorum intellectus moueri poſſit ad credendum Catholicam eſſe meliorem, & neceſſariam ad ſalutem, & illorum propriam nullam eſſe, & vanam, vel ſaltem inferiorem, & minus bonam, & vt cognito quod noſtra ſit melior illam ſequi debeant, propriâ relictâ, ſic diſtinguunt Bannez, & & bene *lib. 2, Theolog. moral. tract. 1. cap. 10. §. ſecundo.* Banez 2. 2. *q.* 10. *art.* 1. *dub.* 3. *concluſ.* 3. *&* 4. Bordon. *de inquiſit. d. cap. 9. num.* 60. 61. 62.

10 Qui magiſtri quo ad primum membrum noſtræ diſtinctionis de Hebræis, & Hæreticis inter nos commorantibus, reſpectu aliorum articulorum non ſic celebriorum debeant inſtrui per rationes illos perſuadentes, & confutationem errorum, quos illi tenent, & inde contingere vt talis diligentia inſtructionis ſit neceſſaria, quia in his non tam cognitis articulis non habentur ea ſigna clariora, ac in primis propoſitis articulis, & ſic reſoluunt egere prælibata inſtructione, quam ſufficientem appellant: alia in confirmationem & exemplificationem adducunt pænes eos videnda.

Ad vltimam quæſtionis partem, præ- 11
miſſis, quæ de effectu proteſtationis adduxi *ſub cap. fin. de appell.* vbi DD. & *in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtit.* & aliqua *ſuprà.*

Et quod proteſtatio in materia Catho-
licæ fidei, *ſit religioſa, & modeſta deprecanda impietatis, & pertinacia cautio animi noſtri declaratoria & certificatoria*, vel quod ſit *Confeſſio, ſeu profeſſio fidei exterius facta ad oſtendendum quid interius ſentiat de fide proteſtans*: ſic Franciſ. Pegna *in addition ad Eymeric. in derect. inquiſit. p.* 1. *q.* 12. *comment.* 26. *verſ. proteſtatio autem*, Arnald. Albertin. *in tract. de agnoſcendis propoſition. Catholic. & Haret. q.* 12. *n.* 2. Iacob. Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 55. *Rubric. de proteſtatione n.* 3. & in Enchiridion *tit.* 50. *num.* 2. qua, & Proſper. Farin. *de hareſi q.* 178. §. 7. *à n.* 148. bene quæſtionem hanc ſubdiſtinguens, notant aliquas proteſtationis formas, vnamque ad litteram poſuimus *in tract. ad cap. vergentis hoc tit. infra*, interim videndi Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 55. *n.* 8. *verſ. forma autem* Burſatus, *conſ.* 14. *ante num.* 1. Ioan. Roxas *de haret. p.* 1. *n.* 3. *& à n.* 16. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 372. *in fine*, Pegna *d. p.* 1. *ad Eymeric. d. q.* 12. *comment.* 26. *verſ. & quia:* Pauca, Carter. *in tract. de haretic. n.* 175. *in fine verſ. catera curioſus lector.*

Conſtituunt ergo ſcribentes regulam 13
generalem, quòd proteſtatio excuſat proteſtantem, quando aliquod hæreticale aſſereret dubitans in fide errare ſi proteſtatur, quòd non intendit à fide recedere, ſed corrigi ſeparatum exhibet, & iudicio. Sanctæ Matris Eccleſiæ ſe ſubmittit ſic, vt excuſetur ab hæreſi per verba *Textus in cap. Dixit Apoſtolus* 24. *q.* 3. *ibi ſiqui ſententiam ſuam quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci animoſitate defendunt; quærunt autem cauta ſolitudine veritatem corrigi, parati cùm inuenerint nequaquam ſunt inter hæreticos reputandi.* Vbi Gloſſa *in verb. pertinaci*, facit generalem concluſionem quòd qui contra fidem aliquid tenet, non eſt habendus hæreticus, ſi paratus ſit corrigi, Gloſſa *in c. nec licuit in verb. ad recipiendum diſt.* 17. Alberic. *in Rubr. Cod. de Hæreticis n.* 4. *in fine*: vbi generaliter dicit hæreticum non eſſe eum qui ſuum errorem defendere non intendit, ſed rationem audire, cum

Geminiano

Digitized by Google

Geminiano Probo Arnaldo, Locato Simanchas Decian. Nauarr. & aliis *vbi ſu-*
13 *prà*:idem Farinac.qui *n*.51. *&* 152.etiam cum aliis, ampliat dicendo vt proteſtatio proſit non ſolum aliquod hæreticale aſſerenti ſed etiam illi, qui erroneum librum conſcripſit; quia licet liber damnandus ſit, ſed non ipſe libri autor iuxta textum iuncta *Gloſſa penult. in cap. damnamus de ſumma Trinit. & fide Catholica*: vbi diximus quòd ſcripta Abbatis Ioachim fuerunt damnata; ipſe tamen non propter proteſtationem quam fecit, confidendo illam fidem quam Sancta Romana Eccleſia tenet & credit; tamen aduertit Arnald. Albertin. *de agnoſcend. d. q.* 12. *n.* 10. poſt Ioannem de Imola, ideo fuiſſe, quia Ioachim erat iam mortuus, nec vt aliter conſtare poſſet de eius intentione, & quòd ſi viueret, & pertinaciter ſtaret in ſuis erroribus ſcriptis ſine dubio, & ipſe tan-
14 quam hæreticus damnaretur. Item ampliat Farinac. vt eò magis proteſtatio bona, & vtilis erit facta ab eo qui laborat in extremis; & qui aliquando fuerit de hæreſi inculpatus, vt ſcilicet dicat, & aſſerat ſe fuiſſe, & eſſe Catholicum, tenuiſſe, & tenere fidem Catholicam, quam tenet, & prædicat Romana Eccleſia & cum eadem fide vixiſſe, & mori velle, & quod talis proteſtatio ſit valida & vtilis multis probat legendus Alberic. *in d. Rubrica Cod. hoc tit.* vbi dicit ex hac proteſtatione facta coram Cardinalibus defenſam fuiſſe memoriam Bonifacij Papæ, & ipſum Albericum ex eo defendiſſe Mediolani Galeatium Vicecomitem Cepola *cautela* 155. incipit: *Bonum & vtile conſilium*, & *ibi in addit. lit. A.* Decian. *in tract. crimin. cap.* 37. *n.* 27. *cap.* 5. *criminal.*

15 Sed quia Turrecremata *in d. cap.* dixit *Apoſtolus* 24. *q.* 3. *à n.* 5. contra præfatam concluſionem pluribus inſurgat licet poſtea etiam pluribus illam comprobet, & contrariis reſpondeat, nobis viſum eſt cum ſeptem limitationibus ſiue declarationibus intelligi ac declarari in præſenti materia: primò, etſi proteſtans faciat contrarium quod proteſtatio non iuuetur ad Gloſſam *in d. cap. cum M. Ferrar.* vt contigit in eo qui proteſtatur generaliter ſe credere omnia quæ credit Eccleſia, vel in ſpecie dicat ſe credere Meſſiam veniſſe, aut cætera huiuſmodi myſteria; & tamen juxta ritum Iudæorum Paſ-
16 chalem agnum occidat; vel ſimile perpetret. Item quod illa non excuſet, quando à judice monitus, & certioratus qui hæreſim dicit ab ea recedere non vult; ſic contra Caſtrum de hæreſi Decian. *d.*
cap. 55. *n.* 8. *verſ. forma autem*, Eymeric. 17
in direct. d. q. 12. Vbi Pegna *comment.* 26. *verſ. tertia & verſ. hactenus*. Tertio, quando verba ſunt dubia, & mens loquentis, aut ſcribentis ambigua, cum ſint adeo nonnulla ad fidem pertinentia obſcura, difficilia, & ambigua, vt viros doctiſſimos nonnunquam latere poſſint, in quibus quidem proteſtationem multùm prodeſſe, quia tunc ex ignorantia plus, quàm ex malitia error natus cenſetur; ſecus ſi verba, & mens manifeſtam hæreſim ſaperent: Simanch. *de Catholic. inſtit. tit.* 25. *de proteſt. à num.* 50. *& in enchirid. tit.* 50. *n.* 4. *&* 5. Farinac. *ſuprà n.* 158.

Qui *n.* 159. & Decianus *d. lib.* 5. *crimin.* 18
c. 18. *& c.* 55. *n.* 8. *verſ. ſecunda ſit concluſio*: addunt quartam limitationem, vt proteſtatio excuſet in non definitis per Eccleſiam, vel in dubiis; ſecus autem in iam definitis *ex cap. maiores* 24. *q.* 1. *& cap. hæc eſt fides d. q.* 1. vbi quid ea, quæ iam maturè per Eccleſiam deliberata, & determinata ſint, non debent vlterius in quæſtionem deduci; & idem Farin. *num.* 160. & Eymeric. *in direct. d. p.* 2. *q.* 12. *à n.* 13. Locatus *in judicialib. inquiſitor. verb. credibilia, num.* 6. *verſ. ſicut autem*: addunt dictam proteſtationem non prodeſſe proteſtanti in judicio, & coram judice; quia tunc ſi monitus ab eo pertinaciter perſeueraret in errore, talis proteſtatio proteſtantem non juuat, qui addunt, & Simanchas *d. tit.* 55. *num.* 12. *& in Enchirid. tit.* 50. *num.* 10. credendum eſſe arbitrio judicis, quando huic proteſtationi credendum ſit, qui prudenter inquirere, & indagare debet quo animo dicta fuerint, cum non faciliter illi credendum ſit; & quod dicta proteſtatio prodeſt plus & minus ex perſonarum, & rerum non circunſtantiis

Et quia vtplurimum hæretici prote- 19
ſtantur, quod non intendunt dicere contra fidem, & Eccleſiæ determinationem, & ſub iſto ſimulato clipeo quærunt alios decipere, & ab inquiſitoribus debeat diligenter inquiri, quomodo, & animo huiuſmodi proteſtationes fiant, vt ſcribunt Arnald. Albertin. *de agnoſcend. q.* 29. *num.* 14. Eymeric. *p.* 1. *q.* 12. *verſ. tales enim & n.* 15. vbi Pegna *in addition. d. comment.* 26. *lit. F. verſ. fin.* ideò benè Farinac. *ſup. n.* 162. poſt Arnald. Albertin. *d. q.* 12. *n.* 15.

20 *& numer.* 7. Scribit quod etſi proteſtans non adjungendo pertinaciam non ſit hæreticorum pœnis aut infamia puniendus, ſit nihilominus corripiendus per reuocationem erroris, ne S. Matris Eccleſiæ diſciplina deſeratur, & quod proteſtatio hæc cum reuocatione particulari alicuius erruris non juuat illum, qui fuit hæreticus, quominus ad carcerem perpetuum damnetur, licet juuet, vt non judicetur hæreticus pertinax, nec tradatur curiæ ſeculari. Et addit Albertin. *d. n.* 7. *&* 8. quod talis reuocatio non debet fieri ſub nomine erroris, ſed ſub nomine detractionis vel alio ſimili modo denotante temerè, aut minùs conſideratè dixiſſe, & quod propterea tale dictum non approbat, ſed improbat.

21 Pro vltima diſtinctione breuiter cum eodem Farinac. *n.* 154. 155. *&* 156. Deciano *d. cap.* 55. *n.* 8. Eymeric. *d. q.* 12. *n.* 13. & Pegna *d. com.* 26. Vmberto locato *in d. verſ. credibilia*, Simanc. *d. tit.* 50. Albertin. *d. q.* 12. *de agnoſcend. num.* 9. & Alfonſo de Caſtro, addo quòd proteſtatio excuſat in his quæ quis explicitè credere non tenetur, ſecùs in his quæ quis explicitè credere tenetur, de quibus diſtinctè dixi *ſub. d. Rubrica, & tit. de ſumma Trinitate & fide Catholic.* & quod proteſtatio in crimine hæreſis prodeſt proteſtanti ignaro idiotæ, & ſimplici, & quod proteſtatio in foro conſcieniæ pio animo facta prodeſt proteſtanti, in his quæ quis explicitè ſcire tenetur apud Deum, & in furo conſcientiæ, nec etiam proſit facta à ſcienter errante etiam in his, quæ ſcire quis explicitè non tenetur.

AD TEXTVM

In cap. I. hoc tit. de Hæreticis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Credendum non eſt eis, qui fidei veritatem ignorant.*

2 *Hæreticum non reddit quem dubitatio, quæ prouenit ex ſubreptitia tentatione, nec dubium prouenions ex ſimplicitate vel ignorantia ſi ſuam opinionem non defendat.*

QVIA plenè de intellectu Textus no- 1
ſtri dixi *ſuprà in Rubrica de ſumma Trinitate, & de fide Catholica q.* 5. *verſ. ad ſecundam & verſ. ad tertiam, vbi an dubius in fide ſit hæreticus, & qualiter duæ opiniones contrariæ ad concordiam reducantur*, & ex verbis noſtri textus in ſecunda parte: *vbi nec eis credendum omnino eſt, qui fidei veritatem ignorant*: poſſit, & applicari alia quæſtio de qua proximè *antecedenti in Rubrica ſub q.* 3. Vbi *per quam ignorantiam quis liberetur ab incurſione hæreſis*: ideò non amplius addimus præterquam cum Barboſa hic, & ab eo relatis *n.* 4. *&* 5. vt
jam *in locis citatis* adduxi dicere. Quod 2
dubitatio prouenions ex ſubreptitia tentatione, non facit quem hæreticum per dicta *ſub Rubrica hic quæſt.* 3. vbi de patiente tentationes, & quod dubium prouenions ex ſimplicitate, vel ignorantia non facit dubitantem hæreticum, ſi ſuam upinionem non defendat, ſed Eccleſiæ ſubjiciat, eo quòd tunc adhuc pertinax non dicatur quod eſt neceſſarium ad hæreſim induendam, juxta explanata *ſub principio d. Rubricæ hic*, ex diffinitione hæreſis; item, & *ſub quæſtione* 2. Vbi actum eſt an pertinacia ſit de ratione eſſentiæ hæreſis, &c.

AD TEXTVM

In cap. qui alios. II. hoc. Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Errare demonſtrat, qui alios ab errore non reuocat.*

2 *Reuelandi hæreticos obligatio. Remiſſiuè.*

VERBA Textus noſtri in ſequentibus 1
non reuocantes alios ab errore: ibi: *qui alios cum poteſt ab errore non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat*; ſatis apertè demonſtrant, vt qui errore ſcilicet culpabili, alios ab errore non reuocat, cum poteſt ſe ipſum errare demonſtrat, non alia quidem ratione, quia quilibet tenetur alium corrigere cùm poteſt ac prodeſſe valet, quod extendunt Dueñas *in Reg.* 99. *verſ. fallit ſecundo*: Barboſa *hic n.* 1. 2. *&* 3. cum Acunna, Azeuedo, Sanchez, Perez, & Eman. Rodrig. & confirmatur ex longè à nobis dictis *ſuprà in c.*

nonit.

nouit.17 *de judiciis à quæſt*.17.à qua vſque ad finem vbi dixi largè de materia correctionis fraternæ, à quibus & contra quos, & ſub qua forma debeat, ac valeat practicari; quibus viſis adæquatè applicantur quæſtiones ſequentes ibi allatæ: *An audiens detrahentem ſuper re graui, ſi eum non corrigat, peccet lethaliter? ibi q.* 21. *& q.*26 *An quis teneatur corrigere proximum, qui peccat ex ignorantia inuincibili*: Cumque quoad caſum Textus noſtri, & materiæ hæreticalis D. Rodericus de Acuna *in comment. ad cap.* 3. *diſt.* 83.*num.* 3. dicat Textum hunc intelligi de errore culpabili; ſecùs de inuincibili, videtur vt excuſetur, ſed tu dic quoad correctionem fraternam, vt *ſub d. q.* 26. vbi *q.*25. egi de illa, *an metus prudenter exiſtimatus excuſet ab illo præcepto.*

2 Et quia ex relatis verbis ſeſe offert locus opportunus ad inquirendum, & diſceptandum de materia reuelandi ad ſanctum inquiſitionis Tribunal hæreticos ac de hæreſi ſuſpectos fautores, receptatores, & alios hæreticorum protectores; ideò applicando hic, quæ latiſſimè ſcripſit Doctiſſimus D. Didacus Tranſmiera, vbi *à qu.* 6. latè de perſonis, quæ denunciare tenentur, aut quæ ſint denuntiandæ, noſter Concollega *in Conſilio S. Inquiſitionis ſupremo*, qui electus Epiſcopus Zamorenſ. fuit raptus in breui in ſuo *per erudito libro de obligatione denuntiandi hæreticos*, conducantque nunnullæ quæſtiones, quas etiam poſui ac tractaui *ſub d. cap. nouit. de judicijs*: vbi de edictis, quibus vtitur ſanctum inquiſitionis Tribunal, vt ſcientes delicta contra fidem delinquentes denuntient, & ſub qua obligatione ideò repetes hic ſequentes *ibi q.* 30, *quando cùm delicta ſunt occulta, ſit adhibẽda correctio*, & *q.* 31 *an quando edicta præcipiunt denũciare delicta aliqua ſit præmittenda correctio, vbi primò de hæreſi. Et an hæc edicta ſanctæ Inquiſitionis juſtè ad alia delicta præter hæreſim extendantur?* & *qu.* 33. *An ſi quis ſciat aliquem commiſiſſe delictum in edicto contentum, quod improbabile eſt, teneatur tali caſu denuntiare; & an criminoſi jam emendati ſint, vigore edicti denuntiandi?* & *qu.* 34. *An denuntians ſine monitione hæreticum, aut errantem ex ignorantia vincibili, craſſa, ſeu ſupina ita teneatur permittere correctionem fraternam, vt illam omittens, non ſolùm peccet, verùm & teneatur reſtituere*; quæ aptior eſt ad hunc Textum, *ibi qu.* 38. [An ſint aliquæ perſonæ, quæ non teneantur denuntiare nec obligentur ratione edictorum, aut mandatorum peccata occulta manifeſtare? & *qu.* 39. An dicta edicta, ſeu mandata, aut monitiones generales poſſint dici ſtatuta &c. *& ibi qu.* 40. An ſi ſperetur correctio pœnitens debeat denuntiare Confeſſarium? Et an aliquo caſu teneatur illum denuntiare ante impletum terminum publicationis edicti inquiſitorum, &c. *& qu.* 41. An ſi non publicetur edictum teneatur fœmina Confeſſarium ſollicitantem denuntiare, ſub pœna excommunicationis? Et an teneatur denuntiare ſollicitationem commiſſam ante promulgationem Bullæ Greg XV. & aliorum Pontificum, & quid de aliis caſibus edicti, & eius praxis, *ibi*.] Et longè applicabis dicta *ſub cap. ad noſtram* 21. *de jurejurando*: Vbi de vi monitorij ad reuelanda delicta. Et applicabis *infrà* quæ dico de impedientibus, ſeu fauentibus, &c. *in cap. ſi aduerſus* 11. *hoc tit. &c.* interim inter receutinres alios plures referentes, leges Ægid. Trullench. *in opere morali.* 1. *p. cap.* 2. *dubio* 5. *&* 6. Vbi qui fideles denuntiare teneantur hæreticos ſibi notos Iudicibus fidei, & qui excuſetur ab hac obligatione; Bordon. *de inquiſit. capite trigeſimo primo*, Cæſar Carena *de offic. inquiſitor.* 2.*p. titul.* 9. vbi, *& tit.* 13. *de Bulla Pij. V. de protegendis*, Diana *p.* 4. *tract.* 7. *Reſ.* 36.

AD TEXTVM

In cap. firmiſſimè III. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Schiſmatici quoad æternalem pœnam æquiparantur hæreticis.*

2 *Eleemoſyna Baptiſmus, & martyrium non proſunt in hæreſi morienti, & de illis Remiſſiuè.*

3 *Sarracenus, vel infidelis, non dicitur hæreticus, etiamſi negauerit articulum fidei.*

TEXTVS iſte aptus eſt ad agendum de hæreticis pertinacibus: ſed quia ſufficienter patet qui tales dicantur ex adductis *ſuprà in Rubrica*, vbi de definitione hęreſis, & qualis pertinacia requiratur 1

tur ad verum hæreticum, vbi etiam *ſub q. 1.* ideo ſolum iam dicimus hic quoad æternalem pænam æquiparati hæreticis etiam ſchiſmaticos; de quibus, & vtrorumque differentia *in ſuo tit. ſeq. de ſchiſmaticis*, ſic quia per verba hic: *Et nullatenus dubites omnem hæreticum vel ſchiſmaticum cum Diabolo & Angelis eius æterni ignis incendio participandum, niſi ante finem vitæ Catholicæ fuerit incorporatus, & reintegratus Eccleſiæ &c.* etiam ſeſe offerebat locus opportunus ad agendum de hæreticis pænitentibus, & impænitentibus, ac relapſis; ac Doctores Canoniſtæ ſoleant agere *infrà in cap.* ad abolendum *hoc tit.* ideo ad ibi notata te remitto, & ad maiorem exornationem applicabis quæſtionem, quam poſui *in lib. allegat. fiſcal. S. Officij, ad textum cap. vrgentis 10. hoc tit. alleg. 44. p. 1.* vbi de ea, *hæretici comparentes ſponte ad ſe compargandum coram inquiſitoribus, an nihilominus de iure patiantur bonorum confiſcationem ac de aliis*, ibi.

2 Et quatenus per verba noſtri textus, quæ ſunt ſequela antecedentium ibi: *omni homini qui Eccleſiæ Catholicæ non tenet vnitatem, nec Baptiſmus, nec eleemoſyna quantumlibet copioſa, nec mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem:* poterat agi iam de Baptiſmo aquæ, ac de martyrio, quod eſt Baptiſmus ſanguinis, de quo *ſub tit. de Baptiſmo*, late agimus; item, & de eleemoſyna, & à quibus culpis ea valeat redimere criminoſum, recurres ad textum *in cap. inter opera charitatis de ſponſalibus.* Et quatenus nec Baptiſmus nec eleemoſyna aut martyrium prodeſt in peccato hæreſis morienti ap-
3 plicabis, quæ dixi de neceſſitate fidei Catholicæ *ſub Rubrica & tit. de ſumma Trinit. & fide Catholica*, per quæ ſatis, & complete hoc intelleges. Et quia hic Barboſa *n. 2. ad verba Catholica fuerit incorporatus:* notat quod Sarracenus vel infidelis hæreticus dici non poterit, etiamſi negauerit articulum fidei, cum Couar. *lib. 3. var. cap. 1. num. 1.* Sanctarel. *de hæreſi cap. 1. dubio 2. n. 8*, quibus addo hoc procedere, quia iſti nunquam receperunt Baptiſmum quod eſt neceſſarium, vt quis hæreticus dicatur ſi deficit in fide Chriſti; ideo poteris applicare, quæ late adduxi *de differentia hæreticorum, & Sarracenorum cæterorumque infidelium ſub Rubrica, & tit. de Iudæis:* aliquid *ſub Rubrica noſtra*. alia ex aliis adducit Barboſa *hic numero 3.* quæ manent explanata *in dictis Rubricis*: vbi actum eſt de ea quæſtione, quam ad longum tractat Farinac. *de hæreſi q. 178. §. 6.* dum agit de illa; *an Iudæi & infideles contra fidem ſentientes ſint hæretici ac contra eos poſſint inquiſitores procedere*: vbi poſui ex Bullis Pontificum caſus 10. ratione quorum poſſunt illos punire.

AD TEXTVM

In cap. Fraternitatis IV. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 Cæleſtinus, & Pelagius fuerunt damnati in Epheſina ſynodo.

QVIA per textum hunc communiter DD. reſoluunt quòd damna- 1
to auctore, damnantur ſcripturæ, & libri, & opera eius ex Pont. Greg. IX. in verbis ſequentibus: *Cum Cæleſtinus, atque Pelagius in Epheſina Synodo ſint damnati*: quomodo potuerunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores: ideo ſuper inquirenda cauſa, & num ſemper verum ſit, ſiue vice verſa damnatis libris eorum, ſemper Auctores condemnentur, nunc agendum eſt, & de damnandæ memoriæ, ratione vetuſta; & num detur paruitas materiæ in lectura horum librorum, iam *ſub quæſt. 1. Rubricæ* diximus.

QVÆSTIO I.

An ſemper verum ſit quod damnato auctore alicuius libri, cenſeatur etiam & ipſe liber propter auctorem damnatus. Et an ad ſolum Pontificem ſpectet damnare auctorem? vbi de diuerſis Pontificum prohibitionibus, & de illa Clem. VIII. Thalmudi, & Caballiſtici. Et an libri prohibiti comburendi ſint? Et quo pacto etiam quoad alias, fuerit introducta ratio vetus damnandæ memoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Autore damnato alicuius libri, cenſetur & liber damnatus, etiam bonus, niſi ſit approbatus expreſſe, n. 2. & 3. vt diſtinguitur ſub n. 5. quid hodie? n. 7.*

2 *Libri hæreticorum erronei plus nocent, quàm eorum auctores, & n. 4.*

3 *Libri Origenis, & Porphyrij fuerunt ab Eccleſia approbati.*

5 *Auctor non inde damnatur, vt hæreticus quod eius opera ſint prohibita.*

6 *Operibus damnati auctoris ſtatur quando bona ſunt vt ſi a ſe non ſit ſcripta ab auctore damnato, ſic hodie ut n. 7.*

7 *Auctoris damnati ſcripta, & ſi bona iam per conſtitutiones nouas non ſunt recipienda.*

8 *Libros hæreticos prohibere poteſt ſolus Pontifex legi, vbi de Tribunali inquiſitionis, & aliorum inferiorum, n. 9.*

9 *Inquiſitio Sacra Romana ex præmiſſo Pontificio, habet prohibere legi libros hæreticos, & Epiſcopi inquiſitores, & ſuperiores laici quando id habeant? n. 10.*

11 *Talmudi, & Caballiſtici libri veteris legis Clem. VIII. conſtit. prohibentur legi, qui ſunt doctrinales Hebræorum: & n. 12. & 15.*

12 *Caballa quid ſibi voluerit à tempore Moyſi, & n. 14. vbi de alia Caballa.*

13 *Interpretes ſeptuaginta quando.*

14 *Caballa alia fuit poſt Chriſtum natum conſcripta ab Hebræis, cuius quatuor ſpecies.*

15 *Talmudi libri duplices.*

16 *Talmudi libri num comburi debeant? & n. 17. vbi quibus tradantur ad id, & num. 18. & n. 19. vbi probatur.*

17 *Libros hæreticos retinentes, & legentes varijs pœnis legum laicarum, & Eccleſiaſticarum puniebantur.*

19 *Libri Hæretici comparantur Zizaniis, & ideo comburendi ſunt n. 20. & 21.*

20 *Libelli famoſi lacerandi ſunt, & comburendi.*

21 *Memoriæ damnandæ ratio quale principium habuerit, & qua de cauſa etiam inter antiquos Latinos, & Græcos.*

22 *Caballæ Hæreſiarchi memoria damnata cum publico Patrono Vratiſolcij, anno 1559.*

1 AD primam quæſtionis partē videtur vt ſemper verum ſit, quòd damnato auctore alicuius libri cenſeatur etiam, & ipſe liber propter auctorem damnatus: hanc partem colligunt DD. ex præcitatis verbis textus noſtri, inter antiquos Abbas, Innocent. Collect. Zabar. Butr. Bellam. Ancharr. Panor. Ioan. Andr. Anania. Felinus, Socinus, & poſt illos Cenedus *Collect. 8.* Viuianus *in Rationali* Alagona, & cum aliis Barboſa *n. 1. qui n. 2.* confirmat ex Albertino *de hæret. quæſt. 12. num. 13.* Simanc. *de Cathol. q. 38. ex num. 7. & in enchirid. tit. 39. num. 5.* Alfonſo de Caſtro *de iuſta hæreticor. punit. lib. 2. ſub cap. 17.* Pegna *in director. p. 2. comment. tertio verſ. primum damnato.* Souſa *in lectura de cenſur. Bull. in cœna diſp. 13.* Sanctar. *de hæreſi, cap. 13. dub. vnic.* vbi late *n. 11. verſ. ſubiicies.* Anton. Ricciul. *de iure perſonar. lib. 5. cap. 23. vbi n. 4.* cum gloſſa hic verb. *Cæleſtinus* & Butrio *num. 3.* quos admittit Barboſa *d. n. 2. in fine* ampliat procedere, ſiue libri ſint boni, ſiue mali, quia auctore damnato ſemper libri intelliguntur damnati niſi ſint expreſſe approbati; & ita ſentio.

Et primam partem confirmo ex eo 2
quia plus nocent libri hæreticorum erronei qui ad plures peruenire ſolent quam auctores ipſi, manifeſtumque ſit arbore damnata ob peſtilentes fructus ipſos etiam fructus interdici ne venenum inſtillent, quam reddunt rationem dictus Pegna in repetitione ad textum noſtrum ſuper Eymerici *in directorio inquiſit. p. 2. comment. 3. verſ. ad primum damnato auctore*, Vmbert. Locatus *in iudicial. inquiſitor. in verb. damnatus n. 3. in verſ. ſcriptura num. 5.* vbi etiam de libris hæreſiarcharum, Farinac. *de hæreſi q. 179. §. 4. num 22.* referens etiam verba textus noſtri, & ſecundum Alberic. *in l. damnato, cod. hoc tit.* vbi remittit ſe ad ea quæ ſcripſit *in l. 1. iubemus cod. de veter. iur. enucleando.*

Secundam ergo partem quæ eſt decla- 3
ratio primæ niſi ſcilicet ſint approbati prout contigit in libris Origenis, & Porphyrij quia etiam DD. dicunt quod ſi damnati auctoris libri fuerint ab Eccleſia approbati expreſſe vt prædictorum Origenis, & Perphyrij non ex eo quod auctores damnati fuerint, ſi tamen doctrina librorum ſit ſecundum Catholicam fidem, nec ei in aliquo contrariam, mirum quidem non eſt vt permittantur aliquando expreſſe ab Eccleſia: ita Vmbertus locatus *ind. verſ. damnatus num. 3. in verb. ſcriptura num. 6. & 7. verſ. qui vero de religione non tractant* Ioan Azor *inſtit. Moral.*

p. 1. lib. 8. cap. 16. de legentib. & retinentibus libros hæreticorum q. 26. vbi de libris Origenis, & Tertulliani.

4 Confirmant adducti interpretes etiam per textum *in cap. 2. de ſumma Trinitate, & de fide Catholica, & in cap. maiores 24. q. 1.* & addit Bordon. *c. 14. de inquiſit. n. 16.* eam rationem, quia ſicut non poſſumus communicare perſonæ hæreticæ, ita neque eius malignis operibus *ex Epiſt. 2. Ioan. numero 2.* & quia auctor ſpectatur, & eſt principale, opus vero ab eo elaboratum, & minus principale, & illi acceſſorium, ſed acceſſorium ſequitur principale *Reg. acceſſorium de Regulis iuris cum vulgatis:* ergo deſtructo principali, neceſſum eſt vt deſtruatur acceſſorium, & conſequenter vt damnato auctore, qui eſt principalis cenſeantur damnata eius opera, quæ ſunt quid minus principale, quod procedit niſi approbarentur vt bona expreſſe ab Eccleſia.

5 Contra vero ſi damnantur alicuius auctoris opera non cenſetur damnatus operis prohibiti auctor: ita idem Bordon. vt communiter docent DD. quia poteſt dari caſus in quo ipſe auctor corrigi paratus, non inde dicatur hæreticus, etſi illius opera falſam continentia Doctrinam damnentur, vt hæretica juxta quandam communiſſimam explicationem *d. cap. 2. de ſumma Trinit. & fide Catholica,* de illo Abbate Ioachim, cuius opera damnata fuere, & non ipſe de quo præter ibi à nobis dicta aliquid diximus *ſupra hic ſub Rubrica*: quare Arnald. Albertin. *in tract. de agnoſcend. aſſertionibus Catholicis, & hæreticis quæſt. 12. numero 13.* poſtquam poſuit prædictam concluſionem generalem textus noſtri, vt licet damnato auctore cenſeantur etiam damnata eius opera; hoc tamen intelligendum de operibus erroneis, & hæreticis, non de operibus bonis, & Catholicis quædam nota non intelliguntur per *d. textum* quem allegat *in cap. damnamus 2.*

6 *de ſumma Trinit.* deinde dictam concluſionem declarans vt ſcilicet ſtetur dictis operibus vt veris, non autem vt habeant auctoritatem ab auctore, ſecundum Ioannem, Andr. Cardinal Imol. & Abbat. quos allegat *in d. cap. damnamus,* niſi ſummus Pontifex prohibuerit opera alicuius hæretici legi, & recipi, quia tunc ſine dubio talis prohibitio extenditur etiam ad opera bona, & Catholica, Hoſtienſ. *hic num. 4.* Butr. *num. 3.* Marian. Socin.

num. 32. addentes quod etſi hæreticoru[m] libri bona, & vtilia continentes non ſin[t] auctorizabiles, nec allegari poſſint, po[ſ]ſunt tamen induci, & allegari non tan[quam] quam auctorizabilia, ſed tanquam ratio[na]bilia. Sed cùm hodie hæreticorum lib[ri] ſint iam damnati per plures conſtitutio[nes] nes Pontificum Iulij III. Pij IV. & alio[rum], quos hic refero *in verſ. ad ſecundam* minime ſuſtinebitur proxime relata de[claratio] claratio Albertini, & aliorum, quidqui[d] doctores dixerint *in d. cap. damnamus de ſumma Trinitat.* & Albertin. *in præciſa.* *loco* de agnoſcendis, cum verum qu[i]dem ſit quod opera damnatorum etia[m] bona, & Catholica recipienda non ſu[nt] nec tanquam auctorizabilia, nec ta[n]quam vera, aut rationabilia, vt be[ne] aduertunt Franc. Pegna *in addition. ad Eymeric. in direct. inquiſit. p. 2. comm.* *ad textum noſtrum in verſ. denique præſ[a]tum axioma* faciunt ſcripta Vgolin. *[de] cenſ. p. 2. in gloſſa, ac eorumdem libros nu[m.]* *1. verſ. 7.* afficit, vbi in terminis Bull[æ] cænæ Domini qui dixit, & prohibuit: ſ[e]quitur Farinac. *de hæreſi dicta 8 o. nume[ro]* 16.

Ad ſecundam quæſtionis partem vide[tur] tur reſpondendum quòd ad ſolum Pon[ti]ficem Romanum pertineat prohibe[re] libros hæreticos legi, vt videtur colli[gi] ex *conſtit. Clem.* 8. edita anno 1593. qu[æ] incipit: *Cum Hebræorum qui in* §. 1. appro[] bans conſtitutiones Greg. IX. in text[u] noſtro Innocentij IV. Clem. IV. Hono[] rij IV. Ioan. XXII. Iulij III. prohiben[] tium, [Thalmudi libros, vetatque in [§.] 2. vanos Caballiſticos, & alios nefario[s] auctores prohibitos, & quæcumque ope[] ra & ſcripta tam lingua Hebræa quà[m] alia quæcumque tacite vel expreſſe ha[e]reſes vel errores, contra Sacras ſcriptu[] ras legis veteris, necnon contumelias in[] pietates in Deum, Sanctiſſimam Trin[i]tatem, Chriſtum, B. Virginem, Ange[] los, Patriarchas, prophetas, Apoſtolo[s] & alios Sanctos, Sacramenta, Crucem[] Imagines, Eccleſiam, ſedem Apoſtol[i]cam, Chriſti fideles, præſertim Epiſco[] pos & Sacerdotes, & alios Eccleſiaſtico[s] atque Neophytos nuper ad fidem con[] uerſos vel in quibus ſint obſcœna ratio[] nes] Hec de aliis poſſe prohibere dican[] tales Pontificum conſtitutiones, vide[] tur vt ad ſolos eos ea prohibitio perti[] neat, non ad alios inferiores: quare po[] tuit dici *ex d. cap. damnamus 2. de ſumm[a]*

Trini[t.]

Google

Trinit. ex textu noſtro, *& d. cap. maiores* 2. 24. *quæſt.* 2. ad ſupremum Tribunal Romanum ſpectare vt damnet nomen auctoris hæretici formalis conuicti, vel confeſſi, & non aliorum de hæreſi ſuſpectorum, tradit Bordon. *d. capite decimo quarto de libris prohibitis d. num.* 16. *in princ.*

9 Sed pro certo tenendum eſt ad alios etiam Pontificis inferiores ſpectare, quia ſic ſibimet à Pontificibus permiſſum reperitur; nam, etſi primo ad ſummum Pontificem hoc ſpectet, deinde ab eo dependenter ad ſacram Inquiſitionem Romanam, deinde ad Epiſcopos, & Inquiſitores, demum etiam ad ſuperiores laicos ſpectet eiſdem prohibitis jam per Eccleſiaſticam poteſtatem adjicere pœnas contra ſuos ſubditos retinentes, aut legentes libros prohibitos, vt patet totum hoc *ſeſſ.* 18. *& ſeſſ.* 25. *de indice librorum*, & in ipſo indice *in præfatione §. at verò*, item *ex regula* 1. 4. 5. 6. 7. 8. *&* 10. *ibi*: [Liberum ſit Epiſcopis aut inquiſitoribus generalibus, ſecundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti videntur, prohibere: ſi hoc in ſuis Regnis, aut Prouinciis vel Diœceſibus expedire judicauerit:] & de principalibus Catholicis eſt textus *in l. damnato §. nec verò impios lib. cod. hoc titul. & in l. quicumque §. nulli etiam, eo titul.* vbi ordinatur vt publicè comburantur: videndi Bellarm. *lib.* 3. *de laicis capite vigeſimo.* Ricciul. *de jure perſ. extra grem. Eccleſ. exiſtent. lib.* 5. *cap.* 21. *&* 22. latè idem Farin. *ex numer.* 1. *d. qu.* 180. alia juta, & D. D. antiquos referens. Et

10 quod laica poteſtas libros hæreticorum, aut aliter ſuſpectorum de hæreſi condemnare non poſſit, patet, quia cauſas hæreſis tractare ſpectat ſolùm ad poteſtatem Eccleſiaſticam, & nullatenus ad laicam: docent D. D. per textum *ibi in c. vt inquiſitionis* 18. *hoc tit. lib.* 7. & per illa quę dixi *in c. cum non ab hom.* 10. *c. qualiter* 17. *de judiciis*, vbi latè egimus nunquid Iudex laicus poſſit cognoſcere de facto rei ſpiritualis, & hæreſis.

11 Vnde jam de ratione, quare Clem. VIII. *in d. ſua conſtit.* prohibuerit Thalmudi libros, ac vanos Caballiſticos, dico cum Scortia. & ab eo relatis *in declaratione d. conſtit. Clem. VIII. Epitome* 137. *theorem.* 394. ideò fuiſſe, quia iterum pullulantes Iudæorum impietates, toties à ſummis Pontificibus exciſas, vt ipſe dixit *in ſecunda Bulla* Innocent. IV. & 70. Gregor. XIII. 20. iterum fuerunt à Clemente VIII. *conſtitutione*, jam relata, nouo conatu euellendæ. & denuò extirpandæ, ne deinceps cuiuſquam opere, & auxilio ſerpere poſſent: & ſic talis Pontifex prodeceſſorum veſtigiis inſiſtens primo præſcripſerit toto orbe Chriſtiano, Thamuldi, ideſt doctrinales Hebræorum libros, eo quòd innumeras blaſphemias, & impietates in Chriſtum Dominum, eiuſdemque ſanctiſſimam Religionem continerent, de quo libro Thalmudi combuſto à Cancellario Pariſienſi, ex mandato Gregor. IX. vna cum aliis libris reprobatis, penes Iudæos exiſtentibus. Iuſſit etiam Innocent. IV. anno Domini 1243. *in ſua conſtitutione incip. Impia Iudæorum perfidia* & à Collegio Cardinalium, per edictom 1253. incip *nos Ioannes*: ſicque bene factum fuiſſe reprobata opinione Petri Galatini *libro primo de arcanis Catholicæ fidei l.* 17. conantis defendere dictos libros à Chriſtianis recipi debere; ita ex aliis Farinac. *de hæreſ. quæſtione* 80. §. 1. *numero ſeptuageſimo.* Secundo- 12
que damnet vanos caballiſticos libros, dicens idem Scortia quod *Caballa* eſt diſciplinæ ſecreto, & quaſi per manus receptio, & vanos etiam Caballiſticos, quod duplex cenſeatur *Caballa*, ac alios nefarios libros, & non abſolutè quoſcumque Caballiſticos, vna antiquiſſima à Deo Moyſi in monte Syna inſinuata, cum ei non tantum litteralem legem, toti populo communicandam dederit; ſed etiam alteram ſpiritualem, & veluti explica-
tionem litteralis. Solùm ſeptuaginta à 13
ſe delectis ſapientibus tradenda, quam ipſi quoque ſucceſſoribus per manus ore tenus communicarent, quæ ſic locutus Deus *lib.* 4. *Æſdræ cap.* 14. *in verbis ibi*: [Locutus Deus reuelans reuelatus ſum Moyſi ſuper Rubum, quando populus meus ſeruiebat in Ægypto, & adduxi eum ſuper montem Synai, & detinebam eum apud me multis diebus, & enarraui mirabilia multa, & oſtendi ei temporum ſecreta, & finem, & præcepti ei dicens hæc in palam facias verba, & hæc abſcondas:] Vt illis verbis D. Hilarius teſtatur *in* 2. *Pſal.* alia adducit Scortia ex Pico Mirandulando *in Apologia*, Cælio Rodigino *lib.* 10. *cap.* 1. Thoma Garozano *in fore*

foro vniuerſali diſcurſo 29. & Paulo Riccio, & quod ante jam erant conſtituti ſeptuaginta interpretes, & qui, & ad quid expendit idem Scortia.

14 Et quod altera caballa fuiſſet conficta poſt Chriſtum natum ab Hebræis falſa, ſuperſtitioſa, & impia ad euocandos dæmones, præſtigias exercendas, & ſimilia patranda, cuius beneficio impiè dicunt Ioſue ſolem ſtare feciſſe, Heliam ignem de Cœlo deduxiſſe, Chriſtum miracula operatum eſſe, cuius veluti quatuor ſpecies recenſet Martinus Delrius *lib. 1. Magic. diſquiſit. cap. 4. qu.* 3. quare quod hæc *Caballa* vtpotè vana erronea, ſuperſtitioſa, Blaſphema, & Magica, à ſummis Pontificibus, & Eccleſiâ præſcripta ſit, legendi, deferendi, omnibus ſublata, inhibitumque, ne denuò concedatur facultas legendi, retinendi, emendi, vendendi, aut denuò edendi prædictos libros, ſed tradendos inquiſitoribus comburendos, ſub pœnis *d. conſt. Clem.* § 5. *&* 7. ſtatutis.

15 Cumque à Genebrardo recenſeantur in chronico anno mundi 3690. & à Sixto Senenſi *lib.* 2. *Biblioth.* & alijs duplices Thalmudi libri, nempè Babylonici quorum tres fuerunt collationes, prima facta poſt vltimum excidium Hieroſolymitanum, anno 150. à Iuda Simonis Iuda, altera à R. Ioanne, anno 300. ab eadem ætate. Tertia A. R. Aſſe, & R. Ammai circa annum Chriſti 40. ex Genebrardo *loco citato*, & Baronio in annum Chriſti 476. & Hieroſolymitani Biblionycis multò contractiores, quos omnes indiſtinctè D. Pontifex Clem. VIII. damnat, quia vt ait Scortia *loco citato* in Chriſtianæ Religionis odium concinnati ſunt, ſic reſoluens contra quod exiſtimauit Petr. Galat. *lib. 1. cap.* 7.

16 Ad tertiam quæſtionis partem, an libri prohibiti modo dicto comburendi ſint, etſi attendimus ad Bullam Iulij III. quæ eſt 7. *in Bullario veteri*, incipit *cum meditatio*, edita anno 1550. ſolùm jubet Iulius illos inquiſitoribus conſignari iiſdem tantum, vt Commiſſariis à Sede Apoſtolica deputatis, ſuper hæretica prauitate, durante officio exceptis, & contra fauentes cujuſcumque ſint conditionis, & dignitatis incurrant cenſuras contra hæreticos latas, de quibus *ſub hoc tit.* quæ conſtitutio, etſi etiam loquatur contra illos retinentes prohibendo certas grauiſſimas perſonas quoad pœnas, non addit illam combuſtionis, de qua inquiritur, nec eam addiderunt Paul. IV. *in conſt.* quæ incipit *quia in futurorum* euentibus, nec Pius IV. *in Bulla* 76. olim 98. quæ incipit: *quæ pro munere*, ſolùm diſtrictius inhibentes ſub cenſura, quibuſcumque perſonis, ne de cætero facultatibus, & licentiis obtentis, vti vel earum prætextu, aut alias quomodolibet libros hujuſmodi legere, aut tenere præſumant, & caſum hunc Iulius III. fuit qui primo in Bullam cænæ induxit; qui abſque lata excommunicatione vetitus anteà fuerat *in cap. nullus* 3. *qu.* 4. *& in textu noſtro*, vt aduertit Scortia *in conſtit. Pontific. theorem.* 168. *epitome* 63. *in princ.*

Verùm, quia catholicè olim Conſtan- 17
tinus, Honorius, & Arcadius Arij quoque, aliorumque hæreticorum libros retinentes ſupplicio capitis damnarant, Valentinianus, & Martianus perpetua deportatione; Theodoſius, & Valentinianus bonorum publicatione, Iuſtinianus *nouella* 42. *cap.* 4. tranſcribentem hæreticorum libros dexteræ amputatione, retinentem graui periculo, ad quod ſunt etiam videnda jura *in l. damnato, l. quicumque* §. 5. *cod. hoc tit. l. vltima tit.* 16. *lib.* 9. *lib.* 24. *tit.* 4. *lib.* 16. *cod. Theodoſiani* Socrates *in l.* 2. *cap.* 15. Nicepho. *lib.* 8. *cap.* 25. *lib.* 17. *cap.* 19. imò, & Athenienſes ſeruarent quòd libri in quibus Pytagoras diſputabat (*an Deus eſſet*) præconis voce à ſingulis habentibus exhiberi mandati fuerint, quos in foro combuſſerunt, vt teſtatur Marcus Tullius *lib. de natura Deorũ*, & Lactantius *de ira Dei*, & Romani ex Plutarcho *in Numa*. Plinio *lib.* 13. *cap.* 13. Liuius *lib.* 25. 39. 40. Lactantio *lib.* 1. *inſtit. cap.* 22. Auguſtino *lib.* 7. *de Ciuitate Dei*
cap. 34. & alij. Iam juſtè per Bullam *d.* 18
Clem. 8. de qua *ſub verſ. ad ſecundam additum fuit in* §. 5. *ſuæ conſtit. verſ. præcepit*: præceptum etiam combuſtionis in verbis ſequentibus, ibi: [Præcipitque eos intra dies 10. Romæ; extra verò 60. conſignari inquiſitoribus vel ordinariis locorum ad comburendum ſub pœna publicationis bonorum, & aliis tam Iudæis quam Bibliopolis, Typographis, & aliis contra facientibus, & quoad Chriſtianos tranſgreſſores excommunicationis latæ ſententiæ, ſi legant, teneant, habeant, edant, deſcribant, aduehant, emant, vendant, donent, commutent, aut alio modo diſtrahant;]. & *in* §. 7. *verſ. immò* addidit in verbis ſequentibus: *ſub prædictis pœnis, & aliis ſtatutis contra fautores Apoſtatarum à fide,*

fide, & Hæreticorum præcepit Clemens VIII. ne quis audeat opem, auxilium, conſilium, fauorem præſtare Hebræis pro habendis, ſcribendis, afferendis, aut pro eorumdem legendorum impetranda licentia.

19 Quare quod dicti libri Hæreticorum comburendi ſint, probatur, quia tales comparantur zizaniæ, cum ipſis Hæreticis ex D. Auguſtino *in qu. Euangel. ſuper cap. 13. Matth.* ſed Zizania alligatur in faſciculos, & traditur comburenda igni ex eodem *cap. 13.* ergo & Hæreticorum libri, tum quia condemnare libros Hæreticorum, eſt illorum vſum hominibus auferre, & proinde tanquam inutiles abolendi ſunt per ignem, qui comparati poſſunt vitis ligno quod ad nihil deſeruit, niſi ad eſcam ignis, Ezechiel *cap. 15. num. 6.* eiuſdem palmitis, qui à vite ſeparatus mittitur

20 in ignem. Tum quia libelli famoſi lacerandi ſunt, & comburendi, *l. vnica cod. de libellis famoſ.* relata *in c. fin. 5. qu. 1.* qui tantùm lædunt famam proximi, ergo à fortiori libri Hæreticorum, quibus Hæretici conantur deſtruere fidem Catholicam in conuicium, & contumeliam diuinæ Majeſtatis, de quo ſunt videndi Bellarm. & Ricçiul. & alij jam *ſub d. verſ. ad ſecundam.* Farinac. *in hoc titul.* cum multis *d. qu. 180. n. 40.* Layman *in Theologia Moral. lib. 2. tract. 1. cap. 13. fine.* Suarez *de fide diſp. 20. ſect. 2.* vbi ait eſſe Hæreticos negantes hanc poteſtatem prohibendi, & comburendi libros per Eccleſiam Catholicam, & alij communiter ſic habent, & firmant.

21 Vnde jam ad vltimam quæſtionis partem, quæ poteſt deſeruire pro prima radice huius legis combuſtionis in libros Hæreticorum pro curioſis duxi hic inſerere, *quo pacto, etiam quoad alia fuerit introducta ratio damnandæ memoriæ*: vt finem huic quæſtioni imponamus; & prætorquam quod conducunt nonnulla ex proxime adductis *ſub verſ. ad tertiam*, adhuc ex vetuſtioribus ſequentia decerpuntur; etenim ex cauſa Majeſtatis, perduellionis, aut ex alia tali cauſa, etiam poſt mortem memoria damnari ſolet, juxta dictum *l. 6. §. 8. ff. de iniuſto rupto irritoque teſtam.* ex *l. 32. §. 5. ff. de donat. inter vir. & vx.* *l. 76. §. fin. ff. de legatis 2.* quæ damnatio ſic fieri ſolebat, vt eius ſcilicet cuius dãnabatur memoria ex Magiſtratuũ albo nomen eraderetur, effigies & ſtatuæ deijcerentur, tituliq́ue luto regerentur expreſſa Senatus auctoritate, vt ſignificat Modeſtinus per verba *l. 24. ff. de pœnis* ibi: *Eorum, qui relegati vel de-*
portati ſunt ex cauſa Majeſtatis ſtatuas detrahendas ſcire debemus, & ex Ciceron. *Philip. 3.* ibi: *Cuius totus Conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria reuulſus*: ex Tacito *Annal. lib. 3.* ibi: *Nomen Piſonis radendum faſtis cenſuit*; qui *ex lib. 5. & lib. 11.* alia digna prædictæ ſententiæ adducit ex Ambroſ. *de interpellatione lib. 3. c. 10.* ibi: *Vide quemadmodũ in ciuitatibus bonorum Principum imagines perſeuerent, deleantur imagines Tyrãnorum*: alia congerit Reuard. ex Suetonio, Lampridio, Capitolino, Liuio, & aliis legendus *lib. 3. conjectam. c. 16.* qui ex Liuio de Atheniẽſibus ſcriptum inuenit ferè ad propoſitum noſtrum in ſequentibus verbis. [Rogationem ex templo tulerunt plebes, ſciuit vt Philippi ſtatuæ, imagines, omnes nominaque earum, item majorum eius virilis, ac muliebris ſexus, omnium tollerentur, delerenturque dies feſti, ſacra, ſacerdoteſque ipſius, majorumve eius, honoris cauſa, inſtituta eſſent, omnia profanarentur, loca quoque in quibus poſitum aliquid inſcriptumve honoris eius cauſa fuiſſet, deteſtabilia eſſe, nec in eis quidquam poſteà, dedicareque placere eorum, quæ in loco puro poni dedicari fas eſſet ſacerdotes publicos quotieſcumque pro populo Athenienſi ſocijſque & exercitibus, & claſſibus eorum precarentur toties deteſtari, atque execrari Philippum, liberos eius regnumque terreſtres, naualemque Macedonum genus omne, nomenque addi decreto, ſi quis quid poſteà quod ad notam ignominiamque Philippi pertineret, ferret id omne populum Athenienſem juſſorum, ſi quis contra ignominiam prove honore eius dixiſſe, feciſſetve, qui occidiſſet eum Iure Cæſareo.] Sic Liuius aſſerens morem etiam damnandæ memoriæ Græcos Romano imperio non ſubditos obſeruaſſe, & ex Romanis etiam leges ſententias jure conſultorum *in l. 4. ff. ad l. Iul. Maced. in l. 14. ff. de condit. & demonſtr. in l. 2. ff. de loco publico fruendo*, & ad exemplar hoc potuerunt Inquiſitores Vaſiſoleti in actu fidei celeberrimo anni 1559. damnare memoriam Hereſiarchæ, *Cacalla*, eius domum comburendo, ſale conſperſa, titulo infami deſignatas, vulgò *el patron de Cacalla.*

QVÆSTIO II.

An Libri Hęreticorum quibus perſonis pręter Inquiſitores tradi valent vt comburantur, quid debet præcedere. Et an quis tenens, propria auctoritate poſſit comburere libros prohibitos, ſeu an quilibet valeat corrigere errores hæreticos ſui proprij libri jam impreſſi, ſeu ſolùm manuſcripti.

SVMMARIVM.

1 *Combuſtio librorum hæreticorum pertinet primo ad Papam, deinde ad eius ſacram Congregationem ſuper hæreticam prauitatem, & ad Concilia, & Epiſcopos quibus eſt poteſtas Hæreticos corrigendi* num. 3.

2 *Conſilium ſupremum inquiſitionis, iuxta hodiernam praxim habet inter nos primo examinare per qualificatores libros Hæreticorum, & qualiter vt prohibeantur, ſeu comburantur*, & num. 3.

4 *Comburere libros quis propria auctoritate Hæreticorum, nec lacerare valet, quin priùs examinentur ab Inquiſitoribus vt* num. 5. *aliter in libello famoſo vt hic &* num 9.

5 *Inquiſitores interrogare debent deferentes libros hæreticos, à quonam habuerint ad quos effectus*, & numero 6. & 7.

6 *Combuſtio librorum hæreſis eſt actus iudicialis.*

7 *Comburentes libros hæreticos propria auctoritate peccant, & num excommunicationem incurrant* n. 8. & 9.

8 *Libros hæreticos detinentes ex qua cauſa non incurrant excommunicationem.*

9 *Edicta inquiſitioni ſunt vnius formæ, & ponunt excommunicationem contra illa inobedientes, qui libros hæreticos non tradant Inquiſitoribus.*

10 *Libros hæreticos retinens incurrit in cenſuram Bullæ Cœnæ Domini, & ſi poſtquam legerit, habet animam eos comburendi vel deferendi ad inquiſitores.*

11 *Corrigere non poteſt, quis librum proprium iam impreſſum, vel manuſcriptum, ſi iam ſit damnatus, ſecus ante vt* num. 12. 13. & vide numer. 14.

12 *Emendare factum laudabilius, eſt quam illud adinuenire.*

13 *Emendatio libri & actus iudicialis, qui tantum pertinet ad perſonas publicas.*

14 *Epiſtola continens errores legi prohibetur, & retineri.*

AD primam partem quæſtionis bre- 1
uiter reſpondetur pertinere primo
ad Pontificem ſummum, combuſtionem
librorum hæreticorum, cui talis poteſtas
ineſt; deinde ad eius ſacram congrega-
tionem ſuper hæreticam prauitatem, quę
poteſtas etiam eſt apud Concilia tum ge-
neralia, tum prouincialia, & apud Epiſ-
copos, & Inquiſitores quibus omnibus
ex officio incumbit cuſtodire, & conſer-
uare ſanctam fidem intactam, & illiba-
tam à calumniis Hæreticorum hos cor-
rigendo, & puniendo, illorumque er-
rores & hæreſes ſolidis rationibus con-
futando, & extirpando, atque illorum
libros tradendo igni ita communiter D.
D. *ſuprà ſub qu. præced.* relati, & in ter-
minis etiam Bordon. *de inquiſit. cap.* 16.
num. 6. vbi declarat ita procedere quod
libri Hæreticorum ex profeſſo de hæreſi
tractantes contra Catholicam fidem, non
ſunt ſtatim comburendi. Sed tranſmit- 2
tendi ad ſupremum Tribunal quòd de
illis judicium ferat de confutatione erro-
rum, vt hæreſibus rejectis per argumen-
ta Catholica, vt poſſint deinde comburi;
& praxis noſtri ſupremi Conſilij Hiſpa-
ni, penes quem militant Conſiliarij Ca-
noniſtæ, & rarò aliquis Theologus eſt,
vt quemadmodum ad excommunican-
dás, & qualificandas propoſitiones certis
ſeptimanæ diebus, in domo cuiuſdam
Conſiliarij deſignati à Domino Inquiſi-
tore generali illo aſſiſtente, vt præſiden-
te illius Congregationum celebratiſſimo-
rum Theologorum, qui vocantur *Ca-
lificadores del Conſejo.* Conſtito prius de
eorum ſanguinis puritate, vident libros
minutatim, propoſitiones notantes, cui-
que propoſitioni examen dantes, juxta
quorum declarationem, conſilium po-
ſteà decernit; niſi ſibi videatur opus
eſſe repetita reuiſione, eo quòd ni-
mis mature in hoc procedi mandat,
præcipuè quando libri ſunt ab aucto-
ribus Chriſtianis compoſiti, qui non
laborant integra hæreſi, ſed in ali-
quibus

aliquibus propoſitionibus non benè ſo-
nantibus.

3 Poſt quod examen, judicium, & di-
ligentias, decreta quidem combuſtio fa-
cienda eſt, cùm ſit ea quaſi executio
ſententiæ condemnationis, ita quòd in-
ter vtrumque intercueniat aliquod tem-
poris ſpatium.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an
quis propria auctoritate poſſit comburere
libros prohibitos, & pro affirmatiua ſen-
tentia facit, quia de libellis famoſis ita
dicitur *in cap. fin. 5. qu. 1.* ibi: *Si verò eaſ-
dem chartulas vel non ſtatim corruperit, vel
igne combuſſerit*, & *ex d. cap. d. 4. de
crim. falſi. § adycientes* ibi: *Quod ſi quis
litteras falſas ſe habere cognoſcit, intra
viginti dies litteras illas aut deſtruat, aut
reſignet:* Item quia nec punitur nec de hę-
reſi ſuſpectus redditur is ad quem ſi libri
hæreticales peruenerint, ſtatim eos
lacerauerit, vel combuſſerit, vel etiam
eos inquiſitori, vel Epiſcopo detulerit:
Ita Ioan. Aud. *in capite ſecundo, hoc titul.
numer.* 4. poſt Archidiac. vbi Gemin.
num. 7. in fine, Syluester locatus; Zan-
chin. *repertor. inquiſit.* Addentes *ad Ro-
man. ſingul.* 326. *verſ. limita. 2. niſi eos
combuſſerit:* Carren. Albertin: Pegna *ad
Eymeric. in direct. p. 2. comment. 3. ad tex-
tum noſtrum.* Decian. *in tract. crimin. lib.
5. cap. 18. verſ. 25. in fine, & 35. numer.
21. verſ. limita. ſecundo niſi eos combuſſiſſet*
& *cap. 46. num.* 28. & omnes ex ea ra-
tione, quia æque ſatisfit fini prohibitio-
nis, & abolitionis, nimirùm vt à nullo
legantur, ſed cedant in oblitionem, ſiue
propria auctoritate, ſeu publica com-
burantur, quia in vtroque caſu ſuffi-
cienter ad nihilum rediguntur.

5 Sed quia etiam ex antiquis aliqui di-
xerunt ſecurius eſſe vt inquiſitoribus ta-
les libri comburendi tradantur, inter
quos Campeg. *in addition. ad Zamquum
de hæreſi cap. 17. littera A.* Vbi ex de-
creto Pauli IV. dixit tutius eſſe libros de
hæreſi ſuſpectos deferre inquiſitoribus,
ideò jam hodie ſtante reſcripto ſeu con-
ſtit. Iulij III. de qua dictum eſt *qu. præced.*
nec poterit ſaltem ſine peccato, nec de-
bebit, quis propria auctoritate dictos li-
bros comburere, ſed neceſſario eos de-
ferre inquiſitoribus quorum munus erit
deferentes diligenter interrogare vnde
illos habuerint, ne fortè illis malè vſi
fuerint, aut ab aliquo qui timet mittan-
tur, ita cum Ioanne Azor. Thomas San-
chez & aliis, reſoluit Farinac. *d. quæſtione*
180. §. 1. *ex num.* 40. & tenent Delrius
*lib. 5. Magia ſect. 17. §. ſunt autem tales
libri:* Lezana *tom. 4. verſ. libri num.* 16.
Ricciul. *lib. 5. de iure perſ. extra grem. Ec-
cleſ. exiſt. cap.* 24. Suarez *de fide diſp.* 20.
ſect. 2. num. 23. Portol. *verb. lib. num.* 13.
& alij ex Neothericis, primo fundantes,
quia quilibet habet obligationem traden-
di illos inquiſitoribus *ex d. Bulla Iuly III.*
Et quia huiuſmodi combuſtio eſt actus 6
judicialis, & publicus examine præce-
denti, vt dictum eſt hic de hac praxi, &
quia per priuatam auctoritatem combu-
rens impediret jus inquiſitionis inueſti-
gandi cuiuſnam ſit liber, & apud quos
antea fuerit, tum etiam ſicut hæreticus
deferendus eſt ad ſanctum Tribunal, ſic
vt non ſufficiat correctio fraterna, vt di-
ctum jam eſt, ita nec ſufficiat priuata
combuſtio, cùm, vt dictum eſt hic *qu.* 1.
liber ſe habeat acceſſoriè ad auctorem
hæreticum; & quia fortè aliquando
aliqua libri combuſtio ante eius prohibi-
tionem.

Et ita D.D. relati probant propria au- 7
ctoritate, comburentes libros peccare;
quia inobedientes ſe monſtrant in re
magni momenti contra præcepta etiam
in edictis Inquiſit. quæ præcipiunt con-
ſignandos eſſe huiuſmodi libros inquiſi-
tionis officio, & quod nullam juris com-
munis excommunicationem incurrunt,
adducti probant, quia in jure ſolùm ea eſt
contra retinentes ſiue legentes libros
prohibitos; quare cum Vgolino, Farinac.
vbi ſuprà num. 42. *ex ſententia Sanchez &
Graſſis.* Dixit quod retinentes libros 8
hæreticales, ſe poſtquam ſciuerint eſſe
tales illos non detulerint ad Inquiſito-
rem, vt puta quia eſſet in lecto vel de
multa nocte, & iterat cœnoſum, excu-
ſantur ab incurſu excommunicationis,
dummodò interim eos non legant, & ſic
Carena, & Bordono iſte *d. cap. 16. n.* 11. ille
de offic. inquiſit. tit. 10. num. 58. cum Leza-
na Portel, Sanchez, Suarez & alijs: ideò
tenent, quia comburens ex eo actu non
legit, nec retinet, imò quòd ponit obſta-
culum lectioni, & retentioni hoc ipſo
quod librum comburit.

Sed quod non effugiat illos comburens 9
excommunicationem, quam inquiſito-
res in ſuo edicto ponunt, probant addu-
cti, & Bordon. *d. cap. 16. num.* 12. quia
in illis edictis, quæ hodie ſunt vnius for-
mæ, imponitur obligatio quibuſcumque

deferendi hos libros inquiſitoribus, intra præfatum tempus, ſub pœna excommunicationis: at illos comburentes ſponte intendunt non deferre eos ad ſanctum Tribunal: ergo vti inobedientes videntur vt dictam incurrant cenſuram, eo quod antes combuſtionem habebat illam tradendi obligationem, contra quam fecerunt truncando fundamenta relata, quare non ſunt impedimenta jura proxime adducta *in verſ. ad ſecundam*, quia illa jura loquuntur de libello famoſo, at in caſu noſtro eſt ſermo de libris hæreticis, qui juxta relatam Bullam Iulij III. debent tradi vt comburantur inquiſitoribus, aut judicibus iam relatis, & addit Bordon. differre libellum famoſum, quia iſte procedit contra perſonas priuatas, aut ſaltim reſpicit quid priuatum, ſed libri prohibiti ſemper ſunt in præjudicium vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ, & ob id cautius in iſtis procedendum eſſe ſcribit.

10 Et intantum quidem dicta retentio librorum hæreticorum eſt prohibita, quod illos retinens incurrunt excommunicationem Bullæ cænæ, etiam quod habuerit animum poſtquam eos legerit comburendi, vel deferendi ad inquiſitores: ſic in propoſito Vgolin. *de cenſur. p. 2. in gloſſa, aut pertinentes n. 2. in fine* Farinac. *d. q.* 180. *de hæreſi* §. 1. *n.* 14. & hoc prædicta *ſub q.* 1. hic.

11 Ad tertiam quæſtionis partem, an quilibet valeat corrigere errores ſui proprij libri iam impreſſi, ſeu ſolum manuſcripti, & cum diſtinctione reſpondendum eſſe judico de libro condemnato iam, aut nondum prohibito, vt in primo caſu nullus valeat à ſe compoſitum librum corrigere è propria ſua auctoritate, imò nec alienos prohibitos, aut ſuſpenſos, cùm debeat eos omnino deferre ad ſuperiorem, ſeu inquiſitores modo iam dicto hic *à n.* 1. quibus ex officio incumbit correctio juxta ordinationem factam in ſancto Romano Tribunali, aut quam ipſi judicauerint, ſi nondum aliquid in ſupremo Tri-
12 bunali diſpoſitum fuerit. At verò ante condemnationem libri poterit priuatus illum à ſe compoſitum corrigere, quia juxta juris diſpoſitionem habitum eſt, vt quilibet valeat proprium corrigere errorem, & emendare per doctrinam textus *in cap. quod quis commiſit.* 35. *quæſt.* 9. Vbi alia jura allegat gloſſa, & faciunt, quæ de emendatione libelli, aut ſententiæ dixi *ſub cap.* 15. *de judic. & in cap. ſuprà, de accuſat.* eo quod laudabilius ſit emendare factum, quam illud adinuenire: ſic docent præter Ordinarios Loſana *tom.* 4. *verſ. libri num.* 16. Bordon. *d. cap.* 16. *num.* 14. *&* 15. dicentes etiam primam partem huius reſolutionis probari. Quia emendatio libri prohibiti aut ſuſpenſi eſt actus 13
publicus, & judicialis qui tantum exercetur à perſonis publicis ex iam dictis, niſi correctio ipſimet qui compoſuit, fuerit per ſuperiores mandata vt fieret: Barboſa hic cum Peña *n.* 4.

Et quod attinet ad vltimum quæſitum 14
de libro iam impreſſo, ſeu tantum manuſcripto abſque vlla differentia, dum non ſit damnatus ſiue ſuſpenſus, reſpondendum eſt cuius ea quidem ratio eſt quia liber manuſcriptus & nondum impreſſus, adhuc liber eſt, cùm tam in impreſſo, ac nondum impreſſo adſit eadem prohibitionis ratio, ſcilicet propter periculum, ne quis hæreſis labe inficiatur, vt in terminis Bullæ cænæ Domini voluit Vgolinus *in tract. de cenſ. p. 2. in gloſſa, ac eorumdem libro, verſ. quarto in excommunicationem incidunt*: Thomas Sanchez *in præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 28. *&* 29. Vbi etiam proponit quod de legente Epiſtolam alicuius hæretici non impreſſam, & hæreſes continentem, vbi concludit hunc talem non incurrere excommunicationem Bullæ cænæ; reprobato eodem Vgolino ibi per eum relato contrarium tenente, refert, & videtur ſequi etiam in hoc vltimo, Farinac. *de hæreſi d. q.* 180. §. 1. *num.* 30. *&* 31. & juxta hoc ſunt explanandi Anton. Ricciul. *de jure perſ. lib.* 5. *cap.* 23. *n.* 6. Suarez *tract. de fide diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 10. Barboſa hic *num.* 3. Sanctarel. *de benefic. cap.* 3. *dubio vnico n.* 6. vbi tenet non euadere excommunicationem Bullæ cænæ, qui legeret librum auctoris hæretici, quamuis non eſſet typis mandatus, nec à librario compoſitus, limitatio vero Sanchez adducta de retinente litteras ſeu epiſtolam alicuius hæretici non videtur implicare Sanctarello, qui loquitur de libro, etſi non ſit typo mandatus.

QVÆSTIO III.

An legati Cardinales Epiſcopi, Prælati inquiſitores poſſint apud ſe retinere, ſeu legere libros prohibitos, ſiue ſuſpenſos quibuſque pænis retentio ſeu eorum lectura prohibeatur: vbi quæ differentia ſit inter libros prohibitos, & ſuſpenſos. Et quiſnam valeat dare licentiam illos legendi.

SVMMARIVM.

1 *Librorum hæreticorum lectura nociua eſt ſinceræque fidei cultoribus Bullis Pontificum prohibita.*

2 *Epiſcopus verius eſt vt nullos libros hæreticorum valeat tuto legere ex Bulla Vrbani VIII. & n, 3.*

3 *Epiſcopus, etſi ex officio poſſit expurgare libros prohibitos etiam damnatos, illos tamen legere nequit.*

4 *Inquiſitores ex conſtit. Iulij III. valent legere & retinere libros prohibitos; hodie non n. 4. ex aliis conſtitutionibus Pij IV. Greg. XV. & Vrbani VIII.*

5 *Inquiſitores ſi habeant licentiam legendi libros prohibitos, illam ipſi aliis concedere nequeant.*

6 *Libros legendi licentia antiquitus conceſſæ aliis Bullis ſublata, etiam Cardinalibus fuerunt per Bullam cænæ, quæ quotannis renouatur, & n. 6. vbi intelligitur Bulla Vrbani: vide numero 27.*

8 *Librorum prohibitorum retentio pænis nonnullis prohibetur etiam Regularibus n. 8. & tortura num. 9.*

10 *Torqueri non debent libros retinentes, ſiue legentes ſuper credulitate contentorum ſi illos habens ſit bonæ famæ; ſecus ſi malæ vide n. 12.*

11 *Abiuratio poteſt imponi contra retinentes libros prohibitos pro modo ſuſpicionis, non ſic ſi eos concremet illico, aut laceret, ſed ex conſtit. Iulij III. potius debet illos tradere inquiſitori.*

12 *Libros prohibitos retinentes, aut legentes innodantur cenſura excommunicationis etiamſi ſine dolo ſecerit: Fallit in nonnullis caſibus, vt n. 13.*

13 *Libros legens vt ſciat ſe defendere contra hæreſes illorum qualiter excuſetur à cenſuris & pænis.*

14 *Libros legens prohibitos vt incurrat in excommunicationem Bullæ cænæ Domini tres conditiones requiruntur num. 15.*

16 *Abſoluere à cenſura legentis libros prohibitos ſolus Papa valet; Sacerdotes autem punirentur ſi abſoluiſſent.*

17 *Bulla Pij IV. excommunicans legentes libros prohibitos qualiter ſit intelligenda expenditur, & quæ differentia ſit inter illam & Bullam cænæ Domini.*

18 *Libros legentes prohibitos quidem non ex cauſa hæreſis non incurrunt cenſuras Bullarum, vt ſi propter obſcænitates, aut citationes falſas, vel ob vitandas diſcordias.*

19 *Edicta inquiſitorum libros prohibentia non comprehendunt libros alios quam tractantes de hæreſi, aut de illa ſuſpectas.*

20 *Libros prohibitos legens, & retinens in nonnullis caſibus excuſatur ab incurſu cenſurarum, veluti ſi habuiſſent auctorem Catholicum anteaque fuiſſent examinati, & approbati.*

21 *Pænæ legentium libros prohibitos, etiam poſſunt eſſe mortis, deportationis, abſciſſionis manus, & confiſcationis.*

22 *Fautores hæreticorum poſſunt dici legentes libros prohibitos.*

23 *Librorum prohibitorum à ſuſpenſis libris, qui iam ſolent ſuſpendi differentia quæ num. 24. 25.*

24 *Auctore damnato, cenſentur eius libri prohibiti.*

25 *Suſpenſionis librorum lectura ſolet conſultis Qualificatoribus & S. Conſilio inquiſitionis practicari donec aliud mandetur ſuppoſita correctione ipſius auctoris.*

26 *Comburendi ſunt libri ob hæreſim prohibiti; non ſic tantum ſuſpenſi.*

27 *Licentia legendi libros prohibitos ſolum dari valent à Papa, vel à Sacra Congregatione.*

AD primam quæſtionis partem, cum 1
lectura librorum hæreticorum ſit
admodum nociuæ ſinceræque fidei cultoribus
detrimento eſſe noſcatur indeque
in Bullis Greg. XV. & Vrbani VIII. illa
prohibeatur, vt conſtat *ex verbis Vrbani
in ea quæ incipit Apoſtolatus officium*; cuius
verba refert Bordon. *de inquiſit. in cap.* 1.
q. 1. *num.* 25. & ante Dianam *fine p.* 4. & 2
quamuis quod Epiſcopi non ſint adhuc

prohibiti illos retinere & legere, aut aliis facultatem legendi aut habendi dare, vt colligitur ex indice librorum, & eorum regulis, quatenus Arnald. Albertin. *de hæretic. q. 28. à num. 6.* docet Epiſcopum poſſe habere & legere huiuſmodi libros, tamen verius eſt Epiſcopum nullos tales libros poſſe legere, aut retinere, aut aliis facultatē legendi, aut habendi dare, vt aperte colligitur ex præcitata Bulla Vrbani ibi: *quomodolibet prohibitos*, quibus includuntur qoilibet modus prohibitionis, & quilibet prohibitus liber juxta gloſſ. *in clem. 2. de ſent. excommunic.* Flamin. *de Reſignatione lib. 9. cap. 25. num. 4. de Epiſcopis* ibidem *: quibuſcumque perſonis laicis, & Eccleſiaſticis, quacumque Dignitate, etiam Eccleſiaſtica fulgentibus, etiam ſpeciali nota, & mentione dignis*: ſub quibus ſufficienter intelligi Epiſcopos, juxta illam etiam *cap. quamuis de offic. ordin. lib. 6.* Vbi comprehenduntur quæuis perſonæ, quæ alias minimè comprehenderentur, vt ibi docent Archidiac. Ioan. Andr. Gemin. Franc. & alij.

3 Et quamuis ex aduerſo dicatur, Epiſcopos eſſe proprie inquiſitores Ordinarios, quod negari nequit, dicendum eſt quòd, etſi ex officio poſſint expurgare libros nondum prohibitos; ſed illos iam prohibitos, aut damnatos legere, & retinere minime, cum *ſuprà* relata *cap. 2.* tales libri non traduntur inquiſitoribus vt illos legant, ſed vt igne comburendi illico abſumantur, quo facto ſatis expurgatos dici palam eſt, eo quod in præcitata Bulla dicitur vt ſtatim comburantur, & hæc quidem rigoroſa diſpoſitio potius infertur *ex d. Bulla Vrbani*, quam *ex ante-*
4 *cedenti. Greg. XV.* qua antea Epiſcopus non ſic comprehendebatur. Et quamuis æquiparentur Epiſcopi, & Archiepiſcopi inquiſitoribus, in hoc tamen hodie vigore conſtit. Iulij III. non Epiſcopi vel Archiepiſcopi, ſed ſoli inquiſitores ſeu commiſſarij ſuper hæretica prauitate ab Apoſtolica, ſede pro tempore deputati, durante ipſa deputatione, poterunt hos hæreticorum libros legere; & retinere vt bene aduertit Franc. Pegnà *in com. ad textum noſtrum in addit. ad Eymeric. direct. inquiſit. p. 2. com. 3.* cum Azor, del Rio, & aliis, Farin. *d. q.* 180. §. 1. *num.* 43. vbi referr ad idem alias conſtitutiones Pauli IV. & Pij IV. quæ tres iam ſunt abrogatæ quoad hanc differentiam per alias Greg. XV. & Vrbani VIII. quam ad litteram refert Diana *in fine p. 4. fol. mihi* 479. de quibus *numero ſeq.*

Et quod inquiſitores iam libros prohi- 5
bitos legere, ac retinere nequeant, niſi aut plures, aut vnus habeat ſpecialem licentiam à Sacra Congreg. illos legendi; qui nec virtute talis licentiæ poterunt aliis eam dare, niſi id exprimatur in gratia facta, multis probant Thomas Sanchez *lib. 2. ſumma cap. 10. num. 46.* Azor, & Barboſa, quos allegat Lezama *tom. 4. verbo libri, num. 28.* aſſerentes non poſſe legere, nec licentiare alios ad legendum; & licet alij contra teneant quos refert Farinac. *de hæreſi d. q.* 180. *num.* 43. ſuſtinentur inquantum ſcripſerunt ante præcitatam Bullam *Vrbani VIII.* vt ſentit Bordon. *ſup. ſub num.* 32. qui addit in fine vt qui ante Bullam dicti Vrbani VIII. licentiam habebat legendi, non inde ex dicta bulla prohibitus cenſeatur; & ſic Carena *vbi ſuprà d. n. 15. verſ. quia vero*, animaduertit dictam conſtitutionem non comprehendere licentias conceſſas ab vniuerſali, & Sacra Congregatione S. Officij de Vrbe vt ſpecialiter Pontificem declaraſſe firmat ex litteris Emin. d. Cardin. S. Officij directis Reuerendiſſimo Inquiſitori Genuenſi.

Tota inquam difficultas eſt, an per ver- 6
Bullæ cænæ, ibi: *ac eorumdem libros hæreſim continentes, vel de Religione tractantes ſine auctoritate noſtra & ſedis Apoſtolicæ ſcientes, legentes, aut retinens* comprehendantur Cardinales, Epiſcopi, regulares, & inquiſitores, in quo puncto potius eſt vt dicamus ex Iulio III. Paulo IV. Pio IV. licentias conceſſas antiquas non ſolum fuiſſe ſublatas: ſed ſingulis annis auferri, & reuocari per ipſammet Bullam cænæ Domini, hoc ipſo quod excommunicat omnes legentes illos libros ſine licentia Papæ, aut Sedis Apoſtolicæ, Carena *ibi ſuprà*, bene *ſub. num.* 11. & Bordon. alia addens *ſub num. 32. verſ. difficultas, & num.* 33. legendus Sanchez *d. lib. 2. cap. 10. num. 43. & 44.* vbi addit collegium Cardinalium non poſſe concedere dictam legendi facultatem.

Nec obſtat, quod *in d. Bulla* Vrbani 7
indicitur in verbis ſequentibus ibi: *nec de cætero ſimiles licentiæ niſi à Congregatione Sancti officij dum ſingulis hebdomadis coram nobis habetur:* quia vt docent adducti intelligitur de libris extra Bullam ſcilicet de non continentibus hæreſim aut tractantibus de Religionibus, & plura alia tractantes *ex dictis Bullis*, in quibus etiam quilibet prælati Religionum, & etiam Ieſuitæ

Ieſuitæ qui ante tales licentias habebant
comprehenduntur, de libris ſuſpenſis
infrà hic dicimus *in verſ. ad tertiam.*
8 Ad ſecundam partem quæſtionis qui-
bus pænis retentio, ſeu librorum pro-
hibitorum ex cauſa hæreſis puniatur &
quod relinquatur arbitrio judicis, qui
pænam modo maiorem, modo minorem
imponere debet, juxta qualitatem deli-
cti, & ſuſpicionis præter ſalutares pæni-
tentias, quibus tantum affici debent ſuſ-
pecti, leuiter colligitur ex Pegna, quem
9 refert Carena *d. cap.* 10. *lib.* 2. *de officio
inquiſit. num.* 49. qui etiam ſubdit Regu-
lares ex retentione librorum cum ſunt
vehementer ſuſpecti, puniendos eſſe
priuatione vocis ſuſpenſione à Diuinis à
muneribus legendis, quos tamen excu-
ſat Bordon. *d. cap.* 16. *num.* 52. cum Re-
ligioſi pro ſe habeant opinionem bonæ
famæ, & idem Carena dicit *ex praxi Ge-
nuenſ. Archiepiſcop. Neapolit. cap.* 68. *num.*
12. *verſ. item ſerruntur incurſa:* vt non re-
gulares vltra pænitentias ſalutares ſcilicet
ieiunia, orationes, &c. poſſint aliquan-
do à ciuitate banniri.
10 Et quamuis aliqui teneant poſſe illos
legentes, ſeu retinentes torqueri ſuper
credulitate contentorum in libris à qui-
bus illos habuerint, & an alios docuerint
errores in illis libris contentos, tamen po-
tius eſt, vt ſi ſit homo bonæ famæ non
debeat torqueri, quia lectio, ſeu reten-
tio libri prohibiti eſt leue indicium, non
ſufficiens ad torturam; aliter inquam ſi
ſit malæ famæ, vitæ & conditionis, atque
alias de hæreſi ſuſpectus, cum multis
Farinac. *de hæreſi d. q.* 140. *numero* 48.
Burſat. *vol.* 4. *conſ.* 544. Bord. *d. cap.* 16.
num. 49. Carena *d. cap.* 10. *p.* 2. *num.* 40.
& 41. 42. *&* 43. multa alia dicit circa
11 hanc torturam. Qui & *num.* 44. ponit pro
modo ſuſpicionis abiurationem impo-
nendam, vbi *num.* 45. addit cum Farinac.
d. q. 180. *num* 40. alios allegante, & cum
Deciano *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 46. *num.*
26. *verſ. limitantur ſecundo*, quod ſi ali-
quos libros ex dictis reperiens, aut ad
manus habens ſtatim comburit, vel lace-
rat, tunc quoniam omnis hæreſis ceſſat
præſumptio, ceſſare quoque debeat abju-
ratio, ſed quia ex conſtit. Iulij I I I. de
qua *in q. præced.* ad manus habens libros
hæreticos illos debeat tradere inquiſitori-
bus ad comburendum, prohibitumque ſit,
vt id fiat propria auctoritate, ideo ſub hoc
intellectu accipit lucem dictum Farinacij,
vt ipſemet fatetur *ſub d. num.* 40. cum
Pegna Azor. del Rio, & Sanchez.
Et quoad cenſuras, quas incurrunt le- 12
gentes ſiue retinentes libros prohibitos
ex cauſa hæreſis, Pontifices, pænam ex-
communicationis impoſuerunt, vt patet
ex Bulla Pij IV. impreſſa ante indicem li-
brorum prohibitorum, de quâ per Franc.
Pegna poſt directorium inquiſitorum,
inter litteras Apoſtolicas incipit: *Domi-
nici Greg.* edita anno 1568. de qua De-
cianus *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 40. *num.*
30. *& in Bulla cœnæ verſ. ac eorumd. libros:*
quam refert Vgolinus *de cenſ. in gloſſa ac
eorumdem*: vbi ampliat in legente quo-
rumcumque hæreticorum libros, etiam
quod ea quæ legerit ore non expreſſerit,
ſed tantum oculis inſpexerit, *num.* 3. vbi
ampliat etiam in legeute librnm ſine dolo
ex ſola curioſitate. Qui in aliis numeris, 13
& locis aſſignatis ex eo per Farinac. *d. q.*
180. §. 1. *ſub num.* 5. ampliat, & expri-
mit alios caſus, in quibus cenſuram non
incurrit illos legens, de quibus, & aliis
in ſpecie videndi ſunt Thomas Sanchez
in præcept. decalogi lib. 2. *c.* 10. *n.* 20 Iacob.
de Graſſi. *lib.* 4. *ſuarum deciſ. cap.* 18. *à
num.* 40. Quare idem Farinac. *num.* 47.
d. q. 180. cum eodem Vgolino, Nauarro,
Leſſio, Zechio, & Sanchez dixit decla-
rando quòd retinens dictos libros; & di-
cens illos retinuiſſe curioſitatis gratia ne
ſcilicet ignoraret quæ ab hæreticis tra-
duntur, & vt ſciret ea euitare juxta text.
in cap. legibus 96. *diſt.* excuſatur vt ante
dixit Decian. *d. lib.* 5. *crimin. cap.* 46. *n.*
29. ſubdunt tamen Iudices debere eſſe
diligentes in peppcndendo conditionem,
& qualitatem perſonæ & an, & quæ alia
vrgeant contra dictos libros retinentem,
eo quod ſi ſimpliciter hæc limitatio intel-
ligeretur, inde eueniret, vt hac via poſ-
ſet quiliber ſe excuſare, & ſi ponat Fa-
rinac. *ſub d. num.* 47. cum Vgolino *vbi
ſuprà num.* 3. & monet eam non ample-
ctendam, ob id reſolues vt, *ſuprà* iam di-
ſtinximus *ſub q. præced.* imo, & d. Vgoli-
nus, Farinac. Zechius *in ſumma p.* 1. *de
fide cap.* 11. *Rubr. de hæreſi num.* 13. *verſ.
octaua.* Nauarr. *conſ.* 5. *hoc tit.* Sanchez *d.
cap.* 10. *num.* 40. dum dicunt excommu-
nicationem Bullæ in cæna Domini incur-
rere legentes, ementes, retinentes, ex
curioſitate, & ſciendi auiditate ducti,
licet inde nihil mali hauriant, eorumque
doctrinam deteſtatus fuerit, vel ſi eos
etiam teneant pro ornatu bibliothecæ,
aut ad effectum permutandi cum Ca-
tholicis libris.

Sed

14 Sed quia ex dictis videtur involui excommunicationem in Bulla cœnæ, & illam præcitatam Pij IV. quarum clauſulas ad hanc pœnam cenſuræ refert Bord. *d. cap.* 14. *à n.* 55. dicatque eſſe duas excommunicationes contra legentes, & retinentes libros prohibitos, ſimilemque aliam referat ei, quæ in d. Bulla habetur *ex verbis Regula* 10. indicis librorum prohibitorum inde eſt vt circa relatam dictæ Bullæ in cœna Domini ipſe, & Layman. *lib.* 2. *Theol. moral. tract.* 1. *cap.* 14. Bonacin. *diſp.* 1. *Bulla q.* 2. *p.* 4. *propoſit.* 1. Megala *lib.* 3. *de cenſ. cap.* 1. *q.* 3. *à n.* 34. Sayrus *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 12. & ex illo Portel.

15 *verb. libri in addit.* ac fere omnes ſuper dicta Bulla ſcribentes doceut ad incurſionem excommunicationis dictæ Bullæ in cœna requiri tres conditiones: prima, vt legentes, & retinentes ſciant librum eſſe prohibitum, & vt liber fuerit compoſitus ab hæretico, tertia vt liber hæretici prohibitus tractet de hæreſi, ſeu de Religione ex profeſſo, & quamuis Graffi. *p.* 1. *l.* 4. *cap.* 18. *n.* 40. neget incurrere cenſuram hanc; eum, qui legit librum hæretici nondum damnati, ſic colligens, *ex verſ. eorumdem* illius Bullæ tamen Sanchez *d. cap.* 10. *n.* 24. Layman *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Bordon. *d. cap.* 14. *num.* 58. *&* 59. Carena *p.* 2. *tit.* 10. *num.* 4. dicunt ad illius incurſionem non eſſe neceſſarium vt auctor libri ſit damnatus, quia condemnatio non conſtituit hæreticum, ſed iam exiſtentem talem declarat, tamen fatentur neceſſum eſſe vt legens, ſeu retinens librum ſciat illius auctorem eſſe hæreticum, vt quia conſtat illum alioquin ductum in ſuis libris plures exprimere hæreſes, vel quia pro tali habetur, & inſuper declarant dictam cenſuram comprehendere non tantum hæreticos ſectatios, ſed & alius quoſlibet per verba d. Bullæ ibi, *ac omnes & alios ſingulos hæreticos quocumque nomine cenſeantur,* & per clauſulam *eorumdem*, qua dicunt referri ad hæreticos tam damnatos quam non damnatos.

16 Quod ſi dubites quis ab hac excommunicatione valeat abſoluere, Reſpondent Pegna Azor del Rius, quos ſequitur Farinac. *d. q.* 180. §. 1. *num.* 6. non niſi ſummum Pontificem abſoluere, & quod Sacerdotes abſoluentes grauiſſime puniantur cum ſit cautum *in d. Bulla ad finem* §. *illos autem*, cuius verba in propoſito refert d. Pegna *ad textum hic d. p.* 2. *ad Eymeric. comment.* 3. *verſ. ad hæc.*

Et quo ad intellectum dictæ Bullæ Pij IV. quo modo ſit intelligenda eius excommunicatio, & illa quæ continetur in indice contra *legentes hæreticorum libros, vel cuiuſuis auctoris ſcripta propter hæreſim vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata atque prohibita habuerit verſ.* 2. dicendum eſt illum incurrere hanc excommunicationem, non reſeruatam; qui legit vel habet librum in quo non tractatur ex profeſſo de Religione, & hæreſis in eo tamen continentur aliquæ hæreſes; quod ſi in eo nulla hæreſis, appareat clare tamen ſuſpectus ſit de hæreſi, vt legi non poſſit in hoc caſu modo ſit prohibitus, & vt declaret Burdon. *d. cap.* 14. *de libris prohibitis num.* 79. *verſ. quæres* 38. ait duo requiri; vnum quod opus ſeu ſcriptura aliquam contineat hæreſim, & de illis non tractet ex profeſſu, quia tunc eſſet caſus Bullæ, aut ſuſpectum ſit de hæreſi, alterum quod ſit prohibitum ex quibus ponit differentiam inter hanc excommunicationem & relatam dictæ Bullæ cœnæ Domini, additque quod hæreſis, & falſi dogmatis dogma pro eodem accipiantur nam dogma conſiſtit in doctrinæ Chriſtianæ fidei juxta gloſſam *in cap. qui Epiſcopi* 2. *diſt.* 3. *& diſt.* 23. *cap. ſatis diſt.* 96. & quod falſum dogma contrarium Catholicæ fidei idem ſit quod hæreſis vt deducitur *ex cap. hæreſim* 26. 24. *q.* 1. vbi hæreſis falſum & peruerſum dogma vocatur, & quamuis nonnulli quos refert Farinac. *d. q.* 120. §. 1. *num.* 13. inter quos Vgolinus Graffis & Toletus dicant dictã Bullæ in cœna excommunicationem incurrere etiam illum, qui hæreticorum librum legere incipit, & deinde pœnitentia ductus legere deſinat, tamen verius ipſe, & Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *Rubrica de legentibus q.* 3. Thom. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 31. dicunt vt non incurrat legens paululum, qui nec peccat juxta quæ dixi *ſub q.* 1. *noſtra Rubricæ* hic applicanda & repetenda. 17

Quod ſi dubites num aliqua ex dictis 18 cenſuris incurrat, qui legit libros prohibitos, ſeu ſuſpenſos alia ex cauſa quam hæreſis, aut eiuſdem ſuſpicionis, vt ſi eſſet prohibitus aliquis liber propter obſcœnitates, aut propter aliquas citationes falſas adductas nomine Sacræ Congregationis vel propter alios fines vel ob euitandas diſcordias inter aliquos de jurisdictione; & reſpondetur in his, ac aliis caſibus ſimilibus nullam eſſe impoſitam cenſuram contra legentes huiuſmodi libros,

19 libros, aut ſcripta prohibita, vt colli-
gunt DD. *ex verbis in dicto indice* ibi
*qui vero libros alio nomine interdictos le-
gerit, aut habuerit præter peccati morta-
lis reatum, quo afficitur, judicio Epiſco-
porum ſeuere puniatur*: ſic Bordou. *d. capite
14. de libris prohibitis num. fin.* Vbi addit in
Edictis inquiſitorum non comprehendi
huiuſmodi libros, ſed ſolum tractantes de
hæreſi aut de illa ſuſpectos & juxta hæc
ſunt intelligendi Viuald. Zened Maſcar-
dus, Zerola. Sayus, Sanctarellus, & alij,
quos ſequitur Barboſa hic *ſub. n. 5. verſ.
libros*, dum dicunt libros prohibitos ha-
bentes aut legentes ſi ſint hæreticorum
ſubdi excommunicationi Bullæ in cæna
Domini *in 1. Clauſula*, & quod poteſt,
inquiri contra eos tanquam contra ſuſ-
pectos de hæreſi, & melius quam alij,
in quibus caſibus libros hæreticorum
legentes incurrant excommunicatio-
nem. Sanctarellus *de hæreſi capite decimo
tertio, dubio vnico* vbi *numero ſexto in fine*
aduertit vt dicatur libros retinere non
ſolum is, qui domi ſuæ illos retinet,
ſed etiam qui in aliena, addens hoc pro-
cedere ſiue retineat nomine proprio,
ſiue alieno illumque reddi ſuſpectum
de hæreſi ſiue dicat quod eos nunquam
20 legerit. Et quod nec incurrat excom-
municationem dictæ Bullæ in cæna qui
retinet, vel legit librum alicuius Ca-
tholici, & ſi in eo ſint inſerti errores
alicuius hæretici illoſque legat, quia
talis liber non poteſt dici liber hæretici:
Nauarr. *in ſumma capite 27. numero 56.*
Vgolinus *ſuprà §. 1. numero primo* Thom.
Sanchez *d. capite decimo libro ſecundo nu-
mero 23. & 24.* vbi ampliat multo magis
ſi in libro Catholici adſint aliquæ hære-
ſes quas Catholicus auctor ob ignoran-
tiam dixit, & idem Vgolin. *de cenſ. p. 2.
capite primo in Gloſſa vel de Religione §. 1.
numero primo*, Farinac. *de hæreſi d. quæſt.*
180. §. 1. *numero* 40. & 50. dixerunt il-
lam non incurrere qui retinet & habet
libros hæreticorum à Theologis Catho-
licis juſſu Epiſcoporum, & inquiſitorum
examinatos, & approbatos, & libros Ca-
tholice conſcriptos ab his, qui poſtea in
hæreſim lapſi ſunt, vel qui poſt lapſum
ad Eccleſiam rediere modo vt ſuprà
approbati ſint, & quod apud regulares
vbi retinentur libri hæreticales incur-
runt prædictam cenſuram Superior mo-
naſterij, & cuſtos librariæ & ille Reli-
gioſus qui extractum de loco retinet li-
brum in ſua Camera, ſiue id faciat de li-
centia ſuperioris, aut non: Bordon. *ſuprà
n. 73.* qui cum aliis *n. 74. & 75.* excuſat le-
gentem librum, quem non intelligit, &
eum qui audit amicum legentem.

Et quod aliæ diuerſæ pœnæ ſint con- 21
tra retinentes, ſeu legentes libros ſeu il-
los occultantes hæreticos iam *ſuprà* dixi-
mus *ſub. quæſtione ſecunda*, vt mortis, de-
pertationis, ac abſciſſionis manus: Fa-
rinac. cum aliis *d. quæſtione* 180. §. 1.
*numero tertio, ex l. quicumque §. nulli
verſ. nemo, & §. ſequenti, Cod. hoc tit.* de
qua iam diximus, additque Farinac. *nu-
mero quarto ex lib. damnato in fine Cod.
hoc tit.* quod intrat pœna confiſcationis
de qua etiam ibi. Qui & *numero ſeptimo,* 22
& octauo, cum Pegna Calderino, Gemi-
niano Campegio, & aliis dicit retinen-
tes, & legentes illos poſſe, & dici hæ-
reticorum fautores, vt ex concilio Con-
ſtantienſi aduertit *ſuprà* ad textum no-
ſtrum idem Pegna *d. p. 4. comment. verſ.
illud*. Et quod præſumuntur hæretici,
talemque retentionem facere judicium
contra retinentem ipſumque de hæreſi
ſuſpectum reddere.

Ad tertiam partis quæſtionem quæ 23
differentia ſit inter libros prohibitos, &
ſuſpenſos iam ex adductis breuiter reſ-
pondetur quod licet ex vſu antiquo nul-
la daretur mentio de libris ſuſpenſis,
ſed tantum de prohibitis, & damnatis;
tamen quia in noſtro ſupremo Conſilio
poſt calificationem Theologorum ali-
quoties proferatur ſententia ſuſpen-
ſionis contra aliquos libros vt vidi, &
juxta hanc praxim primo apud Sacram
Congregationem indicis librorum pro-
hibitorum: modo ſit in vſu ea differentia
vt videre eſt in poſtremo indice Romæ &
alibi excuſo: ideo differentia in eo conſi-
ſtit, quod libri qui prohibentur nullatenus
permittuntur ſed omnino abolentur.

Et quod illi vel ſint compoſiti ab hæ- 24
reticis formalibus Chriſtianæ Religionis
inimicis capitalibus; ac proinde damnato
eorum auctore ſimpliciter damnentur, &
intelligantur omnino prohibita, & dam-
nata eorum opera ſcripta & libri, vel quia
fere ex omni parte continent errores con-
tra fidem, & bonos mores ita quod in eis
nihil boni inueniatur, quod correctione
ſit dignum imo & dominentur etiam, &
ſi aliquod notabile continerent ob peri-
culum fidelium, & in deteſtationem au-
ctoris hæretici, qui nulla memoria dig-
nus eſt: per dicta *ſuprà ſub q. 1. hic ex textu
noſtro, & cap. 1. diſt. 16.*

25 Tamen quia libri ſuſpenſi ſint eorum auctorum, qui formaliter non ſint hæretici ſintque nihilominus ſuſpecti propter aliquas propoſitiones falſas aut contra fidem, aut bonos mores; at in eis ex maiori parte continetur ſana doctrina, ſintque in hoc vtiles indeque eueniſſe vt non prohibeantur; ſed ſuſpendantur donec corrigantur ita ex communi doctorum, Bordon. diſtinguit *de offic. inquiſit. d. cap.* 14. *ſub num.* 13. vbi in fine ponit exempla aliquorum librorum qui ſuſpenſi fuerunt; additque Sacram Congregationem aliquando practicaſſe vt ſi liber ſuſpenſus intra certum aſſignatum tempus non corrigeretur ab eodem auctore inpoſterum prohibitus remaneret, & quando noſtris temporibus ſic procedunt Eminentiſſimi, Patres

6 in libris interdicendis. Sed quoad pænas incurrendas de quibus hic *ſub verſ. ad ſecundam* putat nullum eſſe diſcrimen, cum per vtrumque modum interdicendi, ſiue prohibitionis, ſiue ſuſpenſionis auferatur jus legendi, aut retinendi librum cuique illum habenti modo iam ſupra ſcripto, tamen ipſe Bordon. *ſuprà num.* 40. cum Carena, ait, quod comburendi ſunt tantum prohibiti, non verò ſuſpenſi quia correctione diuulgata quandoque reſtituendi ſunt propriis patronis.

27 Ad vltimam quæſtionis partem, quiſnam valeat dare licentiam illos legendi, quia iam *per ſuprà adducta ſub quæſt.* 1. *&* 2. & hic aperte dictum ſit ſolum Pontificem, aut Sacram Congreg. illam dare nec jnquiſitores Epiſcopi aut Cardinales id valeant, ideo reſolutiue nunc dicendum eſt *ex dictis Bullis Greg. XV.* & Vrbani VIII. quam ad litteram referunt Diana citatus *in d.* 4. *p. in fine in ea quæ incipit Apoſtolatus officium* in verbis illius circa finem, ibi *nec de cætero ſimiles licentia niſi à Congregatione Sancti Officij, dum ſingulis hebdomadis coram nobis habetur vel ab aliis per nos etiam in eadem Congregatione ſpecialiter deputandis concedantur &c. datum ſub die* 2. *Aprilis anni* 1631. quam Bullam etiam ad litteram refert Bordon. *d. cap.* 14. *num.* 25.

QVÆSTIO IV.

An retinens libros damnatos ſit habendus pro hæretico, vel tantum pro ſuſpecto de hæreſi & an hæc ſuſpicio ſit leuis aut vehemens. Quid de tranſcribentibus, aut imprimentibus illos vel de defendente: vbi de obligatione Confeſſarii, in admonendo pænitentes ne legant, & retineant, & ad tradendum libros prohibitos.

SVMMARIVM.

1 *Libros retinens damnatos non eſt hæreticus, ſed tantum ſuſpectus de hæreſi ſuper quo inquiri poterit vt ſuſpectus contra aliquos num.* 2.

3 *Libros retinẽs prohibitos ſitne ſuſpect. de hæreſi, vel vehementer, aut leuiter relinquitur arbitrio judicis, ibi exẽplificatur.*

4 *Libros prohibitos habens apud ſe idiota immunis eſt à ſuſpicione; & hæres qui nondum confecit inuentarium librorum, nec illico illos combuſſit, vel illum confutans.*

5 *Libros aſtrologiæ judiciariæ de futuris, & contingentibus tractantes ſunt illos legentes ab inquiſitoribus puniendi.*

7 *Scriptores librorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, ac illos retinentes.*

8 *Libros hæreticorum aſportantes, & corrumpentes libros Catholicorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, idem de imprimentib. ſuntque excomunicati.*

9 *Impreſſio librorum prohibitorum, quibus pænis prohibita eſt & num.* 10.

10 *Imprimentes libros prohibitos vt fautores puniuntur.*

11 *Librum hæreticum defendens laudanſue, excommunicatus eſt, non ſic ſi liber non ſit hæreticus, & qualiter.*

12 *Confeſſarius quas diligentias debet facere in inquirendo à pænitente libros prohibitos retinente, antequam à cenſura ſeu peccatis abſoluat, & n.* 13. *quamque pænitentiam ei imponet n.* 15.

13 *Confeſſarius debet interogare libros prohibitos retinentem, an ſciat aliquos legere vel retinere libros hæreticorum ſeu de Religione tractantes hæreſes continentes.*

14 *Libri res laſciuas continentes prohibentur, quia corrumpunt bonos mores pueri & adoleſcentis.*

Quia

Google

1 QVia iam *ſub quæſt. 3. præcedenti* aliquid dictum eſt reſumptiue cum Farinac. *de hæreſi q.* 180. §. 1. *ſub num.* 8. dico quod non ſit hæreticus, ſed ſuſpectus cum Calderino, Pegna, Hypolito,
2 Geminiano, & aliis reſoluentibus *ex Bulla Clem. IV. & conſtit. Pij IV.* ſub qua Decian. *lib. 5. crimin. cap.* 35. *num.* 21. *cap.* 46. *num.* 31. dicit ſic inueniri expreſſum. Et quod ſic retinentes libros tanquam de hæreſi ſuſpecti inquiri poſſint cum Menochio, Maſcardo, del Rio, & aliis, & ſic Nauarr. *conſ. 5. de hæreticis num.* 1. dixit quod retinens, & legens libros prohibitos vere, & coram Deo hæreticus non eſt, licet in foro exteriori, & coram hominibus hæreticus reputetur, & licet Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *de retinentibus libros hæreticorum quæſt.* 10. *in fine*, dicat retinentes pænes ſe libros hæreticorum præſumendos eſſe hæreticos cum hoc perſpicue tradant dictæ Pontificiæ conſtitutiones, vt etiam dixerunt Carretus *de hæreticis num.* 125. & alij, quos refert & recte, improbat Torreblanca de *Magia lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 35. Simanc. *tit.* 38. *de Catholic. inſtit. num.* 32. Lorca *in* 2. 2. *D. Thomæ quæſt.* 11. *art.* 4. *diſp.* 45. *num.* 4. cum aliis legendus Cantera diſtinguens *in qq. criminal. q.* 1. *de hæreſi num.* 46. cuius verba refert Diana referendus.

3 Vnde Sanctarellus *de hæreſi cap.* 41. *dubit.* 3. *num.* 5. Duard. *lib.* 2. *Bulla cænæ Carena* 1. *quæſt.* 51. *num.* 20. Carena *de Officio inquiſit. p.* 2. *tit.* 10. *num.* 23. Bordon. *de inquiſit. capite* 14. *numero* 48. dicunt *ex verbis Bullæ ibi*; eamque ob cauſam in eum tanquam de hæreſi ſuſpectum, inquiri, ſed quia Farinac. cum multis aliis *ſuprà ex numero* 9. ponit ſuſpicionem vehementem, & aliquando leuem, ne pluries inculcentur: dico qualitatem ſuſpicionis relinqui arbitrio judicis *ex doctrina Carena d. tit.* 10. *numero* 26. Bordon. *d. numero* 48. *verſ. ſecundum*, vbi dicunt, & Suarez *de fide diſputatione* 24. *ſect.* 7. *numero* 4. quod leuis ſuſpicio cenſeatur, ſi inconſiderate ſemel, aut iterum legit, ſi reprehenſus ſtatim obediuit, & quod apud nos Hiſpanos leuiter tantum regulariter ſuſpicentur. Et dicunt quod vehementer ſuſpectus cenſetur, qui pluries legit, & multo tempore retinuit; item ſi datus ſibi fuit ab aliquo hæretico, item ſi contendit librum non eſſe hæreticum. Et quod
4 immunis eſt à ſuſpicione idiota libros prohibitos habens apud ſe, ſi neſcit legere, aut non percipit linguam latinam *ex iam dictis*, & hæres qui nondum confecit inuentarium librorum; & qui habens licentiam legendi illa finita procurat inſtanter eius renouationem, & ille qui illico illos combuſſit, & confutans ex profeſſo librum hæreticum apud ſe inuentum, ſic Carena *num.* 29. Bord. & ambo *ex Romano ſingul.* 326. qui & excuſant à tali ſuſpicione legentes; & retinentes libros ob alias cauſas prohibitos extra hæreſim ad quod faciunt dicta *ſub quæſt.* 3. *hic in fine*. Alia ex Cantera Simancas Souſa, & aliis tradit Diana videndus 5
p. 4. *tract.* 7. *reſ.* 6. vbi in fine dicit, quod legentes libros Aſtrologiæ Iudiciaræ, qui de futuris contingentibus fortuitiſque caſibus, & liberis tractant, ſunt ab inquiſitoribus puniendi *ex d. conſt. Vrbani VIII. Apoſtolatus.*

Ad primam & ad ſecundam difficul- 6
tatis partem clare manet reſponſum & ſic per dicta hic *in d. quæſt.* 12. *&* 7. facile reſpondetur.

Ad tertiam quæſtionis partem quid 7
de imprimentibus, etiam ſcribentibus, vel defendentibus libros hæreticos, & quod ſcriptores ſint de hæreſi ſuſpecti eodem modo ac retentores docuerunt. Riminald. junior *conſ.* 414. Farinac. *de hæreſi d. quæſt.* 180. §. 1. cum multis vbi bene, Carena *dict. tit.* 10. *quæſt.* 2. *ex numero* 36. Quia cum Pegna *p.* 2. *in di-* 8
rectorio, p. 2. *comment.* 17. Azor, Menochio, Barboſa, Moderno, Caſtro Palao, & aliis idem dicit de aſportantibus hæreticorum libros ſcienter; & de corrumpentibus libros Catholicorum, & immiſcentibus Catholicæ doctrinæ dogmata hæretica, de imprimentibus libros hæreticorum, dicit Farinac. vbi *ſup. numero* 19. quod ſint etiam ſuſpecti de hæreſi, & quod excommunicationis vinculo innodantur, ſicut & ſcriptores ſtatutorum contra Eccleſiæ libertatem; cum impreſſoria actio ſit ad libros diuulgandos, multo ad ſic comprobandum adducit, inter quos Pegna, Menoch. quod dicit Carena procedere *ſuprà num.* 39. ſi ſcirent illos eſſe hæreticos ad quod, & de pænis quibus impreſſores puniendi ſunt commendat videri Bullam Leon. X. *incip. exurge Domine verſ. inhibemus præterea* impreſſam poſt direct. inter literas Apoſtolicas pro Sancto Officio aliam Bullam Pij IV. *incip. cum pro munere.* &

quoddam decretum Eminentiſſ. Cardin.
ſupremorum inquiſit. emanatum de an-
no 1543. impreſſum *ibidem fol.* 122. Et
9 inſuper additque in fine Carena, quod
in iſtis gradibus cognoſcendi ſuſpicio-
nem ſunt conſideranda iam proxime
adducta hic *num.* 1. *&* 2. Farinac. *d. num.*
19. inter alia dixit de jure ciuili pænam
fuiſſe amputationis manus, & Menoch.
de arbitris quæſt. lib. 2. *caſu* 149. *num.* 1.
2. 5. *&* 6. dixit hanc pænam eſſe arbitra-
riam, etiam ex d. conſtit. Pij IV. in Re-
gulis editis ad indicem librorum pro-
hibitorum Regul. 10. & quod Bibliopolæ
vltra prædictas pænas, & alias quas re-
fert ex Vgolino Azor, Sanchez, & aliis
Farinac. quod priuentur bibliopolæ
officio, & exulentur, & vt conſignent
libros hæreticos, & prohibitos inquiſito-
ribus ſub pæna incurſus criminis hæreſis.

10 Et quod poſſit contra libros hæreticos
imprimentes procedi tanquam contra
fautores hæreticorum refert ex Sanctarel-
lo Barboſa hic *num.* 7. vbi quod etiam
incidunt in excommunicationem Bullæ
cænæ cooperantes impreſſioni talium li-
brorum, ex Sayro *de cenſur. lib.* 3. *c.* 5. &
ex Graſſi. & quod ideo concil. Lateranen-
ſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 10. & in Tridentino.
ſeſſ. 4. probibetur ne libri imprimantur
niſi prius per Epiſcopum, & inquiſito-
rem Apoſtolicum fuerint diligenter exa-
minati, & quod ſiquis contrafecerit
ſtatim incurrat excommunicationem, &
libri concrementur.

11 De defendente librum hæreticum
quod talis dicitur, qui aliquid dicit, vel
agit in fauorem libri prout hæretici, lau-
dando, approbando, ſcribendo, prote-
gendo librum, aut impediendo ne inue-
niatur, comburatur, ne tradatur inqui-
ſitoribus laudans ſtylum, aut ingenium
auctoris, & quod talis in excommunica-
tionem adductam incurrat, omnes de-
fendunt eum Bonacina *diſp.* 1. *Bulla cænæ*
q. 2. *p.* 4. *num.* 20. Sanchez *d. lib.* 2. *in*
præcepta cap. 10. *num.* 58. & addit Bordon.
d. cap. 14. *de offic. inquiſit. num.* 78. vt
etiam incurrat defendens vnicam hære-
ſim, quia dicitur defendere librum licet
vnicam eius probet, & laudet hæreſim;
quod intelligit, ſi liber ſit hæreticus, non
ſic ſi in eo tantum eſſet vnica hæreſis
quam defendit de libro, qui ex profeſſo
non ſit hæreticus, quod qualiter intelli-
gatur, & quid veniat ſub nomine libro-
rum ad cenſuram incurrendam, ipſe cum
Portel, Sanchez, Layman, Vgolino, Me-
gala, Bonacina, & aliis explicat *d. p.* 14.
ambo, & Farinac. cum pluribus aliis *d. q.*
180. *n.* 30.

Ad quartam quæſtionis partem de 12
obligatione confeſſarij, & modo ſe ge-
rendi cum legentibus, & retinentibus
tales libros hæreticos *ex d. Bulla Pij IV.*
Carena *d. tit.* 10. *p.* 2. *de offic. inquiſit.* Ho-
mobonus, de bonis in examine Eccleſia-
ſtico *tract.* 6. *cap.* 2. *q.* 9. §. *his ergo ſic ſup-*
poſitis tom. 1. *& q.* 10. *&* 12. Sanctarel.
Rioſec. & alij quos refert idem Carena
dum primo dicunt vt debeat aduertere
nunquid juxta *ſuprà dicta ſub q.* 3. legens
aut retinens incidat in excommunicatio-
nem Bullæ cænæ cum ab ea vtique prius
à ſummo Pontifice vel habente ab eo au-
ctoritatem ſit prius abſoluendus, ſed
quoad excommunicationem Bullæ Pij
IV. de qua ibi late cum nemini ſit reſer-
uata vt poſſint abſolui à quolibet confeſ-
ſario, ſin autem tractetur de libris pro-
hibitis ex alia cauſa quam hæreſis vt ibi
diximus tantum peccatum incurrere &
ſic abſolui poſſe. Et inter alia Carena *d.* 13
num. 60. quod retinens libros prohibitos
ob res laſciuas ſalua cenſura Eccleſiæ,
dicit quod non niſi huiuſmodi retentores
eſſent alias de hæreſi ſuſpecti, & quod
debet confeſſarius interrogare vt iam eſt
dictum pænitentem, an ſciat aliquos le-
gere, vel retinere libros hæreticorum,
ſeu de Religione tractantes, vel hæreſes
continentes, etiam alienis domibus &
vbi aliquos huiuſmodi criminis reos
agnoſcat, quem coget ad eos Sancto Of-
ficio denunciandos, & à quibus libris
pænitens habuerit quandiu pænes ſe eos
retinuerit quoties legerit, an aliquibus,
& quoties, ac quibus commodauerit, an
eorum occaſione ſi ſint continentes res
laſciuas carnaliter peccauerit, aut ſaltem
delectationes ſenſuales paſſus ſit & ſimi-
lia, cui pænitenti debet Confeſſarius
oſtendere talium librorum hæreticorum
grauitatem, quam continent, & præſer-
tim ex eo quod à principio naſcentis Ec-
cleſiæ vſque in præſentem diem libri
huiuſmodi ſemper fuerint reprobati, &
igni traditi.

Et quod libri res laſciuas continentes 14
ideo legere vitandum, quia ex quo mo-
res bonos corrumpunt, pueros, & adoleſ-
centes contaminant, & curſu temporum
totam Rempublicam inficiunt ad libidi-
nem incendunt, & irritant vt animaduer-
tit Tyraquel. *ad leg. connub. l.* 16. *n.* 4. maxi-
mam delicti grauitatem pariunt omnino
fugiendam.

Et

Et quod prudens Confeſſarius denique pœnitenti pro arbitrio ſuo ſatisfactionem injungat proportionatam, ita tamen vt pro parte dictæ ſatisfactionis, lectionem aliquam librorum piorum imponat accommodatam qualitati pœnitentis, & licet alia poſſemus pro materia hac librorum prohibitorum adjungere; quia abundè ad Textum noſtrum manet digeſta, ideò pro aliis caſibus recurres ad Doctores jam adductos *à q.1.hic.*

AD TEXTVM

In cap. ſi quis Epiſcopus V. hoc Tit.

PRÆMISSVM.

QVIA Textum hunc cum cap. ſequenti explanaui, *p.1. alleg. fiſcal. ad Textum in cap. vergentis hoc tit. alleg.36.n.15. & 26. pag.171.* ideò de eius præcipua reſolutione non plus addimus præter quæ ſubſequuntur, & per totam allegationem ſunt ibi dicta applicanda.

QVÆSTIO I.

An poſt mortem poſſit quis excommunicari, ſubjici alij cenſuræ aut pænæ. Et an in crimine hæreſis poſt mortem valeat quis accuſari. Et an quilibet Chriſtianus ſæcularis valeat hæredem inſtituere Iudæum, hæreticum ſiue alium paganum, & infidelem liberè abſque incurſu pœnarum, eiſque in teſtamento legare, aut extra donare cauſa pietatis ſiue neceſſitatis ſaltem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari poſt mortem poſſe quem ſuadeatur? potius intelligitur vt tantum valeat declarari deceſſiſſe excommunicatum, ob idque anathematizari* n ſeqq.

2 *Cap. neque* 88. *diſt. & n.* 8. *&* 17.

3 *Gloſſa improbatur.*

4 *Excommunicatio poſt mortem durat, ſi quis fuit in vita ligatus, & non abſolutus.*

5 *Criminoſus nullus poteſt poſt mortem excommunicari neque Hæreticus.*

6 *Anathema quod idem eſt, ac maledictio ſolemnis, non prohibetur poſt mortem.*

7 *Excommunicationis eſt ſolùm capax homo viator, non ſic mortuus, & quare,* & n. 8.

8 *Hæretici, & eorum fautores ipſo iure excommunicati ſunt, & ſic ſi poſt eorum mortem de eorum delicto conſtet merito anathematizantur, & priuantur ſuffragijs, & ſepultura Eccleſiaſtica: explicatur* n.ſeq.

9 *Cenſuræ ſubiectum non deſtruitur poſt mortem ad effectum priuandi illum, ſi ſic moriatur excommunicatus à ſuffragijs, & ſepultura, imperando viuis quod dicitur vindicta vt* n.11.

10 *Anima excommunicati defuncti, ſi à ſuffragiis priuetur, proponitur ex eo quod ſit incapax ſuffragiorum; & corpus eius indignum Eccleſiaſtica ſepultura.*

11 *Et peccator omnis impœnitens decedens in ſtatu peccati mortalis priuatur Eccleſiaſtica ſepultura* n.12.

12 *Excommunicatio operatur duplicem effectum; vnum, ne excommunicatus Eccleſiæ ſacramentis, & ſuffragijs vtatur, alterum, ne Chriſtiani pro eo ſuffragia offerant, nec donent ſepulturam Eccleſiaſticam, quæ poſt mortem huius vltimum operatur effectum, non primum, & qualiter* n.13.

13 *Excommunicatio poſt mortem lata potius eſt viuorum prohibitio.*

14 *Eccleſia non vtitur jure ſuo niſi in ordine ad emendationem non ex vindicta.*

15 *Eccleſia poteſt per delicta commiſſa in vita, etiam ſi non habuerint cenſuram annexam priuare ſuffragijs ſuis, & honore ſepulturæ ſacræ, etiam ſi non judicet nec declaret defunctum talem fuiſſe damnatum,* & n.16. & ſub n.18.

16 *Ioan.*5. Qui viderit fratrem ſuum peccare peccatum ad mortem, non pro illo dico vt oret quis.

17 *Cap.*2. *&* 4. *de ſtatu Monachor.*

18 *Excommunicatio poteſt poni contra inſtituentem hæredes hæreticos* n.20. & in cap.6. hoc tit.

19 *Accuſari poſt mortem de crimine hæreſis valet quis* remiſſiuè.

1 AD primam quæſtionis partem per verba Textus noſtri, contendunt nonnulli etiam poſt mortem poſſe quem delinquentem cenſura innodari, & excommunicari ibi; ſaltem poſt mortem ei anathema dicatur, atque eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur, quia eiuſdem rationis eſt ligatum permanere, vel de nouo ligari: ſic gloſſa hic *verbo poſt mortem* Abbas Romanus *ſingulari* 725. Tabiena *verbo excommunicatio* 4. §. 1. Gabriel. *diſt.* 18. *qu.* 2. *art.* 1. *concluſ.* 5. *color.* 4. Ricard. *d. diſt. art.* 4. *qu.* 4. Vgolinus *de cenſ. Tabula* 1. c. 17. §. 2. *num.* 3. *& cap.* 19. Baurig. *tract.* 1. *qu.* 13. Vbi docet quod, etſi mortui non omnium ſint cenſurarum capaces excommunicari, tamen ob eadem crimina poſſint ob quę viui excommunicati fuiſſent longè probans ibi legendus, qui & probant etiam per gloſſam *cap. Iudæi & 2. de Iudæis, & ex cap. ſanè* 24. *qu.* 2. vbi habetur hæreticos poſt mortem eſſe anathematizandos; *& c. neque* 88. *diſt.* vbi refertur Cyprianum propter ſpeciale cri-
2 men quendam mortuum excommunicaſſe, item ex ea ratione, nam qui ante mortem fuit non abſolutus à cēſura excommunicationis, quam incurrit, manet poſt mortem excommunicatus, ſiquidem poſt mortem ab illa abſoluitur, & *in d. cap. ſanè* ex conciliis, & S. Auguſtino multa referuntur & faciunt, quæ latè *de anathem.* dixi *in cap. cum non ab homine* 10. *de iudiciis qu.* 32. omninò legenda.

3 Et quamvis gloſſa hic dixerit jam dictum ſpeciale eſſe in crimine hæreſis malè quidem Textum noſtrum expendit qui apertè extendit illam pœnam ad alia crimina, in primis verbis ibi *Si quis hæredes inſtituerit extraneos à conſanguinitate ſua, vel hæreticos etiam conſanguineos, aut paganos pertulerit, ſaltem &c.* ita Suarez de cenſ. probans ex Concilio
4 Africano ſub Bonifacio c. 48. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *ex num.* 3. *& ſub num.* 5. Addens ad probandum; quia poſt mortem durat excommunicatio ſi quis fuit in vita ligatus, & ante mortem non fuit abſolutus; cum eiuſdem rationis ſit ligatum teneri, vel de nouo ligari; & quia eiuſdem poteſtatis eſt ligandi atque abſoluendi, ſiquidem vtraque requirit juriſdictionem vt ſumitur etiam *ex cap. verbum de pœnit. diſt.* 1. *& ex cap. à nobis de ſent. excommunic.* vbi dicitur in certis etiam caſibus à canonibus denotatis legi Eccleſiam legaſſe mortuos, & ſoluiſſe.

5 Præfatam ſententiam, quatenus probat criminoſum poſſe poſt mortem excommunicari, Couar. *in cap. alma mater de ſent. excom. lib.* 6. *p.* 1. §. 11. *n.* 8. *verſ. ſecundo* in fine loquens de noſtro Textu probat cum Caſtro *de iuſta hæretic. punit. cap.* 19. eam opinionem eſſe omninò falſam: 6
Quia quod in Textu noſtro dicitur, *anathema ei dicatur*, eſt exponendum eo modo quod poſt mortem ſcilicet ſolemnis fiat maledictio, quæ præmittit illum deceſſiſſe excommunicatum reſoluens dictionem *anathema* hanc ſignificationem habere; quapropter repetes dicta *de anathema*; an ſit idem quod excommunicatio major *in d. cap. cum non ab homine d. qu.* 7
32. Cumque ſolus homo viator ſit excommunicationis & cenſurarum capax, dum viuit, non ſic homo mortuus, qui nec ſimpliciter homo nec viator eſt, ſequitur vt mortuus excommunicari non poſſit, quia vel conſideretur cenſuram ferri in animam ſeparatam vel in hominem mortuum; neutro quidem modo ligabit, ſi in animam ſeparatam, quia jam eſt extra forum Eccleſiæ militantis, cum ſit extra judicium humanum ex Regula Textus *in cap. quod autem de pœnitent. & remiſſion.* & quia ſi eſt in inferno jam habet vltimam pœnam, eſtque incapax omnis ſpiritualis beneficij, cum ſit extra omne conſortium hominum mortalium; ſi autem eſt in Purgatorio (quia de beatis nulla eſt dubitandi ratio) jam non eſt, nec poteſt eſſe digna tali pœna, propter quod licet Eccleſia haberet directam talem poteſtatem in animam in eo ſtatu exiſtentem, nō haberet illam quoad hunc actum ferēdi cenſuram. Si in corpus exanimum etiam nullo modo, quia nec per ſe neque indirectè eſt capax cenſuræ; cum nec rationis vſum habeat nec obligari per cenſuras poſſit, vt emendetur qui eſt propriè cenſuræ finis *ex cap. de ſent. excommunic. lib.* 6. Vbi DD. de quo dicetur *infrà ſub eo tit.*

Ita expendit Suarez *d. diſp.* 5. *de cenſ. ſub n.* 3. *ſect.* 1. qui *num.* 6. *& infrà* referendi, vt reſpondeant ad jura contraria, dicunt quod ſi rectè ea expendantur non ſunt contraria, quia in ferè omnibus illis juribus ſermo eſt de ſententia declaratoria, nam hæretici vel fautores hæreticorum, & ſimiles ipſo jure excommunicati ſunt; indeque euenire, vt ſi poſt eorum mortem de eorum delicto conſtet, meritò anathematizentur, & ſuffragiis, & ab Eccleſiaſtica ſepultura priuentur, & quod tunc non feratur cenſura in mortuum, 8 ſed

ſed promulgetur, ac obſeruari mandetur,
illa quæ jam lata fuerat in hominem dum
viuebat, & ſic reſpondetunt etiam Syl-
ueſter *in verb. excommunicatio prima* §. 7.
Sayrus *lib.1.c.8.* Altetius *lib.3.diſp.10.*

9 Nec obſtat dicere per mortem homi-
nis excommunicati deſtrui cenſuræ ſub-
jectum, & per conſequens ipſam cenſu-
ram juxta illud *deſtructis nobis, deſtruuntur
ea quæ ſunt in nobis*, quia reſpondetur,
quod cum per cenſuras redundat obli-
gatio in alios præter eum in quem dire-
ctè fertur, juſque aliquod acquiratur Ec-
cleſiæ ipſi, vt hæc ſeruentur, quatenus
poſt mortem alterius poſſunt, & ob id
merito Eccleſia præcipiat, vt obſeruen-
tur ad hocque ordinari ſententiam de-
claratoriam criminis, & hæretici anathe-
matizationem, nam ex vi excõmunica-
tionis, quam in hac vita hæreticus incur-
rit, & durat vſque ad mortem, habet jus
Eccleſia priuandi illum ſuffragiis, & ſe-
pultura Eccleſiaſtica, quod præcipiendo
à fidelibus obſeruari non tam eſt cenſu-
ram mortuo imponere, quam viuis im-
perare, & quia illa promulgatio, & exe-
cutio prioris cenſuræ non ordinatur ad
emendationem defuncti, qui ſupponitur,
ſeu præſumitur damnatus, ſed ad terro-
rem viuentium, & ad condignam puni-
tionem delicti propter commune bonum.

10 Et quia per huiuſmodi ſententiam ju-
ridicè, & humana fide proponitur illum
hominem eſſe in ſtatu damnationis, &
inde conſequenter, vt ipſa jure anima
eius ſit incapax ſuffragiorum, & corpus
eius indignum Eccleſiaſtica ſepultura
non ſolùm propter cenſuram, ſed propter
11 ſtatum. Et ob id omnis qui publicè in
Eccleſia decedit in ſtatu peccati morta-
lis, & cum ſufficientibus ſignis impœni-
tentiæ finalis, etiam ſi nulla cenſura affe-
ctus ſit, Eccleſiaſtica ſepultura priuetur,
vt conſtat *ex cap. placuit 23. qu. 5. & c. ex
parte 2. de ſepultur.* Vbi gloſſa *verb. com-
municabitur* plura refert: quare cum
corpus afficiatur honore reſpectu animæ,
ideò ſi publicè, & in foro Eccleſiæ ani-
ma creditur eſſe damnata, merito corpus
eius Eccleſiaſtico honore priuetur, ſic
Suarez *d. ſect. 1. n. 7.* qui *n. 6. in fine* dicit
quoad nuper dicta *numero præced.* defice-
re etiam in illa pœna propriam, & pecu-
liarem rationem cenſuræ, tranſireque in
rationem puræ & juſtæ vindictæ, vt vi-
detur explanaſſe Couarr. *in d. cap. alma.
p.1.§.11. num.8. in fine*, & vt refert Lean-
der *de cenſuris tract.1. diſp.3. qu.4 ſub verſ.
ad fundamentum* ex aliis Doctoribus jura
adducta non præcipere defunctos ex-
communicari propriè, ſed maledici, &
execrari cum Auila, & aliis.

Vel clarius cum Cornetn *tract. 5. de* 12
cenſuris in genere diſp. 9. dubio 1. eodem
Leandro concedendo in prædictis Tex-
tibus verè eſſe ſermonem de excommu-
nicatione, negando tamen illam eſſe la-
tam directè, & immediatè in defunctos,
aut comprehendere omnes effectus, di-
cendum eſt excommunicationem duo
operari, vnum ne excommunicatus Ec-
cleſiæ ſacramentis, & ſuffragiis vtatur,
alterum ne Chriſtiani pro eo ſuffragia
offerant, & ſepulturam non donent Ec-
cleſiaſticam, & juxta hanc diſtinctionem
eam excommunicationem latam contra
defunctos non operari primum effectum
contra ipſos, ſed ſecundum, & hoc im- 13
mediatè in ipſis defunctis, ſed in viuis,
quibus prohibetur ne pro talibus defun-
ctis orent, quod non eſt illos excommu-
nicari; cum nulla cenſura ligentur, ſed
ſolùm quædam prohibitio viuorum, quæ
reſpectu ipſorum defunctorum dici po-
teſt indirectè excommunicatio, quæ do-
ctrina eadem videtur cum jam præſup-
poſita Suarez, quam ſecuti fuere Ioan
Delignamo *inſtit. de cenſ. 59. n 2. & 3.* Na-
uar. *in manuali c. 27 num. 13. & 271.* Sotus
diſt. 22. qu. 2. art. 2. Caietan. *tom. 1. opuſc.
tract. 16. p. 4 verſ. quod 2.* D. Anton *3. p. tit.
27. cap. 75.* Henriquez *lib. 13. c. 25. num. 2.*
Egid. *diſp. 13. dub. 6.* Bonacina *puncto 4.* Fi-
liucius *tract. 11. c. 5. n. 123.* Candidus *diſ-
quiſit 22. art. 9.* Hurtad. *de cenſ. in comm.
diſp. 26. dub 1* Baſſeus *verb. cenſura num. 17.*
Machadus *lib. 1. p. 3. tract. 2. docum. 4. n. 1.*
Villalobus *tract. 16. diffic. 14 p. 1. nu. 1. & 2.*
Petr. de Ledeſma *de excommunic. c. 5. dif. 2.
poſt 4. concluſ.* Caſtro Palao *diſp. 1. puncto 6.
n. 1.* Valentia *diſp. 7. q. 17. puncto 4.* Vaſquez
de excommunicatione dubio 15. n. 6 Armilla
verb. excommunicatio §. 28. Auila *2 p. cap.
4. diſp. vnica dubio 8.* Couarr. *in d. c.* Alma *d.
n. 8.* dicens hanc eſſe communem Theo-
logorum, & Canoniſtarum. Turrecre-
mata *14. qu. 2.* Reginal. *lib. 9. num. 131.* Di-
dac. Perez *inl. 3. titul. 4 lib. 8.* Ordinam. &
alij.

Nec iterùm his obſtat dicere, quod ſi- 14
cut viuentes nunquam priuantur ſuffra-
giis propter ſolam vindictam delicti niſi
in ordine ad emendationem, nec mortui
valeant priuari; ſed reſpondetur contin-
gere id in mortuis propter diuerſitatem
ſtatus, & periculi; nam ſi mortuus extra

gratiam

gratiam deceſſit nihil amplius illi nocebit ſuffragiorum carentia, ſi verò deceſſit in gratia,nullum ruinæ periculum poteſt illi imminere ob defectum ſuffragiorum,ſed ſolū poſſit inde fieri, vt eius pœna in purgatorio diuturnior fit,ita Suarez ibi *d. ſect. 1.diſp.3.n.* 10. vbi ait quod hoc non reputatur ab Eccleſia inconueniens, ſed juſta pœna delicti, & neceſſaria ad obſeruationem Eccleſiaſticæ diſciplinæ,ſed quod quandiu homo in hac vita viuit ſemper imminet periculum majoris ruinæ quoad culpam, & condemnationem, & ob id Eccleſiam nullum priuare ſuo ſubſidio valde vtili ad cauendum hoc periculum in ſolam culpæ vindictam, ſed in ordine ad emendationem, & cum aliqua ſpe illius, quod reſpectu mortuorum non eſt ita ex proximè relatis.

15 Ex quibus,& nunc dicendis patet textum noſtrum non ſolùm loqui de crimine hæreſis, ſed etiam de aliis criminibus juxta relatum in principio contra gloſſam hîc, nam exiſtimo cum eodem Suarez, & aliis *d.diſp.3.ſect.1.n.8.& 9.* poſſe Eccleſiam propter delicta in vita commiſſa, etiam ſi non habuerint cenſuram annexam poſt mortem priuare ſuffragiis ſuis, & honore ſepulturæ in loco ſacro, etiam ſi non judicet, nec declaret talem defunctum eſſe damnatum, nam ſi hoc judicet dicit prorsùs eſſe rem indubitatam, quia jam tunc adjungitur prioribus culpis peccatum finalis impœnitentiæ,

16 quod dignum eſt illa pœna. Et quod ratione illius fortaſsè dictū eſt primo *Ioan. 5.qui viderit fratrem ſuum peccare peccatum ad mortem, non pro illo dico vt oret quis*; ſed vt etiam ſine illa circunſtantia finalis impœnitentiæ cognita interdum hoc poſſit juſtè facere Eccleſia, probando ex eo,quia interdum poteſt Reſpublica punire poſt mortem aliqua delicta in vita commiſſa, quando propter eorum atrocitatem ita expedit ad commune bonum, & ſimiliter, vt idem poſſit Eccleſia per pœnas ſuæ poteſtati proportionatas, & quæ conferre poſſunt ad exemplum, & aliorum fidelium terrorem.

17 Cumque legamus D.Gregor. perſuaſſe quendam Religioſum defunctum ſuffragiis,& communi ſepultura, propter inuētam apud eum pecuniam;cum tamen non conſtaret illum fuiſſe damnatum, vt refert Suarez *d. n.*9. ad idem inducens textum *in c.* 2. *& 4. de ſtatu Monachorum*, ac etiam intelligens factum Cypriani *in d.c.neque* 88. *diſt.* vbi prohibet fieri oblationem,& deprecationem in Eccleſia pro quodam Victore defuncto, eo quod in vita Eccleſiaſticum quoddam decretum tranſgreſſus fuerat, cui tamen decreto nulla excommunicatio ipſo facto erat annexa, quantum ex eo loco colligitur, ſed quod ipſe propter commune bonum illam pœnam impoſuerit, ſicut ſatis iudicant illa verba vltima illius textus, *vt decretum Sacerdotum religioſè,& neceſſariò factum ſeruetur à nobis.*

Ex quibus ego cum eodem Suarez *ſub n.9.* etiam intelligo textum noſtrum vbi non videtur impoſita excommunicatio quæ ipſo jure in vita incurratur, & ſi in verbis ibi: *vt ſaltem poſt mortem dicatur ei anathema,& nomen eius inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur*: non enim ex his aliquod verbum inuenitur quo talem cenſuram indicetur ipſo facto incurri, ſed poſſe Eccleſiam talem pœnam vt dictom eſt imponere poſt mortem in peccato inſtituendi hæredes hæreticos, vel alios ſimiles,quorum inſtitutio fit per teſtamentum, quod tantum per mortem firmatur *juxta l.1.& ſimiles ff.de adimend. legat.* & ita peccatum illud tunc plenè conſummari,& vocans Suarez hunc ſenſum probabilem, concludit poſſe Eccleſiam relatam pœnam poſt mortem impunere, & ſic nunc plenius intelliguntur quæ dixi *dicta alleg.36.in d.n.*15.& 16. vbi,etſi videatur reſolutum incidere Epiſcopum inſtituentem hæredes hæreticos vel paganos in excommunicationem intelligitur iuxta diſtinctiones adductas, quas ubiſer ibi attigi *ex n. 9. 19.* vſque ad finem. 18

Ad ſecundam quæſtionis partem, an in crimine hæreſis poſt mortem valeat quis accuſari per textum noſtrum docui *ſub Rubrica de ſent.& re iudicata ſub qu.*2. *ex n.*14. *verſ.ſed quod in multis caſibus*, inter quos poſita eſt hæreſis applicando ibi dicta *ex n.*1.vbi affirmaui de hoc delicto, & etiam de crimine læſæ Majeſtatis cum aliis modo ibi dicto: quare non repetuntur,quæ latè adducunt Zanchinus *de hæretic.c.*24.*n.*1. & 4. vbi Campegius *lit. A.* Penia *in direct.inquiſit.*3.*p.cōment.*92.*verſ. in crimine* Antonius Gomez *tom.* 3. *var.c.* 1. *n.*80. & ibi cum aliis eius additionator Haillon *n.* 81. Farinac. *in praxi crimin. c.* 10.*n.*37. Barboſa hic *in fin.* Peregrin. *de iure fiſci lib.*4.*titul.*5.*num.*29 & applicabis quæ ſuprà dixi *tit. de accuſationibus.* 19

Ad tertiam quæſtionis partem, an quilibet ſæcularis valeat hæredem inſtituere hæreticum &c. quia inquiſitio pertinet 20

pertinet ad explicationem textus *in cap. in eos 6. hic*, *& in terminis* de illo dixerim *ſub d. alleg. 36. ex n. 26.* ad finem: ideò ad ibi dicta te remitto, ne eadem repetantur contra noſtrum inſtitutum, aliquid *infrà in d. c. in eos.*

AD TEXTVM

In Cap. in eos VI. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtianus nullus poteſt donare Iudæo, aut Hæretico inter viuos, nec in teſtamento legare, niſi cauſa pietatis* n. 1.

1 TExtus iſte habet conſimilem tractationem circa pœnas inſtituentiũ hæredes hæreticos, ſiue teſtator ſit laicus ſiue Eccleſiaſticus, qui cùm abundè explicari valeat *ex dictis proximè in cap. ſi quis Epiſcopus præced. & in tota d. alleg. fiſcal. 36. p. 1. ſuper cap. vergentis hoc tit. & in ſpecie ibi à n. 26.* ideò non amplius inſiſtimus, vnde quamvis ex eadem ratione non poſſit Chriſtianus hæretico aut Iudæo donare inter viuos: Barboſa hic *n. 4.* Franch. *in Rubrica de teſtam. ſub num. 29. in fine*, Ricciulus *de iure perſ. exiſtent. extra grem. Eccl. cap. 44. num. 13. lib. 2.* nec in teſtamento Iudæis vel infidelibus aliquid legare: Ricciul. *d. cap. 44. n. 12. in fine.* Menoch. *conſ. 185. num. 14. & conſ. 186. num. 14.* Sanchez *in præcepta decalogi lib. 2. cap. 31. num. 22.* & citati à Sanctarello *in hoc tractatu cap. 15. num. 4* tamen ex gloſſa hic *verſ. cauſa pietatis*: Dicendum eſt poſſe
2 hæretico relinqui in teſtamento aliquid, & in vita donari cauſa pietatis ad eius neceſſitatem ſubleuandam, Sanchez *ſuprà cap. 14. lib. 2. num. 41.* Molina *de iuſtitia tract. 2. diſp. 154. col. 2.* Sanctarell. *d. cap. 15. num. 7.* Ricciul. *d. c. 44. num. 15.* Barboſa hic *num. 3. & 5.* Surd. *de alimentis tit. 9. q. 33. à n. 7. ex ratione d. gloſſæ* ibi; *ne pereant fame*, poſſiitque pro latiori explanatione applicari plura, quæ dixi *in d. c. vergentis ab allegatione 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.*

AD TEXTVM

In Cap. cùm Chriſtus hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus Dominus, eſt verus Deus ſic tenendum de fide, imò, & quod ſit verus Deus, & homo*, & n. 1.
2 *Chriſtus ſicut verus eſt Deus, ita verus eſt homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens, ſicut oppoſitum ſit hæreticam.*
3 *Propoſitiones hæreticales & damnatæ contra Chriſti Domini fidem ſunt.*
4 *Hæreſis materia condacibilia quadam remiſſiuè annotantur.*
5 *Chriſtus Dominus à Iuliano apoſtata ex ignominia fuit vocatus Galilæus, & Nazarenus.*

DE Chriſto Domino vt Deus, & homo loquitur textus noſter, per quem 1
communis Doctorum ſchola tradit ex Conciliis, & Sanctis, vt quod eſt verus Deus ſit de fide credendum, & quod ſit verus Deus, & homo etiam de fide tenendum *ex conc. 2. Conſtantinopol.* quod eſt Synodus generalis *can. 2. 7. 10.* & ſic ſexta Synodo generali *actor. 4.* ex Concil. Hiſpalenſi *2. cap. 18.* & ex Gregor. Nazianzeno *oratione in Chriſti Natiuitatem* Greg. *lib. 8. Moral. cap. 36.* Leo *epiſt. 97. ad Leon. Auguſt. lib. 4. de Trinit. cap. 7.* Ambroſ. *de incarnationis Dominicæ Sacramento cap. 6. & lib. 2. de fide ad Gratian.* & primum quod ſit verus Deus præter ordinarios ad textum noſtrum, probat Barboſa hic *num. 2.* ex Clemente Romano *lib. 8. conſtit. Apoſtolic. cap. 18.* ex S. Ignatio *in epiſt. ad Antiochen.* & *in epiſt. ad Philadelphum & in epiſt. ad Philip.* ex Dionyſio Areopagita *de Myſtica Theologia cap. 2.* Martial. *in epiſt. ad Burdigalen.* ex Iuſtino *lib. de vera, & recta fide, & in Apologia ad Antonium Pium ex Clem. Alexand. lib. 1. Pædag. cap. 6. in principio*, ex Cypriano *libro quinto ad Quirin. capite 6.* ex Gregor. Thaumat. *in Confeſſione fidei*, quæ extat *in tomis Conciliorum* ante quintam Synodum, & apud Gregor. Nyſc. *in*

in oratione de eadem, & ex Euſebio *lib.* 7.
2 *Hiſtor. cap.* 25. Concludentes, & per textum noſtrum quod ſicut Chriſtus verus eſt Deus, ita verus eſt homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens ſic vt oppoſitum ſit hæreticum, & anathemati ſubjiciatur veluti ſi quis dixiſſet *Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo.*

3 Quapropter cùm aptus ſit textus noſter ad agendum de propoſitionibus hæreticalibos,& damnatis,quia cõtra fidem Chriſti Domini ſunt,ideò per quæſtiones opportonas tractauimus illas, quæ prorius ex littera textus noſtri deduci valebunt, & *infrà in cap.* ad abolendam de illis propoſitionibus falſis, & hæreticis, quæ ſolent à maleuolis, & perfidis Hereſiarchis comminiſci, quibus deſtructis, quid ſecundum fidem Chriſti Dei, & hominis firmiter tenendum ſit, explanauimus clariori, & breuiori modo, quo potuerimus proteſtando vt facimus *in noſtris operibus*, vt non dictum, ſed abolitum ſit quidquid fortè abſonum apparuerit, cùm ex animi noſtri ſententia cordiali ſit tantùm firmiora de fide Chriſtiana, & Apoſtolica ſequi, ac proſequi, alia contra eam qualitercumque ſuſpecta impugnando pro viribus integris.

Interim ad latiorem explicationem
4 textus noſtri adjunges hic, quæ dixi *ſub cap.* 1. *de ſumma Trinit. & fide Catholica, ſub qu.* 1. *an hodie ſit neceſſaria fides explicita incarnationis, &c.* & de illa *in quo die, & menſe Chriſtus ex Maria Virgine incarnatus ac conceptus fuit, & quando natus*, & ibi *qu.* 3. vbi de illis, *an Chriſti aduentus, & Incarnatio Verbi diuini fuerit potius conuenientiſſima, quam quod Pater aut Spiritus ſanctus: Et an Chriſtus ſecundum humanitatem ſit caput totius Eccleſiæ militantis, & triumphantis: Et an negantes Incarnationem, Vnitatem, Trinitatem, & Virginitatem ſanctæ Mariæ relaxandi ſint?* Et etiam adjunges alias quæſtiones, quas de Chriſto adduxi, *in c. nouit.* 13. *de judiciis qu.* 2. *&* 3. *Vbi quod Chriſtus Dominus omnia potenter ſcit, & nemo alius extra eum:* Et de illa, *an Chriſtus Dominus in quantum homo habuiſſet dominiam temporale huius mundi.* Nota per hunc textum cum Couar. *lib.* 4. *variar. c.* 12. Chriſtum à Iuliano ex ignominia fuiſſe vocatum Galilæum &Nazarenum.

QVÆSTIO I.

An ſit Hæreticus, qui nouas & falſas opiniones nouaſque ſectas peruerſaque dogmara gignit aut ſequitur: Et an qui ſacram ſcripturam aliter exponit ac interpretatur, quam exponat, & interpretetur Eccleſia; Et an qui aſſerit Imagines Sanctorum venerandas non eſſe, vel qui affirmat Papam non habere poteſtatem concedendi Indulgentias plenarias ad remiſſionem pœnæ debitæ in Purgatorio, ſeu poteſtatem in temporalibus ſicut in ſpiritualibus, vel illam non habere concedendi Canones. Vbi de pœna ambientis papatum Papa viuente, dicente Bullam Pauli IV. ſuper hoc injuſtam eſſe remiſſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticalium propoſitionum variæ ſpecies recenſentur*, num. ſeq.
2 *Propoſitio hæretica eſt, quæ apertè Catholicæ veritati definitæ contraria eſt, & quæ contrariatur articulis fidei, vel ſcripturis diuinis, aut definitionibus Eccleſiæ &c.*
3 *Propoſitio erronea, quæ ſit, & ex quibus percipiatur.*
4 *Propoſitio ſapiens hæreſim, quæ.*
5 *Falſa propoſitio quænam ſit.*
6 *Injurioſa propoſitio, quæ.*
7 *Scandaloſa propoſitio, quæ dicatur.*
8 *Propoſitio malè ſonans, quæ ſit.*
9 *Propoſitio ſchiſmatica, quæ ſit.*
10 *Propoſitio impia, quæ ſit.*
11 *Blaſphema propoſitio, quæ.*
12 *Propoſitionum vni plures gradus multarum propoſitionum ſolent adjungi, vt exemplificatur.*
13 *Hæreticus eſt & malè de fide ſentiens, is qui nouas, & falſas opiniones, nouaſque ſectas, peruerſaque dogmata gignit vel ſequitur.*
14 *Hæretici ſunt, qui ſacram ſcripturam ſcientes, & videntes aliter exponant, & interpretantur, quam interpretetur Eccleſia: exemplificatur* numer. 15.

16 *Scriptura*

16 *Scripturæ ſacræ, qui immiſcent verba prophanis, & obſcenis, ſunt puniendi, & de pœna cuiuſdam parrochi puniti in S. Officio ob hoc* n. 17.

18 *Hæreticus eſt qui aſſerit peccatum eſſe imagines Sanctorum venerari, & quod error hæreticorũ in hoc eſt impius*, n. 19.

20 *Imagines Eccleſiæ, & alias iniurians, ſeu infringens non dicitur hæreticus, niſi eſſet diffamatus.*

21 *Imagines infringens, aut alias iniurias illis faciens, eſt valdè ſuſpectus de hæreſi, niſi ex aliqua circunſtantia ſubleuetur.*

22 *Imaginum ſacrarum nulla datur idololatria in earum cultu, item & reliquiarum.*

23 *Imaginum percutientium factum potius eſt, vt dicatur hæreticale, cui imponitur abiuratio.*

24 *Hæreticus eſt, qui aſſerit Papam non habere poteſtatem concedendi indulgentias ad remiſſionem pœnæ debitæ in Purgatorio, debitis circunſtantiis ſeruatis, vel aſſerens eas eſſe inutiles.*

25 *Hæreticus eſt, qui aſſerit excommunicationes Papæ, & Prælatorum non eſſe timendas.*

26 *Hæreticus eſt, qui credit non eſſe obediendum Papæ, Papamque non habere poteſtatem concedendi Canones.*

27 *Hæreticus eſt, qui aſſerit Papam non habere in temporalibus, nec abſolutè, nec in ordine ad ſpiritualia poteſtatem.*

28 *Papatum ambientiũ pœna remiſſiuè.*

29 *Hæreticus exterior non eſt, qui hæreſim manifeſtat per actus indifferentes niſi ex circunſtantiis hæreſis colligatur; nec qui characteribus ſibi notis manifeſtat in cifra hæreſim benè tamen ſi illam ſcribat in arena, aut aliter.*

30 *Hæreticus non eſt, qui profert vel ſcripto quod exiſtimat eſſe hæreſim; nec qui exercet bona opera vel mala omittit per quæ ſecta manifeſtatur, niſi &c.* n. 31. *nec qui in confeſſione hæreſim manifeſtat bono animo, ſecus ſi ad decipiendum Confeſſarium* n 31. *nec qui amico animo capiẽdi cõſiliũ, nec ſit exterius, qui abſque complacẽtia dicit ſe olim aliquid contra fidẽ credidiſſe, nec, qui legendo, diſputando, narrãdo, trãſcribendo &c. nec qui refert ſe aliquãdo in hæreſim conſenſiſſe, niſi &c.*

1 VT ad has, & alias difficultates propoſitionum hæreticalium, vel non hæreticalium, etſi punibiles inueniãtur, præmitti nobis viſum eſt, vt diſtinguamus inter illas, quæ ſolent occurri, ſiue concurri cum ſimilitudine, ſiue differentia, & quia Reuerendiſſimus Pegna *comment.* 28. *p.* 2. *ſuper Eymeric.* gradus varios propoſitionum in fide peccantium enumerauit, quos non explicauit, nec exemplis illuſtrauit, inde fit vt ex Amaldo, Albertino *q.* 6. *de agnoſcend. aſſertionibus Catholicis*, & ex Simanc. *in enchiridion. violatæ Religionis tit.* 44. ex Diana *ſub p.* 4. *tract.* 7. Carena & aliis referendis *breui, ſub compendio* illas ſubdiſtinguamus, vt ſic facilius, quæ hæreticæ formaliter, aut ſapientes hæreſim, ſiue ſuſpectæ intelligantur, aut extra cenſuram fidei, qui, & alij D D. deſumunt *ex Conſilio Conſtant. ſeſſ.* 8. in ſententia damnationis articulorum Ioan. Vicicleph. *& ſeſſ.* 25. *in ſententia damnationis* Ioannis Hus, in quibus ſententiis Concilium fuit mentionem propoſitionis hæreticæ erroneæ, hæreſim ſapientis, temerariæ, falſæ, iniurioſæ, ſcandaloſæ, piarum aurium offenſiuæ, malè ſonantis, ſeditioſæ, ſeu ſchiſmaticæ, impiæ, blaſphemæ.

Hæretica erit propoſitio, quæ apertè Catholicæ veritati de fide definitæ contraria eſt, ſiue propoſitio ab hæretico procedat, ſiue à Catholico, Suarez *de fide diſp.* 19. *ſect.* 2. *num.* 2. *&* 3. Ricciul. *de iure perſonar. extra grem. Eccleſiæ exiſt. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 1. *&* 3. Caietan. *in* 2. 2. *q.* 11. *art.* 1. Albertin. *de agnoſcend. aſſert. d. q.* 6. *n.* 1. Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 54. *num.* 3. Carena *de offic. inquiſit. p.* 2. *tit.* 16. §. 1. Variola *in comment. floriũ* Franc. Pegnæ *p.* 3. cum Alex. *Penſatio in* 22. *qu.* 101. *art.* 1. *diſp.* 1. qui amplius declarat, quæ contrariatur ſcilicet articulis fidei, vel ſcripturis diuinis rectè intellectis, vel traditionibus, ac definitionibus Eccleſiæ, vel Conciliis generalibus legitimè congregatis, & confirmatis, & diffinitionibus ſedis Apoſtolicæ, vel communi ſententiæ Doctorum Eccleſiæ in his, quæ ad fidem pertinent, & quia Suarez de tribus virtutibus, & de fide, Turrecremata, & Cano ponunt aliquas regulas, ad cognoſcẽdas propoſitiones hæreticas, octoque poſuerit Cano *de locis Theologiæ lib.* 12. *à cap.* 7. Suarez quinque eas omnes cum Eymerico reducit ad tres; Egidius Trulenck *in opere morali lib.* 1. *c.* 2. *dubio* 4. *num.* 3. ideò ſequentia leges etiam. 4

Erronea propoſitio eſt ea quæ facit cõtra veritatem aliquam ab Eccleſia nõ definitam, vel non omnibus manifeſtam, vel 5

à proferente ignoratam, & quod proinde ſit illa, quæ continet errorem contra veritatem aliquam obſcuram nondum ab Eccleſia definitam, Molfeſ. *in ſumma tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 2. *num.* 57. idem Variola, & Carena §. 2. *ſuprà* Simanc. *d. tit.* 54. *num.* 8. Albertin. *q.* 6. *num.* 2. Suarez *d. ſect.* 2. *à num.* 11. Ricciul. *d. cap.* 8. *n.* 10. Ludouic. à Paramo *de origine S. inquiſit. lib.* 4. *q.* 3. *num.* 105. exemplis explicat Trulenk. legendus cum Suarez, Palao, & Turriano *d. dub.* 4. *num.* 4.

4 Sapiens hæreſim propoſitio ea eſt, quæ prima conſideratione habet ſenſum hæreticum, piè tamen intellecta poteſt habere ſenſum Catholicum, Simanc. Albertin. Carena, Variola, & alij exemplificantes, quæ ſolet vocari ſuſpecta de hæreſi, de qua cum Reginaldo Trulenk *n.* 6. & *num.* 7. vbi videtur ponere differentiam inter duas has *cap. cum leges* cum Suarez, Palao, Caro, & Reginaldo temeraria eſt qua aliquid tanquam certum aſſeritur, quod nulla poteſt ratione vel auctoritate efficaciter probari, vt ſiqnis diceret quod mundus intra decem annos finietur; Albertin. *ſup. num.* 7. Ricciul. *n.* 11. Suarez *num.* 20. Paramo *q.* 3. *n.* 108. Molfeſ. *tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 2. *num.* 61. cum Suarez, Turriano, Vàzquez, Caſtro, Reginald. exemplificat Trulenk, *ſup. num.* 9.

5 Falſa inquam propoſitio reducitur ad erroneam vt de ſe patet, ac fatentur omnes.

6 Iniurioſa propoſitio eſt, quæ detrahit alicui fidelium ſtatui, vt ſunt verba, quæ proferuntur aliquando contra aliquas religiones, vel contra aliquam perſonam inſignem: Hyeronim. Tamarit *in ſuis floribus Theologalib. comment.* 1. *q.* 17. *ſeu fin.* Mag. ſentent. Molfeſius, & Ricciulus *ſup. num.* 15. Trulenk *ſuprà num.* 12. modo ſequenti exemplificant, omnes deordine mendicantium ſunt hæretici, Papa eſt antichriſtus, Cardinales ſunt miniſtri antichriſti.

7 Scandaloſa propoſitio eſt, quæ in materia doctrinæ ſolet præbere occaſionem errandi; Ricciulus *d. cap.* 8. *num.* 14. Suarez *d. ſect.* 2. *num.* 19. Molfeſ. *num.* 60. *ſuprà* Carena *num.* 12. ad quam reducitur male ſonans, vel piarum aurium offenſiua vt exemplificat Variola dicendo eam eſſe, quæ præſtat occaſionem facilem cadendi in hæreſim vt aſſerendo ſimpliciter Patrem eſſe maiorem filio, & Deum in incarnatione creaturam factum, quæ ſunt potius exponendæ, quam extendendæ: & alia dicens addit, quod piæ aures dicuntur, quæ penetrant intus auditæ propoſitionis ſenſum, & quæ de rebus fidei Catholicæ, & optimis maioribus bene ſentiunt.

Male ſonans propoſitio eſt quæ nudè 8
ſumpta videatur Catholica; tamen iuncta cum circunſtantiis loci, temporis, & perſonarum male ſonat, vt propoſitio hæc, *fides iuſtificat*, quæ uunc hæreſibus modernis attentis dicitur male ſonare vt traduut Ludouic. à Paramo *ſup. num.* 107. Suarez *d. ſect.* 7. *num.* 18. Molfeſ. *num.* 59. Carena. *n.* 10. vbi quod talis eſſet, etiam propoſitio illius, qui aſſereret, qnod plures ſaluantur in ſtatu ſæculari, quam in Religioſo, addentes quod ab hac propoſitionum ſpecie parum, aut etiam nihil diſtare videatur propoſitio relata piarum aurium offenſiua.

Schiſmatica propoſitio ſine ſeditioſa, vt 9
infra de ſchiſmaticis dicimus *tit. ſequenti*, eſt, quæ in Eccleſia vel populu Dei diuiſionem, ſeditionem & ſchiſma induceret, vt dicendo quod malo prælato, ſeu Regi non eſt obediendum, Variola vbi *ſuprà*, vel poſſe dari in Eccleſia duos Pontifices, Molfeſius *ſup. d. tom.* 1. *ſum. tract.* 11. *cap.* 2. *num.* 62. Ricciul. *num.* 13. Simanc. *d. tit.* 54. *num.* 14. Paramo *num.* 111. vel Papa non eſt ſuperior Epiſcopo, nec Epiſcopus ſimplici Sacerdote, cum Reginald. Trulenk. *d. dubio* 4. *lib.* 1. *n.* 11.

Impia propoſitio eſt ea, qua aſſeritur 10
pro animabus Purgatorij non eſſe orandum, vel indulgentias à Papa illis conceſſas non prodeſſe; ſic Variola *ſuprà, d. p.* 3. *comment. Pegnæ*, vbi quod hæc propoſitio hæretica quoque eſt, vel quod impia propoſitio dicitur, cum eſt contra præcepta Dei, & addit quod nihil prohibet eandem propoſitionem varias ſimul habere æqualitates, ſiquidem eiuſmodi non ſunt, vt ſe inuicem expellant, & concurrere nequeant.

Blaſphema propoſitio eſt irrogatio in- 11
iuriæ Deo factæ quod ei non conuenit tribuendo quod eſt contra miſericordiam, vel cum ab eodem, quod ei conuenit delegatur, quod eſt contra iuſtitiam, vel cum creaturæ tribuitur, quod eſt proprium Dei, id eſt contra maieſtatem Diuinã, ſic Variola, vbi addit breuius eam eſſe, quæ Deo, vel ſanctis injuriam irrogat, quod hæreticalis dicitur illa, quæ pugnat cum articulis fidei, vel negat Chriſtum dictis, vel factis *ex Canone* æſtimant,

mant, *& Can. non ſolum* 11. q. 3. Farinac. *in praxi* q. 20. *num.* 29. *&* 30. de qua, & aliis infra de maledicis, aliquid Trulenk *d. dub.* 4. *num.* 13.

12 Et quia ad has fere propoſitiones reducuntur, ſi quæ aliæ fuerint cenſurandæ per qualificatores S. Officij inquiſitionis addo notabiliter non repugnare, imo vt ſæpe euenire ſolent, quod vni ſoli propoſitioni plures gradus *ex ſuprà dictis proxime memoratis, & ſuper Rubrica* conueniant Suarez *d. ſect.* 2. *num.* 25. *verſ. aliud eſt obſeruandum*; vbi hoc probat ex concilio Conſtant. *ſeſſ.* 22. vbi propoſitio illa *Chriſtus quotidie peccat*, licet poſſit Catholice intelligi declarando illam in ſuis membris attamen vt nominetur ibi à Concilio erronea, ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua ſcribit, videndi ſunt Carena *ſup. num.* 14. Simanc. *d. tit.* 54. *num.* 19. Ricciulus *d. cap.* 8. *num.* 17. *verſ. cæterum* Lelius Zechius *p.* 1. *ſummæ Rubr. de fide cap.* 11. *num.* 3. Pater Zaynard *in ſum. diuinor. præcept. p.* 1. *Rubr. de fide cap.* 11. *num.* 3. & alij agentes de relatis propoſitionibus, & ad plenam explicationem leges Trulenk *d. dub.* 4. *ex num.* 14. *ad* 19. vbi ponit quinque notabilia ad explanandas prædictas, propoſitiones de quibus aliquid *infra, ſub q.* 9.

13 Ad primam quæſtionis partem ex his iam pergimus, & ad alia, quæ huic capiti conueniunt, nunc reſpondebimus vt ſit hæreticus maleque de fide ſentire reputetur is, qui nouas, & falſas opiniones nouaſque ſectas peruerſaque dogmata gignit, vel ſequitur: ſic DD. per textum *in cap. hæreticus* 24. *q. in verbis ſequentibus hæreticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloria Principatuſque ſui gratia falſas vel nouas opiniones gignit, vel ſequitur*; vbi præſertim Turrecremata, pluribus contra inſurgit, & reſpondendo tenet cum Hoſtienſe, Zabarella, Anania, Socino, Albertino, Vmberto, Locato, Calderino, Dino Thoma, *Repertorio inquiſit.* Simanch. Oldrado, Cater. Vitalino Claro, Roxas, Reginaldo, Petro Greg. & aliis docet Farinacius *de hæreſi q.* 178. *§.* 2. *num.* 50. & alij etiam per gloſſam *in cap. firmiſſime hic verbo hæreticorum verſ. itemque confugit*; vbi præter antiquos relatos etiam Hoſtienſ. & facit textus *in cap. inter hæreſim* 24. *q.* 3. *ibi arbitratur quod hæreſis peruerſum dogma habeat*, late Sanchez *in præcept. decalogi lib.* 2. *cap.* 7. Ricciul. *de iure perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 5. *c.* 1. cum multis Auguſtinus relatus *in d. cap. Hæreticus*; vbi id oſtendit Auguſt. *lib. de vtilitate credendi, c.* 1.

Ad ſecundam, vt etiam ſint hæretici, qui Sacram ſcripturam ſcientes, & videntes, aliter exponunt, & interpretantur, quam interpretetur Eccleſia ſecundum gloſſam *in d. cap. firmiſſimè hoc tit. in verb. hæreticum verſ. qui errat*, in expoſitione Sacræ ſcripturæ: Doctores per verba text. *in cap. hæreſis* 24. *q.* 3. *ibi: quicumque igitur aliter ſcripturam intelligit quam ſenſus ſpiritus Sancti flagitat, quod ſcripta eſt licet Eccleſia non receſſerit: Tamen Hæreticus appellari poteſt, & de carnis operibus eſt eligens, quæ peiora ſunt*; vbi Archidiacon. *num.* 2. Turrecremata *num.* 1. *in fine*, & alij ex antiquis *in d. cap. firmiſſime* Farinac. *d. q.* 178. *§. num.* 51. cum Arnaldo, Azor, Roſela, Simanchas Grillando, Gundiſalico, Eymerico *in direct.* Alex. de Neuo, Deciano, Leſſio, Zechio, Roxas, Azor Ieſuita, & aliis, & ſic *de hæretis. p.* 1. *num.* 474. Ricciul. *d. lib.* 5. *cap.* 8. *num* 4 Albertin. *de agnoſcendis q.* 30. *n.* 15. Carena *d. p.* 2. *tit.* 16. *nu.* 4. 14

Dicunt quod, qui aſſerunt contra ea, quæ ſunt in Sacra ſcriptura ſi dicerent *Iobiam non habuiſſe canem* (de quo dubitarunt nonnulli) ſine dubio, & quod talis propoſitio ſit hæretica & quod aſſerens talem propoſitionem eſt examinandus, & ſi poſt informationem adhuc in ſua opinione perſiſteret, ſit contra eum vt hæreticum procedendum. 15

Et quod valde puniendi ſunt, qui Sacræ ſcripturæ verba prophanis, & obſcenis immiſcent, & applicant DD. per verba Tridentini docent *ſeſſ.* 4 *in ſequentibus*. [poſt hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertantur, & torqueantur verba, & ſententiæ Sacræ ſcripturæ ad ſcurrilia ſcilicet fabuloſa &c. vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones impias, & Diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos, mandat, & præcipit ad tollendam huiuſmodi irreuerentiam, & contemptum ne de cætero quiſquam quomodolibet verba ſcripturæ Sacræ ad hæc, & ſimilia audeat vſurpare, vt omnes huius generis homines temerarios, & violatores verbi Dei iuris & arbitrij pænis per Epiſcopos exerceantur,] & referens Vmbertus Locatus poſt ſuas quæſtiones caſu primo, & Farinac. *d. q.* 178. *§.* 2. *num.* 52. Cum eo adducunt quemdam Rochum approbatæ Religionis profeſſum in palatio Sancti, 16 17

Officij fuiſſe fuſtigatum priuatumque
omnibus actibus legitimis, & voce acti-
ua,& paſſiua per decennium,ac per trien-
nium omni feria ſexta ieiunio affictum,
ob id quod in quodam turpi & ſcanda-
loſo ludo, quem cum ſuis cempreſſori-
bus immiſcuiſſet Hymnum, *iam lucis orto*
ſidere nonnulla, & impudica verba, &
actus inhoneſtos addidiſſet, videndi ſunt
Simanch. *de Catholic. tit.* 59. *Rubrica de*
ſcripturis diuinis à num. 16. Azorius *in ſum-*
ma p. 1. *lib.* 8. *cap.* 2. *in* 4. *quæſt.* Farinac.
& Barboſa cum aliis *in d. trid. decreto.*

18 Ad Tertiam quæſtionis partem, an
ſit hæreticus, qui aſſerit peccatum eſſe
imagines ſanctorum venerari & ſuppoſi-
tis quæ DD. notant, & ego *ſub. tit. de*
reliquiis & vener. Sanctorum affirmatiue
reſpondetur, quia cum imaginum vſus
diuina, & Apoſtolica introductione ſit
introductus, ex veteris, ac noui teſta-
menti ſcripturis, Apoſtolicis traditioni-
bus, Sanctorum patrum, & conciliorum
decretis, & omnium ſæculorum con-
ſuetudine approbatus vſu plurimis maxi-
mis veriſſimiſque miraculis illuſtratus.
19 Ideo cum Simancas *de Catholic. inſtit. tit.*
33. *Rubrica de imaginibus à num.* 1. quem
ſequitur Farinac. *d. q.* 178. §. *numero* 53.
dicendum eſt, vt impius ſit error Hære-
ticorum, qui ſanctorum imagines repro-
bare, & ab Eccleſia pellere conantur, ac
impudenter dicentes Chriſti, & ſancto-
rum imagines venerandas non eſſe, cum
& veneraodæ, & adorandæ ſint; modo
quo ſcripſit idem Simancas, & poſt Fa-
rinac: Suarez *in defenſione aduerſus Angli-*
canæ ſectæ errores lib. 2. *cap.* 10. 11. Iacob
de Graffi. *lib.* 2. *cap.* 2. *Rubrica de latria*
num. 4. 14. *&* 15. Schilante *de fide Catho-*
20 *lica cap.* 50. Vbi quod imagines Eccleſiæ
frangens aliaſque, injurias illis faciens
non dicitur hæreticus, niſi eſſet diffama-
tus, quod talia faceret exiſtimans eas non
eſſe venerandas, & multo magis ſi per-
tinaciter, aſſeueraret eſſe peccatum adora-
re id, quod repræſentatur per imagi-
nes.

21 Additque Farinac, vbi *ſuprà* quod li-
cet ſupra frangens aliaſque injurias ima-
ginibus Eccclesiæ faciens non dicatur
hæreticus, ſit tamen valde de hæreſi ſuſ-
pectus, niſi ex aliqua alia circunſtantia
ab hac ſuſpicione ſubleuetur, ſic com-
probans ex decreto de hac re tridentini
concilij *ſeſſ.* 25. *Rubrica de inuocatione &c.*
& Sacris imaginibus in verbis ſequentibus
alloquente imagines Chriſti, Virginis &, alio-
rum Sanctorum in templis præſertim haben-
das & retinendas eiſque debitum honorem
& venerationem impartiendam, non quod
credatur ineſſe aliqua in eis diuinitas, vel
virtus, propter quam ſint colendæ, vel
quod ab eis ſit aliquid petendum, vel
quod fiducia in imaginibus ſit fingenda
veluti olim fiebat à gentibus, quæ in ido-
lis, ſpem ſuam ponebant, ſed quoniam
hanc, quæ exhibetur eis, refertur ad pro-
totypa, quæ illam repræſentant, ita per
imagines, quas oſculamur, & coram qui-
bus caput aperimus, & procumbimus vt
Chriſtum adoremus, & Sanctos, quorum
illæ ſimilitudinem gerunt veneremur late
explanant, Archangelus Rubeus *in ſuo ope-*
re incarnationis diſt. 9. *verſ. imagines Chriſti*
late Alexander Peſant. *ad Thom. in* 3. *p. q.*
25. *art.* 3. *diſp.* 1. *&* 2. Gregor. de Valentia
ad eumdem D. Thom. 2. 2. *q.* 9. Et ibi alij 21
Theologi puncto 6. *diſp.* 6. vbi pluribus
docet nullam eſſe idololatriam in cultu
Sacratum imaginum, & reliquiarum cul-
tu, & veneratione pluribus comprobat
Barboſa *in d. decreto Trid. num.* 1. Vbi ex
Caſtro *lib.* 8. *aduerſus hæreſes verb. imago*,
Guillelmo Durando *in rationali diuinor.*
lib. 1. *cap.* 3. Cardinali Bellarmino *in contr.*
Cathol. controuerſ. 7. *lib.* 1. Azeuedo *in l.*
13. *à princ. tit.* 1. *lib.* 1. *Recopil.* Paulo fuſco
de viſitatione lib. 1. *cap.* 9. Nauarr. *in ma-*
nuali cap. 11. *num.* 21. *verſ.* 7. *& cap.* 27.
verſ. 169. Sarmiento *lib.* 2. *ſelect. cap.* 14.
num. 2. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 9. *cap.*
6. *&* 8. Vazquez *in tract. de adoratione*
imagin. lib. 3. *diſp.* 3. *à n.* 8. Ægid. Trulenk
in decalog. *lib.* 1. *cap.* 9. *dub.* 5. *cum ſeq. &*
præcipue dub. 7. Caſtro-Palao, *in opere mo-*
rali tom. 2. *tract.* 8. *diſp.* 1. *puncto* 3. *&* 4.
cum Hieron. Rodrig. Bartholomæo à Me-
dina, Sebaſtiano Medicis, Hieronymo
Romano, frater Emanuel Rodr. & aliis,
& nos latiſſime *ſub. d. tit. de reliquiis &*
vener. Sanct. & addo iis delRium *in diſ-*
quiſit. Magiſ. lib. 5. *ſect.* 16. §. 23. *Sacer-*
dotes, Riccium *in praxi tom.* 1. *reſ.* 423. 23
Seſſe *tom.* 4. *deciſ.* 443. *num.* 19. Zechium,
in ſumma tom. 1. *cap.* 11. *num.* 5. Carrer. *in*
tract. de hæret. num. 49. Raphaël delatorre
in 22. *d. Thom. q.* 96. *art.* 4. *diſp.* 2. con-
tra Torreblanca *in Epitome delictorum, ſiue*
de Magia lib. 3. *cap.* 8. *num.* 17. Chixian-
dum *de Sortilegiis* aſſerentes factum ſpur-
cantium, & percutientium Sacras imagi-
nes non eſſe hæreticale, contra quos poſt
illos inſurgit Diana *p.* 4. *tract.* 7. *reſ.* 9.
cum Genuenſe *in praxi Archiep. cap.* 18.
num. 12. Lazzatio *de blaſphemia q.* 6. *n.* 8.
teſtante

teſtante eſſe hæreticale, & quod ſic in noſtro ſupremo conſilio S. inquiſit. fuerit reſolutum, & quod ij puniantur abjuratione, quia ab indiciis malæ credulitatis non longe recedunt; cum male videantur de omnipotentia, judicio, & juſtitia Dei ſentire, faciendo id quod facere ſolent hoſtes fidei noſtræ, videndus Simanchas *tit.* 27 *num.* 20. *&* 21. dicens eos ab inquiſitoribus poſſe puniri, ieiuniis, eleemoſynis, pecunia vel pæna publica, addens vt inquiſitores ſciant laborando, ſi forte intellectus errore pertinaci facinora iſta perpetrata ſint, & tunc non ſecus procedant aduerſus illos, ac aduerſus hæreticos, vel ſuſpectos, & quod poterunt etiam purgatione Canonica, & aliis arbitrariis pænis vti pertinaces atque impænitentes Curiæ ſæculari tradere, vſque ad mortem, Genuenſis *ſuprà* Souſa *in aphor. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 16.

14 Ad quartam quæſtionis partem dico, vt ſit hæreticus, qui aſſerit Papam non habere poteſtatem concedendi indulgentias plenarias ad remiſſionē pænæ debitæ in Purgatorio debitis circunſtãtiis ſeruatis quia eſſet talis aſſertio cõtra articulum fidei Carrer. *in hoc tract. de aſſerentib Papam nõ habere poteſtat. dimittendi peccata, & art. ſequenti*; vbi de Papa non exiſtente in ea Sanctitate, in qua fuit Petrus, *& in verſ. idem quoque*, vbi pariter de negantibus indulgentias à Papa conceſſas prodeſſe, & *in verſ. item aſſerentes ſolum bonum Papam*, & *in verſ. ſequenti*, addentes ad Clarum *in §. hæreſis lit. F. la.* 2. *verſ. item qui credit* Pegnam, Hypolit. Reginald. *conſ.* 395. *num*, 22. cum iſtis Farinac. *ſup. num.* 54. eſt enim ex Tridení à Chriſto Domino poteſtas concedendi indulgentias Chriſtianoque populo hunc vſum eſſe nimis ſalutarem & Sacrorum conciliorum probatum & in Eccleſia fore retinendum, anathematæ damnans eos, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem negant, ſic DD. plures quos congerit Barboſa Theologos, & luriſtas *in d. Trid. ſeſſ.* 25. *fol. mihi* 490. & ex Matth. *cap.* 16. Ioan. 20. & *ex cap. andiuimus cap. quodcumque* 24. *q.* 1. *cap. vt conſtitueretur* 50. *diſt.* 2. *cap. adhuc de pænit. & Remiſſ. lib.* 6. & ex multis conciliis ſic definitum Carthagin 4. *cap.* 75. Agathen. *cap.* 60. de quibus agimus late *in cap. cum ex eo infra de pænit. & Remiſſionibus* & ſic non amplius inſiſtimus, quierror fuit illius peruerſi Hæreſiarchæ Lutheri inter alios errores negantis in Papa poteſtatem indulgentias concedendi.

Et ob id hæreticum eſſe, qui aſſerit, 25 excommunicationes Papæ, & Prælatorum non eſſe timendas, idem Farinac. *d. num.* 54. *Verſ. item* Decianus cum multis *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 17. *verſ.* 17 *& in verſ. itemque aſſerit*, & qui aſſerit diſpenſationes Pontificis non eſſe ſeruandas; idem Decian. *verſ.* 20. *& verſ. item qui negant primatum Eccleſiæ.*

Et ex eadem ratione ad vltimam par- 26 tem quæſtionis reſpondetur, vt ſit hæreticus, qui credit non eſſe obediendum Papæ, Papamque non habere poteſtatem concedendi Canones; ſic Farinac. vbi *ſup. n.* 58. quod fulcitur *ex dictis late ſuprà inſtit. & Rubrica de conſtit.* per multas, & ex his quæ adduxi *ſub cap. nouit de iudiciis à q.* 4. vbi de poteſtate juriſdictionali S. Petri, & aliorum Pontificum, *& ſub. cap.* 12. *illius tit.* ex quibus ad ſaturitatem ampliatur materia; imo, & quod ſit apoſtata, late ſcripſit idem Farinac. legendus *de* 27 *hæreſi q.* 183. vbi leges. Et ob hæc eſſe hæreticum, qui aſſerit Papam non habere poteſtatem in temporalibus nec abſolute nec in ordine ad ſpiritualia, quidquid aliter, & minus bene loquutus fuerit Decian. *lib.* 5. *crim. cap.* 17. *verſ.* 16. *& in verſ. item. aſſerens Papam non poſſe habere*: & ante Decian. Carrer. *hoc tract poſt num.* 30. contra, quos Farinac. *d. q.* 178. §. 2. *num.* 55. *verſ. ita etiam*, ad quod applicanda ſunt, quæ dixi *in d. cap. nouit.* 13. *de Iudic. ſub d. q.* 4. ibi de quæſtione illa *an Petrus, & Pontifices eorumque ſucceſſores ſint, & fuerint Domini vniuerſi Orbis, & q.* 6. *vbi, an Rex Hiſpaniæ & Franciæ ſubſint in aliquo imperatori Romæ aut Papæ in temporalibus* & dicta *ſub q.* 7. 8. & aliis, & *ſub q.* 5. vbi dum egi de illa, *an imperator, ſit mundi Dominus, vel ſit aliquis pecularis Princeps Dominus totius Orbis*, ibi *ſub num.* 6. dixi Pontificem habere vtramque poteſtatem modo ibi dicto, & *ſub q.* 5. de 28 pæna ambientis Papatum maleque ſentientis de Bulla Pauli IV. ſuper hoc *infra* de ſchiſmaticis.

Pro complemento quod hæreticus 29 exterior non eſt, qui hæreſim manifeſtat per actus indifferentes vel ita eſt, niſi ex circunſtantiis hæreſis colligatur; neo exterior erit, qui Characteribus ſibi notis in Ziffra hæreſim manifeſtat, bene tamen ſi illam ſcribat in arena, aquâ, vel aere, aut digitorum litteris tanquam pluma in aëre formatis, aut litteris Latinis, Græcis, Hæbraicis, aut alterius idiomatis non

non eſſe improbabilem, non eſſe hæreticum externum, ſi præſentes non de-
30 prehenderint illum eſſe hæreticum. Nec dicitur Hæreticus, qui profert ore vel ſcripto quod exiſtimat eſſe hæreſim, niſi dicat ſe exiſtimare oppoſitum de fide. Et
31 quod nec eſt hæretiens externus, qui exercet bona opera, vel mala omittit per quæ ſecta manifeſtatur, niſi eſſet in oppi-
23 dis hæreticorum. Nec ille qui ſuam hæreſim manifeſtat in confeſſione bono animo, ſecus eſt ad inducendum, vel decipiendum confeſſarium, nec qui amico vel alij manifeſtat ſuam hæreſim, animo capiendi conſilium quando iudicat ſe eſſe in illa hæreſi, nec eſt hæreticus externus, qui abſque complacentia hæreſis dicit ſe olim aliquid contra fidem crediδiſſe, non vero nunc, nec qui legendo, diſputando, aut narrando aut tranſeribendo gratia tantum legendi, niſi id expertus eo animo ſe inebriaret nec qui refert ſe aliquando in hæreſim conſenſiſſe recolligit Trullenk *in opere morali lib.* 11. *p.* 2. *dub.* 3.

QVÆSTIO II.

An Arbitrium liberum negantes aſſerenteſque prædeſtinatos à Deo non poſſe murare voluntatem ſint hærerici & de aliis. Er an aſſerens animam eſſe mortalem, ſeu aſſerens animam eſſe ex ſanguine generatam ex præcedenti materia, ſeu ex traduce, vel credens animam traduci de corpore in corpus: Vel animam eſſe Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia; ſeu animas non immediate à Deo creari, ſed vel ab Angelis, vel ex igne ſeu animam anre crearum corpus peccaſſe, & propterea in pænam fuiſſe incluſam in corpus, vr in carcerem. Vel animas impiorum poſt mortem in dæmones, ſeu in alia animalia ſuis meriris congrua conuerti. Vel ſubſtantiam animæ rationalis, ſeu inrellectiuæ non eſſe veram formam per ſe humani Corporis, ſint hæretici ſeu de hæreſi ſuſpecti.

SVMMARIVM.

1 *Prædeſtinati negantes vt non poſſint mutare liberum arbitrium, nec illis nocere mala, nec opera bona prodeſſe, ſunt hæretici contra plures aſſertiones de libero arbitrio hic, & num.* 2.

2 *Prædeſtinati qui ſunt à Deo, niſi ex ſpeciali reuelatione, nequit ſciri.*

3 *Animam ſimul cum corpore mori hæreticum eſt aſſerere num.* 4.

4 *Paradiſus vel infernus, quod non ſint aſſerere eſt hæreticum.*

5 *Purgatorium non eſſe docentes faciunt contra Catholicam Eccleſiam eiuſque traditiones.*

6 *Animarum receptacula quatuor; Purgatorium, Limbum, Infernum, & Paradiſum.*

7 *Animarum pœna in duratione Purgatorij num ſint æquales in omnibus animabus, quæ ibi purgantur & quod ob gratiam peccata pluribus annis puniantur ſub num.* 11.

8 *Suffragia viuorum proſunt defunctis, & num.* 11. *&* 12.

9 *Infernum damnatorum eſt in centro Terræ.*

10 *Paruuli in limbo tantum patiuntur pœnam damni, ſpeculanturque naturalia.*

11 *Animæ aliæ per aliorum ſuffragia liberantur.*

12 *Orationes noſtræ defunctis proſunt per modum impetrationis.*

13 *Beati cæli interdum orant pro animabus purgatorij, impetrando illis gratuitam alicuius pœnæ remiſſionem.*

14 *Anima, quod ſit Sanguis, dicere eſt hæreticum, & quod generatur ex præexiſtente materia, & ex traduce.*

15 *Anima rationalis, & intellectiua eſt forma ſubſtantialis per ſe humani Corporis vere, & num.* 17. *&* 19.

16 *Animam traduci de corpore in corpus, hæreſis eſt dici.*

18 *Animam dicere fuiſſe formatam, prius quam corpus, eſt hæreticum, quid de aſſerentibus eſſe Dei ſubſtantiam vel animas non creari immediate à Deo, ſed ab Angelis, & ex igne, & ſpiritu, vel de aſſerentibus animas impiorum poſt mortem tranſire in Dæmones, vel alia animalia.*

19 *Anima quod intereat, vna cum corpore hæreticum eſt aſſerere; & quod ſuſcitabit eum eo quid de aſſerentibus animam ante creatum Corpus peccaſſe & in pœnam*

in pœnam in corpore incluſam fuiſſe, & quid de dicente animam mortuo corpore tranſire in aliud corpus humanum.

1 AD primam quæſtiouis partem, hæretici an ſint negantes liberum arbitrium aſſerenteſque prædeſtinatos à Deo non poſſe mutare voluntatem, atque ideo iis nec nocere mala, nec prodeſſe bona, de quo ſunt videndi Caſtro *in tract. de hæretic. verb. prædeſtinatio, & in verbo gratias, in verbo libertas & in verbo meritum & in verbo opera, & in verbo votum* Decianus *in tract. crimin. lib. 5. cap. 17. verſ. 9.* 4. Farinac. *de hæreſi q.* 278. §. 1. *num.* 60. affirmantes tales hæreticos eſſe, idemque de credentibus juſtum poſſe certo ſcire ſe eſſe prædeſtinatum, ſine Dei ſpeciali reuelatione, vel gratiam ſemel per Baptiſmum acceptam non poſſe amitti, vel quod ſemel amiſſa nunquam recuperari poſſit, vel quod opera noſtra nullum poſſint conſequi meritum, vel qui putarent nullum opus noſtrum eſſe bonum, niſi dumtaxat ex amore erga Deum, etiam ſi fieret gratia conſequendæ ſalutis æternæ vel quod homo, poſtquam ad gradum perfectionis peruenerit, nulla debet opera bona facere. Vel quod nullum opus bonum ſit ad vitam æternam conſequendam neceſſarium, vel quod prædeſtinatis nihil faciat liberum arbitrium, cum eorum opera bona vel mala nec proſint, nec noceant. Contra quos quidem maxime inſurgit idem Alfonſius à Caſtro vbi ſupra, quia ex Trid. *ſect. 4. capite* 12. 13. & 14. patet prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe *in verbis ſequentibus d. capite 12. nemo quoque quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano Diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeo præſumere debet, ut certò ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum, quaſi verum eſſet quod juſtificatus, aut amplius peccare non poſſit; aut ſi peccauerit certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat; nam niſi ex ſpeciali reuelatione ſciri non poteſt; quos Deus ſibi elegerit*, plures ex Sanctis, & Theologis ibi Barboſa congerit, inter quos Chriſoſtom. *homil. 11. in Epiſt. ad Philipenſ.* Hieronym. *lib. 2. aduerſus, Pelagian.* Auguſt. *lib. 11. de ciuit. capite 12. & in libro de correct. & gratia capite 13. & in lib. de bono perſeuer. capite 13.* D. Greg. *lib. 6. in 1. Reg. Mageſt. in 1. ſent. diſt. 35. 40. & 41.* S. Thom. *p. 1. art. 23. cum ſeqq.* Becan. *in 1. p. capite 14.* Bellarm. *lib. 2. de gratia, & libero arbitr. capite 15.* D. Bonauentura, Vazquez, Suarez Caietan. & alij Theologi in præcitatis locis legendi Canoniſtæ *per caput corripiantur in fin. 24. quæſtione 3.* & ſcriptores poſitiui per illud *Ezechielis* 18. & Pauli, *ad Galatas 3. & ex illo Petri, ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem faciatis &c.*

Ad ſecundam quæſtionis partem de 3
aſſerentibus animam, eſſe mortalem, & de aliis inquiſitis ſub tit. quæſtionis noſtræ dicimus reſolutiue ad ſingula dubia diſputationem largiorem Theologis relinquendo, hæreticum eſſe aſſerere quod anima ſimul cum corpore moriatur, & ſic Repertorium inquiſitorum *in verb. Hæreticus verſ. item pertinaciter aſſerere quod anima ſimul cum corpore moriatur*, cumque hæreticus ſit qui falſa aſerit in materia animæ ex eodem repertorio: ideo Schilacen. *de fide Catholica capite* 39. dixit hæreticum eſse aſerere quod anima ſimul cum corpore moriatur. Vel 4
quod non ſit Paradiſus vel infernus; Federic. *de ſenis in conſ. 252. col. 1. verſ. ſed breuiter perſtringendo & verſ. tertia vero aſſertio* Carrer. de hæreſi *numero* 41. Afflictis in conſtit. Regni de hæretic. & Pacterimis *Rubrica* 1. *numero* 29. vbi de aſerente non eſſe infernum, nec Paradiſum mortuoque corpore animam etiam mortuam eſſe.

Et ob id exiſtimo idem fore contra aſ- 5
ſerentes non eſſe purgatorium, cum eſſet aſertio contra Catholicam Eccleſiam ſpiritu Sancto edoctam ſacras litteras, & traditiones Sanctorum patrum, & Conciliorum, & in Trid. *ſeſſ. 6. can. 30. & ſeſſ. 22. cap. 2. & can. 3. & ſeſſ. 25. fol. mihi* 368. apud Barboſam decreto de Purgatorio in verbis ſequentibus; [Cum Catholica Eccleſia ſpiritu Sancto edocta ex ſacris litteris, & antiqua patrum traditione in Sacris Conciliis & nouiſſime in hac œcumenica Synodo docuerit purgatorium eſse, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis, potiſſimum vero accepto altaris ſacrificio iuuari &c.] de quo ſcripſerunt Alfonſ. Aluarez, Guerrero *in ſpeculo juris Pontificy pag.* 199. *Soto in 4. ſent. diſt. 9. q. 3.* Galet *in Margarita caſuum conſcientia verb. Purgatorium*, Suarez *de pænit. diſp. 45. ſect. 1.* Ægid. Conink *de Sacram & cenſur. tom. 1. diſp. 11.* Ægidius Trulenk *in expoſitione Bullæ defunctor. lib. quarto dubio 2.* Bartholom. à S. Fauſto *in*

in tract. de quatuor animarum receptaculis, nempe Purgatorio, Limbo, inferno, & Paradiſo *lib.* 5. Alfonſus à Caſtro aduerſus hæreſes verbo purgatorium, vbi de hæreſi contra illud negantes Bellarm. in ſuis controuerſ. Catholic. vbi, de Purgatorio, Gregor. de Valent. *tom.* 4. *diſp.* 11. *de locis ſeu receptaculis animarum poſt mortem q.* 1. *puncto* 1. Iulius Laborius *de Iubileo, & indulgent. p.* 2. *cap.* 29. Homobonus *de Bonis de examine Eccleſ. tract.* 3. *à q.* 61. & alij congeſti à Barboſa *in dicto*
7 *decreto de purgatorio num.* 1. vbi *num.* 2. *&* 3. refert DD. agentes de purgatorij loco, & quas pænas animæ in purgatorio patiantur, *& num.* 4. *&* 5. *de duratione pænarum.* Vbi probat ex multis durationem pænarum purgatorij non eſſe æqualem in omnibus animabus, quæ ibi purgantur, cum non omnes animæ decedant in æquali reatu peccatorum remiſſorum, & cum Bartholomæo à S. Fauſto
8 *in verſ. animas in tract. de ſuffragiis lib.* 1. *q.* 22. *prope finem*, probante per dict. decretum Trid. Suffragia viuorum prodeſſe defunctis in purgatorio exiſtentibus, quoad remiſſionem pænæ debitæ pro peccatis dimiſſis, & de quatuor animarum receptaculis *d. lib.* 5. *qu.* 17. qui dicit Limbum Sanctorum Patrum eſſe in inferno, ſed in parte ſuprema; &
10 ante *quæſtione* 18. Approbat eorum opinionem, qui tenent infernum damnatorum in centro terræ eſſe, mox ſuper infernum puerorum Limbum, & ſuper Limbum purgatorium, & ſuper purgatorium, olim Limbus Sanctorum Patrum exiſtebat, *& in quæſtione* 18. ſentit pueros qui ſunt in Limbo, ſolum modo pati pænam damni. *Et q.* 19. quod pa-
11 ruuli in Limbo ſpeculantur naturalia. Et quod per aliorum ſuffragia aliæ animæ liberentur aſſerunt Suarez *de pænit. tom.* 4. *diſp.* 46. *ſect.* 4. *numero* 4. Ægid. Conink *d. diſp.* 11. *dub.* 4. *numero* 37. *verſ.* 4. Roderic. à Cunua *in comment. ad textum in capite qualis numero* 5. *diſt.* 25. vbi *numero* 6. dicit ſe exiſtimare animas ob grauia peccata plurimis annis puniri, cum eodem Suarez *d. ſect.* 4. *numero* 6. Ægid. *numero* 37. *&* 38. Siluius *in ſupplement.*
12 3. *p. D. Thom. quæſtione* 10. *art.* 8. *dub.* 1. & idem Barth. à S. Fauſto *ſuprà quæſtione* 24. Dicit noſtras orationes defunctis prodeſſe per modum impetrationis,
13 *& quæſtione* 25. ait, Beatos cæli ciues interdum orare pro animabus purgatorij, ac proinde illis impetrare gratuitam alicuius pænæ remiſſionem: alia ſpecialia adducunt ſcriptores.

Ad cæteras quæſtiunculas etiam breuiter reſpondetur, vt etiam hæreticus 14
exiſtimetur, aſſerens quod anima, eſt ſanguis, & quod generatur ex præexiſtenti materia, & ex traduce & alias vt notatur *in capite quod vero, & in capite Moyſes*, & ibi gloſſa *in verbo nec animatum* 32. *quæſtione* 2. *ſic* Carrer. *in tract. de hæreſi numero* 41. vbi *numero* 56. aſſerit quod contrahitur hæreſis aſſerendo ſubſtantiam animæ rationalis, ſeu intellectiuæ non eſſe formam per ſe humani corporis vere, & dicitur *in Clem.* 1. *§. porro de ſumma Trinit. & de fide Catholica*: Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *d. capite* 17. *verſ.* 45. Vbi pariter de eredente animam traduci de corpore in corpus, quod ſit Sanguis, & quod generatur ex præexiſteuti materia, & *verſ.* 57. vbi pariter de aſſerentibus animæ rationalis ſeu intellectiuæ ſubſtantiam non eſſe formam per ſe humani corporis vere, vt iam eſt dictum cum Carrer. Vbi addit etiam procedere in aſſerente animam prius eſſe formatam, quam corpus, & *verſ.* 58. vbi de aſſerentibus animam eſſe aut Dei ſubſtantiam, aut ex Dei ſubſtantia, & *verſ.* 60. vbi de aſſerentibus animas non à Deo immediate creari, ſed vel ab Angelis, &
ex igne, & ſpiritu, *& verſ.* 61. vbi de aſ- 15
ſerentibus animas impiorum poſt mortem vel in Dæmones, vel in alia animalia ſuis meritis congrua tranſire. *& verſ.*
62. vbi de aſſerentibus animam cum 18
corpore interire, vel interire quidem cum corpore, ſed ſuſcitandam ſimul cum eo in die reſurrectionis, & *verſ.* 63. vbi
de aſſerentibus animam ante crea- 19
tum corpus peccaſſe, & in pænam in corpore incluſam velut in carcerem fuiſſe *& verſ.* 64. vbi de aſſerentibus animam mortuo corpore tranſire in aliud corpus humanum, de quibus firmat referendo ex Deciano, Carrerio, Afflictis, Farinac. *de hæreſi d. q.* 178. *§.* 2. *numero* 59. dicens de omnibus, antea feciſſe mentionem, Alfonſ. à Caſtro *de hæreſi in verb. anima in primo*, Hæres eum aliis, & quia præfatam decretalem in *d. Clem. primo, de ſumma Trinit.* Commentatur eleganter Pegna ad Eymeric. *in directorio inquiſit. comment.* 3. *p.* 1. cum pluribus quatenus per eam Pontif. fatendo myſteria Chriſti, & approbando Euangelum Ioannis reprobat ac hæreticam

reticam judicat doctrinam, quæ babet quod ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiuæ vere, & per ſe humani Corporis non ſit forma.

QVÆSTIO III.

An ſit hæreticus dicens quod curſus cæleſtes neceſſitent hominum voluntates. Et an ſint ſcandaloſæ, ſeu alterius generis aſſertiones, quibus aſſeritur Beatam Virginem fuiſſe conceptam in peccato originali; ſeu non eſſe in corpore in cæleſti paradiſo. Vel ſapiat hæreſim dicere Beatam Virginem non ſubiiſſe mortem corporalem, ſed quod viua tranſlata fuerit ad cæleſtem paradiſum. Vel ſit erroneum dicere quod Beata Virgo peccauit aliquando venialiter; quid hodie poſt Trid.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitio eſt hæretica, quæ aſſerit curſus Cæleſtes cogere voluntates hominum ad operandum bonum aut malum, quæ etiam dicitur blaſphema, & damnata, cum tolleretur liberum arbitrium.*

2 *Aſtrologorum judicium fatuum eſt dicentium, quod ex aliquibus conſtellationibus ſequuntur bella, & alia.*

3 *Aſtra non cogunt hominum voluntates.*

4 *Corporum complexio valet multum ad variationem actuum humanorum.*

5 *Homo fuit creatus cum libero arbitrio.*

6 *Fortuna non gubernat hominum actus.*

7 *Fatalia hominum non adſtringuntur aſtris, & ſtellis, & aliud dicere erit propoſitio blaſphema & hæretica.*

8 *Mariam Virginem Dei matrem dicere fuiſſe conceptam, iam hodie ad minus ſcandaloſum eſt, ſicut & dicere poſt mortem corporalem, non fuiſſe aſſumptam in cælum & n. 10. 14. 15.*

9 *Feſtiuitates conceptionis & aſſumptionis, Beatæ Mariæ Virginis cum ſua octaua, amplexa eſt Eccleſia & n. 14.*

10 *Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis referuntur Bullæ Pontificum, quæ ſuper ea loquuntur, & Trid. decretum, & qui de illa ſcripſerunt, & ſub numero 11.*

11 *Virgo Dei genitrix immunis fuit à peccato originali, & num. 12.*

13 *Conceptionis immaculatæ communi voto vniuerſitatum, & Magiſtrorum amplexum eſt judicium.*

14 *Propoſitio, quod Beata Virgo non ſit in paradiſo Cæleſti in corpore eſt piarum aurium offenſiua, & male ſonans, & proximum hæreſi hodie.*

15 *Lex cum deficit recurrendum eſt ad conſuetudinem.*

16 *Aſſumptionis Beatæ Mariæ feſtiuitas videtur de iure coæquari feſtiuitatibus Paſchatum.*

17 *Propoſitio ſapiens hæreſim, & ſcandaloſa eſt dicere, quod Beata Virgo viua aſſumpta eſt in cælum, abſque eo quod paſſa fuerit mortem, quam cæteri homines & n. 18.*

18 *Morituri, & reſurrecturi omnes ſumus, vt habet fides Catholica.*

19 *Propoſitio quod Beata Virgo aliquando peccauit venialiter eſt impia, & ſcandaloſa ad minus, imo & erronea.*

AD. primam quæſtionis partem reſ- 1
pondet Albertinus *de agnoſcend. propoſitionibus q. 16. n. 11.* hæreticam & blaſ-
phemam eſſe propoſitionem, & aſſertio-
nem eorum, qui dicunt curſus cæleſtes
cogere voluntates hominum, nam ſi hæc
aſſertio eſſet vera, ſequeretur demum,
quod homo non poſſet in hac vita, niſi
peccare & non facere bonum, quod eſt
vna hæreſis Maniehæi, aut non poſſet niſi
bene operari, quod fuit hæreſis Iouiniani,
vt ſcribit D. Thom. *in 2. diſt. 28. q. 1.* &
ſic vt talis propoſitio, quod curſus cæle-
ſtes neceſſitent hominum voluntates af-
firmat Albertin. *n. 1.* vt non ſolum ſit hæ-
retica, ſed & blaſphema, & damnata, cum
excludat gratiam Dei, per quam quiſque
meruit, & quod ſine ea mereri non poſ-
ſumus *cap. Nabuchodonoſor verb. prædeſtina-
ta 24. q. 4.* prout tradit Federic. de ſen.
in conſ. 252. incip. *Reuerendo in Chriſto
Patri*: nam ea exiſtente tolleretur libe-
rum arbitrium, de quo aliquid *quæſt.
præced.* & ea quæ ſunt peccata talia non
eſſent, & alia plura in comprobationem
addducens ex *n. 3.* ait *n. 2.* fatuum videri 2
judicium Aſtrologorum dicentium quod
ex aliquibus conſtellationibus ſequuntur
bella & alia quæ à ſola voluntatis libertate
dependent. Et quod aſtra non cogant ho- 3
minum voluntates exemplis & expe-
rientia probat ex *numero* 4. addens *nu-
mero* 8. quod corporum complexio valet 4

5 multum ad variationem actuum humanorum. Et quod homo fuit creatus cum libero arbitrio, & ſic reprobando *num. fin.*
6 fortunam eſſe ait *numero* 13. Vt ſit error gentilium dicere fortunam gubernare hominum actus.

7 Et præter multa alia quæ in comprobationem huius doctrinæ adducit *ſub. d. n.* 11. *&* 12. argumentum efficax hic poſitum, item & dictum Leonis Papæ in quadam Epiſtola ſua, quæ ponitur *in l. parte Conciliorum general. fol. ſub.* 175. dicentis vndecimam blaſfemiam eſſe, qua fatalibus ſtellis, & animas hominum, & corpora opinantur ſtringi per quam amentiam neceſſe ſit, vt omnibus paganorum erroribus implicati, & fauentia ſibi vt putant Sydera colere, & aduerſantia ſtudeant mitigare: verum iſta ſectantibus ait nullus in Eccleſia Catholica locus eſt, quoniam qui ſe talibus perſuaſionibus dedit à Chriſti Corpore totus abſceſſit per quam probat Albertin. damnari dictam aſſertionem vt hæreticam, & blaſphemam, hæreticā in eo quod dicit quod illam tenens à corpore Chriſti totus abſceſſit, quod eſt proprium hæretici, per *cap. hæreſis Græci* 24. *q.* 3. & quia vt deducitur, obuiat Sacræ ſcripturæ ex neceſſaria conſequentia, & contradicit doctrinis Sanctorum Patrum ab Eccleſia vniuerſali approbatis, in his quæ de recta fide, & de condemnatione hæreticorum expoſuerunt, prout in ſexto gradu Catholicarum veritatum ipſe dixit *in quaſt.* 15.

8 Ad ſecundam partem an ſint aſſertiones ſcandaloſæ hodie aſſerere Virginem Mariam Dei genitricem fuiſſe in originali peccato conceptam & poſt mortem corporalem non fuiſſe aſſumptam in corpore in cæleſtem Paradiſum & licet Ioannes Gerſon *de propoſ. ab Epiſcopis hæretic. concluſ.* 3. dicat quod hæc aſſertio non eſt ſcandaloſa, quod Virgo Maria non fuit concepta in peccato originali, cum ſecundum eum apud graues DD. & maximos in Theologia non corruptos in effectu vel intellectu judicetur probabilis, nec ſcandalizari ſentiens idem de illa quod Virgo Maria non ſit aſſumpta cum corpore in cælum, citans ſuper hoc Hieronymum ad Euſtochium pro quo Salazar, Magiſter Calderon, Armamentarium Franciſcanum, & alij Neothorici de conceptione Virginis Mariæ ſcribentes referunt ex antiquitate plura; tamen ſine dubio hodie tenendum eſt quidquid in antiquis temporibus fuiſſet diſputatum ſecundum quæ præfatus Doctor fuit locutus iam ambas relatas propoſitiones apud omnes ſcandaloſas fore. Præſertim apud Hiſpanos, & Gallos, qui hanc ſententiam amplexantur, ſolemnem feſtiuitatem de hac immaculata Conceptione agentes, & apud nos Hiſpanos ab anno præterito 1663. cum octaua ſolemniſſime (ſicut antea ex iuſſu Leonis X. cum ſua octaua celebrari mandatum eſſet, vt poſt alios teſtantur Couar. *cap. alma mater* §. 5. *à num.* 5. Nauar. *in man. cap.* 17. *num.* 182. Henriquez *lib.* 13. *ſumma cap.* 47. §. 4. Suarez Sayrus, Auila, & Layman, quos adducit Barboſa *in d. cap. alma ſub n.* 17.) illam quotannis celebrari, inſtante Rege Philippo IV. qui obiit die 17. Septembris; anni 1665. in quo etiam celebratur feſtiuitas de nomine Mariæ, qui poſt multas ſeſſiones grauiſſimorum Theologorum, & miſſionem ſuorum legatorum ad Romanos Pontifices, poſtremò adeptus fuit anno præterito 1661. à Noſtro Pontifice præmaximo Alexandro VII. illud Breue quod perdocte ad litteram explanat Reuerendiſimus & excellentiſſimus Pater Mag. Ioannes Euerardo Nidhardo Societatis Ieſu Theologus Sereniſſimæ Hiſpaniarum Reginæ Mariæ Annæ Archiduciſſæ Auſtriæ à Sacris confeſſionibus, & deputationis pro immaculata conceptione conſulto, nunc iam è conſilio ſtatus, & de arduis Regni primus, eiuſdem Reginæ vulgo, Priuatus, ac demum horum Regnorum inquiſitor generalis pro cauſis fidei Orthodoxæ. 9

Quia *fol.* 1. vbi refert verba dicti breuis Alex. VII. incip. *ſolicitudo omnium Eccleſiarum*: Singulas illius clauſulas in ſuo libro poſtillans referendo varias epiſtolas & decreta D. Piiſſimi Regis in ſuo examine Theologico, vel *p.* 1. examinando à §. 1. tres propoſitiones aduerſariorum *ex fol.* 6. *& in* §. 1. ponens intentionem Bullæ *fol.* 7. *& à fol.* 10. notando aliqua ſpecialia Bullæ cum compendioſa totius Bullæ expoſitione, ac §. 5. referens varias acceptiones, & ſignificationes ver. *pietas* §. 6. *&* 7. varias acceptionis genera, & gradus deffinitionis adducendo, ac declarationes reſoluit §. 8. reſpondens contrar. 7. §. 9. *& in p.* 2. *&* 3. *& p.* 4. *&* 5. examinans eum Theologis propoſitionum gradus ibi in ſuo libro legendus ad ſaturitatem poſt plures codices de ea re in lucem editos à nonnullis peritiſſimis Theologis.

Igitur quo ad præſentem caſum, qui 10
noſtri

noſtri inſtituti, etſi permiſſa foret diſputatio non eſt niſi quoad demonſtrandam veritatem illius in vſu practico per Pontificem Bullas, & declarationes, quia poſt nonnullas Sixti IV. *in ſua extrauag.* incip. *graue nimis* edita anno Domini 1483. qua viſus fuit ſentire, quod nondum ſuo tempore ſit à Romana Eccleſia, & Apoſtolica Sede deciſum, an ipſa Domina ſit in peccato originali concepta, vel non? Quæ extrauag. poſita eſt ſub *tit. de reliquys, & vener. ſanct.* & poſteà ex verbis Trid. *ſeſſ.6. in decreto de peccato originali in fine in verſ. declarat hæc ipſa ſancta Synodus non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato originali agitur Beatam, & immaculatam Virginem Mariam, Dei Genitricem; ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones Felicis recordationis Sixti Papæ IV. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat*, & cum Stephano Vueius referens ibi, *numero decimo*. Barboſa plures alios D D. qui de Beatiſſimæ Virginis Conceptione immaculata fecerunt, inter quos Luſitanus Fr. Ægidius de Præſentat. & Hiſpanus Ferdinandus Quirinus de Salazar, Henriquez, Frat. Emanuel, Vaſquez, Ceuallo, Pino, Alderete, Campanil, Delrius, Galgamet. Comitol, Portel. Villalobos, Fr. Franc. de Arauzo Hieronym. Rodrig. & alij quos ipſe ibi refert, ac *in paſtorali 3. p. alleg. 50. an. 109.* & nouiſſimè Epiſcopus D. Fr. Ioan. Mennero, qui Valiſſoleti, juſſu Regis Philippi IV. ſcripſit de hoe, cuius Regis epiſtolam vidi
11 originalem, tenentes illam immunem fuiſſe à peccato originali; dictaque decreti, & extrauag. paulò latius explicauerit; Pius Papa V. per aliam Bullam Decemb. 1570. & Paulus V. in alia 30. Auguſti 1617. conſtituens, vt nullus impoſterùm auderet in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & aliis actibus publicis aſſerere, quod Beata Virgo fuerit in peccato originali concepta, douec res à ſede Apoſtolica deſumatur, & Gregor. XV. in alia ſua conſt. 1622. id reſtrinxerit, vt nec in ſermonibus nec ſcriptis priuatis, quod eadem Beata Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac affirmatiua agere aliquo modo, ſeu tractare; exceptis tamen quibus à ſede Apoſtolica fuerit inſuper hoc ſpecialiter indultum; ac demùm Papa noſter Alex. VII. ſuam poſtremam Bullam expedierit, ex cuius tenore piam ſententiam, vt quod Beata Virgo ſine vlla macula originalis culpæ fuiſſet concepta jam D. Reuer. & excellent, P. Ioannes abundè probet ex eodem Pontifice diffinitum.

Ideò à fortiori, ſi ante hæc tempora 12
Patrum communis erat ſententia illam ſine labe originalis culpę conceptam fuiſſe, quid mirũ vt nos multo magis fateamur poſt relatas Bullas Pauli, Pij, & Gregorij, & ex Trid. dicamus fore quidem impiam adhuc, ſi hæretica non exiſtimaretur ab aliquibus; propoſitio de qua in præſenti inquirimus ſicut etiam ante Trid. & præcitatas Bullas juxta illam Sixti probauerit abundè idem Albertin. *qu. 17. de aſſert. agnoſc.* ſcandaloſam eſſe aſſertionem aſſerere Beatam Virginem conceptam in peccato originali, *ſic à n. 1. & à n. 5.* ratiocinando probans reſpondendo ad d. extrauag. Sixti V. & ad Concilium Baſilienſe, quibus contrarij nituntur inſimulque referens in Vniuerſitate Pariſienſi ſic tentum, & quod D D. Canoniſtæ etiam ſequuti fuerint. Et ante hanc Bullã Alex. 13
abhinc annis plus 40. communi votorum calculo Vniuerſitates Eccleſias Cathedrales ſic profeſſi ſint, ita vt ad imitationem Pariſienſis, & Colonienſ. Academiarum nonnullæ aliæ pro decreto ſtatuerint, ne cuiuis gradus Magiſterij, aut Doctoratus concederetur, niſi prius jure jurando ſe adſtrinxerit defendendi opinionem piam immaculatæ Virginis in ſuo conceptu fuiſſeque tale juramentum licitum, ſanctum, laudabile, ac pium; probans Portel. addit ad dubia regularia *Verb. Conceptio Deiparæ numer. 4. & à n. 1.* aſſerens ſic juratum ab Vniuerſitatibus compluti, Valentiæ Oſunæ à Salmantina eiuſque Ciuitate à Cæſar. Auguſtan. in Aragonia, & Eboræ in Portugallia; vt & refert idem Barboſa *in d. decreto de peccato originali num. 14. fin.* ad litteramque refert Diana *p. 4. in fine* inter decreta, & conſtitutiones Pontificum relatam *d. Greg. XI. à f. mihi 473.*

Ad aliud quæſitum de aſſertione alicuius, qui dicat, & teneat quod Virgo 14
Maria non ſit in corpore in Paradiſo Cæleſti; vt ſit malè ſonans, & piarum aurium offenſiua probatur *ex proximè adductis à n. 1.* tum quia licet D. Hieronym. dicat nullam ſcripturam apertè deponere de eius aſſumptione corporali, vt in epiſtola ad Paulum, & Euſtachium, ſed quia D. Auguſtin. in ſuo ſermone de aſſumptione incipiente; *quia profundiſſimum*, & in alio ſerm. incipiente *adeſt nobis dilectiſſimi*

ctiſſimi probat hodie vt ſcandaloſa ſit propoſitio, & malè ſonans cenſenda, dicere vt Beata Maria Dei genitrix non ſit in corpore, & anima aſſumpta in Cœlum, imò Bald. *in cap. ne innitaris de conſtit.* dicit etiam hodie proximum eſſe hæreſi tenere, quod non ſit aſſumptum eius corpus, quia ſolemniſſimum feſtum fit de Aſſumptione Virginis, cuius corpus, & animā piè credunt fideles eſſe in Paradiſo cæleſti; indè ex ratione generalis conſuetudinis, quæ ab antiquo viget circa celebrationem de feſto ſolemniſſimo Aſſumptionis Beatæ Mariæ in Paradiſum in corpore, & anima, & mos populi Dei, & inſtituta majorum ſint tenenda *cap. in his rebus* 11. *diſt.* juxta ea quæ diximus latè
15 *ſub rub. & tit. de conſuetudine*, vbi quod quando deficit lex, eſt recurrendum ad conſuetudinem; dicatque D. Thom. *quodlib.* 2. *qu.* 7. & cum eo expoſitores; vt magis debeat ſeruari Eccleſiæ conſuetudo, quam authoritas Auguſtini vel Hieronymi, aut cuiuſcumque alterius Doctoris, benè potuerunt relati Hoſtienſ. *in d. cap. ne innitaris*, & Albertin. *d. q.* 17. *n.* 12. affirmare; quod opinio communis, & approbata habet Corpus Virginis fuiſſe aſſumptum in Cœlum, quia ſolemniſſimum feſtum fit de tali eius aſſumptione.

16 Et videtur confirmari ex doctrina textus *in cap. Alma Mater de ſent. excommunic. lib. 6. in verſ. in feſtiuitatibus verò*; vbi Pontifex quoad celebrationem ſolemnium feſtorum videtur coæquare cum tribus feſtiuitatibus ſolemniſſimis omnium dierum Paſchatum etiam huius feſti Aſſumptionis Beatæ Virginis, in quibus tantum pulſatis campanis, & januis apertis alta voce diuina officia ſolemniter celebrari poſſunt. Et Albertinus *d. q.* 17. *n.* 13. iterùm comprobat ex eo argumento, quia cum hodie temerè donationem Conſtantini factam Eccleſiæ non voluiſſe, non ſit procul ab hæreſi inſpecto, præſertim quod *in extrauag. Bonifacij incipiente vnam ſanctam*, de quo infrà *q. ſeq.* dico, & multò plus grauius eſſe in dubio noſtro dicere Beatam Virginem non fuiſſe aſſumptam in Paradiſum in corpore, & anima, & ob hæc Albertin. *d. q.* 17. *n.* 14. miratur, quod in lectionibus matutinalis officij Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis legatur hodie ſermo Beati Hieronymi; cùm ſit oppoſitum in objecto, nam Eccleſia tenet aſſumptam eſſe cum corpore in Cœlum, eo quod in illis Hieronymi lectionibus id dubitetur, foretque conuenientior ſermo S. Auguſtini, qui animosè defendit jactam doctriuam, eam rectè defendendo ex præfatis rationibus de conſuetudine Eccleſiæ.

Ad tertiam quæſtionis partem ex præſuppoſitis in quæſtione præcedenti dicendum eſt, eſſe propoſitionem hæreſim ſapientem, & ſcandaloſam dicere, quod Beata Virgo Maria Dei genitrix viua tranſlata fuit in Paradiſum Cœli, abſque eo quod paſſa fuerit mortem, quam cæteri homines mundi paſſi ſunt jam, & qui naſcentur etiam obibunt; patet in contrarium, quod fuerit mortua, & poſt in Cœlum in corpore, & anima aſſumpta juxta dictum *in verſ. ad ſecundam*: tum ex collecta quam canit Eccleſia in die glorioſiſſimæ Aſſumptionis ibi: [Veneranda nobis Domine huius diei feſtiuitas, opem conferat ſalutarem; in qua ſancta Dei genitrix mortem ſubiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quæ filium ſuum Dominum noſtrum de ſe genuit incarnatum] quam editam fuiſſe à S. Gregorio teſtatur Gabriel *in* 2. *ſermone de Aſſumptione Virginis*, D. Auguſt. *in ſermone* 2. *de Aſſumptione incip. quia profundiſſimè*; in illis verbis: [Memores conditionis humanæ non metuimus dicere Virginem Mariam ſubiiſſe mortem illam temporalem, quam idem eius filius, qui Deus, & homo lege fortis humanæ ſuſtinuit, & hoc quia homo de eius ſuſceptus, & profeſſus eſt vtero.] Et Dionyſius *in lib. de diuinis nominibus p.* 2. *cap.* 11. inquit Beatum Paulum Apoſtolum interfuiſſe, dum ipſa Domina mortua fuit; Et præ- 18
terquam quod communis traditio Eccleſiæ ſic habet ſanctorumque Patrum intelligentia comprobatur etiam ex illo Athanaſij ſymbolo: *ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis &c.* ſed reſurgere nemo poteſt, quin prius moriatur, vt inquit Damaſcen. *in* 4. *lib. reſurrectio eſt eius quod cecidit per mortem perfecta reparatio à morte in vitam*, & D. Paul. 1. *ad Corinth.* 15. *omnes quidem reſurgemus*, & 2. *Reg.* 14. *omnes quidem morimur, & Eccleſ.* 8. *omnes in corruptione*, & ex multis aliis Patres comprobando concludunt, quod fides noſtra habet, quod omnes morituri ſumus, & reſurrecturi, etiam Enoch. qui tranſlatus eſt ad Paradiſum terreſtrem *ex illa Geneſ.* 5. & Elias etiam raptus in eundem Paradiſum terreſtrem 4. *Reg.* 2. vbi eſt videndus Hugo Cardinalis, & ad amuſſim ſcribens hanc aſſertionem Catholicam comprobat cum

eum infinitis legendus omninò Arnaldus, Albertin. *de agnoſc. aſſert. Cathol. & hæretic.tota q.*18. vbi poſtquam *à num.* 1. poſuit argumenta quæ faciunt apparenter pro contraria aſsertione *ex num.*9. reſpondet ad illa abundè, tum ex ſacra ſcriptura, tùm ex juribus, quæ non repeto; eùm ita ſit tentum indubiè à Catholicis omnibus ſcriptoribus, & S. Auguſtin. doctrina relata *in c. illa autem diſt.* 12. *& ex dict. in cap illud, eadem diſt. cap. cùm Marta de celebrat. Miſſarum*, de illis quæ cuſtodimus, non quia ſcripta, ſed quia tradita ſunt, vel ab Apoſtolis, vel ex Conciliis.

19 Ad vltimam quæſtionis partem; an ſit erroneum dicere, quod Beata Virgo peccauit aliquando venialiter, eùm ergo Eccleſia teneat vniuerſaliter Beatam Virginem Mariam immunem fuiſse ab omni peccato originali, veniali, & mortali, & patet etiam *ex dictis hic verſ. ad ſecundam:* ſequitur dicendum quod ſi aliquis aſsereret aliquando illam incurriſſe culpam venialem ad minus ſit impius, & ſcandaloſus per ea, quæ idem Arnaldus Albertin. *d. q.* 18. *etiã à n.* 21. *&* 24. cum aliis omninò legenda recollecta quidem ex ſacris litteris, & ſanctis; imò, & in terminis Suarez *de fide diſp.* 19. *ſect.* 2. *&* 13. quam refert Carena de officio inquiſit. *p.* 2. *tract* 16. §. 2. *n.* 6. ait propoſitionem hanc; *Beata Virgo peccauit venialiter aliquando*, ante Concilium Triden. fuiſse erroneam tantum, quoniam contraria opinio (licet ſemper fuerit Catholica) attamen nondum erat diffinita, cùm ergo, vt jam *ſub Rubrica hoc tit. & q.* 1. noſtri textus dictum ſit propoſitionem erroneam, eſse eam, quæ eſt contra veritatem aliquam ab Eccleſia nondum definitam vel non omnibus manifeſtam, vel à proferente ignoratam, ac proinde propoſitionem erroneam minus continere, quam propoſitionem hæreticam; vt ibi eum multis dictum eſt. tamen jam hodie, quia per Trid. hæc veritas ſit definita dicendum quidem eſt.

QVÆSTIO IV.

An ſit impium, ſiue Hæreticum aſſerere ſtante Lege Euangelica, quod infantes Chriſtianorum decedentes in vteris maternis ſine Baptiſmo precibus, fide, ſeu benedictione parentum expientur ab originali peccato; taliter vt ſic decedentes credendum ſit fieri ſaluos. Et an ſit erroneum dicere Deum non poſse de poteſtate abſoluta ſtatuere, vt quis ſine corde, aut cerebro viuat, item quod non poſſit animalia juuare, & domui minanti ruinam ſubuenire. Et quam cenſuram mereantur illi D D. negantes donationem factam à Conſtantino Eccleſiæ, ſeu Beato Syluestro, & eius ſucceſſoribus. Et an ſit erroneum dicere Hiſtoriam alicuius Sancti ab Eccleſia receptam eſse majoris authoritatis, quam dicta Euangeliſtarum, vel quod Eccleſia habeat majorem authoritatem.

SVMMARIVM.

1 *Circumciſionis lege videtur non fuiſſe Mares deterioris conditionis, quam fœmina, vt ſaluari poſſent, & an in vtero matris morientes.*

2 *Infantes poſt Legem Euangelicam non alio remedio, quam Baptiſmo ſaluantur, etſi in vtero matris moriantur aliud aſſerere eſt hæreticum.*

3 *Infantes, quod ſaluentur ſine Baptiſmo propter ſolam fidem oblationem, & benedictionem aſſerere, eſt temerarium, & ſcandaloſum, prabens occaſionem cadendi in hæreſim.*

4 *Infantes, quare non baptizati non ſaluantur in Lege Euangelica, & quare ſaluarentur non circumciſi.*

5 *Deus poteſt ſaluare in vtero matris morientes ex potentia ſua abſoluta, non enim illam allegauit Sacramentis, & contrarium ſi dicatur pertinaciter eſt hæreticum.*

6 *Deus de potentia ſua poteſt facere, vt homo ſine cerebro, & corde viuat vt probatur exemplis* n. 7. & 8. 9. & 10. *Vbi quod aliud aſſerens male ſentiret de Omnipotentia Dei.*

7 *S. Dionyſius capite truncato, ſe erexit in corpere, & ambulans portauit caput ſuum inter brachia.*

8 *Paulus vas electionis, poſtquam decapitatus fuit lingua ter Ieſum Chriſtum nominauit.*

9 *Beata*

9 *Beata Catharina de Senis (vt refertur) ſine corde aliquot dies vixit.*

10 *Deus ſua omnipotentia eſt prouiſor vniuerſalis etiam quoad animalia irrationabilia, & negare hanc prouidentiam eſt hareſis.*

11 *Dei potentia nullo modo poteſt derogari, niſi appareat manifeſta contradictio, vel vt efficax ratio demonſtret, vel ex ſacra ſeriptura efficaeiter conuineatur.*

12 *Deus peteſt domui ruinam minanti ſubuenire.*

13 *Saxones inculcant, quod imperator nequit abdicare à ſe ſuperioritatis jus, quod habet in feudis, & ciuitatibus ſuis, contra de Imperatore Conſtantino* n. 14. & n. 15.

14 *Conſtantini donatio Eeeleſia valuit, & aliud aſſerere non ſit procul ab hareſi, & grauius eſſe dicere nunquam factam fuiſſe talem donationem à Conſtantino* n. 15. *vbi fulcitur ex Conciliis.*

16 *Propoſitio, qua aſſeritur hiſtoriam alicuius Sancti ab Eccleſia receptam majoris eſſe authoritatis, quam dicta Euangeliſtarum, potius eſt vt dicatur erronea injurioſa, & blaſphema: vt* num. 17

17 *Authoritatis majoris ſunt contenta in ſacra ſcriptura, quam alia quaecumque* n. 18. 19.

18 *Authoritatem, quam habeant ſanctorum dicta.*

19 *Authoritas Eccleſia non eſt praponenda Euangeliis,* & n. 20.

20 *Euangelium Pauli dicit Albertin. praferri Angelis bonis.*

1 AD primam quæſtionis partem bre-
uiter etiam, vt ſuprà dicendum eſt,
quod licet in lege veteri, ſi aliquando in-
fantes decedebant incircumciſi in diem
octauum, ſecundum probabiliorem opi-
nionem ſaluabantur per benedictionem,
ſeu oblationem aliquam, quoniam ex le-
ge circumciſionis non ſunt redditi Ma-
res deterioris conditionis, quam fœminæ,
quas conſtat ante octauum diem potuiſſe
conſequi remedium contra peccati ori-
ginalis maculam, & ob hoc fundamen-
tum procedit, & alia octo, quæ refert Ar-
nald. Albertin. *de agnoſcend. aſſert. Cathol.*
2 *& haret. q. 19. à num.* 1. legendus. Tamen
poſt Legem Euangelicam qui *ex num.* 4.
& 5. cum aliis principiis probat tenen-
dum vtique infantes in vtero matris mo-
rientes non ſaluari, quia opus erat illis
Baptiſmus aquæ vt dicemus latè ſub tit.
de Baptiſmo, & quod illi paruuli exi-
ſtentes in vteris maternis, & ibi vel ex-
tra morientes ſine Baptiſmo non ſaluen-
tur de lege communi, quæ eſt Euange-
lica, ſecundum quam tenemur viuere,
ita vt contrarium dicere ſit hæreſis, quia
taliter aſſerens contrariaretur Legi Euan-
gelicæ *Ioan.* 3. *ibi niſi qui renatus fuerit ex
aqua, & ſpiritu ſancto non intrabit in Re-
gnum Cœlorum.* Imò addit Albertin. *d. q.* 3
19. *ſub num.* 9. *in verſ. tertius*, vt dicere
quod Deus omninò ſaluet illos propter
ſolam fidem oblationem, & benedictio-
nem parentum ſine Baptiſmo de ſua po-
tentia, & miſericordia, eſt temerarium, &
ſcandaloſum, præbens occaſionem ca-
dendi in hæreſim, cum de hoc non ha-
beamus teſtimonium à ſacra ſcripturâ;
ſeu à ſanctis Doctoribus, & authenticis,
plura ibi adducens, & *num. ſeqq.* qui *ex n.*
7. illa nouem fundamenta ſolueos, quæ
fortè apud aliquos non Catholicos ſua-
derent contrarium, *& num.* 20. cum D.
Bonauentura *in* 4. *diſt.* 1. *art.* 2. *qu.* 2. *in fine*
Paludan. *d. diſt.* 1. *qu.* 2. Ponit differentiam, 4
quare poſſent ſaluari in lege veteri non
circumciſi in fide parentum, non ſic poſt
legem Euangelicam morientes in vteris
maternis ſine Baptiſmo, etenim vt con-
cludit cum S. Thoma 1. 2. *qu.* 114. *art.* 6.
Albertin. *num.* 26. & ex his quæ diximus
latè *ſub cap.* 3. *d. conſtit.* & dicèmus *in tit.
de purgat.* poſt part. adueniente Lege
Euangelica, & publicata ceſſauerunt alia
remedia, ad emendationem originalis
peccati, ita quod ſine Baptiſmo, quis non
ſaluetur.

Ad ſecundam quæſtionis partem; an 5
ſit erroneum dicere Deum non poſſe de
poteſtate abſoluta ſtatuere, quod quis
ſine corde, aut cerebro viuat, item quod
non poſſit irrationalia animalia juuare,
& domui minaoti ruinam ſubuenire ne
cadat, & loquendo de poteſtate abſolu-
ta Dei, qua quidem etiam poteſt infan-
tes in vteris maternis morienres ſaluare,
non obſtante peccato originali eos ab
illo liberare, & ſaluare; quia Deus non
alligauit porentiam ſuam Sacramentis,
vt dixit Magiſt. *in* 4. *diſt.* 1. *capite tertio,*
& cum eo Theologo Albertin. *d. qu.* 19.
de agnoſcend. aſſert. numero nono in princ.
addens quod iſte modus dicendi eſt Ca-
tholicus, immò, vt dicens pertinaci-
ter contrarium incurreret hæreſim, quia
derogaret eius omnipotentiæ, & ſic con-
traueniret

Digitized by Google

trauenirec veritati Catholicæ in propria verborum forma prout ipſe dixit in primo gradu veritatum Catholicarum latè
6 *ſub q.* 5. Ideò nunc in terminis ad præcedentia dubia dicendum eſt, quemcumque aſſertorem prædictarum propoſitionum errare, maléque ſentire de potentia Dei; cùm repugnet ſymbolo fidei, & deciſioni, *c. firmiter de ſumma Trinit. & fide Catholic. & exod.* 5. *ibi. Omnipotens eſt nomen eius Eccleſ.* 43. *ipſe eſt Omnipotens ſuper omnia opera ſua, & Eccleſ. c. vnus eſt altiſſimus Creator omnium Omnipotens*, & eſt potens, & metuendus nimis; nam Deus qui legem poſuit naturę de ſic formando homine cum cerebro, & corde, potuit, & poteſt aliam legem dare, ſecundũ quam corpus ab anima informatum viueret ſine cerebro, & ſine corde. & contra hanc vel præter vti poteſtate abſoluta: nullus enim adjuuit ſpiritum Domini, nec vllus fuit eius Conciliarius *Oſee* 4. multis comprobat legendus Albertinus, & latè *tota q.* 20. *de agnoſcend. ex n.* 1. vbi *n.* 8. comprobat, de
7 cerebro ex teſtimonio vitæ S. Dionyſij; nam ipſe decollato, & capite truncato corpus eius ſe erexit, & caput ſuum inter brachia portauit ſua à loco, qui vocatur *Mons Maurus* vſque ad locum; vbi nunc requieſcit, vt legitur in cathalogo San-
8 ctorum. Et ex eo quod vas electionis Paulus, poſtquam decapitatus eſt, lingua eius ter Ieſum Chriſtum nominauit, vt dixit Xerſon *in* 4. *p. in ſermone de Domini*
9 *circumciſione*. Et quod ſic potuerit miraculosè fieri in Beata Catharina de Seniſ, vt ſine corde aliquot dies vixerit, vt dixit Anton. in ſua Chronica *in* 3. *p. tit.* 23. §. 10.
10 Vnde aſſertio negans Deum hoc poſſe facere ſua abſoluta potentia, malè ſentit de articulo Omnipotentiæ Diuinæ *ex c. hæreſis* 24. *q.* 3. facit *c. canones* 15. *diſt.* & ſimiliter quoad aliam aſſertionem ex tribus poſitis in hoc verſ. ad ſecundam cùm videretur negare Deum eſſe vniuerſalem prouiſorem, etiam quoad animalia irrationabilia, cùm ſit expreſsè contra ſacram ſcripturã, quia dicitur *Pſalm.* 146. de Deo *qui dat iumẽtis eſcam ipſorum & pullis coruorum inuocantibus eum, & Matth.* 16. *reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt nec metunt, & pater veſter cæleſtis paſcit ea*, & ſic quidem vt S. Thom. *in p.* 1. *quæſtione vigeſima ſecunda, articulo ſecundo in corpore ad* 5. quod negare prouidentiam circa indiuidua fuit error Rabbi Moyſi, & quod qui Deo tollit prouidentiam, offert ſibi magnam perfe-
ctionem, & ſic blaſphemiam infert *Sap.* 14. *Tu autem pater gubernans omnia prouidentia*, & multis aliis comprobando: Albertin. *d. qu.* 20. *ex numero* 9. 10. & aliis dicit quod negare Deum vniuerſalem prouiſorem, & omnipotentem repugnat ſacræ ſcripturæ, & quod eſt dogma falſum fidei contrarium Orthodoxæ, vt eſt hæreſis, ſic cum Ochan. 2. *lib. Decalogi p.* 1. *capite ſexto*. Gabriel. *in* 4. *diſtinct.* 13. *quæſtione ſecunda*, de quo ipſe Albertin. dixit *quæſtione prima*, & quod ambæ propoſitiones temeritatis cenſuræ ſubiiciuntur, vt comprobat *à numero vndecimo* cum Bonauentura, & aliis, vbi *numero decimo quarto*, quod nullo 11
modo debemus negare potentiam Dei, niſi appareat manifeſta contradictio, vel vt efficax ratio demonſtret, vel ex ſacra ſcriptura efficaciter communicatur, ne incurramus in crimen negandæ Omnipotentiæ Dei, ſiue abſolutè, ſiue ordinatè *vt in d. cap. firmiter* credimus; quia talia verba tendunt in vilipendium Dei, vt dicit Felin. *in cap. auditis de præſcript. Colpen.* & quod daretur ex parte ne- 12
gantis pertinacia, incurreretur que hæreſis quia contradiceret veritati Catholicæ in primo gradu, & in blaſphemiam, vt ſcribit Socin. *conſ.* 102. *& à numero decimo quinto*, alia addit legenda Albertin. ex quibus concludit idem contra negantem, vt poſſit Deus domui ruinam minanti ſubuenire.

Ad tertiam quæſtionis, quam cenſuram
mereautur illi D D. qui negant donatio- 13
nem factam à Conſtantino Eccleſiæ, ſeu Beato Sylueſtro, & eius ſucceſſoribus, & quamvis Saxones impij inculcent quod Imperator non poteſt abdicare à ſe ſuperioritatis textus, quod habet in feudis & ciuitatibus ſuis ſuper quod eſt legendum integrum Concilium eruditiſſimi Spadæ Aduocati Romani, inter Conſilia Farin. *vol.* 3. *conſ.* 198. vltra Doctores referendos, qui latè de prædicta donatione Conſtantini, & de illius valetudine affirmant contrariis reſpondendo, exiſtimamus dicen- 14
dum prædictam donationem vtique valuiſſe, maléque aſſerere illos, qui illam fecisse negant; nam hodie tenere quod ea donatio facta Eccleſiæ non valuerit, non ſit procul ab hæreſi, inſpecto præſertim quod in extrauaganti incipiente, *vnam ſanctam* Bonifacij patet, ac vt ſcribit Abbas *in conſ.* 84. imò Albertin. *de agnoſcend. quæſtione* 17. *numero* 13. dicat grauius eſſe dicere nunquam fuiſſe di-

ctam donationem factam à Conſtantino
Imperatore Eccleſiæ, cùm ſit contra tex-
tum *in cap. fundamenta Eccleſia*, §. *ne
autem ipſa de elect. lib. 6.* Et quod ad
rationes temerarias, & infructuoſas, quas
facit Laurentius Valla *in ſuo tract. de do-
natione Conſtantini*; latè & efficaciter re-
ſpondet Cardinal. Alex. *in cap. Conſtan-
tin. 96. diſtinct.* & quod ſic hodiernis
temporibus nequeat de ea dubitari, ac
eius validitate, & veritate probarunt la-
tiſſimè Baron. *in ſacris annal. anno Chri-
ſti Domini* 324. *à numero* 117. Marta *de
iuriſdict. 1. p. capite trigeſimo, & trigeſimo
primo.* Azeued. Camill. Borrellas, Illeſcas;
Ramirez, Burſatus, & Rodericus de
Acugna latiſſimè *in d. cap.* Conſtantinus;
vbi impugnat omnia contraria argu-
menta, quæ in hoc ab hæreticis, &
præſertim ab impio, & temerario Valla
jam relato, & nunc à modernis hære-
ticis.

15 Quare dicendum eſt, ex ſenſu ſum-
morum Pontificum Theologorum, Ca-
noniſtarum, & jure Conſultorum ad
minus temerarios eſſe cenſendos, &
vti tales ab Inquiſitoribus hæreticæ pra-
uitatis puniendos, Albertin. ſuprà. Ab-
bas *conſ. 84. libro primo, & Rol. conſ. 88.
numero 28. libro primo.* Dixeruntque non
procul ab hæreſi tales eſſe, & Valen-
zuela in defenſione monitorij contra Ve-
netos *p. 3. numero* 51. ait opinionem il-
lam eſſe damnatam in Concilio Baſilien-
ſi, & Couar. *lib. 4. var. reſ. capite 16. nu-
mero octauo*, ait nulli Catholico licere in
hac re aduerſus Apoſtolicam Sedem lo-
qui, & oblatrare; ſic refert Carena *de of-
fic. inquiſ. p. 2. tract. 16. §. 3. in verſ. oppor-
tunè ſub numero octauo*, vbi commendat
interim videndos plenius tractantes, Co-
pin. *de ſacra politica forenſi libro tertio, tit.
7. numero* 17. Cardin. Tuſch. *tom. 2, verbo
donatio concluſ.* 689. Afflictis *latiſſimè in
proœm. conſt. Regni qu.* 2. Ludouic. à Para-
mo *de offic. inquiſ. lib. 3. qu. 1. opin. à nu-
mero* 42. Ceuallos *in practic. quæſt.* 345.
Camil. Borrell. *de Cathol. Reg. praſt. cap.
47. n.* 20. latiſſimè cum multis Barboſa *in
paſtorali legendus p. 1. tit. 3. capite 2. à nume-
ro* 60.

16 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſit
erroneum dicere hiſtoriam alicuius ſan-
cti ab Eccleſia receptam eſſe majoris au-
thoritatis, quam dicta Euangeliſtarum,
& licet potuiſſet aliquo modo dici hi-
ſtoriam ſancti ab Eccleſia probatam eſſe
majoris authoritatis, cum per approbatio-
nem factam ab Eccleſia *in cap. ſancta Ro-
mana Eccleſia* 15. *diſtinct.* vbi inter alia
proponuntur hæc verba: [Item vitas
Patrum Antonij, Pauli, Hilarionis, & om-
nium Eremitarum, quos tamen Bea-
tiſſimus Hieronymus ſcripſit cum omni
honore, ſuſcipimus; cumque inter vitas
dictorum Eremitarum reperiatur Hi-
ſtoria etiam Mariæ Egyptiacæ, in qua
legitur, tranſiens Iordanem ſaluaberis;]
Videtur ſic intelligi, vti videtur probari
ex D. Auguſtino dicente contra Epiſto-
lam fundament. *Ego non crederem Euan-
gelio niſi Eccleſia Catholica authoritas me
commoueret*, per quod dicebat Iacob. Al-
men. *in 3. ſent. diſtinct. 15. circa finem*, quod
magis tenemur credere Eccleſiæ, quam
Euangelio, & confirmare videtur, quia
Euangeliis apocryphis non creditur, quia
Eccleſia non exhibet ea, tanquam cre-
denda, indeque procedere, vt tota ratio;
quare credere tenemur Euãgelio, Epiſto-
lis Euangeliſtarum, Apoſtolorum, & Pro-
phetarũ eſt, quia præſentãtur ab Eccleſia.

Aliis verò omiſſis dicendum magis vi- 17
detur ſalua determinatione Eccleſiæ,
quod præfata aſſertio videtur erronea, in-
jurioſa, & blaſphema, eo quod præponit
alterius veritati ſacri Euangelij, & Ca-
nonicæ ſcripturæ cum contenta in ſacra
ſcriptura ſint majoris authoritatis, quam
aliæ quæcumque; cùm veniant immedia-
tè credenda, quod non habent aliæ ſcri-
pturæ, ſed opus eſt vt examinentur, vt di-
cit D. Auguſt. *in c. noli in eis litteris 9. diſt.
in prologo lib. 3. de Trinitate*; vbi vult oſten-
dere ſanctorum Patrum ſcripta non eſſe
pro lege ſuſcipiẽda, ac neceſſariò admit-
tenda: ſunt enim multa, quæ ab ipſo Au-
guſtino traduntur, quorum contraria pla-
cuerunt Hieronymo, de quo alia refert
Barboſa ibi improbans cum Caſtro *lib. 1.
de hæreſibus c. 7.* & Couar. *lib. 4. var. c. 7. n.
6. in verſ. item epiſtolam in fine* gloſſam *d. c.
ſancta Romana*, quæ temerè ac falsò ſcri-
pſerit ſcripta Auguſtini, & aliorum Pa-
trum ſanctorum authentica cenſeri, ac
pronuntiari, vt vſque ad vltimum tota
neceſſariò recipiantur, niſi intelligatur
modo per Canum dictum de locis Theo-
logicis *lib. 7. concluſ. 2.* Quatenus explicat
vnius, aut duorum ſanctorum Authorita- 18
tem in his, quæ ad ſacras litteras, & do-
ctrinam fidei pertinent, probabile quidem
argumẽtum ſubminiſtrare poſſe, firmum
verò non eſſe: adjunges hic explicatio-
nem quam adducit Albertin. cum Archi-
diacono, Turrecremata, & aliis *in lib. de
agnoſcend.*

agnoſcend. aſſert. qu. 21. vbi latiſſimè explanat hanc quæſtionem explicans gloſſam *in d. cap. noli cum d. cap. Eccleſia* 15. *diſt.* & aliis ibi *à numero* 6. *&* 3. concludendo, vt non ſit dicendum, quod aliqua ſcriptura, etiam ſuſpecta ſit majoris authoritatis, quam Canonica, & ſacra ſcriptura, in qua vt ipſe probat, *ex num.* 4. ſcripturæ ſacræ locis ſanctum Euangelium continere videnda ſunt jura *in cap. ego ſolis cap. quis ſciat d. diſtinct. 9. cap. in ſcripturis diſtinct.* 19. ob quæ, & alia relata ab Albertino *ſub d. qu.* 21. *num.* 14. 15. 16. & aliis vbi latiſſimè comprobat, di-

19 cendum eſt, quod authoritas Eccleſiæ non eſt præponenda Euangeliis ſacris, ait, inquam Euangelium non eſſe ab Eccleſia, ſed immediatè à Deo ex Paulo *ad Gal.* 1. *nec ego ab homine accepi Euangelium, nec didici ſed per reuelationem Ieſu-Chriſti*; illudque ſequi debeamus *ex cap. in Canonicis* 19. *diſtinct.* Euangelioque magis credendum, quam aliæ ſcripturæ aliud ſuadenti, vt cenſet idem Paul. *ad Gal.* 1. dicens: *Licet Angelus de Cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizamus vobis anathema ſit*, vbi gloſſa addit, quod de Angelo bono dicit, non quod hoc contingat, ſed quod à Deo certus eſt de veritate Euangelij ſui, quod etiam ſi bonus Angelus nunciaret non crederet, ſed anathematizaret; itaque *numero decimo quinto*,

20 Albertin. concludit, quod ſi Euangelium Pauli præferendum eſt etiam Angelis bonis ſic, & multò magis Euangelia quatuor præferenda eſſe toti Eccleſiæ militanti ſi poſſibile eſſet illam docere contrarium ex ratione, quam adducit D. Thomas *lect.* 2. *col.* 2. quia cùm Euangelium à Deo immediatè traditum ſit, non poteſt per hominem irritari, vberrimè Albertin. hanc veritatem explicat.

QVÆSTIO V.

An jurans per membra Dei, cenſendus ſit blaſphemus. Et quid de jurantibus per Virginem Mariam Deique genitricem, per ſanctos Dei. Vbi de quæſt. an Chriſtus Legem Moſaycam obſeruauerit. Et an aliquam cen- ſuram mereantur aſſerentes ſingulis hominibus ſingulos Angelos non eſſe deputatos. Et an Papa ſit major omni Eccleſia ſeu poſſit ipſe ſolus diffinire controuerſias fidei. An errare in ipſis definiendis, & morum, & euadere hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia alia eſt hæreticalis alia non, hæreticalis, blaſphemia ſunt, quæ continent contra fidem.*

2 *Blaſphemi hæreticales ſunt de hæreſi ſuſpecti.*

3 *Blaſphemare, & iurare per membra Dei, quod graui pœna punitur, & exemplificatur, & de ratione* numero 4.

5 *Iurare per membra Chriſti, eſt tantùm irreuerentia, etſi per pudenda erit ſpecies hæreſis vt* n. 8.

6 *Inquiſitores poſſunt procedere contra credentes Deum habere membra*, & ſub num. 11.

7 *Blaſphemia eſt propoſitio, qua Deo, vel ſanctis maledicta injuria & irreuerentia dantur.*

8 *Iurans per membra Dei, vt cognoſcatur, an ſit ſuſpectus de hæreſi aliaque circumſtantia concurrere debent.*

9 *Iurare per ſanctos, per Virginem Mariam, Petrum, Paulum, & alios, in quo ſenſu non liceat; ſitque ſpecies idololatriæ*, & n. 10.

10 *Iuramenta Chriſtianorum per creaturas piè interpretantur, vt intentio iurantis ſit Deum in creatura afferre in teſtem.*

11 *Blaſphemare conſuetus, etſi largo modo hæreticus dicatur, tamen ſi monitus non ceſſat, vt hæreticus reputatur qualiter intelligatur.*

12 *Chriſtus Dominus ſoluit cæremonialia, & iudicialia legis Moſaycæ*, & n. 13. *& vide* n. 14.

13 *Præcepta moralia legis veteris hodie obſeruantur.*

14 *Chriſtus Dominus, & Apoſtoli ſuſtulerunt cæremonialia, ſed non ideò legem Moſaycam violauerunt* n. 15.

15 *Propheta quod prophetauerunt, hoc & prædicauerunt Apoſtoli.*

16 *Angelos ſingulos ſingulis hominib. deputa-*

*ros non eſſe ab cuſtodiam aſſerere nota
temeritatis tenetur, contra Caluinum,
& centuriatores, quod ſine errore negari
nequit. num. 17.*
18 *Papa maior eſt omni Eccleſia, ſed qualiter
intelligatur, fit demonſtratio:
num. ſeqq.*
19 *Perſona publica maior eſt, quam priuata.*
20. *Eccleſia quibus modis ſumitur numero
21. 22.*
21 *Papa praeſt omnibus Patriarchis & Epiſcopis
n. 22.*
23 *Papa valet diffinire controuerſias fidei, &
morum.*
24 *Cauſa maiores ad Pontificem ſolum ſpectant,
inter quas eſt cauſa fidei.*
25 *Papa non errat in diffiniendo cauſas fidei
& morum cum habeat aſſiſtentiam ſpiritus
ſancti.*

AD primam quæſtionis partem, quia
1 infra de maledicis quod ſpectat ad
blaſphemiam attingitur, & quoad nos ſit
dicendum, aliam eſſe hæreticalem, aliam
non, & de hæreticali inquiſitum *in quæſtione*
videatur, hæreticaleſque blaſphemiæ
ſint quæ continent errorem contra
fidem, cuiuſmodi ſunt, quando per verbum
Indicatiui modi aſſeritur aliquid fidei
contrarium Barboſa *de officio Epiſcopi
alleg.* 50. *à num.* 8. com pluribus, & cum
Sanchez *in alleg. cap.* 32. *num.* 36. Sanctarel.
de hæreſi cap. 8. Suarez *de Relig.
tom.* 1. *lib.* 1. *de irreligioſitate cap.* 5. *num.*
6. *verſ. altera diuiſio* Comitol. *Reſponſ. moral.
lib.* 4. *q.* 9. *cap.* 9. Fariuac. *in pract. q.*
20. *ex num.* 28. Zanard. *in ſumma diuinor.
præceptor. tom.* 2. *cap.* 64. Duard. *in Bulla
cænæ lib.* 2. *can.* 1. *q.* 22. *num.* 29. & alij poſt
Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 2. *q.* 41. *n.* 1.
vbi Pegna *comment.* 66. diuerſaque exempla
ex verbis injurioſis in Deum, ex multis
etiam commentaret Carena *de offic.
inquiſit. p.* 2. *tit.* 7. *de blaphemia* §. 2. *ex
num.* 6. Et quod hæreticales blaſphemi
2 ſint de hæreſi ſuſpecti de illiſque cognoſcere
inquiſitores, quod alias non facerent,
vt omnes fatentur; cum pluribus
Farinac. de delictis, & pænis *q.* 20. *num.*
4. Locatus in judiciali inquiſit. *verb. Blaſphemia
num.* 3. *Diana* cum aliis *p.* 4. *tract.*
7. *Reſ.* Carena *ſuprà* §. 4. *num.* 18.
3 Ideo iam ad propoſitam difficultatem
reſpondetur cum Albertino late agente,
quod iurare per membra Dei, & blaſphemare
pęna graui punitur; *ex c. ſi quis* 22.
q. 1. procedereque ſic in jurante per quodcumque
membrum Dei; imò & ſi jurauerit
per corpus Dei; quia, & ſi corpus
non ſit membrum, continet tamen omnia
membra; ſicque jurare per corpus,
aut aliqua membra Dei, vt puta per caput
Dei, per jecur Dei, per cor Dei, &c.
non ſolum ſit malum, ſed etiam blaſphemia.
Quia taliter jurans attribuit Deo 4
quandam imperfectionem ſcilicet habere
membra humana, quæ non habet, &
quod ob id ſit hæreſis, de qua *in capite
quidam.*
Ex quo tit. vt ſit blaſphemia hæreticalis. 5
Et ſi iurare per membra Chriſti, qui
Deus, & homo eſt ſit tantum irreuerentia
juxta differentiam, quam ponit idem
Albertin. efficaciter probans *d. q.* 28. *de
agnoſcend. aſſert. ex num.* 30. 31. 32. cum
aliis anteced. & ſeqq. vbi omnia minute
expendit.
Et ſic ne longiores ſimus, concludo 6
inquiſitores poſſe procedere contra credentes
Deum habere membra verè, juxta
longe adducta per Sanchez in ſumma *d.
cap.* 32. *p.* 1. Theſaur. *deciſ.* 241. & alij
multi, quos refert Carena *de offic. inquiſit.
d. p.* 2. *tract.* 16. *ex numero* 12. Vbi quod 7
propoſitiu blaſphema eſt, qua Deo vel
ſanctis maledicta, injuriæ, & inconuenientia
dantur attributa: Sanchez vbi
ſuprà num. 16. Manaldus *conſ.* 10. & 11. 8
vol. 2. vbi late *de conſt. Py V.* & de teſtibus
deponentibus contra blaſphemum &c. Et
vt cognoſcatur, an jurans per membra
Dei ſit ſuſpectus de hæreſi, debet judex
conſiderare nonnullas circunſtantias,
quas adducit idem Albertin. *d. q.* 28. *n.*
37. vbi *num.* 38. & declarar textum *in cap.
ſiquis per capillos* 22. *q.* 1. de quo plura
ante ſcripſit; vide ipſum ibi *num.* 34. 35.
36. vbi quod Dei attribuere membra, eſt
hæreſis damnata, & quod jurare per
membra Deo, eſt hæreſis manifeſta, vel
quod eſt hæreticum, vel quod ſaltem hæreſis
ſuſpicio naſcitur, & poſtquam *num.*
32. ait quod jurare per membra Chriſti
eſt irreuerentia, addit *num.* 33. quod jurare
per membra Chriſti pudenda eſt ſpecies
hæreſis.
Vnde ad aliud; quod inquiritur, an 9
liceat jurare per ſanctos, ſcilicet per Virginem
Mariam, Petrum, Paulum, & alios
reſpondetur quod habito reſpectu ad
creaturas, per illos jurari nequit ſi intenderetur
illas inuocare in teſtimonium ſeu
ad confirmationem actus, quia tunc honorem
debitum Deo impenderet jurans
creaturæ & ſic committeret idololatriam
*ex c. perlatum, & cap. venerabiles de conſecr.
diſt.*

Digitized by Google

diſt. 3. vt dicit Abbas *in cap & ſi Chriſtus de jure jur.* & qualiter intelligatur explicat Albertin *ſup. d. q.* 28. *ex num.* 39. vſque adfinem: vbi approbat morem Chriſtianorum jurantium per aliquas creaturas, eas ad Deum referendo, vt per Crucem Sanctam, & in manu Epiſcopi *cap. qui poterat* 22. *q.* 5. item per Euangelium, *cap. ſi aliquis* 22 *q.* 1. item per Ordinem, *cap. quotiens* 1. *q.* 7. item per ſalutem Prin-
10 cipis 1. *l.* 3. *ff. de jureiur.* quod non videtur licere: vt *in cap. monente* §. *fin.* 22. *q.* 7. item per altare, & reliquias *cap. habemus* 22. *q.* 2. item per fidei interpoſitionem *cap. ad aures*; de his, quæ metus cauſa fiunt aduertens Albertinus *num.* 41. quod quando Chriſtiani jurant per creaturas, & per Sancta Euangelia, aut per Sanctos &c. hoc juſiurandum pie interpretatur ſecundum Chriſtianum morem, & ſanctum; vt intentio jurantis ſit Deum in creatura afferre in teſtem, & non ipſam ſecundum ſe creaturam, & juxta hunc intellectum dicit interpretanda eſſe diuerſa ſcripta prohibentia & concedentia jurare per creaturas, ad quæ applicabis plura quæ ſcripſi *ſub d. cap. & ſi Chriſtus* 26. *de jurejur. & ibi ſub q.* 2. *de juramento per falſos Deos*; *& de jurante per membra pudenda Chriſti Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum*, Legendus eſt Azeued. *in lib.* 8. *tit.* 4. *leg.* 5. *Recopil. vbi à n.* 60. de blaſphemia ad Corpus Dei.

11 Ex quibus concludo, quod licet blaſphemare conſuetus largo modo hæreticus dicatur *cap. illi qui* §. *quia vero* 24. *q.* 3. tamen ſi monitus blaſphemare non ceſſat, tunc vt hæreticus reputetur *cap. qui in Eccleſia* 24. *q.* 3. ſicque in iſto caſu contra talem monitum blaſphemare non ceſſantem inquiſitorem poſſe procedere refert ex Afflictis *in conſtit. Regni de hæret. Rub.* 1. *n.* 48. Farin. *de hæreſi q.* 1-8. §. 2. *n.* 76. qui addit Afflicti ſententiam, ſic ſimpliciter vt ab eo dictam non eſſe admittendam, niſi ſic blaſphemare conſuetus blaſphemiam non eſſe peccatum exiſtimet, aut ſic, quod accuratius intellexit: Menoch. *lib.* 5. *de*
12 *preſ.* 6. *num.* 29. vbi quod aſſidue blaſphemans dicitur ſuſpectus de hæreſi.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Chriſtus legem Moſaïcam obſeruauerit, & quamuis argumentetur Chriſtum eam non obſeruaſſe, eo quod Chriſtus ſoluerit præcepta judicialia, & ceremonialia legis judaicæ: juxta, quæ late dixi *ſub cap. tranſlato de conſtit.* vbi de tribus illis præ-
13 ceptis legis antiquæ moralium judicialium, & ceremonialium.

Et quod ſolum moralia præcepta hodie obſeruentur, non inquam duo poſtrema, & ex aliis ſuadeatur, quæ refert Arnal. Albertin. *de agnoſcend. aſſert. Cathol. & hæretic. num.* 6. vbi *ex num.* 1. vſque ad finem late probat Chriſtum ſeruaſſe præcepta moralia judicialia, & ceremonialia dictæ legis Moſaycæ, de moralibus per illud *Mathei* 9. dicendo: *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata*: de judicialibus ibi *num.* 4. de ceremonialibus *num.* 5. vbi qualiter ea obſeruauit, apud quem leges, & apud alios quos citamus *ſub. d. capite* tranſlato, ac citabimus *ſub. tit. de purgatione poſt partum*: vbi de legalibus legis antiquæ, quodque ea Chriſtus ſeruauerit multis modis probat Albertinus *num.* 7. vbi *à num.* 8. inquirens: *Chriſtus curando infirmos in ſabbato, an illud violauerit*, & *num.* 9. *an violauerit legem tollendo libellum repudij, & num.* 10. *an illam violauerit prohibendo vſuram & num.* 11. 14
an Chriſtus violauerit legem præcipiendo inimicos diligi & num. 13. *an Chriſtus ſuſtulerit diſtinctiones ciborum.* Qui concludit *n.* 12. *& fin.* quod Chriſtus, & Apoſtoli ſuſtulerunt cæremonialia, ſed non ideo legem Moſaycam violauiſſe, declarans illud commune, quod Chriſtus non venit ſoluere legem, ſed adimplere *ex Mattheo cap.* 5. ibi *nolite putare* (loquens ad Iudæos) *quoniam veni ſoluere legem aut prophetas*, nempe quod adimpleuit legem illius præcepta ſeruando, adimpleuit Prophetas illorum promiſſiones exequendo, 15
& effectuando ſcilicet naſcendo, patiendo, reſurgendo, & alia faciendo, quæ illi prophetarunt. Quia, vt inquit Auguſtinus, quod prophetauerunt prophetæ, hoc & prædicarunt Apoſtoli, & ſic Chriſtum adimpleuiſſe opera veteris legis opere, quia circumcidi voluit, & alia legalia obſeruare, & quæ erant tempore illo obſeruanda ſecundo illud Paul. *ad Galatas* 4. *factum ſub lege* de quo videndus eſt S. 16
Thom. *in* 4. *diſt.* 33. *q.* 2. vbi eius expoſitores.

Ad tertiam quæſtionis partem de aſſerentibus ſingulis hominibus ſingulos Angelos non eſſe deputatos, ad cuſtodiam reſolutiue agendo, dicendum eſt quod notam temeritatis merentur, qui cuſtodiam Angelicam tenentes ex Sacris ſcripturis reuelatam multis in locis, de quibus Suarez *de Angelis lib.* 6. *capite* 17. per totum, aſſererent tamen ſingulis hominibus ſingulos Angelos non eſſe deputatos

ad cuſtodiam, ſentirent enim contra il-
lud *Matthai* 18. *Angeli coram ſemper vident*
faciem patris: & contra communem opi-
nionem, ſenſum omnium Patrum, quos
allegat idem Suatez *d. cap.* 7. *n.* 8. quid-
quid in contrarium oblatrauerint Calui-
nus, & centuriatores, apud eumdem Sua-
rez *dicto loco* legendi, & quod talia aſſe-
rentes adminus ſint habendi temerarij
dixerũt P. Raphaël Auerſa *in* 1. *p. D. Thom.*
q. 51. *ſect.* 6. *verſ. ſecundo ſingulos homines:*
ibi *adeo vt abſque graui temeritate*, Pater
Alarcon Societatis Ieſu *in eadem* 1. *p. tract.*
17 6. *diſp.* 10. *cap.* 1. Vbi quod ſine errore, &
temeritate negari nequit ſingulis homi-
nibus ſingulos eſſe Angelos ad cuſtodiam
deſtinatos, vti etiam docuerunt P. Gabriël
Vazquez *diſp.* 243 *in* 1. *p.* & Pater Prepar.
ibidem *q.* 64. *dubio* 3. vt refert Carena *de*
offic. inquiſit. d. p. 2. *tit.* 16. §. 3. *ſub. num.*
8. *verſ. eamdem.*

18 Ad quartam quæſtionis partem, an
Papa ſit maior omni Eccleſia, ſeu poſſit
ipſe ſolus definire controuerſias fidei:
ſuppoſitis, quæ dixi *in texta noſtro ſub. q.* 1.
vbi de poteſtate Papæ, & *in cap. damna-*
mus de ſumma Trinitate, & fide Catholica,
de quibus *infra ſub hac quæſtione*, quare
nunc breuiter ad quæſita reſpondetur ad
primum, quod Papa ſit maior omni Ec-
cleſia probat Bordon. *de inquiſit. cap.* 5. *de*
Romano Pontifice ex num. 67. *in q.* 12. di-
19 cendo, Eccleſiam accipi poſſe quatuor
modis, primo diſtributiue pro hoc vel illo
fideli, & in hoc ſenſu, nulli dubium eſſe
ſcribit Papam omnes excedere, quia eſt
perſona publica caput, Pater, & Paſtor
omnium: fideles verò eius ſubditi filij, &
oues *ex cap.* 3. *de poteſt. Prælatorum.* Ibi
habetur perſonam publicam maiorem eſ-
ſe priuata, publicumque præferri, priua-
to per illa quæ dixi *ſub cap. cum contingat*
de foro competent. & quia Paſtor eſt om-
nium, & ſingularium ouium maior; eo
quod oues illum ſequuntur *Ioan.* 10. *n.* 4.
Et quia Pater eſt maior ſingulis filiis *cap.*
ſiquis 9. *diſt.* 96. membraque capiti ſub-
eſſe in obſequium ſeruitutis, & obedien-
20 tiæ *cap. non decet.* 1. *diſt.* 12. Secundo col-
lectiue in vnione fidei *cap. Eccleſia diſt.* 1.
de conſecrat. in quo ſenſu ait, quod Ec-
cleſia non creſcit ſed ſpectatur in vnita-
te fidei ſub vno capite, qui illius curam,
& regimen habet, ſubſitque Eccleſia Pon-
tifici. Tertio quod Eccleſia ſumitur pro
Prælatis in cura paſtorali, & ſic Papam
illis præeſſe, quia cum illo vocati ſunt
non in plenitudinem poteſtatis, quam
ipſe ſolus habet, ſed in partem ſollicitu-
dinis *cap. multum* 73. *q.* 6. *cap. ad honorem*
4. *de authoritate, & vſu pallij*, & vtrobique
DD. præeſt inquam omnibus Patriarchis,
Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & 21
aliis paſtoribus *cap. cleris* 1. *diſt.* 21. *cap.* 1.
& 2. *de tranſlat. Epiſcop.* & patet ex his,
quæ dixi *ſub Rub. de archipreſbyteris:* vbi de
Papa, Cardinalibus, Epiſcopis & aliis Ec-
cleſiæ Prælatis egi, vocatur enim Papa
Epiſcopus Epiſcoporũ, & Prælatus omniũ
Prælatorum. Quarto quod Eccleſia ſumi-
tur authoritatiue, & pro concilio gene- 21
rali, in eoque ſenſu ait Papam eſſe maio-
rem in dignitate, & poteſtate; & patet
etiam ex his, quæ dixi *ſub cap.* 1. *de iudiciis*
applicando hic quæ dixi ibi *q.* 6. *an conci-*
lium generale poſſit Papam iudicare: ad pro-
poſitum de ſub limitate Papæ ſuper om-
nes etiam Principes terræ, quæ dixi *ſub*
cap. 12. *& cap. nouit.* 13. *de iudic. à q.* 4.

Et ad aliud, an ad ſolum Pontificem 23
ſpectet diffinire controuerſias fidei, &
morum affirmandum eſt, quia ex illo
Chriſti: *Ego rogaui pro te vt non deficiat fi-*
des tua: ergo ſolus Petrus definit res fi-
dei vt dicitur *in cap. quoties* 12. 24. *q.* 1.
ibi *quoties ratio fidei ventilatur arbitror om-*
nes fratres, & coepiſcopos noſtros non niſi ad
Petrum, id eſt ſui nominis, & honoris au-
ctoritatem referre debere. Et confirmant 24
DD. in dictis iuribus ſcribentes quia ma-
iores cauſæ, inter quas maxima eſt cauſa
fidei; ad maiorem, qui eſt Petrus, refe-
rendæ ſunt *cap.* 2. *diſt.* 12. *cap. multis* 5. *q.*
17. *cap.* 3. *de Baptiſmo cap. vt debitus* 59. *de*
appellat. ſic omnes cum D. Thom. 2. 2. *q.*
11. *art.* 2. vbi Caietan. circa dubia *lib.* 4.
de armis fidei propoſ. 10. Nauar. *tom.* 4. *nota.*
63. *de iudic. num.* 46. Bordon. *d. cap.* 5.
ſub. num. 100. vbi quod ſolent Pontifices
hanc poteſtatem delegare conciliis, &
quod nullus ſummo Pontifici inferior:
reſpondens ibi d. textum *in cap.* 2. *diſt.*
80. *in verbis ibi Epiſcoporum Primates vel*
Patriarchas Beatus Petrus poni præcepit, qui
reliquorum cauſas Epiſcoporum ad maiora
negotia in fide agitarent, dicens quod illa
particula *in fide* non ſumitur pro fide ſed
aduerbialiter vt ſignificet *fideliter*, ab illis
negotia eſſe pertractanda.

Ad vltimam quæſtionis partem, an 25
Papa poſſit errare in definiendis cauſis fi-
dei, & morum, & euadere hæreticus, vt
primum diſſoluas, leges, & applicabis hic
quæſtiunculas quas poſui *ſub d. cap. fin de*
ſumma Trinit. & fide Catholica q. 1. vbi egi
de ſeqq. *an Papa poſſit errare, diffiniendo*
aliquid

Digitized by Google

aliquid de fide extra concilium generale & quod in aſſignandis propoſitionibus præter hæreticas. Et an *Papa vt perſona priuata poſſit in fide errare* & an *de facto errauerit*; *& errare definiendo aliquid circa mores extra concilium*, & an *in Canonicatione Sanctorum, ſeu beatificatione*, & quia de his omnibus agit ac reſoluit Bordon. *d. cap.* 5. de Romano Pontifice diſtinguendo in Papa definiente circa res fidei, & mores, in quibus non errat, cum habeat aſſiſtentiam ſpiritus Sancti: ibi *q.* 14. *ex n.* 77. legendus, comprobans ex Sacris litteris *Math. cap.* 16. *n.* 18. *tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam, & ex alio Luca* 22. *n.* 32. *ego rogaui pro te, vt non deficiat fides aut &c. ex Ioan.* 14. *n.* 16. *& alium Paraclitũ dabit vobis &c.* de qubus, & aliis clare dixi *in d. cap. fin. de ſumm. Trinit. verſ. ad tertiam ex n.* 8. *& verſ. ad quartam ex n.* 17. *ad finem*, & ſic alia ex Bordon. non reperimus, qui *ex n.* 84. reſpondet ad caſus oppoſitos Anaſtaſij 2. *in cap. Anaſtaſius 6. diſt.* 19. *& Nicolai* 3. *in cap. exit de verb. ſignif.* cui impugnat Ioan. 22. in extrauag. cum inter nonnullos eodem Pelagij Innocentij III. & Cæleſtini ſigilatim *à n.* 88. ſatisfaciẽs & ſic quod hæreticus non præſumatur tenendum eſt, & applicabis, quæ dico *in d.* 1. *de judic. q.* 6. vbi an *concilium generale poſſit Papam condemnare, & judicare*: vbi de Marcellino Papa, *& num.* 3. poſui caſus, in quibus Papa concilio ſubdi videtur: vbi qualiter, & expenditur.

QVÆSTIO VI.

An ſit hæreticum dicere homines, vel Mulieres ſtriges, ſtrigaſue, lamios, ſeu lamias, Bruios, aut Bruias nuncupatos rapi à Dæmone corporaliter, & trahi volentes per varia terrarum ſpatia ad locum Ludi, & introduci in domos alienas, vt ibi malum operentur. Et qualiter contingat. Et an ſit aſſertio temeraria dicere, quod plures fæminæ ſaluantur, quam viri. Et an ſit hæreticus, qui aſſerit decimas non eſſe ſoluendas Epiſcopis, & clericis. Et an ſit ſuſpectus de hæreſi, grauia delicta perpetrans, vt homicidia, furta & alia enormia, ſi ea ſit ſolitus commitere.

SVMMARIVM.

1 *Striges vulgo* los Bruios y Bruias *dicere, vt aliquando trahantur à Dæmone, vt mala faciant per loca varia non eſt hæreticum, vt n.* 2.

2 *Striges, & Lamiæ ſolent portari à Dæmone de die, vel nocte per varia loca ex pacto, & intrare domos de nocte ibique ſuffocare infantes, quod eis aliquando contingit imaginarie. n.* 3.

4 *Striges, & Lamiæ ſæpe accidit ſola imaginatione deferri, quæ nonnunquam verè transferuntur à Dæmone de loco in locum & in forma hirci, vel alterius animalis, aut in arundine, aut vero ſcoporum baculo equitantes n.* 5.

5 *Striges, & Lamias ſolet vehere Dæmon in aëre, vbi quod aliquando in campis nudæ repertæ ſint, ſic vt pedibus ad patriam redire viſæ ſint clara luce.*

6 *Mulieres, vt ſaluentur plures quam viri contra aliquos eſt propoſitio temeraria, imo ſunt faciliores ad recipiendum illuſiones diabolicas: vide n.* 7. *vbi contra.*

8 *Decimas non eſſe ſoluendas Epiſcopis, & clericis aſſerens præſumitur Hæreticus, poteſtque procedi contra quemcumque id prædicantem, turbam concitando, idem de oblationibus, & de exemplo n.* 9. *&* 10.

9 *Prædicator quidam docens, & prædicans non fore ſoluendas decimas, fuit pro hæretico damnatus.*

10 *Religioſi prædicantes, & retrahentes à ſolutione decimarum alios, ſunt excommunicati.*

11 *Hæretici non ſunt nec aduerſus illos procedi poteſt qui aſſidue homicidia, & grauiora delicta committunt, niſi quando pertinaciter aſſerent licitum eſſe furari, adulterari &c. num.* 12. *&* 13. 14.

13. *Hæreticus non eſt, qui male viuit, ſed qui male credit, & n,* 14.

14 *Hæreticorum, & malorum Catholicorum quæ differentia ſit.*

AD primam quæſtionis partem, vt breuiter reſpondeatur, commendo vt videas, quæ adduxi *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ q:* 59. *à n.* 1. vbi cum agerem de quæſtione, *à quo judice propter infanticidia debeant puniri Lamiæ ſeu ſtriges, & de* 1

de eorum peſſimo, & abominando genere,
nunc iam illis præmiſſis quoad præſentem
difficultatem, & prima facie ita trahi, vt
videatur hæreticum per textum *in cap.*
Epiſcopus 26. *q.* 5. vbi per longa verba nar-
ratiua concludit, *quod qui talia credit, &*
iis ſimilia fidem perdit &c. & ibi *proculdubio*
infidelis eſt & pagano deterior: cuius teno-
rem ſigillatim expendit Albertin. *de*
agnoſcend. aſſert. Cathol. & hæret. tota q.
24. vbi *à n.* 3. *vſque ad* 9. videtur compro-
2 bare hanc partem. Verum *ex num.* 10. di-
cit verius eſſe de jure quod non eſt hære-
ticum mulieres, de quibus inquiritur por-
tari per diuerſa terrarum vel ſpatia de die
vel de nocte, ex pacto inter eas, & Dæ-
monem inito, & intrare domos de nocte,
& ibi ſuffocare infantes; ſicut tenent
Malleus *Maleficor. in* 2. *p. cap.* 3. & Epiſ-
cop. Abulenſ. *ſuper Matth. cap.* 4. *verſ.*
iterum aſſumpſit: Syluester *in ſumma verb.*
hæreticus. Concludens has ſtriges aliquan-
do portari corporaliter à Dæmone per di-
uerſa loca, nec hoc eſſe impoſſibile, nec
hæreticum aſſerere, aliquando hæc eis
contingere mentaliter, & imaginarie, &
quia idem Albertin. longè expendit, vi-
dendus eſt ad quem te remitto.

3 Et ſic illis omiſſis breuiter concludo,
quod quamuis ſæpe accidat Striges ſola
imaginatione deferri, non tamen negan-
dum eſſe, nonnunquam verè transferri à
Dæmone de loco in locum, vt tradunt
Patres Orthodoxi S. Gregor. *lib.* 1. *de-*
calogi cap. 4. *lib.* 2. *in Iob. cap.* 9. S. Epi-
phan. *lib.* 1. *contra hæreſes cap.* 30. S. Au-
guſtin. *lib.* 2. *de ſimplic. q.* 3. *de ciuit. Dei*
lib. 2. *cap.* 23. *& lib.* 7. *cap. fin. & lib.* 8. *c.*
29. *& lib.* 10. *cap.* 9. *& lib.* 16. *cap.* 17. *&*
lib. 21. *cap.* 7. & Theologi veteres, & re-
centiores cum D. Thom. 2. 2. *q.* 92. *&* 93.
& lib. 3. *contra gentes cap.* 104. *cap.* 105.
cum multis Barboſa *in d. cap. Epiſcopi n.* 4.
cum Valentia, Toſtato, Alfonſo, à Caſtro
Victoria, Toleto, Caietano, Azor, Sua-
rez, & del-Rio longè agentibus, & ex
Sanchez *in præcepta decalogi tom.* 1. *lib.* 2.
cap. 40. *num.* 6. Vbi ſubdit explicare Del
4 rium huiuſmodi Lamias de loco ad locum
vehi à Dæmone, in forma hirci, vel al-
terius animalis, vel in arundine vera,
aut vero ſcoporum baculo; equitantes,
quæ à Dæmone aguntur, & ſubleuantur,
atque adeo tunc conuenientibus nefariis
vere corporaliter intereſſe; vbi idem Bar-
boſa de veritate per eorum confeſſiones
in tortura comprobatis ex Simancas, Ba-
nhud, & Remigio *ſub d. n.* 4. refert ex
Petro Binsfeld. *in confeſ. maleficor. mem-*
bro 1. *concluſ.* 22. Gribaldo, & Remigio,
quod experientia comprobatur earum-
que intercepto itinere vel ſoluta impia
Societate, diuino quodam judicio in pa-
ramis, & campeſtribus locis nudæ reper-
tæ ſunt clara luce ſupina, ita vt pedibus ad
patriam redire cogantur, prout obſeruant
Benpheld. *ſup. memb.* 1. *concluſ.* 12. *num.* 6. 5
Nicol. Remigio *lib.* 1. *de maiol. cap.* 14.
ſpino. de ſtrigibus à cap. 17. Sprenæ *in mall.*
p. 2. *q.* 3. Ioan. Cæſar *lib.* 10. *miracul. cap.*
1. alia idem Barboſa: vbi *num.* 5. *&* 6.
explicat *d. cap. Epiſcopi*, quod iam alibi
expendimus referens *ſub n.* 7. DD. de
Lamiis agentes, & ob id amplius non inſi-
ſtimus.

Ad ſecundam difficultatis partem non- 6
nulli interſe ſunt deſides, inter quos Pa-
ter Hieronymus à tanacia in ſuis floribus
Theologię impreſſis Valentiæ anno 1622.
in ſua quæſt. vltima prologi primi libri ſen-
tent verſ. temeraria propoſitio dicitur: vbi
dicit hanc propoſitionem plures fæminæ
ſaluantur, quam viri eſſe temerariam, imo
videtur credendum eſſe, vt plures homi-
nes ſaluentur, quam fæminæ; cum mu-
lieres faciliores ſint ad maleficia perpe-
tranda, quam homines; cum ob fragili-
tatem ſexus, tum ob carnalem concupiſ-
centiam & inſatiabilem, quam in eis for-
tius regnat, quam in viris; vt patet pro-
uerb. penult. quæ & faciliores; ad reci-
piendum illuſiones diabolicas; de quo
Albertin. late *d. q.* 24. *à n.* 4. *& n.* 35. vbi
n. 10. ponit, quare fæminæ potius invo-
luuntur crimine maleficorum quam ho-
mines. Sed quia Cæſar Carrena, *de offic.* 7
inquiſ. 2. *p. tit.* 16. §. 3. *ſub. n.* 8. *verſ. in*
hac, & verſ. ſed vere fallitur, non ſolum
temerariam non eſſe, imo probabiliſſi-
mam eſſe doctorum ſententiam aſſeren-
tium plures fæminas ſaluari, & prædeſti-
natas eſſe quam maſculi, vt latiſſime pro-
bauit, & rationibus, & authoritatibus
eruditiſſimus Pat. Riuccius *in tract. de*
prædeſtinatione diſp. 56. omnino videndus
& Pat. Did. Alarcon. *in* 1. *p. D. Thomæ*
tract. 4. *diſp.* 6. *cap.* 2. *verſ. quarta difficul-*
tas in fine, & me pugnat dictum de ma-
iore fragilitate mulierum *n. præced.* non
auſus ſum condemnare vt temerariam
primam ſetentiam; Deus nuquam omni-
potens maximus Cordium ſcrutator &
ſolus ſcit verusne ſit primus ſiue ſecun-
dus modus dicendi.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit 8
hæreticus, qui aſſerit decimas non eſſe
ſoluendas

ſoluendas Epiſcopis, & Clericis, & ſup-
poſita doctrina de declmis debitis per-
ſolui omni jure dinino naturali, & poſi-
tiuo Eccleſiaſticis perſonis, Epiſcopis, &
Parrochis; de qua *in ſuo tit.* contra quas
præſcriptio ſolet eſſe difficilis; juxta quæ
adduxi *ſub cap. de quarta, & cap. cauſam
7. de præſcriptionibus*; jam in propoſito
dico vt præſumatur hæreticus, & vt poſ-
ſit contra eum procedi vt hæreticum,
qui in publicis prædicationibus conci-
tando turbam contra clerum aſſeruit,
quod laici ſoluendo decimas clericis,
aut eis confitendo, & dando oblationes
peccabant; cùm omnes clerici eſſent
mali, & de Eccleſiis remouendi; Clem.
cupientes de pœnis, & quod hæc ſit
communis Theologorum, & Iuriſta-
rum doctrina, poſt Archid. notant Syl-
ueſter *in verb. hæreſis §. 1. num. 7. verſ. ex
præmiſſis Repertor. inquiſit. in verb. Hære-
ticus, verſ. an pertinaciter*, aſſerens quod
decimæ non ſint ſoluendæ, vbi remiſſi-
uè, & ibi Mandoſ. *lit. A. & in verb. per-
tinax verſ. 7.* Anchar. *in Clem. 2. §. ſa-*
9 *nè de vſuris.* Vbi dixit quemdam præ-
dicatorem, qui ſic aſſerebat fuiſſe tunc
ab omnibus Theologis, & doctoribns
vtriuſque juris pro hæretico damnatum.
Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. verſ.
26.* Farinac. *d. qu. 178. de hæreſi §. 2. nu-
mero 67.* Azor. *lib. 12. inſtit. moral. p. 1.*
10 *cap. 13. qu. 17.* vbi de aliis ad propoſitum.
Et quod ſint excommunicati Religioſi
prædicantes, & retrahentes à ſolutione
decimarum alios *per d. Clem. cupientes in 1.
p. num. 1. & 2.* cum multis probat Bar-
boſa ibi, & ſic non plus adjicimus.
11 Ad quartam partem quæſtionis, an
ſint ſuſpecti de hæreſi grauiora, & atro-
ciora delicta perpetrantes vt homicidia
furta &c. & ſuppoſitis, quæ dixi *ſub cap.
4. §. de adulteriis, de judiciis*, vbi, quæ ſint
majora delicta, & alibi jam reſolutiuè in
propoſito reſpondetur, quod licet fures,
adulteri, homicidæ, & alij ſimiles con-
ſueti, & notorij delinquentes, ſic furan-
do, adulterando, & occidendo, aut alias
aſſiduè delinquendo agant contra veri-
tatem ſcripturæ, non propterea reputen-
12 tur hæretici. Tamen quod hæretici re-
putentur, & contra eos inquiſitores pro-
cedere poſſint, quando pertinaciter aſſe-
rerent licitum eſſe furari, adulterari, &
occidere: probatur ex generalitate illorũ,
quæ dixi *ſuprà ſub Rubrica hac*, dum egi
de illa quæſtione *an ſit hæreticus, qui quod
vere peccatum eſt aſſerit non eſſe peccatum, &*
è *contra*, & in ſpecie ſic diſtinguendo ſcri-
pſerunt Arnald. Albertin. *in hac Rubrica
lib. 6. in 1. q. n. 9. in fine verſ. nec etiã peccator,
& n. 10. & ſeq. ſumma Antonina p. 2. tit. 12.
§. 1. c. 5. in princ. verſ. unde factum, & in verb.
hæreſes*: non enim refert Simancas *de Ca-
tholicis inſtit. tit. 31. hac Rubrica n. 2. verſ.
non eſt.* Quod non eſt hæreticus, qui malè 13
viuit, ſed qui malè credit. Nã inter hære- 14
ticos, & malos Catholicos hæc eſt diffe-
rentia, quod hæretici falſa credunt, mali
autem Catholici vera credentes non vi-
uunt, vti credunt, & his ſimilia Zanchin.
de hæretic. c. 25 n. 1. Squillacem *de fide Ca-
tholica c. 22. n. 1.* Decian. *tract. crimin. lib. 5.
c. 9. n. 4. & c. 17. verſ. 70.* cùm aliis Farinac.
d. q. 178. §. 2. n. 75. Ioan. Rojas *in tract. de
hæret. p. 1. n. 316.* vbi facit regulam commu-
niter receptam, quod committens facta
etiam horrenda, & deteſtabilia; etiam ſi
ſanctiſſimam Euchariſtiæ Hoſtiam ſurri-
puiſſet, non dicitur hæreticus, cum nul-
lum opus exterius quantumvis nefandum
abſque errore intellectus ſit hæreſis; in-
déque plures concordantes refert Pegna
*in addit. ad Eymeric. in director. inquiſit. p. 2.
ad c. 1. hoc tit.* vbi pariter dixit peccatores
non reputari hæreticos, & ſi ex imperfe-
cta adhæſione de fide dubitare videãtur.

Propoſitiones circa Sacramenta.

QVÆSTIO VII.

An qui tenet. in diebus prohibitis
poſſe carnes comedi præſumatur
hæreticus; quid de eo qui aſſerit
ſingulis annis non eſſe confitenda
peccata, nec fore neceſſarium in
Paſcha communicare. Et an ſit
hæreticus, qui licete aſſerit eodem
tempore duas haberi poſſe vxores.
Quid de affirmante licere confeſ-
ſario pœnitentem abſentem ab-
ſoluere vel de abſoluente ſine ſuf-
ficienti poteſtate, vel de admini-
ſtrata moribundo, vel de ſumente
in communione majores, vel plu-
res hoſtias, ſeu de presbytero, ſine
licentia proprij ordinarij pœniten-
tem audiente, ſeu de Confeſſario
frangente ſigillum, ſeu obligante
pœnitentem, vt ſibi reuelet com-
plicem, aut de non Sacerdote au-

diente confeſſiones, ſed non ab-
ſoluente.

SVMMARIVM.

1 *Carnes comedi poſſe in diebus prohibitis aſſerens ſolum eſt ſuſpectus de hæreſi, ſicut contra eum poſſint inquiſitores procedere,* & n. 3.

2 *Carnes comedens in quadrageſima in die Veneris, & Sabbati, non dicitur ſuſpectus de hæreſi, quando dicit non fuiſſe in contemptum, ſed cauſa ſanitatis.*

4 *Eucharistiam, & peccata non confitenda quot annis, nec hoc poſſe præcipi ab Eccleſia, aſſerens vt hæreticus poteſt damnari, non ſic qui per multos annos nec communicaret, nec peccata confiteretur.* n. 5. & 6.

7 *Genuflecti ſanctiſſimæ Euchariſtiæ deſinens, ſi ex circumſtantiis excuſatur, nō vt hæreticus, nec ſuſpectus punitur: idem ſi rebaptizaretur, exiſtimans id ſine peccato poſſe.*

8 *Nuptias binas contrahens tempore eodem ab inquiſitoribus punitur.*

9 *Fornicationem credens licere, abſque eo quod ſit hæreſis, aliqui tenent.*

12 *Abſoluens moribundum.*

13 *Hoſtias plures ſumens.*

14 *Presbyter pœnitentē audiens ſine licentia.*

15 *Sigillum confeſſionis frangens.*

16 *Confeſſarius obligans pœnitentem, vt ſibi reuelet.*

17 *Sacerdos pœnitentes audiens, ſed non abſoluens.*

1 AD primam quæſtionis partem vide-
tur reſpondendum, vt ſit ſaltem de
hæreſi ſuſpectus, qui aſſerit carnes poſſe
comedi in diebus prohibitis, cùm minus
ſit ſine tali aſſertione illas comedere, &
nihilominus de hæreſi ſuſpectus ſit, ſicut
contra ipſum tanquam de hæreſi ſuſpe-
ctum poſſe inquiſitores procedere, etſi
inuenerint illum comedere carnes ab Ec-
cleſia prohibitas, credētem non eſſe pec-
catum, poſſint tanqoam hæreticum puni-
re. Repert. inquiſit. *verb agnoſcere verſ. ſed
an Iudex inquiſitor. ante fin.* Paris *conſ.* 169.
2 *n.* 67. Vbi quod non cenſerur probata hæ-
reſis, ex eo qnod fuerit probatum, qnem
in die Veneris, Sabbati, aut quadrageſi-
mæ comediſſe carnes, & cibos prohibitos,
quando ſic comedens dicit ſe feciſſe, non
in contemptum, ſed cauſa ſanitatis. Pe-
gna *in addit. ab Eymeric. in direct. inquiſit.
p. 2. ad c. 1. hoc tit. fol.* 87. *col.* 1. *in fine verſ.
at ſi peccatores:* Vbi de hæreſi ſuſpectos
affirmat eos, qui non abſtinent ſe ab eſu
carnium, ſicut præcipit Eccleſia, poſſeque
contra eos inquiſitores procedere; ita Fa-
rinac. de hæreſi *qu.* 177. §. 2. *n.* 80. & cum
Sāchez, Iulio Claro, Caſtro-Palao, Ægid. 3
Trulenk *in opere morali lib.* 1. *c.* 2. *dub.* 3. *n.*
11. dicit hæreticum dici eum qui comedit
carnes in diebns probibitis, credens Ec-
cleſiam non poſſe id prohibere, niſi ex
ignorantia, aut aliis circunſtantiis excu-
ſaretur, vel ex nimia paruitate eſus, idem
Trulenk *n.* 13. cū Sācbez vt ibi explanat.
Ad ſecundam quæſtionis partem, quia 4
hæreticus reputatur, qui ſingolis annis
peccata ſua non confitetur, nec ſanctiſſi-
mam ſumit Euchariſtiam, juxta præcepta
Eccleſiæ, Felin. *in c. ad abolēdā n.* 2. *hoc tit.
verſ. conſidera tamen:* Vbi Anania *n.* 4. *verſ.
præterea*, videturque admitti ex diſpoſi-
tione legali *in authēt. de priuil. dat hæretic.
mulier.* non præſtant in verbis ibi: *Igitur
ſacram Communionem in Catholica Eccleſia
non percipientes à Deo amabilibus ſacerdoti-
bus hæreticos juſtè vocamus:* Igitur ſine du-
bio ita tenēdū eſt multò fortius in noſtro
caſu contra aſſerentes ſingulis annis præ-
fatam obligationem non adeſſe, quod eſ-
ſet inquam negare peccatū eſſe, quod re-
uera tale eſt juxta dicta *ſuprà ſub Rubrica.* 5
Quod ſi dixeris fundamentum noſtri
aſſerti ſimpliciter vt ſonat, jure non ſuſti-
neri, quia vt poſteà idem Anania *in d. c. ad
abolendam n.* 26. latè agens poſt Calderi-
num, quem allegat *in conſ.* 5. *hoc tit.* cōclu-
dit eum, qui per annos 22. abſtinuit ſe ab
omni pœnitentia, & à ſumptione ſacræ
Euchariſtiæ, non tamen in contemptum
Eccleſiæ minimè poſſe, vt hæreticum cō-
demnari, ſed benè contra ipſum procedi,
vti de hæreſi ſuſpectum, & quod ſi liberè
fateretur non ſumpſiſſe ſacramēta in ſin-
gulis annis, non tamen in contemptū Ec-
cleſiæ cauſam fuiſſe remittendam ab in-
quiſitoribus Iudici ordinario, tamen præ-
terquam quod multi adhuc ſentiunt, vt
hæreticum eſſe exiſtimandum non con-
fitentem, nec ſumētem Euchariſtiam ſin-
gulis annis, quos refert Farinac. *d. q.* 177.
de hæreſi. §. 2. *ſub n.* 79. Et ipſe ex re valdè 6
dubia *d. n.* 79. *in fine verſ. ex quibus* formet
aliter concluſionem ſcilicet non dici hæ-
reticū, nec de hæreſi ſuſpectum Chriſtia-
num, ex eo ſolo, quod quolibet anno juxta
præceptum Eccleſiæ non cōmunicet cum
ex aliquo interuenienti impedimēto hoc
facere non potuerit (addens) quod ſi in eo
poteſt dari aliquis contēptus Eccleſiæ ſiue
verus

verus ſiue præſumptus, tunc de hæreſi ſuſpectus reddetur provt & hanc eandem ſuſpicionem oriri, & etiam excludi poſſe exiſtimat ex aliis circumſtantiis, vt etiam ſequor, & in ſpecie noſtri caſus, qui eſt diuerſus, vt hæreticum eſſe puniendum, negantem teneri ad illa præcepta implenda quot annis, quia iſte jam facit propoſitionem firmam contra Eccleſiæ Mandata.

7 Et ſic addo, quod dicitur hæreticus ille, qui errans circa Euchariſtiam, non genufleċtit vel caput detegit, niſi ex circunſtantiis obliuioni tribui poſſit, ſic cum Toleto, Sayro, Filiucio, Azor, & Sanchez. Trulenk *ſup. d. cap. 1. lib. 2. dub. 3. num.* 12. excuſans illum, ſi ex circunſtantiis poſſet meritò tribui inaduertentiæ, aut obligationi: & ſic dicit eſſe Azor intelligendum *inſtit. moral. libro tertio, capite nono, qu. fin.* & ille qui rebaptiſat credens Baptiſmum reiterandum: Sanchez *in opere morali libro ſecundo, capite octauo, numero decimo quinto.* Trulenk *in opere morali lib. 1. cap. 4. n.* 11. & alij per eos.

8 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſit hæreticus, qui aſſerit licere duas habere vxores eodem tempore, & quamvis de illo, qui de facto duas ducit vxores, qui polygamus dicitur, fuerit admodum controuerſum apud antiquos, num vt hæreticus ſiue de hæreſi ſuſpectus ab inquiſitoribus puniretur, cum potiùs credendum ſit iſtos ſic contrahentes magis ex libidine, ac ex diuitiis moueri ad ſic contrahendum cum duplici, quàm quod aliquid ſentiãt contra fidem, tamen vtcumque hoc ſumatur, jam vera praxis exiſtat tales, ſic contrahentes ab inquiſitoribus puniri, imò quod quilibet Iudices Laici, etiam Regij illos puniendos ex hoc delicto ad inquiſitores remittant, etſi fuerint in carcere propter alia delicta atrocia, juxta quæ longiſſimè ſcripſi *in cap. nuper. 4. de Bigamis qu. fin.* cum pluribus. Ideóque non longè agendo hic, adhuc in caſu noſtro debemus firmare ſemper hæreticum debere dici, aut ſaltem præſumi eum, qui aſſereret inter nos Chriſtianus licere pluritatem vxorum eodem tempore, cùm crederet aliud, quam Eccleſia Catholica obſeruat, & ſacri Canones diſponunt *in c. gaudemus, & aliis de diuortiis*; cum aliter potuiſſent DD. antiqui interpretari illud merum factum ducẽdi duas in ſimul vxores poſita relata excuſatione libidinis, aut dotis, quam aſſertio dicentis duas in ſimul ducere vxores licere, non eſſe peccatum; per dicta jam *ſub dicta Rubrica* de aſſerente peccatum non eſſe, quod verè peccatum eſt, aut econtrà, & ad diſtinctionem ſententiæ antiquæ leges quud ex multis congerit Farinac. *d. qu.* 177. *§.* 2. *ampliatione* 10. *ex num.* 28.

Et quod non ſit hæreticus externus, qui credens fornicationem licere fornicatur, quia fornicari neutiquam hæreſim ſapit, nec vt quiſquam indè hæreſis ſuſpicionem ſuſcipiat dicunt Sanchez cum Viualdo *lib. 2. operis mor. cap. 1. numer.* 15. Trulenk *ſuprà d. dubio 3. ſub num.* 11. & ſic *in Clem. 3. hoc tit. verſ. actus autem carnalis*, notat Barboſa cum multis *num.* 4. quod fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale, ſed quod oppoſitum dicere pertinaciter eſt hæreticum, cum Sayro, Claro, Couar. Henriquez, Leſſio, & aliis. Videbis Dianam *p. 9. tract. 9. reſ.* 57. cum aliis contra Caramuel. nec deſinas legere quia vberrimè. 9

Ad quartam quæſtionis partem, reſpondeo ex his quæ dixi *in alleg. fiſcal. p. 3. q. 4. n.* 1. 10

Ad aliud de abſoluente ſine ſufficienti poteſtate, reſpondeo *ex dictis in p. 3. alleg. d. q. 4. verſ. ad vltimam à n.* 15. dum egi *de illa quæſtione, an poſſint inquiſitores vocare ad tribunal ſanctæ inquiſitionis Confeſſarium abſoluentem aliquem ſine ſufficienti poteſtate.* 11

Ad aliud de adminiſtrante abſolutionem moribundo, dixi *in d. q. 4. verſ. ad ſecundam n.* 11. 12

Ad aliud de ſumente plures, vel majores hoſtias, dixi *in d. 1. p. 3. alleg. verſ. ad tertiam quæſtionis partem n.* 13. 13

Ad aliud de presbytero pœnitentem audiente ſine licentia proprij ordinarij, dixi *d. 3. p. alleg. fiſcal. q. 2. à n.* 1. 14

Ad illud de Confeſſario ſigillum confeſſionis frangente, dixi *in d. q. 2. verſ. ad ſecundam ex n.* 7. 15

Ad aliud de Confeſſario obligante pœnitentem, vt ſibi reuelet complicem, dixi *in d. qu. 2. p. 3. in verſ. ad tertiam ex num.* 9. 16

Ad vltimum de Sacerdote confeſſiones pœnitentium audiente, ſed non abſoluente, dixi *in d. p. 3. alleg. d. q. 2. verſ. ad vltimam ex n.* 12. 17

QVÆSTIO VIII.

An Hæreticus ſit, qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ. An ſit hæreticus hoſtiam non conſecratam ſumens, dicens ſic, facere ex conſcientia, & ne aliis ſcandalum gignat. Et an abſque infamia poſſit quis de hæreſi inquiri, eo ipſo quod diſcedit à communi conuerſatione fidelium, circa cultum diuinum, ſeu vt hæreticus puniendus, veniat ab inquiſitoribus fidelis, qui toto vitæ ſuæ tempore, aut per plures annos nec confeſſus fuit, nec ſacram Euchariſtiam ſumpſit, nec jejunauit &c. Quid de Turca habente rem carnalem cum fideli, aut è contrà. Et quid de affirmante non peccare aliquem, qui occidit alium, de quo timet ipſum reuelaturum marito vxorem, cum qua occidens mæchatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus eſt qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ*, & n. 2.
3 *Matrimonium verè eſt Sacramentum ex ſeptem Eccleſiæ.*
4 *Hæreticus formaliter non eſt, ſumens hoſtiam non conſecratam, etſi valdè ſuſpectus.*
5 *Diſcedens à communi conuerſatione fidelium, poteſt abſque infamia de hæreſi inquiri*, & n. 8.
6 *Hæretici dicuntur, qui non ſunt membra Eccleſiæ.*
7 *Membra Eccleſiæ dicuntur illi, qui ſanctam communionem in Catholica Eccleſia à Sacerdotibus recipiunt.*
8 *Suſpectus eſt de hæreſi, qui nunquam aſſumit pœnitentiam, nec audit diuina officia, nec recipit Sacramenta, nec ſeruat mandata Eccleſiæ.*
9 *Diuina officia non audiens, non damnatur tanquam hæreticus, ſed propter vehementem inducitur ei purgatio.*
10 *Euchariſtiam ſingulo anno non recipiens, quando præſumatur hæreticus, quando non, aliquando eſt excommunicatus*, & num. 11.
11 *Inquiſitores contra non communicantem quotannis, niſi datô Eccleſiæ contemptu procedere non poſſunt, aliàs non procedunt.*
12 *Turca habens rem cum fideli, num ab inquiſitoribus puniatur* remiſſiuè.
13 *Affirmans non peccare aliquem, qui occidit aliquem de quo timet ipſum reuelaturum marito vxorem, cum qua occidens mæchatur* remiſſiuè.

AD primam quæſtionis partem, an hæreticus ſit, qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ, reſpondeo affirmando per textum expreſſum *in cap. ad abolendam proximè ſequenti in verſ. vniuerſos* ibi: [Vniuerſos, qui de Sacramento corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu-Chriſti, vel de Baptiſmate, ſeu peccatorum confeſſione matrimonio vel reliquis Eccleſiaſticis Sacramentis aliter ſentire, aut docere non metuunt, quam ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat &c.] Sic vltra ordinarios Abbat. *Antiq. n.* 1. Hortienſ. *num.* 1 *in verb. Sacramentis*: Ioan. Andr. *in ſummario num.* 2. *in verb. Baptiſmate, & in verb. confeſſione in matrimonio, & in verb. ſacramẽtis*, Anchar. *in ſummario* Anton. de Butr. *in princ. & in verſ. ex prima parte, & verſ. nota quod ſentientes*, Abbas ante *n.* 1. *in princ. & n.* 2. *in princ. notab.* Marian. Socinus *ante num.* 1. *in princ. & n.* 1. *in* 1. *notabil.* Felin. etiam *in ſummario, & num.* 1. *verb. nota quod errans*, Cardinal. Zabarela *ante n.* 1. *verſ. nota quod ſentiens de ſacramentis* Anania *in* 1. *&* 2. *ſummario, & in* 1. *notab. & n.* 26. *col. penultima in fine verſ. & quod ſtrictè ſumpto vocabulo, & verſ. ſeqq. in cap. in contrarium*, qui non ſolùm dicit hæreticum, qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ; Albertin. *in Rubrica n.* 9. *q.* 13. *n.* 63. *& ſeqq.* vbi remiſſiuè ponit plures modos, in quibus committi contingit hæreſim circa Sacramenta: vbi leges *de eius conſ.* 151. *maximi ponderis n.* 3. Hoſtienſis *in eodem ſum. de hæretic.* §. *qui dicatur num.* 1. *verſ. ſed ſtricto modo, & verſ. item Euchariſtia, & in addit. litt. A. verſ. qui aliter ſentit de articulis fidei*, Roſſella *in ſumm. in verb. hæreticus n.* 9. Angelica *d. verb. in princ. verſ. item qui aliter ſentit de ſacramentis, & in verſ. item qui non tenet articulos fidei* Syluester *in verb. hæreſis* §. 1. *n.* 1. *verſ. & principaliter* Vmbertus, Locat, Aldradus, Decius, Gundiſol. Carer. Bonifac. de Bitalim, Clarus, & alij,

alij, quos refert Farinac.de hæreſi *q.*177.
*§.2.ſub n.*44.*ad* 49. Eymeric. *in direct. inquiſit.p.2.q.2.n.* 2. ibi Pegna *in addit. lit. B.* Menoch.*de præſumpt. lib.*5. *præſumpt.*6.
Decian.*in tract.crimin.lib.*5. *cap.*17. *verſ. primo ergo, & verſ. quarto, qui ſacramenta, & verſ.ſeq.& cap.*18. *verſ.*27. Vgolin. *de cenſ.p.*2.*§.*1.*n.*7. vbi etiam,an tenens contra articulos fidei ſit hæreticus, & apoſtata,Simanch. *de Catholic. inſtit.*31.*rubr. de hæreticis.verſ.praterea Lucius tertius.*

2 Quod & conſtitutum eſſe in conſtit.
Mart.V.edita ann.1418.incipit *inter cunctas*,relata per Franc.Pegna poſt directoriũ inquiſit.inter litteras Apoſtolicas;Alberic. *Cod.in hac Rubrica n.*14.*ad medium:* vbi generaliter dixit quod vniuerſi, qui de Sacramento Chriſti Baptiſmate, ſeu de peccatorum confeſſione matrimonio reliquiſve ſacramentis aliter ſentire, aut docere non metuunt, quam ſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat hæretici credendi ſunt:gloſſa in cap. firmiſſimè in verb. *hæreticum* verſ. *vel qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſia:* Gloſſa hic
3 in figuratione caſus. Et quod matrimonium quod verè ſit Sacramentum ex ſeptem Euangelicis Sacramentis de fide definitum eſſe *in trid.ſeſſ.* 24. *de reform. matrim. can.* 24. ibi Barboſa cum multis probat, & de cæteris Sacramentis in doctrina de quolibet Sacramento clarè definitum extat de quo non eſt,cur amplius inquiramus.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſit hæreticus hoſtiam non conſecratam ſumens, in quo dubio abſolutè videntur non ſentire eſſe propriè hæreticum,& ſuſpectum de illa, referendi ponendo caſum in infirmo petente & ſumente ex conſcientia, & ne ſcandalum aliis faciat hoſtiam non conſecratam, & Calderin. *conſ.*4.*incipit ſi infirmus petiit hoc tit.* concludit eũ non eſſe hæreticũ,& DD.omnes *in d.cap.ad abolendam*,ac latè Arnald. Albertin.*in Rubrica hac lib.*6 *cap.*13.*num.* 66. vbi hunc talem vehementer de hæreſi ſuſpectum eſſe affirmat, niſi conſtet ſe hoſtiam non conſecratam ſumpſiſſe ob magnam reuerentiam, quam habet erga ſacroſanctam Euchariſtiam: Repertor inquiſit. *in verb.hæreſis* §.4. *Rubrica ſapere hæreſim manifeſtã ſub verſ.*1. vbi quod hoc nõ ſapit hereſim manifeſtã Vmberto Locato *in iudic.inquiſit.in verb.apoſtata num.* 6.*verſ. & videtur quod ſortilegia ſimplicia; & in verb. diuinationes ſub n.* 3. *& in verb. Poenla numero primo, & in verbo ſacerdos numero* 4. refert Farinac. *de hæreſi d. q.*177.*§.*2.*n.*49.cum Oldrad.& Scilacenſ. dicentibus hæreticum non reputari: Simanch.*de Catholic. inſtit.tit.*3. *in hac Rubrica n.*19.vbi ſentire videtur hunc infirmum de hæreſi valdè ſuſpectum eſſe; cùm non ſit eredendum Catholicum hominem decedere vnquam velle, niſi accepto priùs illo diuiniſſimo viatico, & cum ſententia Albertini,manet Menoch. *de præſ.lib.*5.*præſ.*6. *n.* 22. Vide Eymeric. *in direct.p.*2.*q.*43.*num.*8. *verſ. & idem Oldradus.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an 5
abſque infamia poſſit quis de hæreſi inquiri; eo ipſo quod diſcedit à communi conuerſatione fidelium circa cultum diuinum,& videtur dicendum eum Felino *in cap.excommunicamus* 1.*n.*4. *verſ.nota.ex §.adyciens hoc tit.* vbi facit concluſionem generalem,nempè vt eo ipſo quod quis à tali communione diſcedit, poteſt abſque infamia de hæreſi inquiri,ponens exemplum in eo qui diu negligens eſt circa Miſſas, & alia Sacramenta Eccleſiæ; vbi hæc idem voluit Zabarella in fine Ioan. de Anania *in hac Rubrica n.* 2. *verſ. adde etiam prædictis*: vbi per textum *in auth.*
*de priuileg.dot.hæretic.mulier,non præſt.*Di- 6
xit eos eſſe hæreticos,qui non ſunt mem-
bra Eccleſiæ, illoſque dici membra Ec- 7
cleſiæ, qui ſanctam Communionem in
Catholica Eccleſia à Sacerdotibus reci-
piunt; Repertor. *inquiſit. verb. cognoſcere*
verſ.ſed an judex inquiſitor. vbi quod de 8
hæreſi ſuſpectus eſt, qui euitat conſortia fidelium, nunquam aſſumit pœnitẽtiam, nunquam audit diuina officia, nunquam Eccleſiaſtica recipit ſacramenta non jejunat, & mandata Eccleſiæ non ſeruat: & Pegna ad Eymericum *in direct.inquiſit. cap.*2.*ad textum in c.*1. *hoc tit.col.*1.*in verſ. at ſi peccatores*, affirmat de hæreſi ſuſpectos eſſe, qui fidelium conſortium euitarent,pœnitentiam nunquam aſſumerent, diuina officia nunquam audirent, Eccleſiaſtica Sacramenta nunquam perciperent,non jejunarent, & his ſimilia poſſeque contra eos inquiſitores procedere.

Ad quartam, etiam reſolutiuè reſpondetur cum ſequentibus, nempè ex Repertor.in verb.detegitur *verſ. item ſi nunquam*,quem refert Farinac. *d. q.* 177. §. 2. *ſub num.*79. vbi quod non audiens diuina officia non damnatur tanquam hæreticus ſed propter vehementem contra ipſum ortam ſuſpicionem inducatur purgatio; & Zanchin.*de hæreſi,cap.*35.*num.*1.

& 2. vbi Campeg. *in addit. quod, & ex aliis* de non confitente, & ſumente Euchariſtiam in anno oritur vehemens ſuſpicio hęreſis. Arnald. Albertin *in Rubrica de hæretic. in 6. d. q.* 13. *n.* 71. dum pluribus
10 probat. Tunc demùm hæreticũ reputari eum, qui ſanctam Cõmunionem ſingulo anno non recipit, dũmodo nullo exiſtente impedimento omnibus annis ſuæ vitæ eam non receperit; ſecùs ſi aliquibus annis defecerit, nam tunc hæreticus non reputatur; vbi per eum Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 17. *verſ.* 35. qui pariter dixit, quod præſumitur hæreticus, & iterùm *infrà in verſ. item hæreticus eſt:* Vbi hæreticum cenſent illum, qui ſingulo anno Euchariſtiam non recipit, quando nollet omninò communicare, nec haberet animum communicandi, & quod quandóque tunc non hæreticus, ſed excommunicatus cenſendus eſt, qui, *& cap.* 18. *n.* 22. vbi pariter ſubdit quod adhuc non confitens, & non communicans pluribus annis poſſit haberi pro ſuſpecto, & *in cap.* 23. *n.* 19. *verſ. idem ſi redderetur ſuſpectus de hæreſi, & cap.* 35. *n.* 50. vbi de eo, qui non vult audire diuina officia.

11 Et quamvis Rojas *ſingular.* 98. ſimpliciter dixerit, quod inquiſitores poſſunt procedere contra eos, qui quolibet anno non recipiunt ſacram Communionem; tamen quia jam *ſub q præcedenti* dixi cum Farinac. *d. q.* 177. *§.* 2. *num.* 79. in fine non dici hæreticum, nec de hæreſi ſuſpectum Chriſtianum ex eo ſolùm quod juxta præceptum Eccleſiæ non communicet, cùm ex aliquo impedimento interueniente hoc facere non potuerit; niſi dato Eccleſiæ contemptu, & Menochius *de præſumpt. d. lib.* 5. *præſumpt.* 6. *n.* 27. dixerit ſaltem in anno non confitentem peccata ſua, nec ſumentem ſacram Euchariſtiam eſſe excommunicatum, poſt annum verò præſumi malè ſentire de fide, & dici ſuſpectum de hæreſi; ſicut eum qui per annum in excommunicatione perſiſtit juxta Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. capite* 3. *in fine*; Tamen in hoc de ſingulis annis rigorem de ſuſpectò de hæreſi non video apud inquiſitores vocari, quia quamvis Repertor. *inquiſ. in verb. cõfeſſio verſ. ſi quis ſemel* dixerit de rigore in anno non confitentem juxta textum *in c. omnis de pænitentia* poſſe ab Eccleſia poſt tantam contumaciam condemnari de hæreſi; tamen de benignitate æquitatem, Eccleſia præferens illum rigorem, non ſequitur, nec vidit poſt annos 14. in inquiſitione Valiſſoletana, nec in Conſilio ſupremo rigorem practicari, niſi aperto contemptu talis præcepti.

Ad quintam quæſtionis partem de Turca habente rem carnalem cum fide- 12
li, vel ècontra, quia jam egi *in alleg. fiſcalib. p.* 3. *q.* 1. *de illa quæſtione infidelis v. g. Iudæus, & Turca habens rem carnaliter cum Chriſtiana an pœnam aliquam incurrat ab inquiſitoribus imponendam &c.* Ideò non amplius dicimus.

Ad vltimam quid de affirmante non peccare aliquem &c. quia jam latè dixe- 13
rim *in d. p.* 3. *alleg. q.* 2. agens de illa *affirmans non peccare eum qui occidit aliquem de quo timet ipſum reuelaturum marito vxorem, qua occidens mechatur, an legitimè denuntietur ſancto officio inquiſitionis:* Ideò ad ibi dicta te remitto.

QVÆSTIO IV.

An hæreticus ſit, qui aliter ſentit de articulis fidei, quam credit Romana Eccleſia. An inquiſitores poſſint procedere contra proferentes propoſitiones ſcandaloſas, temerarias, & ſimiles. Qualiter valeant procedere, & ſub qua praxi contra proferentes etiam hæreticas ſiue ſuſpectas. Et an Eccleſia in qualificatione prædictarum, & aliarum propoſitionum poſſit errare ſtatuendo v. g. hanc propoſitionem eſſe erroneam, illam ſcandaloſam.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus eſt, qui aliter ſentit de articulis fidei, quam credit Eccleſia contra quoſdam dicentes propriè hæreticos illos non ſic credentes,* vt n. 2. & 3.

3 *Gloſſa* in q. *quia verò* 24. q. 3.

4 *Articuli fidei ſumuntur ſtrictè, largè, & largiſſimè, ad id vt illis non credentes propriè aut impropriè hæretici exiſtimantur & explicantur.*

5 *Hæreticus externus eſt, qui habens errorem contra humanitatem Chriſti, dicit exterius Chriſtum non eſſe viſibilem.*

6 *Inquiſ*

6 *Inquiſitores poſſunt procedere contra proferentes propoſitiones ſcandaloſas, & temerarias, & ſimiles, & ſub qua diſtinctione procedant contra eas proferentes cum differentia inter rudes, & doctos* n.7. & 8. *& contra proferentes damnabiles* ſub num. 16. & 17.

7 *Rudes delinquentes in propoſitionibus hæreticis qualiter puniantur*, & ſub num. 8.

8 *Docti proferentes propoſitiones hæreticas, vt hæretici puniantur juxta exempla poſita Cordubæ, ſublato ſcilicet ſcandalo.*

9 *Baptiſatus, qui talis creditur, etſi non ſit ex propoſitione hæretica punitur, & de caſu* Cæſar Auguſti.

10 *Aſſertor propoſitionum dubiarum eſt cogendus ab inquiſitoribus in quem ſenſum intelligat, ſub diſtinctione poſita, & qualiter admoneatur deinceps.*

11 *Aſſertores propoſitionum, ex quo cogi non valent ad abjurandum ſunt cogendi ad reuocandum etiam prædicatores.*

12 *Hæreſis materia adæquata eſt propriè propoſitio, quæ eſt verè hæretica, & rigoroſè cum propoſitio cuiuſcumque alterius gradus non ſit ita contraria veritatibus fidei.*

13 *Propoſitionum gradus, etſi inter ſe diſtinguantur, poſſunt tamen aliquando in eodem conuenire, exemplificatur.*

14 *Error circa alias propoſitiones damnabiles ex ſe eſt peccatum mortale, niſi ignorantia inuincibilis intercedat, quod indirectè eſt contra fidem, vbi de grauitate penſanda* n.15.

16 *Excommunicatio contra hæreticos lata ex ſe non comprehendit tenentes aliquam, vel aliquas ex propoſitionibus damnabilibus ab hæreſi.*

17 *Inquiſitores poſſunt procedere contra eos, qui prædicant, & aſſerunt propoſitiones ſuſpectas perieuloſas, ſcandaloſas, erroneas hæreſim ſapientes, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis exceptis Epiſcopis, & quod impedientes grauiter coërcentur, ſpoliantur, & excommunicantur.*

18 *Eccleſia in qualificandis propoſitionibus potius eſt, vt non poſſit errare, etſi alij contra vbi de qualificatoribus*, & n. 21. & 22. in fine.

19 *Error ſaltem proximus eſt aſſerens Eccleſiam poſſe errare in qualificandis propoſitionibus, alij vt hæreticus ſit* n. 20.

20 *Pontifex cùm iudicat aliquam propoſitionem eſſe probabilem non poteſt errare, & exemplificatur in Baptiſmo.*

21 *Qualificatores ſancti officij in danda cenſura propoſitionibus poſſunt errare, debentque pollere prudentia* n.22.

22 *Temerarius eſt, qui propoſitionem in ſcholis à Theologis amplexam improbabilem iudicat.*

AD primam quæſtionis partem, ſup- 1
poſito quod hæretica eſt propoſitio, quæ in aliquo aduerſatur Catholicæ fidei, id eſt propoſitionibus, quæ in reſpicientibus fidem continentur in veteri vel nouo teſtamento vel definitionibus ab Eccleſia in Conciliis vel extra firmatis, aut receptæ Sanctorum Patrum Sententiæ, vt tradunt Cano. *de locis Theologic. lib. 12. cap. 7.* Turrecremata *in ſumma lib. 4. cap.* 10. Locato *in opere iudic. verbo credibilia à num.* 8. Barboſa *in cap. ad abolendam hic num.* 3. Simanchas *de Catholic. inſtit. tit.* 54. *num.* 3. *& in Enchirid. violata religion. tit.* 24. *num.* 2. quem refert etiam & ſequitur cum aliis Anton. Ricciul. *in tract. de iure perſ. exiſt. extra grem. Eccleſiæ cap.* 8. *num.* 1. *lib.* 5. Ideò optimo jure *ex textu noſtro* dicendum eſt hæreticum eſſe, qui aliter de articulis fidei credit, quam credat Romana Eccleſia juxta conſtit. Martini V. edita anno 1418. incipit *inter cunctas*, quam refert Pegna poſt director. inquiſit. inter litteras Apoſtolicas *fol.* 88. Alberic. *in Rubrica hac num.* 14. *ad medium*; Hoſtienſis *in c. hoc tit. in fine verſ. quia in articulis fidei errat*: vbi Ioan. And. *n.* 2. *verſ. fidem veritatis verſ. vel in articulis errat*: ibi Henriquez, Boik *numero* 1. Anchar. *numer.* 5. *in fine*. Anton. de Butrio *num.* 6. *verſ. vel quoniam errat in articulis*, *n.* 7. *verſ. quærit* Gloſſa *in cap. firmiſſimè in verb. Hæreticum verſ. qui aliter ſentit de articulis fidei*; ibi Innocent. *verſ. item qui malè ſentit.* Hoſtieni. *numer.* 2. *verſ. decimo ſtricto modo*; Ioan. Andr. *num.* 3. Anchar. 5. Abbas 3. Felin. anre *num.* 1. *verſ. in gloſſa prima*: Cardinal. Zabarella *numer.* 5. *in fine verſ. circa quod quæro.* Marian. Socin. *numer.* 6. Ioann. de Anania *num.* 9. Farin. *de hæreſi quæſt.* 177. qui comprobat *ex textu noſtro ſub numero quadrageſimo quarto*, dum loquitur in non credente articulum fidei, quod Chriſtus eſſet verus homo, Gloſſa, & communiter omnes Canoniſtæ hic *Repert. inquiſit. verb. Hæreticus verſ. nota quod Hæreticus & ſimpliciter*, vbi de non credente vnum fidei articulum,

2 Et quamvis nonnulli D D. dixerint non credentes articulos fidei non eſſe propriè hæreticos, ſed largo modo, niſi etiam eorum prauitatem contra fidem alios doceant, ſicut fuit Iacob Butrigar. *in l.omnes verſ. ad obedientiam cod. hoc tit.* quem refert Anania *in cap.1.col.fin.num.7. verſ.dicit Butrigarius, & in cap.firmiſſimè n. 9. hoc tit.* Marian. Socinus *in hac Rubrica n. 3.* Hoſtienſ. *in ſumm. de hæretic. §. quis dicatur num.1. verſ. & largo modo omnes qui non tenent articulos fidei.* Ioan. Lopez *in alleg.hæretical.§.4.poſt medium verſ.& hinc eſt*: Vbi amplius dixit quod dubitans, vel malè ſentiens de articulis fidei, non
3 eſt propriè hæreticus. Tamen horum ſententia procul dubio tanquam erronea repellenda, & rejicienda eſt per dicta hic *in principio n.1.* vt etiam docet Farinac. *d.q.177.n.46.§.22.hoc tit.* dicens quòd relatus Butrigarius, & cæteri non loquũtur de malè ſentientibus de aliquibus articulis fidei, provt termini propoſitæ concluſionis Butrigarij, ſed in prorsùs non credentibus articulos fidei, provt ſunt infideles, de quibus idem Farinac. *d.q.177. §.6.* & dicit quod ſic in effectu declarat Vmbert.Locat. *in judic.inquiſit.verb.hæreticus num.8.* Ioan.Lopez *ſuprà*, qui alternatiuè loquitur de dubitante vel malè ſentiente de articulis fidei, allegando Gloſſam *in §. quia verò 24. q. 3.* quæ non loquitur de dubitante vel malè ſentiente de articulis fidei provt ipſe non fideliter ad id eam allegat, ſed vt Farinac. ait, *d.q.177.§ 2.n.47.* loquitur, provt pariter loquuntur D D. præcitati de non tenente articulos fidei.

4 Et quia ex præallegatis Doctoribus à Farinacio *ſub q.177.§.2.n.44. & 45.* præſertim *in d.cap.firmiſſimè* plerique expreſsè dicunt in caſibus duobus, nempè vt hæreticus ſit, qui malè ſentit de Sacramentis, & qui credit articulos fidei aliter quam credit Eccleſia Romana in aliis caſibus, quem propriè hæreticum non eſſe, ſed largè, vt etiam expreſsè affirmarunt Decius *conſ.151. maximi ponderis num. 3.* Hypolitus Riminald. *conſ. 3595.num.31.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 17. verſ. quinto propriè ſumendo*, ideò idem Farinac. *d. q. 177.§.2. num.48.* dicit quod articuli fidei ſumuntur ſtrictè, largius, & largiſſimè, & ſtricti ſint illi, qui reperiuntur expreſſi in ſymbolo Apoſtolorum, largius appellatione articulorum fidei venire omnes definitiones factas per Romanos Pontifices, vel Concilia; largiſſimè verò ſumi articulum ſecundum quod reſpicit omnem veram ſententiam circa fidem etiam nondum definitam, provt voluit Henriq.Boïc. *in textu noſtro n. 2.* vbi Anchar. *n.2.* Ant.de Butr. *poſt num.4.* Cardin. Zabarella *n. 2.verſ. circa hoc quæro* Socin. *n.10.* Anania *n.2.* de qua re, quinam ſint articuli fidei, & quot de eorum diſtinctione, qualitate, & ſpeciebus omninò Gloſſæ, & Canoniſtæ *in Rubrica de ſumma Trinit, & fide Catholic.* vbi aliquid diximus, *ſumma Angelica verb fides n.5.* Sylueſter *n.345.* Tabiena *n. 5. & 6.* vbi tale declarat: Videndus eſt omninò Azor *inſtit.moral.p.1.lib.8.c.5.*

Addo his omnibus, vt ſit hæreticus 5
externus ille, qui exterius habens errorem circa humanitatem Chriſti exterius dicit Chriſtum non eſſe riſibilem; quia dat ſufficiens indicium propoſitionis internæ hæreticæ, juſtéque poſſit Eccleſia præſumere illum errare in propoſitione de fide, & non in altera lumine naturali cognita: ita Sanchez legendus *in Opere Morali lib.2.cap.8.n.12.* cum Nauarro *in cap.cogitationib. num. 80. de pœnis diſt: 1.* Ægid. Trulenk *in Opere Moral.lib.2.c.1. dubio 3.n.9.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an 6
inquiſitores poſſint procedere contra proferentes propoſitiones ſcandaloſas, temerarias, & ſimiles, & adjectis quæ dixi *ſuprà q.1.à n.1.de differentia propoſitionum*, reſpondetur ex *Conſtit. Pauli III.* quæ incipit: *In Apoſtolic.culminis ſpeculo*, quæ habetur inter litteras Apoſtolicas pro ſancto officio poſt *director.* datam eſſe à Paulo facultatem inquiſitoribus procedendi contra quoſcumque etiam exemptos aſſerentes propoſitiones ſuſpectas, ſcandaloſas, periculoſas, errores continentes, ac alias Catholicæ fidei minus conſonas Chriſtianæque pietati, ac bonis moribus minus conformes, vel publicè proponentes, vel populo prædicare audentes: Ita Cæſar Carena *de offic.inquiſit.p.2.tract.16. §.4. ex n. 15.* vbi ponit differentiam ex Trid. *ſeſſ. 5.* cognoſcendi ab inquiſitoribus, & ab Epiſcopo contra prædicatorem aliquam propoſitionem, ex dictis aſſerentem; ſed quia in inquiſitione Hiſpanica nunquam vidi ſimiles propoſitiones proferentes, vel prædicantes ab Epiſcopis puniri, ſed ab inquiſitoribus, ideò practica Carenæ erit reſpectu aliorum Regnorum admittenda, ad eamque ſunt etiam videndi Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ.p.1.cap.8.num.12.* Flauius Cherub.

ſchol.

ſchol.2.ad dictam conſtit. Pauli III. & Campanil. *in diuerſ. iuris Canonici Rubrica* 12. *cap.* 13. *num.* 21. Zanard. *in ſumma diuinor. præceptor. p.* 1. *Rubrica de inquiſitore verſ.* 2. *nota quod ſub quæſt.* 54. & confirmatur ex iam adductis *ex qu.*1.

7 Ad tertiam quæſtionis partem de praxi procedendi contra hoſce reos, videtur ſub diſtinctione loquendum, vt ſi propoſitio hæretica non ſit contra articulos fidei, omnibus notiſſimos, vt contra articulum Incarnationis, Virginitatis Beatæ Mariæ Virginis, & ſimiles; tunc illius propoſitionis aſſertor etiamſi ſe illam crediſſe aſſerat, non eſt ſi ſit rudis, & idiota, ſtatim cogendus ad abiurandum de formali, niſi correctus pertinax eſſet in illius propoſitionis aſſertione, eo quod ſufficit ſi ſit paratus corrigi quod abiuret, vel de leui, vel de vehementi pro ſuſpicionis modo: ita Cæſar Carena *de offic. inquiſit. p.* 2. *tit.* 16. *n.* 20. *verſ. ſi enim* §. 4. qui *in verſ. ſic ſortilega*, & Alfonſus à Caſtro, quem refert, & Bensfeld. *in l. eorum, Cod. de maleficiis, & Mathem. q.2. concluſ.*4. dicunt, & ſimiliter quòd ſi propoſitio ſit ſortilega, hæreticalis ad amorem, ſi fateatur ſe crediſſe dæmonem poſſe cogere hominis voluntatem, ſi hoc cum pertinacia aſſerere abiurare deberet de formali; ſed ſi ſit parata corrigi, licèt hæreſim crediderit, ſufficiat ſi abiuret de vehementi vt ipſe Carena oſtendit *in tract. de ſortileg.*

8 Verùm ſi propoſitiones prolatæ in aëre, de quibus actum eſt hic *à p.* 1. ſunt hæreticæ, & earum aſſertores ſint viri docti, tunc contra eos eo modo procedendum eſſe docent DD. vt aduerſus veros hæreticos; ita tamen vt ſemper vbi auditores ſcandalizati fuerunt, ſcandalum tollatur eo modo, quo datum fuit, vt factum fuit *Cordubæ, & Murciæ*, vbi cùm duo concionatores temere populo prædicaſſent quòd virtute Bullæ Cruciatæ poſſent abſolui etiam ab hæreſi, coacti ſunt id publicè retractare, per cenſores fidei, teſte Henriq. *in ſumma lib.6.c.*16.*n.*5. *in addition. verſ. quare duo prædicatores*, Carena *vbi ſuprà n.*19. *&* 12. qui *ſub num.*20. addit cum Albertin. *de agnoſcend. aſſertor. Catholic. quæſt. vltima per totam*, & per illa, quæ ipſe Carena ſcripſit *in d.* 2. *p. tit.* 1. *de hæret.* §. 7. *&* 8. quod hæreticarum propoſitionum aſſertores, qui non ſunt viri docti, ſed rudes nec malæ vitæ, ſed probatæ ſunt punien-
9 di, † vt punitur ille qui communi æſtimatione creditur Baptizatus: nam ſi talis in Eccleſiam, & fidem delinquat, vtique poſſit tanquam hæreticus ab hæreticæ prauitatis inquiſitore puniri, etiamſi in rei veritate talis ſic delinquens non eſſet Baptizatus: ſic Carena *d.* §. 7. Caſtro-Palao ab eo relatus, quod *Cæſar Auguſtæ* anno 1619. quidam Maurus, qui contra fidem deliquerat, fuit ab inquiſitoribus reconciliatus, quamuis allegaret ſe non eſſe Baptizatum: ita ex doctrina Canteræ *in cap.* 1. *de hæreticis num.*5. vbi dixit quod cùm dubitatur an quis ſit Baptizatus, ſi eſt nutritus inter Chriſtianos, præſumitur Baptizatus, etſi in fidem noſtram delinquat, eſt puniendus vt hæreticus ab inquiſitoribus.

Quod ſi propoſitiones dubiæ ſunt, ſen- 10
ſumque hæreticum ac Catholicum admittant, eſt illarum aſſertor ab inquiſitoribus cogendus, vt publicè (ſi publicè eas protulit) verum ſenſum earum exponat, vt ab eo datum ſcandalum ceſſet; tamen ſi is, qui talem propoſitionem dixerit, alioqui ſuſpectus erat, vocandus ſit ab inquiſitoribus, atque interrogandus, qui ſi probabilem ſenſum veracem attulerit, non eſt cogendus vt publicè illum explanet, ſi modò nullus ſcandalizatus fuerit, ita referendi, qui addunt monendum tamen eſſe ne deinceps talia dicere audeat, & quod hic ſit modus procedendi contra aſſertores propoſitionum erronearum, vel hæreſim ſapientium. Alfonſus à Caſtro optimè *de iuſta hæretic. punitione lib.*1.*c.*3. *verſ. propoſitio hæreſim ſapiens* ibi: *quocumque igitur hæ propoſitiones.* Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.*54.*n.*11. Ludouicus à Paramo *de origine ſanctæ inquiſit. lib.*3.*qu.*9.*n.*174. *in fine*, Carena *d. p.* 2. *tit.*16.*num.*21. vbi monent quòd duo, ſemper iudices animaduertere debent in hac materia: alterum eſt ad perſonam aſſerentem, an ſcilicet alias ſit de hæreſi ſuſpecta, alterum quidem an aliquis ab auditoribus verba illa in ſenſum hæreticum acceperit, ac proinde ſcandalizatus fuerit.

Tamen quoad aſſertores propoſitio- 11
num temerariarum, DD. *per extrauag. vas elect. hoc tit.* ſcandaloſarum offendentium pias aures iniurioſarum, de quibus dixi *ſub d. quæſt.*1. dicunt Catena *d. num.*22. *p.* 2. *tit.* 16. idem *vbi ſupra d. num.*174. quod ex quo non poſſint cogi ad abiurandum, ſunt ſaltim cogendi ad reuocandum dictas propoſitiones, & ad errorem ſuum deteſtandum; ita vt ſi publicè eas dixerint, publicè etiam retractent modo dicto de praxi *Cordubæ*, & *Murciæ*, & quæ ſæpius vidi in noſtra inquiſitione Valiſoletana, & Conſilio ſupremo eſt, nempe vt prædicatores

prolapſi, & denunciati ſe in pulpito retractent eiuſdem Eccleſiæ, vbi delinquunt, iuxta modum per inquiſitores qualificatoribus ſcriptum fatendo ſe talem, aut talem propoſitionem, prædicaſſe quam reuocaot, & retractant iuxta formam ſibimet in papyro datam, præſente aliquo commiſſario, & notario ſancti officij, qui fidem præſtant, reum ſic adimpleuiſſe.

12 Et ad ampliotem cognitionem prædictæ praxis propoſitionum, notandum duxi primò cum Suatez *de fide diſp.* 19. *ſect.* 2. *n.* 22. Trull. *in opere morali* illum referente *lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 4. *n.* 14. materiam propriam, & adæquatam hæreſis eſſe ſolam propoſitionẽ, quæ eſt propriè, & rigoroſè hæretica provt diſtinguitur ab aliis propoſitionibus enumeratis *ſub d.q.* 1. *huius text.* itavt minor non ſufficiat; tatio eſt quia propoſitio cuiuſcumque alterius gradus non eſt ſatis conttaria veritatibus fidei, nec eam aſſerens quantumcumque pettinax ſit, opponitur primæ veritati, vel auctoritati Eccleſiæ, aliquid falſum ei attribuendo, & quod ſic non ſit illa aſſertio ſufficiens ad fidem excludendam.

13 Notaodum eſt ſecundò quòd quamuis gradus propoſitionum *in d.q.* 1. relatarum, & hic formaliter diſtinguantur, vt ibi dictum eſt, at plures illotum poſſe aliquando in eandem propoſitionem conuenire, docent communiter DD. inter quos Suar. *ſup. n.* 21. & etiam cum Reginaldo Trull. *d. dub.* 4. *n.* 15. inferendo quòd vna propoſitio poteſt eſſe hæretica, ſcandaloſa, & temetatia, ſchiſmatica, & iniurioſa, vt illa Wicleph. *Religioſi viuentes in Religionibus priuatis non ſunt de Religione Christiana*, quæ eſt *hæretica*, tanquam contratia vniuerſalis Eccleſiæ definitioni, & *ſcandaloſa*, quia profeſſos ſuadet, vt vota Deo nuncupata violent; *temeraria*, quia nulla protſus tatione, aut auctotitate fulcitur; *ſchiſmatica*, quia Eccleſiæ vnitatem violat, ſeparando ab ea religioſos, & denique iniurioſa, quia ſtatui religioſo detrahit.

14 Item tertio notandum eſt ettotem circa alias propoſitiones damnabiles, ex ſe eſſe peccatum mortale, niſi ignorantia inuincibilis intercedat, ſicut tanquam certum docent Suarez *ſup. ſect.* 6. *n.* 1. *&* 2. Ledeſma *in* 2. *tom. ſumm. tr.* 1. *de fide c.* 6. *concl.* 7. Ægid.
15 Trull. *d. dub.* 4. *n.* 16. † vbi addit quod hoc peccatum, quamuis non ſit directè cootra fidem, quia non eſt hæreſis, indirectè tamen, & reductiuè, vt ait Ledeſma eſt contrà fidem: nam quamuis per illud fides non deſtruatur, infirmatur ramen, & ſic quod quamuis hæc peccata non ſint hæreſis, reducuntur ad illam, eorumque grauitatem penſendam eſſe, ſecundum quod fuerit maior, vel minor propinquitas gradus huius ad hæreſim, Suarezque conſtituendo propriam, & intrinſecam malitiam ex vi obiecti in iſtiuſmodi peccatis, dicit hoc peccatum pertinere ad vitium curioſitatis in materia ſupernaturali, oppoſitum virtuti ſtudioſitatis, quæ ad virtutem temperantiæ ſpiritualis ſpectat; & ex accidenti tantum, & propter propinquitatem ad hæreſim, & periculum errandi, & diuilitandi fidem ad peccata contra fidem poſſe reduci ſcribit.

Item quartò notandum eſt excommunicationem contra hereticos latam ex ſe non 16
comprehendere tenentes aliquam, vel aliquas ex propoſitionibus damnabilibus ab hæreſi, ex ea ratione, quia nulla earum eſt hęreſis, nec eam aſſerens hęreticus eſt iuxta notata *ſup. ſub hac Rub.* cum non debeant pœnæ extendi, vt benè expendit Suarez *de cenſ. diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 14. Ægid. Trull. *in opere morali lib.* 1. *c.* 3. *& ſeq. dub.* 9. ſed nihilominus quòd inquiſitores poſſint procedere contra illos, vt conceſſit Paul. III. *in ſua Bulla edita anno* 1542. quæ incipit: *Apoſtolici culminis*, quæ habetur *in fine directorij inquiſit. & in Bullario tom.* 1. *pag.* 659. de qua iam *in hoc text.* adduxi, cuius ſummam iterum refert Trull. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 19. † Di- 17
cens inquiſitores hæreticæ prauitatis procedere poſſe contra eos, qui aſſerunt, & prædicant propoſitiones ſuſpectas ſcandaloſas, periculoſas, erroneas, hæreſim ſapientes, à fide Catholica quamuis ratione diſcrepantes, & Chriſtianæ pietati, ac bonis moribus non conformes, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, & exceptionibus, aut quauis perſonarum qualitate, & dignitate (Epiſcopis exceptis) qui verò impedierint, grauiter coërceantur, ordinarij adminiſtratione ſuarum dignitatum priuantur, & gubernatores ſuarum terrarum bonis ſpoliantur ac excommunicantur.

Ad quartam quæſtionis partem, num Ec- 18
cleſia in qualificatione prędictarum propoſitionum, poſſit errare, ſtatuendo v.g. hanc propoſitionem eſſe erroneam, illam ſcandaloſam, &c. Et ſuppoſito quòd ad ferendum iudicum de qualitate, vel cenſura propoſitionum, neceſſaria ſit maxima notitia non ſolùm propoſitionis, de qua agitur, ſed actorum de ea vel curſim, vel ex inſtituto ſuſceperunt diſputationem, vt bene Turrianus 2.2. *diſp.* 55. *dub.* 3. quem ſequitur Ægid. Trullenk. *in opere morali lib.* 1. *c.* 2. *dub.* 4. *n.* 17. ſic vt Suarez *vbi ſuprà n.* 21. & Caſtro-Palao *de infidelit. tr.* 4. *diſp.* 3. *puncto* 1. *numero* 9.

numero 9. dicant non ſolùm errare poſſe circa propoſitionem, ſed etiam circa illius cenſuram, & ſic ſi propoſitionem de fide vel Theologicam, vel à Doctoribus receptam dicas eſſe erroneam, vel falſam, vel ſcandaloſam, vel temerariam, errorem committis, vel hæreſim ſapis, vel temerarius exiſtis, ac ſi de facto propoſitionem negares, quia virtualiter illam negas, & inſuper contra rationem nota infamiæ illam inuris de Qualificatoribus propoſitionum Carena, *de offic. inquiſit. p.* 1. *titulo* 8. §. 5. *numero* 35. ad quas dicit aſſumi Theologos, qui ob id dicuntur Qualificatores: Rojas *de hæretic. p.* 1 *num.* 384. *&* 204. Diana referens pulchram inſtructionem Toletanam *in cap.* 4. *tract.* 8. *reſ.* 84. cum aliis, vide *d. quæſt. ſeq. verſ. ad tertiam.*

19 At nihilominus in caſu de quo eſt dubium, pro certo tene cum Bañez 2. 2. *quæſtione* 11. *artic.* 2. Eccleſiam non poſſe errare tum ob ea quæ dixi *in cap.* 2. *de ſumma Trinit. & fide Cath. quæſtione* 1. vbi de Eccleſiæ auctoritate in definiendis propoſitionibus, & num Pontifex poſſit errare, &c. tum vt ait Bañez Doctorum error erit aut errori proximum

20 aſſerere Eccleſiam poſſe errare, † & Conink *de fide & ſpe, & charitate diſputatione* 18. *dubio* 8. *numero* 155. docuit verius eſſe, vt ſit hæreticum aſſerere Eccleſiam poſſe errore, & quod aliàs Eccleſia non eſſet columna, & firmamentum veritatis, vt dicit Paul. *ad Timoth.* 3. quinimò addit Carena *de offic. inquiſit. d. p.* 2. *titul.* 16. *num.* 14. §. 3. *verſ. in qua re*, vt nec poſſit ſummus Pontifex errare cum iudicat aliquam propoſitionem eſſe probabilem, vt verbi gratia cùm *in Clem. vnica de ſumma Trinitat. & fide Cath.* approbat vt probabiliorem opinionem aſſerentium in Baptiſmo infundi paruulis habitum virtutum Theologicarum, vt peregregiè probauit Turrian. *ſelect. diſputatione p.* 1. *dub.* 3. *verſ. peculiaris difficultas*, Vaſquez videndus *in p.* 2. *D. Thomæ diſputatione* 86. *tom.* 1. *de materia dictæ propoſitionis* de qua *in d. Clem.* de quo Ledeſma *in ſum. p.* 1. vbi *de ſacrament. Baptiſmi capite* 9. *concluſione* 3. Chameroth. *de Baptiſmo capite* 6. *dubio* 2. *&* 3. Bonacina *de ſacrament. diſputat.* 2. *quæſt.* 2. *puncto* 7. *à num.* 1 Azot. *inſtitut. moral. lib.* 4. *cap.* 34. *quæſt.* 1. *verſ.* 8.

21 Nec obſtat adductum de cenſoribus *ſub verſ. ad quartam*, hic, quia illud procedit in Qualificatoribus Theologicis, qui aliam cenſuram dant propoſitionibus, quam in ſe continent: quare reſoluit ex Suarez, & Caſtro-Palao Ægid. Trullench. *d. lib.* 1. *in præcepta Decalogi ſub numero* 18. *dub.* 4. *cap.* 21. *in fine.* † Quod ſi aliquam 22
ſententiam in ſcholis probabilem tu improbabilem iudicas ſine fundamento temerarius exiſteres; quia communi ſenſui Doctorum aduerſaris, iudicantium ſententiam illam probabilem eſſe, & concludit vt in qualificandis aliorum opinionibus ſit opus prudentia maxima, & quod ſi Eccleſia diffinit aliquam propoſitionem hæreticam, aut temerariam aut ſcandaloſam credit de fide tali cenſura eſſe dignam, quia alias obligaremur fateri Eccleſiam errare poſſe in his, quæ ad fidem pertinent contra Paul. *ad Timoth.* 3. iam allegatum, dicentem Eccleſiam eſſe columnam, & firmamentum veritatis, vti aſſeruimus *hic in verſ. at nihilominus*: de modo, & forma qualificandi prædictas propoſitiones apud nos Hiſpanos; videatur Paulus Garcia *en la forma de proſeſſar en el ſancto officio, fol.* 75. *verſ. Deſpues de reconocidos.*

QVÆSTIO X.

An negans propoſitionem Theologicam deductam ex vna de fide, & alia euidenti lumine naturæ, ſit hæreticus verus, vel præſumptus? Et an opinio improbabilis differat à temeraria; & an inquiſitores ſi ſint Theologi, valeant propoſitiones qualificare, & cenſurare.

SVMMARIVM.

n. 1. *Propoſitio hæretica dicitur quæ per illationem euidentem infertur ex vna propoſitione de fide, & Principio naturali, vt exemplificatur: vbi quod tantùm indirectè, & quare, num.* 2. *&* 3. *vbi quod tantum ſit hæreticus præſumptus, etſi alij contra.*

2. *Credere quis poteſt, quidquid à Deo reuelatum eſt cum negatione alicuius propoſitionis Theologicæ: vbi qualiter.*

3. *Hæreticus præſumptus, qui in negatione perſiſtit alicuius propoſitionis deductæ de fide, & principio naturali vt hæreticus puniri valet, nu.* 4. *vide n.* 5.

4. *Negare nemo præſumitur Principium euidens lumine naturæ, nec illationem rectam ex maiori, & minori propoſitione; quid de non dubitante de vera Chriſti humanitate.*

6. *Opinio improbabilis, quæ dicatur, & in quo differat à temeraria.*

7. *Inquiſitores nequeunt qualificare propoſitiones teſtificatorum in viſitatione, ſi ſapiant hæreſim, etſi Theologi ſint eo quòd debent qualificari per alios Theologos.*

8. *Inquiſitores poſt qualificationes factas propoſitionum ad agnoſcendum eas ſapere hæreſim, poterunt pronunciare ſe iudices eſſe contra Freſtas, vbi de praxi Hiſpanica, num.9.*

1 AD primam quæſtionis partem præ-
miſſis, quæ dixi *ſub Rubrica noſtri ti-
tuli*, dicunt eſſe hæreticum negantem
propoſitionem Theologicam, quæ per il-
lationem euidentem infertur ex vna pro-
poſitione de fide, & principio naturali, vt
Christus eſt riſibilis, quæ infertur ex illa de
fide: *Christus eſt homo*, ac illo principio
naturali *omnis homo eſt riſibilis*, ſed non eſſe
quidem hæreticum directè, & immedia-
tè, tantum verò indirectè, & reductiuè
ſi ait, & ipſa propoſitio non eſt ſecun-
dum ſe, & immediatè de fide, ſed media-
tè: ita Cano *lib. 17. de locis Theolog. cap. 9.
column. 15. verſ. enim vero* Valentia 2. 2.
diſp. 1. quæſt. 11. puncto 1. difficult. 3. & ſic
Caſtro-Palao *in ſuo opere morali p. 1. tract. 4.
diſput. 3. puncto 2. à num. 18.* dixit quod iſte
negans hanc propoſitionem, non eſt ha-
bendus pro hæretico vero, ſed tantum
2 pro præſumpto † ex ea ratione quia ſtare
optimè poteſt vt quis credat quidquid à
Deo reuelatum eſt, cum negatione alicu-
ius propoſitionis Theologicæ, eo eo quòd
non videatur ſibi rectè deduci ex princi-
pio de fide, & propoſitione euidente, vel
eo quòd principio euidenti non aſſentia-
tur: Villalobos *in ſumma tom. 2. tract. 1. diff.
10. n. 6.* Aragon. 2. 2. *d. qu. 11. art. 2.*
3 Et quamuis vt hæreticus habeatur ex
Valentia, & Cano *ſuprà*, & Bonacina *de
ceſſ. diſp. 2. qu. 5. p. 5.* quia ſupradictus reus
ſaltem mediatè diuinæ reuelationi oppo-
nitur; tamen credo reſoluendum, vt tan-
tum ſit hæreticus præſumptus, & tunc
cum in negatione perſiſtat poſſit tanquam
hæreticus negans principium reuelatum
ab inquiſitoribus puniri, vt reſoluunt
Diana *p. 4. tract. 8. reſ. 79. in fine*, Carena *de*
4 *offic. inquiſit. p. 2. §. 6. tit. 1. n. 34. & 33.* † Quia
nemo præſumitur negare principium eui-
dens lumine naturæ, nec illationem re-
ctam concluſionis ex maiori, & minori
propoſitione, & quod propterea benè con-
cludant Caſtro-Palao *vbi ſuprà*, & Sanchez
in ſumma lib. 2. cap. 8. n. 12. quòd ſi talis ne-
gans pertinaciter puniatur, vt dixit Dia-
na citatus, & his addo Suarez *de fide diſp.
19. ſect. fin. à num. 3.* Trullenk. *in opere mo-
rali lib. 1. cap. 2. dub. 2. num. 16.* exiſtimando
illum non forè hæreticum ſi illam propo-
ſitionem neget, non dubitans de vera
Chriſti humanitate, ſed quod principium
naturale non credat in vniuerſum eſſe
verum, aut vim illationis ignoret vt exi-
ſtimat probabile Filliuc. *tract. 22. c. 6. qu. 9.
num. 179.* † Tamen quod in foro exteriori
præſumatur hæreticus, quia non præſu- 5
mitur errare *in d. principio naturali, omnis
homo eſt riſibilis*, ſed in vera Chriſti huma-
nitate, exiſtimat autem Trullenk. cum
d. Sanchez, & Villalobos, vt dato quod in
ſolo principio naturali erraret, & neuti-
quam in vera Chriſti humanitate, in
foro exteriori, non eſſe hæreticum.
Ad ſecundam quæſtionis partem, reſ-
pondetur breuiter ſuppoſitis iam adductis 6
in q. 1. & ſub q. 9. quod opinio improbabilis
ſit, ea quæ nec habet plures auctores, nec
doctorem magnæ auctoritatis, nec ratio-
nem apparenti ratiocinatione deductam
ex principiis communiter receptis, vt ve-
ris, vel ſaltim probabilibus, quæ differt à
temeraria, quia hæc eſt contra commu-
nem doctorum ſine graui fundamento:
ſic Ægid. Trullenk. *in opere morali lib. 1. c. 2.
dub. 4. n. 20.* vbi ait improbabilis poteſt eſſe,
etiamſi non ſit contra omnes; quia pauci
eam quæſtiunem tractarunt: imò vt di-
catur improbabilis, quia non habet appa-
rens argumentum, qui ex Turriano, Leſ-
ſio, Diana, Villalobos, Azor; & aliis alia
addit pro explicatione, quæ non repeti-
mus, quia iam alibi dicta ſunt.
Ad tertiam quæſtionis partem, an
inquiſitores, ſi ſint Theologi, poſſint 7
qualificare propoſitiones vel cognoſcere
vtrum factum, vel dictum ſapiat hære-
ſim, vel non, vel hoc tantum ſpectet
ad qualificatores Theologos? Et præ-
ſuppoſitis verbis inſtructionis Tolet. *an-
no* 1561. *numero primo, quæſtione præceden-
ti citata* ibi: *Quando los inquiſidores ſe iun-
tan auer las teſtificationes que reſultan de
alguna viſita, vde otra manera, ô que
por otra qualquier cauſa, ſe vbiere recibi-
do hallandoſe algunas, perſonas ſufficientemen
teſtificados de alguna coſſa cujo conocimiento
perteneſca*

perteneſca a ſancto oficio de la inquiſition ſiendo tal que requiera caliſicacion deueſſe conſultar con los Theologos de letras y conciencia, en quien concurran las calidades que para eſto ſe requieren los quales den ſu parecer y lo firmen deſu nombre, &c Cumque eorum aſſertionibus inquiſitores omnimodam fidem præſtent, vt dicit Rojas, *de hæretic. p.*1. *num.*104. ibi vſu, & conſuetudine iam diu recepta indiſtinctè, & abſolutè cuiuſuis propoſitionis declaratio ad Theologos ſpectat, & attinet, & ab eorum aſſertionibus in cauſis fidei iudicandis minime eſt recedendum, vt per prudentiſſimos conſiliarios conſilij generalis inquiſitionis plenius decretum eſt: Ita ille.

8 Vnde ad propoſitum difficultatis, quamuis Delrius, *in diſquiſitionib. Magic. lib.*5. *ſect.*15. *axioma* 1. exiſtimauerit quod quando dubium eſt ſiutne hæreſim ſapientes, non pertineat ad inquiſitorem iudicare, ſeu cognoſcere, ſintne tales vel non, pertinereque ad Theologos: verum poſtquam conſtat eas ſapere hæreſim, ſed dubitatur tantum an ſapiant hæreſim manifeſtam, tunc poſſint inquiſitores de illa qualitate cognoſcere, & pronunciare ſe iudices eſſe, etſi Seraphinus Freitas putet, *in addit. ad tract. de confeſſar. ſollicit. quæſt.*1. *num.* 42. quod ad Tribunal. Inquiſitionis competat cognitio, vtrum factum, vel dictum ſapiat hæreſim vel non, etſi idem inquiſitores ſint etiam Theologi, de eodem dubio poſſint cognoſcere, ſi verò ſint iuriſperiti ad qualificatores, vt potè Theologos.

9 † Tamen ſemper in praxi dicit Diana, *d. p.*4. *tract.*8. *reſ.*48. *in fine*, ſemper vocari qualificatores Theologos, ſic vt obſeruetur inſtructio toletana, quæ apud nos conſtanter contingit, in noſtra Hiſpanica, in qua ſemper inquiſitores ſunt Canoniſtæ, etſi aliquoties in Concilio ſupremo Dominus Inquiſitor Generalis ſit Theologus, fueritque annis præteritis conſiliarius Pater... Societatis Ieſu, & nunc pluribus ab hinc annis talis exiſtat R. P. M. Fr. Ioan. Martinez Dominicanus Regis Philippi IV. iam ab anno præterito 1665. vita functi.

AD TEXTVM
In Cap. Sicut, VIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Fautorum receptatorum credentiumque hæreticis materia proponitur.*

VIA textus hic agit de pœna excommunicationis, ac priuatione ſepulturæ Eccleſiaſticæ, quam debent pati hæretici receptatores, &. defenſores, ac fautores eorum, *infraque in cap. excommunicamus* 13. §. *credentes*, ponatur pœna credentium receptantium & defendentium hæreticos; ideo ad amuſſim tam de fautoribus, receptatoribus, quàm de credentibus, & defendentibus atque impedientibus officium ſanctæ inquiſitionis hic agemus. Et quia qui ſint hæretici, *ſuprà in Rubrica, & cap. præcedenti, & à cap.* 1. actum eſt; ideo ad cæteros, qui dicuntur etiam de hæreſi ſuſpecti deſcendemus. 1

QVÆSTIO I.

An Fautores hæreticorum defenſores receptatores, & credentes differant quoad modum, & qui tales ſeu quibus modis incurrant in hoc peccato. An laudantes, & excuſantes hæreticos ſint de hæreſi ſuſpecti. Et an Iudæi aliique infideles, quicumque fautores, & defenſores hæreticorum, eorumque receptatores ab inquiſitoribus puniantur. Et qui credentes dicantur cum differentia ab Hæreſiarcha, & ab Hæretico. Et qui propriè dicantur conuerſari cum hæreticis, vt pœna illos comprehendat.

SVMMARIVM.

1 *Fautores, & receptatores, defenſores & credentes hæreticorum qualiter inter ſe differant, & num. 8.*

2 *Fautores hæreticorum defenſores & alij ſunt ſuſpecti de hæreſi, dummodo non defendant, ſeu foueant eorum errores, quibus indici valet purgatio vel abiuratio iuxta maiorem, aut minorem ſuſpicionem, & num. 3. vbi quod poſſint tormentis ſubiici.*

4 *Inquiſitores poſſunt procedere contra ſuſpectos de hæreſi, vbi quis talis dicatur ex dicto vel facto, n. 5.*

5 *Tortura reo præſumpto de hæreſi, poteſt indici vt inuenire poſſit Iudex, qualis fuerit intentio rei.*

6 *Fautores hæreticorum tribus modis dicuntur ex omiſſione, aut negligentia, ex cooperatione, ex facto, ex conſilio, & ex verbis; alij plures modos poſuerant.*

7 *Fautores dicuntur omnes illi, qui hæreticos defendunt, ſicque ſtatuta loquentia de defenſoribus procedere in fautoribus.*

8 *Defenſor à fautore differt, ſicut ſpecies à genere, & ſub n. 13.*

9 *Fautores dicuntur, qui ſubleuant hæreticos, fauore vel pecunia, vel qui procurant aliqua vel ſubminiſtrant, per quæ liberentur, & qui illis dant conſilium vel auxilium, & illos inſtruentes ad celandam veritatem, vt nu. 10. & quibus ſignis n. 12.*

10 *Inſtruentes hæreticos vt negent veritatem, ſunt de hæreſi ſuſpecti vehementer.*

11 *Fautores dicuntur etiam impedientes ſanctum officium, in punitione hæreticorum, vbi quibus pœnis arbitrariis.*

12 *indicia quinque aſſignantur ad cognoſcendum quando quis fautor dicatur.*

13 *Defenſores hæreticorum qui adinſtar fautorum ſunt, qualiter probentur, & ſunt qui viribus, potentia, armis, & fauore hæreticos defendunt, ne in manus inquiſitorum deueniant.*

14 *Receptatores hæreticorum ſunt, qui ſciendo, quem hæreticum eſſe ipſum recipiunt, qui ſunt ſuſpecti de hæreſi vehementer, qui grauiſſimè peccant ſub num. 15.*

15 *Bannitus receptans bannitum ne puniatur, grauiſſimè peccat.*

16 *Credentes hæreticorum ſunt, qui in eorum erroribus contra fidem aſſentiuntur, & qui eorum ſermonibus frequenter aſſiſtunt num. 17. & 18.*

17 *Credentes, & Hæretici in quo differant, & num. 18.*

18 *Hæreſiarcha in quo differat ab hæretico, & credente: vbi quid contra Caluinum, n. 32.* remiſſiue.

19 *Credentes hæreticis ſunt non ſolum qui ore, ſed etiam factis, & quod probatur hæreſis ore, & factis, & vſque ad num. 22.*

20 *Hæreticum ſe docens magis talis reputari debet, curiæque ſæcuları tradendus, quàm qui verbis, pluribus concluſionibus pateat.*

21 *Hæreſis probatur ex factis, & verbis etiam ſecretiſſimis, nutu, aut alio ſigno.*

22 *Conuictus de factis hæreticalibus nequit allegare, quod non mala intentione id egerit.*

23 *Credentes hæreticorum ſunt in duplici differentia, quidam de quibus apparet credere eorum erroribus, alij de quibus ſic non apparet ſicut explicantur multis modis, & ſignis, & 24.*

24 *Credentes dicuntur hæreticorum erroribus non ſolum qui ſcientes, ſed etiam, qui implicite eorum fidem bonam eſſe credunt licet eorum errores explicitè ignorent, vt exemplificatur: & numero 25.*

25 *Credentes hæreticorum ſunt dicentes hæreticos in ſua ſecta poſſe ſaluari, vel eſſe bonos vel ſanctos, vel Dei amicos vel nuncios vel eorum perſecutores peccare, ac eos laudantes verbo aut ſigno & num. 26.*

26 *Laudantes, & excuſantes hæreticos ſua hæreſi ſuſpecti, ſi ſerio eos laudent, ſunt fautores.*

27 *Excuſantes appenſate hæreticos etiam dicuntur, eorum fautores, & defenſores, ſecus ſi ſine dolo.*

28 *Iudæi aliique infideles receptantes, ac defendentes ſiue impedientes ne puniantur hæretici vt fautores, puniuntur ab inquiſitoribus: idem ſi ſint defenſores Apoſtatarum, n. 29. & 30.*

29 *Inquiſitores in pluribus caſibus poſſunt procedere contra Iudæos, & infideles.* remiſſiue.

30 *Iudæi ſubuertentes Chriſtianos, hæreticosque defendentes, variis arbitrariis pœnis puniri poſſunt.*

32 *Conuerſari cum hæreticis, vt pœna illos comprehendat fautores, qui dicantur: quid ſi per vim, & metum, vel de*

con

conuerſantibus cum illis hæreticis, qui degunt inter Chriſtianos.

33 *Conuerſantes cum hæreticis ſunt de hæreſi ſuſpecti plus, & minùs ſecundùm qualitatem perſonarum loci, & tempus, & circunſtantiarum contra quos oritur indicium ad torturam.*

34 *Conuerſans cum hæreticis ex circunſtantiis propter ſcandalum, poteſt etiam beneficio priuari, qui, & debet abiurare familiaritatem.*

1 AD primam quæſtionis partem ſup-
poſita differentia fautorum, defen-
ſorum, receptatotum hæreticorum, &
illis eredenrium quæ talis nempe eſt vr
fautores quidem immediate cooperentur
hæreticorum ratione, hæreſis in pœniſ-
que ferè illis æquipatenrur : alij verò ſuſ-
pecti non ſint tales ex cooperatione, ſed
ex eo quod aliud perpetrant, ex quo
præſumuutur diſcredere illis articulis,
contra quos dicta factaue delicta aduet-
tantur : Bordon. *de offic. inquiſit. cap.*10.
*num.*51. *verſ. notandum*, exemplificans in
ſolicitante in confeſſione, qui videtur
malè ſentire de ſacramento Pœnirentiæ,
in blaſphemante contra omnipotentiam
Dei, qui præſumitur diſcredere Dei om-
nipotentiam, facile erir explanare qoi
2 tales dicanrur, † igitur fautores hæreti-
corum defenſores, & alij de quibus in-
quirimus ſunr ſuſpecti de hæreſi, dum-
modo non defendant, ſeu foueant eo-
rum errores, indeque fieri, vr poſſit illis
indici purgatio ſecundum Canoniſtas, *in
cap. quicumque hoc titulo, lib.*6. vbi Archid.
num. 4. *in fine verſ. & credo num.* 4. Ioan.
Andr. *in fine verſ. & putat Archidiaconus.*
Gemin. *poſt num.* 9. *eodem verſ.* Ioan Cal-
derin. *in tract. de hæretic. credentibus ſub
num.* 15. Vmbertus Locatus, *in iudiciali
inquiſitorum verb. credentes ſub num.* 2. *&
alibi in verb. defenſores ſub num.*1. *& in verb.
excommunicati num.*3. *& in verb. pœna nu.*11.
in verb. ſuſpicio num. 13. *&* 14. Repert. in-
quiſit. *in verb. fautores, verſ. nota*; vbi
propterea quod ex hac ſuſpicione pote-
rir fautori indici purgatio, in qua ſi de-
ficeret vt hæreticus condemnatur : Si-
mancas, *in Enchirid. viol. Relig. titulo* 13.
Rub. de credentib. num. 2. *& titulo* 14. *Rub.
de defenſoribus num.* 3. vbi quod ſunt ſuſ-
pectiſſimi ; Zanchimus, *de hæretic. cap.*17.
*num.*1. vbi quod ſunt vehementer ſuſpe-
cti, & quod propter hanc ſuſpicioocm
porerir eis indici purgatio, Campeg. *in
addit. ad ipſum cap.*10. *litt. A, in verb. ſuſ-
pecti, num.*6. *& 8. caſu.* Eymeric. *in direct.
p.*2. *quæſt.*50. *num.*4. *&* 5. vbi de creden-
tibus hæreticorum, ſed non eorum er-
roribus, quòd licèt non ſinr hæretici,
non carent. † Tamen ſuſpicione hæreſis 3
vehementi, vel leui, ſecundùm quod
maiora, vel minora in eis indicia appa-
rebunr, & conſequenter ſit eis abiura-
tio, ſeu purgatio indicenda : vbi Franc.
Pegna, *in addit. comment.* 15. *litt. E*, vbi
dixir quòd iſti credentes ad excluden-
dam ſuſpicionem hæreſis compelluntur
abiurare vel ſe purgare, vel quod tor-
mentis ſubiiciuntur, idem Eymeric. *ſu-
pra quæſt.*52. *num.*3. vbi idem dicit de de-
fenſoribus hæreticorum, vbi Pegna, *in
addit. comment.*77. *litt. C, & litt. D*, idem
Eymeric. *in d. c.*2. *quæſt.*54. *num.*2. & ibi,
Pegna, *in addit. comment.*77. *litt. B, & C,
verſ. primo, & ſeqq.* vbi etiam dixit ex
impedimento, & fautoria oriri ſuſpicio-
nem hæreſis ad abiurandum ſufficien-
tem, & quo modo iſto caſu debet fieri
abiuratio, & quo modo inrerrogandus
reus ; idem Eymeric. *vbi ſuprà p.*2. *qu.*56.
*num.*6. vbi de eadem ſuſpicione reſultan-
te ex defenſione, & receptatione hære-
ticorum : Marrin. del Rius, *de Magia, lib.*5.
*ſect.*14. *verſ. tertium eſt.* Iacob. de Graffiis,
*lib.*4. Suatez, *deciſ. cap.*18. *num.*38. Farinac.
ſic referens, *de hæreſi, quæſt.*181. §. 3. vbi,
*num.*55. *in fine*, dicit etiam facere, quæ
in ſimile de impediente ſanctum offi-
cium inquiſitionis, *in ea quæſt. num.*70.
& de receptatoribus, *à num.*133. & Loca-
tus, *ſuprà*, dixit iſtos de vehementi, aur
leui poſſe puniri, & cum Pegna, & Dia-
na, Bordon. *infra de offic. inquiſit. num.*51. *in
princ.* Carena, *de inquiſit. p.*2 *tit.*4. *de fautoribus*,
§§. etiam de credentibus, receptatoribus,
defenſoribus & aliis cum Duardo, Mar-
co, Alrerio, & aliis refendis. † Et quod 4
contra rales ſuſpectos de hæreſi poſſinr
procedere inquiſitores, obſeruant Duard.
*in Bulla Cœnæ lib.*2. *can.*1. *quæſt.* 33. *num.* 4.
Diana cum communi Doctorum, *p.*4.
*tract.*7. *reſ.* 21. & quod ſicur rectè notat
Souſa, *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 25.
num. 16. ea, quæ de fautoribus dicuntur
rectè accommodantur defenſoribus, &
receptatoribus, ſicut è contra pro quibus
facir Bord. *de offic. inquiſit. cap.*10. *num.*11.
† Dum dixir illum dici ſuſpectum de hæ- 5
reſi, qui probatur dixiſſe vel feciſſe ali-
quid ex quo Iudex rarionabiliter ſuade-
tur ad credendum illum hæreticum eſſe,
& quia hæc credulitas non eſt certa
ſcienria, ſed ſolum ſuſpicio, & præ-

ſumptio

ſumptio quod ille ſit hæreticus, ideo vt Iudex ſe certificet de hac re, ſic exigente eius officio, indicit torturam reo, præſumpto hæretico, vt venire poſſit in cognitionem qualis fuerit eius intentio, & conſequenter, reus tortus præſumptus purgat ſuſpicionem.

6 Vnde iam reſpondetur fautores dici tribus modis ex omiſſione ſcilicet, aut negligentia, ex cooperatione ex facto, item ex conſilio, & ex verbis, vt de ſingulis pouit exempla Repert. inquiſit. *in verb. fautores verſ. & ſic concluditur*, & ibi, Mandos, *in addit. litt. A.* Simanc. *de catholic. inſtitut. tit. 5. Rub. de credentibus*, vbi quod quis dicitur fauere hæreticis, aut verbo, aut facto: Zanchin. *tract. de hæretic. cap. 5. num. 1. & 2.* Menoch. *de arbitr. qu. lib. 2, caſ. 548. num. 3.* vbi pariter dicit fautores hæreticorum dici tribus modis, omiſſione, negligentia, cooperatione, ſeu facto, conſilio, ſeu verborum prolatione: Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 51. à num. 32. & 34.* fauere dicitur quem verbis, factis, conſilio, & pecunia Azor. *inſtitut. Moral. p. 1. lib. 8. cap. 18. Rubrica de credentibus, & recept. quæſt. 7.* Thom. Sanchez, *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 10. num. 11. & 16. & 18.* Farinac. *de hæretic. d. quæſt. 182. §. 1. num. 1.* poſt Franc. Pegna, *ad Eymeric. in direct. inquiſit p. 2. quæſt. 53. comment. 78. verſiculo triſariam*, & *verſiculo iam ſi noſſe cupis*: vbi ponit nouem modos quibus, quis hæreticus fautoriam præſtat, & ſignat prædictos tres modos: Carena, *ſupra d. tit. 4. num. 1.* cum Pegna, & Leonardo, Duardo, *in Bullam cœnæ, lib. 2. can. 1. quæſt. 32.* & alij quos Duard. latè refert.

7 Itaque fautores hæreticorum dicuntur omnes illi, qui hæreticos defendunt: Anania, *in cap. excommunicamus §. credentes hoc tit. num. 15.* Simanch. *inſtit. nu. 15. Rubrica credentibus num. 11.* vbi dixit fautores hæreticorum dici eorum defenſores, & quod omnia ſtatuta in defenſoribus procedunt in fautoribus, quia qui defendit hæreticos eis fauere dicitur, & quod nec vllus dicitur hæreticos fauere qui etiam eos non defendat, & propterea eos dici fautores, qui quolibet modo hæreticis fauent: Pegna, *in direct. inquiſit. ad Eymeric. p. 2. quæſt. 53. comment. 78. verſ. primo, & ſecundo*: Vgolin. *in tract. de cenſ. Pontifici reſeruatis, in gloſſa fautores in princip. per verba ſequentia num. 1.* vbi dixit: *fautorem eſſe illum, qui vel ne ob illud crimen oppugnetur, ipſis opem fert vel animum dat, quod in illo crimine perſeuerent, vel vbi eos ab Hæreſi auocare caſtigareue poteſt ipſos tolerat, aut alimenta ſumptusve præſtat, vel de habitatione eos accommodat.* † Qui in gloſſa generaliter, *quoſ-* 8
libet defenſores, num. 1. dixit defenſorem à fautore differre, ſicut ſpecies à genere: nam omnis defenſor eſt fautor, & non omnis fautor eſt defenſor, & Iacob. de Graff. *lib. 4. deciſ. cap. 18. num. 20.* † dixit fautores hæreticorum di- 9
ci eos qui ſubleuant hæreticos fauore vel pecunia, vel, qui procurant aliqua vel ſubminiſtrant, per quæ liberentur Farinac. *vbi ſupra § 1. num. 2. & 3. ex Concilio Tarraconenſ. regiſtrato per Pegn. in direct. inquiſ.* quod etiam tales dicantur qui hæreticis dant conſilium, vel auxilium, *ex conſtitut. Innocent. IV. edita ann. 1252.* incipit: *ad extirpanda in verſ. quicumque*, Decian. *dict. lib. 5. cap. 51. num. 46.* Zanchin. *de hæretic. cap. 5. num. 5. & 6.* vbi de præſtante conſilium, ſeu auxilium hæretico.

Et quod ſic etiam dicantur hæretici 10
eorum fautores illos inſtruentes ad celandam veritatem quando fuerint examinati, & ad negandam hæreſim quam tenent, qui pœna arbitraria puniuntur, *ex cap. accuſatus §. ſacerdotes hoc titulo, lib. 6.* vbi gloſſa in figuratione caſus, & *in §. porro verſic. poſtea.* Ioan. Menoch. *num. 12. in verb. caſtigari.* Geminian. & Franch. *ibi*, Calderin. *de hæretic. Rub. de pœnis hæretic. num. 5. in fine, & Rubrica de his, quæ pertinent ad executionem officij nu. 7.* Campeg. ad Zanchin. *de hæretic. dict. cap. 20. litt. A, in verb. ſuſpecti in 4. caſu*, vbi quod ſic inſtruentes hæreticos ſunt de hæreſi ſuſpecti, Eymeric. *in direct. inquiſit. p. 2. qu. 56. num. 4.* vbi quod iſti ſic inſtruentes hæreticos ad celandam veritatem ſunt vehementer de hæreſi ſuſpecti: vbi Pegna, *in comment. 81. litt. A, in fine verſ. in quarto caſu*; vbi quod in hoc caſu nulla occurrit difficultas; Farinac. *cum aliis, d. §. 1. ſub num. 8.* Decian. *dict. lib. 5. cap. 51. num. 56.* & ſic inter alia Barboſa, *in dict. §. ſacerdotes num. 33. 34. 35. & 36.* † vbi quod im- 11
pedientes ſanctum officium in punitione hæreticorum dicuntur eorum fautores, & quod poſſunt ab inquiſitoribus puniri debita pœna, vt incarceratione vel alia prout culpa exigit, & quod ſi ſunt Religioſi, ſunt immurandi, vel grauiori pœna puniendi, quam laici ſi inuenti ſint deliquiſſe in hæreſi, vel conſimilibus.

Et

12 Et quoad ſigna quibus deprehenditur quis ſit hæreticorum fautor vel indicia vltra alia, ſunt quinque, nempe quando quis captiuum hæreticum viſitar, ſuſurrar cum eo, & victualia adminiſtrat. Vel quando quis lamenratur de hæretici captura, aut morte; item quando quis dicit hærericum fuiſſe iniuſtè condemnatum; aut quando quis amaro vultu, toruiſque oculis aſpicir perſecutores hæreticorum, combuſtorum oſſa, ſeu cineres furtiuè de nocte ſurripere inuentus fuerit, & quod ex his inquam quinque indiciis vehemens oriarur præſumptio hæreſis ex libro Bibliothecæ Vaticanæ, ratione ſub inſcriptione ſummæ fiatris Yuoneri: *ſub tit. quomodo deprehendantur fautores hæreticorum*, Teſtatur Franc. Pegna, *in addit. ad Eymeric. in direct. inquiſition. p. 2. quæſt. 53. comm. 78. verſ. ſecundo*, cum aliis, vt refert Farinac. ac ſequitur, *d. qu.* 182. §. 1. *num.* 10.

13 Deſenſores hærericorum qui adinſtar fautores ſunt, vr Barboſa cum aliis hic probat, ſed cum differenria hic, *in verſ. itaque fautores*, & ſic breuiter cum Pegna, *in direct. inquiſit. in princ. verſ. defenſores*, ex Concilio Tarraconenſ. *verſ. defenſores*, Vgolin. *de cenſ. Pontifici reſeruatis p. 2. in dict. gloſſa, & generaliter num.* 1. & cum illis Farinac. *dict. quæſt.* 182. §. 4. *num.* 57. Simanc. *de Cathol. inſtit. titulo* 15. Rubric. *de credentib. defenſoribus, à num.* 8. ex Bernardo Cnmenſ. *in ſua lucerna inquiſitor. in verb. defenſor*, dico tales dici qui viribus, potentia, armis, & fauore hæreticos defendunt, ne in manus inquiſitorum deueniant, vt tutò poſſint viuere, & ne ob cauſam hæteſis puniantur accuſentur, denuncientur, & interrogentur, & quod ideo defenſores, & fautores hæreticorum idem ferè ſignificent ex Simancas, & Pegna, tradit Barboſa, hic *numero* 2. & addunt Caſtro, *lib* 1. *de iuſta hæretic. punition. cap.* 17. Sayr. *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 5. *numero* 9. Azor, *inſtitution. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæſtione ſexta*, & alij, quos referr Sanctarel. *de hæreſi cap.* 11. *numero* 25. vt etiam defenſores dicantur, qui hæreticos iuuanr ne contra illos fiar executio ſententiæ additque idem Sanctarel. per aliquas ſummorum Pontificum conſtitutiones defenſores hæreticorum, eorumque fautores illos dici, qui è manibus curiæ hæreticos eruunt, & ob id potuit illud ſignificare Vgolin. *ſuprà*, dicendo quod defenſor is propriè dicitur, qui aliquem vel ab aliquo oppugnatum defendit, aut ne oppugnetur præſto illi eſt, ne aut re, aut verbis perſonæ rei famæve damna patiatur, de pœna illorum, *infrà*, dicemus: videndi ſunt Carena, *de inquiſit. p.* 2. *titul.* 4. *de fautoribus* §. 8. *ex num.* 72. qui diſtinguit vt hic ex Eymerico, Simancas, Sanctarello, Farin. & Leonardo, Duardo, alios referente in Bulla cœnæ, *lib.* 2. *can.* 1. *qu.* 32. *num.* 1. *&* 2.

Receptarores autem hæreticorum propriè ſunt, qui ſciendo quem hæreticum eſſe ipſum, aut recipiunt ſic Geminian. 14
Ancharan. *in cap.* 2. *de hæretic. lib.* 6. ſed quia ſatis dicit Vgolinus, *de cenſ. Pontifici reſeruat. cap.* 2. *in gloſſa, receptatores in princ. numero primo*, diffinitionem relatam Geminiani, & aliorum non ſatisfacere, tum quia non diſtinguit cauſas receptationis, tum quia tum definitio eſt eadem cum diffinito, propterea ipſe aliam deſcriptionem affert: *vt ſit receptator, qui ſciens quem hæreticum eſſe hæreſis gratia vel quatenus hæreticus eſt ipſum recipit*: ſic ex Caietano, Nauarro, Tabiena, & aliis Farinac. *dict. quæſtione* 182. §. 9. *num.* 132. qui *num.* 133. cum Locato, & aliis dicit quod receptatores hæreticorum ſunt ſuſpecti de hæreſi, & quod inde oritur vehemens ſuſpicio, & comprobatur ex adductis *ſub hac quæſtione à num.* 1. & qui tales dicantur longè ſcribunt Simancas, Graff. Pegna, Aldouin. Sanctarelus, Sanchez, Decian. Souſa, Sanctarellus, Cardos, Menoch. & alij, quos hic refert Barboſa, *num.* 1. *fin.* de quorum pœnis *infrà*. † Et 15
cum Mario, Mura, Oldrado, Surdo, & Souſa, Carena, *de offic. inquiſit. p.* 4. *tract* 4. *de fautor.* §. 6. *num.* 60. *&* 61. vbi ex illis extendit doctrinam ad bannitum receptantem alium bannitum, de quo *infrà*, dicemus, quod grauiſſimè peccant hæreticorum receptatores cum hæretici; qui communiter hoſtes dicuntur, din viuere ſine iſtis receptatoribus, non poſſent, vbi loquitur Carena de hærerico hæreticum receptante, & *d. tit.* 4. § 5. generaliter loquitur, *à num.* 38. *ad* 59. de aliis perſonis hæreticos receptantibus vbi leges cum Duardo, Sanchez, Mario, Alterio, & aliis vbi, *à num* 41. de eorum pœnis de quibus nos *infrà*.

Credentes autem hæreticorum dicun- 16
tur, qui eorum erroribus contra fidem, aſſentiuntur, & implicitè credunt, quod aliqui hæretici credunt, cùm tamen nullum eorum errorem, aut hæreſim, in particulari credant: Nauarrus, *in man.*

cap. 27. *num.* 55. Catter. *de hæretic. nume-*
ro 175. Simancas, *de cathol. dict. titulo* 15.
num. 2. Decian. *crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *nume-*
ro 15. Iacob. de Graff. *in deciſ. aureis p.* 1.
lib. 4. *cap.* 18. *num.* 30. Vgolin. *ſuprà*, *p.* 2.
cap. 1. *verb. ac eorum credentes.* Penia, *in*
direct. parte 2. *comment.* 75. Sayr. *de cenſ.*
lib. 3. *cap.* 5. *numero* 1. Azor, *inſtitution.*
moral. p. 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæſtione* 1. Suarez,
de cenſ. diſput. 31. *ſect.* 1. *num.* 5. *& de fide*
diſputat. 24. *ſect.* 1. *à num.* 1. Sanchez, *in*
præcepta decalogi lib. 2. *cap.* 10. *à numero* 1.
Souſa, *in relect. de cenſur. Bullæ cenæ cap.* 2.
diſput. 8. Sanctarelus, *de hæreſi cap.* 11. *à*
numero 29. & Barboſa, *in cap. excommu-*
nicamus §. *credentes.* Anania, ibi, *num.* 12.
vbi Canoniſtæ, Azor, Graff. Penia, San-
ctarel, & alij, *ſuprà*, ac referendi addunt,
quòd etiam cenſentur credentes hære-
ticorum, qui illorum ſermonibus & con-
cionibus frequenter interſunt, de quo
infrà, latius. Farinac. *in dict. quæſtione* 182.
de hæreſi §. 8. *ex num.* 103. vbi cum Ana-
nia, *dict. num.* 11. *&* 12. *& repert. inquiſit.*
in verb. credentes, refert cum ſic dicente
credentem hæreticorum, propriè dici il-
lum, qui ſequitur errorem quem aliquis
17 gignit. † Et propterea quod ea eſt dif-
ferentia inter credentes, & hæreticos,
quia hæreticus propriè eſt ille qui errorem
gignit, & credens ille qui adhæret illius er-
rori, illumque errorem ſequitur, ſicque vt
hæreticus ſit principium erroris credens
qui approbat illum errorem quem alius in-
uenit, & Ioan. Calderin. *in tractatu de hæ-*
retic. Rubric. de hæretic. credentibus, *nume-*
ro octauo, dixit credentes hæreticorum
dici eos, qui eorum fidem habent impli-
citam, licet eorum vitam, ſiue modum
non ſeruent: Zanchin. *de hæretic. cap.* 7.
numero quarto, alioſque modos declaran-
di, qui ad hos conuertuntur ex Peg-
na, Toleto, Azor, Graff. Vgolin. & aliis
refert Farinac. *ſub dicto* §. 9. *numero* 104.
qui *in verſiculo & ex omnibus*, dicit ſibi
placere differentiam, quam ponit idem
Tolet. *de inſtruct. ſacerdot. lib.* 1. *cap.* 19.
18 *numero quinto*, † vbi quod credentes hæ-
reticorum ſint hi, qui errorem expreſsè,
& explicitè non habent, ſed implici-
tè, vt in exemplo per eum relato, &
quod aliæ differentiæ, relatæ potius con-
ſtituunt differentiam, inter Hæreſiar-
cham, & credentem, quam inter cre-
dentem, & hæreticum, & ſic diſtinguen-
do Farin. dicit illum, qui ſcienter contra
Eccleſiam errorem gignit propriè dici
hæreſiarcham eum, qui verò ſciens, &
videns damnatum per Eccleſiam erro-
rem elegerit, propriè dici hæreticum, &
qui autem etiam ſcienter damnatum per
Eccleſiam errorem tenuerit, ea ſolùm ra-
tione, quia alius cui credit dixit, & prop-
ter illius authoritem propriè credentem
hæreticorum appellari, & ſimul hære-
ticum eſſe: hæreticum quidem, quia
ſcienter contra Eccleſiam, errorem te-
net; credentem vero hæreticorum, quia
id tenet ſolum, quia alius cui credit, di-
cat, addens quod hoc tripliciter fieri con-
tingit, primo ſi explicitè aliquem erro-
rem teneat, quia alius cui credit dixit: Se-
cundò implicitè, ſi dicat ſe tenere, verbi
gratia, quidquid Caluinus dixit, vel hæ-
reticus alius, tertiò ſi ſciens, & videns ali-
quem hæreticum ab Eccleſia damna-
tum, contendat illum eſſe vel fuiſſe
virum bonum, & laudabilem, quia per
huc credit bonam illius fuiſſe vitam bo-
namque doctrinam, & quod per conſe-
quens credens hæreticorum eſt, credenſ-
que hæreticorum erroribus, licèt implicitè
ita Farin. extendit, qui, & *numero* 100.
ait credentes hæreticis eſſe ſuſpectos de
hæreſi, quando non credunt eorum
erroribus, ex iam dictis de fautoribus, &
defenſoribus.

Quibus ſuppoſitis, pro generali con- 19
cluſione credentium hæreticis exten-
denda additur, vt procedat non ſolùm
in credentibus ore, ſed etiam factis ad
ea, quæ dixit idem Farinac. *de hæreſi*
quæſtione 187. *numero* 16. vbi cum infini-
tis probat quod ſicut hæreſis probatur, ex
verbis hæretiealicus; ita etiam probetur
ex factis explicando, dicit quòd hæreſis
probatur non ſolùm ex ore ipſius hæretici,
ſed etiam ex factis hæreticalibus, & quòd
ſit euidentior probatio illa, quæ ex factis
oritur, quam ex verbis cum facta ma-
gis hominum mentem animum, & vo-
luntatem declarent, quam verba pro vt
hæc, & ſimilia ſcripſerunt, *in cap.* 2.
hoc titulo, *lib.* 6. Archidiacon. *numero* 2.
in diſcurſu, Ioannes Andreas, *numero ter-*
tio. Geminian. *numero ſexto*, *verſiculo &*
plus ex facto, *repert. inquiſit.* Vmbert. Lo-
catus, Simanchas, Zanchin. Directo-
tium inquiſitorum, vbi Pegna, *parte* 2.
comment. 59. *quæſt.* 34. *& quæſt.* 50. *comment.*
75. *littera C*, *verſiculo prædictum vero axio-*
ma. † Vbi benè quod, qui ſe hæreti- 20
cum docet, magis hæreticus reputari
debet, curiæque ſæculari tradendus,
quàm, qui verbis, Ioan. Rojas, *in tra-*
ctatu de hæretic. parte 1. *num.* 283. *cum ſeqq.*
vbi

vbi latè probat quod ex factis hæreticalibus, vbi quis eſt confeſſus aut conuictus poteſt vt hæreticus condemnari, & *num.* 153. *&* 602. probans aliam concluſionem quod ſcilicet ex verbis hæreticalibus ab aliquo probatis, probatur proferentem eſſe hæreticum Menoch. *de præſumption. lib. quinto, præſ.* 6. *numero* 10. vbi quod verba hæreticalia probant quem eſſe hæreticum Hypolitus Riminald. *conſ.* 595. *à num.* 1. *lib.*14. vbi pluribus probat quem detegi hæreticum ex facto hæreticali, de quo *ibi*, Sigiſmund. Scaccia, *de indic. cauſar. ciuil. & crimin. & hæretic. cap.*7. *à num.* 1. vbi ipſe probationem hæreſis admittit, aut facto, aut verbis, & *cap.*87. *num.* 23. Lelius, Zechius, *in ſumma p.* 1. *titulo, de fide Rubrica de hæreſi, cap.* 11. *num.* 13.
21 *verſiculo ſecunda concluſio.* † vbi pariter dixit hæreſim probari & verbis, & factis etiam ſecretiſſimis & occultis, vt puta nutu, vel alio ſigno, Ludouicus à Paramo, *de origine inquiſition. quæſtion.* 9. *num.* 126. vbi cum dixerit facta hæreticalia magis probare, quem hæreticum eſſe quam verba ante *à num.* 117. inter alia dixit quod contra proferentem verba hæreticalia oritur de hæreſi violentiſſima præſumptio, additque Farinac. cum aliis, *dict. quæſt.* 187. §. 1. *num.*17. *&* 18. vt propterea ab hæreſi non excuſetur, qui ore dicens ſe credere operibus autem facit contrarium per tex-
22 tum, *in cap. Exiſtimant* 11. *quæſt.*3. † & quod quando aliquis conuincitur de factis hæreticalibus ille non prodeſt allegare, quod non mala intentione hæc egerit, quin vt hæreticus condemnari debeat ex plene per eum deductis, *quæſtione* 179. *à num.* 54. vt in ſpecie Rojas, *dict.* 1.*p. num.* 283. de quo idem Farinac. latius dixit, *dict. quæſt.*179. *à num.* 54. legendus, qui in propoſito noſtri dubij, *quæſt.*182. §. 8. *ſub num.*10. ponit exemplum, *in cap. filij* 3. *hoc titulo, lib.*6. contra petentes conſolationem infirmis ab hæretico de quo *infrà*, ſub hoc textu ad intellectum, *dict. cap. filij*, & ad exempla de credentibus hæreticorum factis poſuit exempla alia Ioan. de Anania, *in cap. excommunicamus*, §. *credentes infrà*, præcipuè in caſu, *dict. cap. filij*.

23 Pro maiori intelligentia de credentibus hæreticorum addo hos eſſe in duplici differentia, nempe quod quidam credunt eorum erroribus, quidam verò alij ſunt, de quibus non apparet clarè quod credant eorum erroribus, ſed quodammodo videantur credere eorum verbis, iuſſionibus, & operibus, vt puta, quia ad eorum dictum vadunt, veniunt, ſermones audiunt, licet raro, litteras deferunt, libros ſuſcipiunt, alimoniam præſtant, pecuniam accommodant, viſitant, & alia faciunt in quibus de ritu hæreticorum, nihil oſtendunt, ex his verbis Eymericus, *in direct. inquiſition. parte ſecunda, quæſtion.* 50. *numero* 4. vbi Franc. Pegna, *in addit. littera D, verſiculo quidam alij ſunt*: vbi quod iſti, ſic credentes non reputantur hæretici, quia omnia præmiſſa facere, & præſtare interdum ſolent ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, & interdum pecunia interueniente, & quod ideo non hæretici, ſed de hæreſi ſuſpecti iudicentur, dicit Farinac. *dict. quæſt.* 182. §. 8. *num.* 123. provt ante dixit, *dict. quæſtion. num.* 55. confirmans per illa quæ ibi, *num.*63. *&* 64. dixit de defenſoribus legendus Thom. Sanchez, *in præcepta decalogi lib.*2. *cap.*10. *num.*2. Vgolin. *in tract. de cenſ. Pontifici reſeruatis, p.* 2. *in gloſſa verb. actorum credentes in princ. num.*1. *verſ. eiice huc*, vbi dixit quod qui hæreticorum erroribus credunt, hæreticorum credentes propriè dicuntur, qui verò non erroribus hæreticorum, ſed in aliis credunt hæreticorum credentes non ſint ex Tabiena, Angelo, Siluestro, & aliis.

Item dico quòd erroribus hæretico- 24
rum credere dicantur non ſolùm illi qui ſingulariter, & explicitè hæreticorum errores ſcientes credunt, ſed etiam, qui implicitè eorum fidem bonam eſſe credunt, licet eorum errores explicite ignorent: Simancas, *de Cathol. inſtit. titulo* 15. Rubric. *de credentibus, num.*3. *&* 4. vbi quod credentes hæreticorum dicuntur, qui putant eos eſſe Catholicos, & ſi explicitè nullum errorem eorum credant, Petrus de Palude Vgolin. *ſuprà, in princ. num.*2. Decian. *in tractat. crimin. lib.*5. *cap.*51. *poſt num.* 5. Farinac. *dict. quæſtione* 182. §. *octauo, num.* 124. ex Calderino, Nauarro, Eymerico, & Pegna, vbi quod credentes hæreticorum ſunt, qui eorum perfidiam non explicitam, ſed implicitam habent, & quod ſi qui generaliter crederet hæreticos habere bonam fidem vt tunc tanquam credens hæreticorum erro-

tibus ſit puniendus ſicut hæreticus, Simancas, *dict. titulo* 15. *num.* 3. vbi dixit quod credentes hæreticos eſſe bonos viros, & rectè de fide ſentire efficiuntur hæretici, ex hac generali credulitate, cum ſatis ſit, vt credens hæreticus dicatur quod generaliter credat, vera eſſe ea quæ manifeſtus hæreticus credit, & docet: proſequitur Farin. *ſuprà num.* 125. poſt Decianum, *in tractatu crimin. dict. lib.* 5. *cap.* 51. *poſt num.* 5. allegando ſcripta: Franc. Pegn. *in addition.* ad Eymeric. *in direct. p.* 2. *quæſtione* 50. *comment.* 55. *ſub littera A, verſiculo ſi cre-*
25 *dunt eos.* † Dicentis hæreticorum credentes reputari eos, qui dicunt hæreticos in ſua ſecta ſaluari poſſe, vel eſſe bonos vel ſanctos homines, vel Dei amicos vel nuncios vel bonæ conuerſationis, & vitæ vel eorum perſecutores peccare, vel ſi eos taliter laudanerint, aut aliquo qualicumque ſigno, ſeu verbo in eis fidem, & credentiam habuiſſe profiteantur, & teſtantis vt refert Farinac. hæc omnia perlegiſſe in quodam manu ſcripto libro peruetuſto Bibliotecæ Vaticanæ, continente conſilium factum de anno 1235. peritorum Auenionenſium: idemque Farinac. prædictas referens regulas credentium hæreticis, *à num.* 126. *dict. quæſt.* 182. §. 2. ſex modis excuſat vt *infrà* dicemus, cùm agemus de pœnis credentium hæreticis, de fautoribus, & aliis defenſoribus eorum, imò, & Cæſar Catena, *de offic. inquiſit. tit.* 4. *de fautoribus*, §. 9. *ex num.* 76. *ad* 85. hæc quæ diximus de credentibus diſtinguendo explanat modo dicto præter relatos Farinac. Simancas, Rojas, & alios cum Duardo ad Bullam cœnæ Domini, *l.* 2. *can.* 1. *quæſtione* 26. Sànchez, *in decalogo lib.* 2. *cap.* 10. Mario, Alter. *de cenſ. tom.* 1. *lib.* 5. *diſput.* ... *cap.* 3. *verſiculo alios vero dicit*, Nauarr. Souſa, Suarez, & aliis.

26 Ad ſecundam, & ad alias quæſtionis partes ex prædictis iam facilis erit reſponſio, & quod ſic laudantes, & excuſantes hæreticos, ſint etiam ſuſpecti de hæreſi, dicanturque eorum fautores, & defenſores, docent Decian. *in tract. crimin. cap.* 35. *lib.* 5. *num.* 48. Vgolin. *de cenſ. Pontifici reſeruat. p.* 2. *in gloſſa fautores, in princip.* Graff. *lib.* 2. Suarez, *deciſ. cap.* 9. *Rubrica de pœnis hæreticorum num.* 11. Farinac. cum Syluestro, & Angelo, *de hæreſi dict. quæſtione* 182. §. 1. *num.* 4. dicentes tales ſic hæreticos laudantes hæreticorum fautores eſſe, dummodo ſic eos laudent ſerio, ſecus ſi non ſerio, & ex ſimplicitate credentes eos non eſſe hæreticos, ſed bonos Chriſtianos.

Excuſantes appenſate aliquo modo 27
hæreticos etiam eorum defenſores, & fautores, ſecus ſi ſine dolo, vt lubrico linguæ vel ex ioco ſecundum Archidiaconum, *in cap. quicumque hoc titulo lib.* 6. *num.* 6. *verſiculo, ſi quis enim excuſat*: vbi ponit exemplum de eis, qui in conuentienla gentium dicit: *iſti homines non ſunt tales quales dicuntur: nec negunt iſta vel illa*; vel, *iſti homines non ſunt vt dicuntur*: vel vt expendit Decian. *in tract. criminalium lib.* 5. *dict. cap.* 55. *numero* 44. vbi de eo, qui dicit, *hæreticos non eſſe tam malos homines, quales prædicantur, & quod non deberent ita atrociter puniri*: Farinacius, poſt Menochium, *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 548. *ſub numero tertio*, ex aliis etiam antiquis diuerſo modo explanantibus recolligit, *in dict. quæſtione* 182. §. *primo, numero quinto*, ex Calderino Ioanne Andrea, Geminiano, ſumma Angelica, & *repert. inquiſitorum*, porrigendo etiam ad aduocatos, qui defendendo hæreticos excuſant eorum exceſſus, de quibus, *infrà*, dicemus breuiter, *in cap. ſi aduerſus hoc titulo.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an 28
Iudæi aliique infideles quicumque fautores, & defenſores hæreticorum eorumque receptatores ab inquiſitoribus puniantur, igitur Simanchas, *de cathol. inſtit. tit.* 35. *Rubrica de Iudæis, num.* 11. affirmauit, amplians etiam in Iudæis impedientibus quoquo modo ſanctum inquiſitionis officium, Schilante, *in tract. de fide catholica cap.* 46. *num.* 1. *&* 2. Franc. Pegna, *in additionib. ad Eymeric. in direct. inquiſit. parte* 2. *quæſtione* 51. *comment.* 76. *littera C*, vbi quod Iudæi aliique infideles receptantes, aut quomodolibet defendentes Apoſtatas, aut hæreticos puniendi ſunt per inquiſitores, *ex conſtitut. Gregor. XIII. edita de anno* 1581. *incipient. antiqua Iudæorum* §. *ſi quis apoſtatas*, cuius *conſtitut.* verba refert Decian. *in tractatu criminal. lib.* 5. *cap.* 31. *numero* 83. Azot, *inſtitut. moral. parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *de obſtinata Iudæorum perfidia, quæſtione* 12. *verſiculo, ſi quis apoſtatas*, de quo Farinac. *quæſtione* 182. §. 4. *numero* 66. vbi ampliat, *nu-* 29
mero 67. in defenſoribus apoſtatarum, de quo dixit amplius cum aliis, *in dict. tract. de hæreſi quæſt.* 178. *num.* 143. *&* 144.

qui

qui *à num.*128. *agit latè* cum infinitis *d. qu.an Iudæi, & infideles*, contra fidem ſint hæretici, poſſintque contra eos inquiſitores procedere,de quo iam *ſuprà* ſub Rubrica noſtra, *& tit. de Iudais*; vbi quod ſunt plures caſus propter, quos poſſunt inquiſitores procedere contra Iudæos, & infideles, etſi ipſi extra Eccleſiam omnino ſint, & ad propoſitum ſunt verba textus *in cap. contra Chriſtianos in fine hoc tit. lib.*6. ibi: *& ſicut contra fautores receptatores, & defenſores hæreticorum, ſic contra fautores, receptatores,& defenſores talium eſt procedendum:* vbi gloſſa *l. vbi q.*1. Ioan.Andr.Geminian. & alij, quos Decianus *in tract. crimin. c.*17. *num.*8. vbi de Iudæo ſubuertente animum Iudæi inclinatum ad fidem Chriſti, vel quoquo modo ei, impedimento fuerit ne Chriſtianus fieret, quo caſu vt plura cenſeantur commiſſa crimina, iuxta Conſilium Baldi 315. *&* 316. *in primo vol.* ait & idem Decian. *d. lib.* 5. *capit.* 22. *num.*16.*&* 17. vbi de impediente Iudæum Baptiſari, & receptante Apoſtatam Chriſtianum,& cum Rojas *de hæretic.p.*1.*à n.*557. vbi de Iudæis circumcidentibus pueros receptatoribus hæreticorum compellentibus Chriſtianos ad abnegandam fidem, vel inducentibus ad eorum ritus, & cæremonias:benè *in d. conſtit.Greg.* relata per Franc. quam etiam ex aliis ſcilicet Eymerico, & Pegna inter litteras Apoſtolicas: Farinac. *quæſt.*188.§.6.*ſub d. num.*143. *&* 44. qua cauetur Iudæos perſuadentes Chriſtianum apoſtatare,& Iudayzare, vel ad Iudaiſmum redire, vel Cathecumenum volentem Chriſti fidem amplecti, nec hoc faciat conſulentes, vel etiam Iudæos Apoſtatas receptantes munera mittentes, aſſociantes, ſumptus miniſtrantes, fauorem, Conſilium, vel auxi-
30 lium præſtantes. † Puniri poſſe arbitraria fuſtigationis pœna, confiſcationis bonorum, triremium,exilij, aliaque atrociori pœna de quo videndus Menoch. *de arbitr. lib.* 2.*cent.*6. *caſu* 548.*num.*1. cum aliis, ab eo relatis: Zanchin. *de hæretic. cap.*36. *lit. B. in verbo deliquit circa fidem noſtram, à verſ.*1. vbi latè ponit pœnas Iudæorum inducentium Chriſtianos ad eorum ritum, aut, qui eos defendunt, occultant, vel fouent in eorum erroribus, vbi benè explicat pœnam Iudæorum peruertentium, & retrahentium alios Iudæos volentes ſe Baptizari, *& lit. C. in verb. delinquentem circa fidem, verſ.* 2. vbi ſpecialiter ponit quam pœnam debeant imponere inquiſitores illis Iudæis, quorum opere, voluntate, conſilio, & aſſenſu Baptizatus Iudæus ad Iudaiſmum rediit, vel Chriſtianus fidem abnegauit, & aliis omiſſis Barboſa *in d. cap. contra Chriſtianos d. verſ. & ſicut num.* 5. cum Riminaldo, Eymeric. Azor. Rojas, & Deciano notat quod Iudæi & infideles & receptatores, fautores, & defenſores Chriſtianorum ad Iudaiſmum tranſeuntium, vel redeuntium puniuntur ad inſtar receptatorum, fautorum, & defenſorum hæreticorum, & ſic Scortia *ad litteram dicta conſtit. antiqua Gregory XIII.* quam confirmauit *Clem. VIII. in Bulla* 20. quæ incipit *cum Hebræorum*, refert ex illis vt per inquiſitores, & iudices Eccleſiaſticos puniantur Iudæi delinquentes in decem illis caſibus ab eo enumeratis, *ſub Epitome* 132. *Theorem.* 347. *de quibus in d. Rubrica de Iudæis, ac de hæreticis* diximus.

Ad quartam quæſtionis partem, qui 31
credentes dicantur cum differentia ab hæreſiarcha, & hæretico, quia iam ſub hac quæſtione præſtitimus diſtinctionem, ideo non amplius: vide *ſuprà n.*18.

Ad quintam quæſtionis partem qui pro- 32
priè dicantur conuerſari cum hæreticis, vt pœna illos comprehendat, & quia iam *ſub Rubrica* hic dictum eſt & alibi de probibita conuerſatione cum hæreticis, ac *ſub tit. de Iudæis*, etiam de probibita familiaritate, & communicatione cum Iudæis, ac paganis hic applicanda; ideo quia plenè de pœnis contra iſtos tractat Farinac. cum infinitis *de hæreſi* 182. §.10. *ex num.*165. vbi *num.*169. de ſeruientibus hæreticis,& 170. de conuerſantibus cum incantatoribus, *& num.*171. de negotiantibus cum hæreticis, & ibi *num* 172. de viſitantibus hæreticos, quod dicuntur eorum fautores per textum *in cap. accuſatus §. ille quoque verb. viſitet, de hæretic. lib.* 6. *num.*175. in mittentibus munera hæreticis, *num.* 176. vbi multo magis in contrahentibus parentelam, ſeu confœderationem ſcienter cum illis, *& num.* 168. vt quod non ſolùm cum hæreticis probibita ſit conuerſatio, ſed etiam allocutio, tranſmiſſio, ſeu receptio litterarum, & nuncij ex multis probans, limitans *n.*177. *&* 178. in conuerſantibus, cum hæreticis per vim, & metum prout contingit, in iis, qui in locis hæreticorum commorantur, & viuunt, eorumque communione vtuntur, quos expellere nequeunt, illos tolerando *ex cap. Iulian.* 11. *quæſt.* 3. vbi Eccleſia Iulianum Apoſtatam tolerauit, quem expellere non poterat, vbi gloſſa,

& Theologi cum D.Thom. 2. 2. *quæſt.*10. *artic.* 11. ideo reſolutiuè concludimus ex fundamentis *à num.* 1. hic adductis, vt ſimiliter conuerſans cum hæreticis, & cum illis familiaritatem habens, ſit etiam ſuſpectus de hæreſi dicaturque eorum fautor, vt in Concilio Tarraconenſ. regiſtrato per Pegnam iam *ſuprà* adducto, ex Rojas, Mandoſio, & aliis Farinac. *d.* §. 10. *numero* 166. Simancas *de Catholic. inſtitut. Rubrica de communicatione hæreticorum prohibita numero* 9.
33 † Vbi dixit quod ſic cum hæreticis conuerſantes ſunt de hæreſi ſuſpecti plus, & minus ſecundum qualitatem perſonarum loci, ac temporis circumſtantias, & quod hæc ſuſpicio ſufficit ad inducendam purgationem, qui & *n.*5. dixit *tit.* 15. *de credentibus,* quod ſic cum hæreticis conuerſantes, & nimiam familiaritatem habentes præſumuntur credentes hæreticorum: Rojas *ſingulari* 175.
34 *n.*4. *& in tract. de hæretic. q.*2. *à nu.*77. † vbi amplius poſt Baldum in hac ſuſpicione oriente contra conuerſantem cum hæretico oriri indicium ad torturam, videndus etiam Eymeric. *in direct.p.* 2. *quæſt.*56. *num.*6. vbi amplius quod infamatus de hæreſi propter hæreticorum familiaritatem, & conuerſationem non ſolùm eſt de hæreſi vehementer ſuſpectus, ſed vt etiam propter ſcandalum poſſit beneficio priuari quouſque ſcandalum ceſſet *ex text. in cap. inter ſolicitudines de purgatione Canonica*, quem explanaui *ſub alleg. fiſcal.* indeque Decianus *d. lib.* 5. *crimin. cap.*47. *in fine*, Paramo *de officio inquiſitor. lib.* 3. *q.*9. *à n.*167. dixerunt, quod habens familiaritatem cum hæreticis, debet illam publicè abiurare, quod erit iuxta dicta hic de abiuratione fautorum, &c. & de iſtis conuerſantibus cum hæreticis, & eorum pœnis etiam recolligit Cæſar Carena *de inquiſit.part.*2. *tit.*4. *de fautoribus* §. 7. *à n.*67. cum Petro Vendra *in addit. ad repertor. inquiſit. verſ. communicare num.*1. *lit.A.* Locato Farin. & aliis.

QVÆSTIO II.

An non reuelantes hæreticos puniendi ſint tanquam fautores. An alimenta præſtantes hæreticis vel illis pecuniam mutuantes, vel inſtruentes hæreticos ad celandam veritatem, quando fuerint examinati, vel ad negandam hæreſim. Et an fautores hæreticorum ſubiiciantur pœnis, licèt effectus fautoriæ ſequutus non fuerit: vel ſi non conſtet de hæreſi illius de cuius fauore, defenſione, ſeu receptione agitur, & an teneantur hæreticos fauentes, & defendentes ex alia cauſa, quàm ex cauſa hæreſis.

SVMMARIVM.

1. *Denunciare nolentes hæreticos cum teneantur, ſunt ſuſpecti de hæreſi, vltra pœnas, maximè in cruce ſignatis, tanquam fautores, quod intellige vt numero* 2. *& ſub numero* 12. *vbi an incurrant excommunicationem Bullæ Cænæ.*
2. *Denunciare deſinens hæreticos ſi ex amicitia tantum leuiter erit ſuſpectus, ſecus ſi illis familiaris ſit ex cauſa hæreſis, vbi de nobilibus ad id obligatis, & num.*3.
3. *Denunciare hæreticos deſinens ob metum cadentem in virum conſtantem non eſt de hæreſi ſuſpectus.*
4. *Denunciare conſanguineos, vt maritus vxorem, &c. omittens hæreticos, non excuſat (niſi terribilitas) à ſuſpicione hæreſis, non ſic incurrit denunciare deſinens ſuſpectus de hæreſi, etſi non excuſetur à pœna; applica dicta num.*10.
5. *Fautores ſunt hæreticorum alimenta, pecuniam vel aliud ſimile mutuantes hæreticis, vt ſic euadant iudicium inquiſitorum, & num.*6. *fallit n.*7.
6. *Viſitantes, & alimoniam præſtantes hæreticis non dicuntur eorum credentes, ſed fautores: eſt tamen præſumptio ad inducendam in illos purgationem.*
7. *Catholicus miniſtrans alimoniam hæretico ex miſericodia non dicitur fautor.*
8. *Inſtruentes hæreticos vt celent veritatem ſeu negent quando interrogantur de hæreſi fautores ſunt, & ſuſpecti de hæreſi.*
9. *Fautor non dicitur hæretici, qui illum ex alia cauſa quam hæreſis, vt ne à priuato offendatur defendit, &c. nec incurrit excommunicationem Bullæ Cænæ; ſecus ſi id faceret animo fauendi hæreſim, num.*10. *vbi de aliis qualiter intelligantur.*

11. *Rece*

11. *Receptans hæreticum alia ex cauſa non incurrit excommunicationem Bullæ Cænæ Domini.*

12. *Fauorem, & auxilium præſtans, etſi hæreſis effectus non ſequatur, potius eſt vt incurrit Bullæ Cænæ excommunicationem.*

1 AD primam quæſtionis partem communiter reſpondent DD. quod non
denunciantes cum teneantur hæreticos,vl-
tra alias pœnas ſuſpecti ſunt de hæreſi,
qui fautores in hoc dicuntur hæretico-
rum: ita Repert. Inquiſit. *in verb. fautores,*
verſ.item in indicatione Decian.*in tract.crim.*
lib. 5. *cap.* 51. *num.*52. Pegna. *in direct. p.*2.
*comment.*75. *verſ. poſtremo* Leonard.Duard.
*ad Bullam Cænæ Domini qu.*32. *num.*12. Fa-
rinac. cum aliis *de hæreſi qu.*197. *num.*38.
Sanctarellus *de hæreſi cap.*9. allegans alios
*num.*19. circa medium, Carena *de offic. in-*
quiſit. p. 2. *tit.* 9. §. 2. *num.*41. vbi *num.* 42.
& Farinac. *d. qu.*197. *numer.* 48. Lazar. *de*
blaſfemia qu. 12. *num.*12. dicunt hoc ma-
ximè locum habere in cruce ſignatis,
vulgò *familiares* ſancti officij, vt dico latè
infra, & de aliis miniſtris *in cap. excom-*
municamus 11. §. *Catholici*, ad quos ex offi-
cio, & ex proprio iuramento munus de-
nunciandi hoſce hæreticos ſpectat, & ſic
Souſa *in Bulla Cænæ cap.*2.*diſput.* 11. *à num.*6.
Megala *in* 3. *p. lib.*3. *cap.*1. *quæſt.*2. *num.*31.
Suarez *de fide diſputat.* 24. *ſect.* 1. *num.* 6.
Sanchez *in ſumma tom.*1. *lib.* 2.*cap.*10. *nu.*10.
& alij penes ipſos dixerunt perſonas, quæ
ex officio, vel ſpeciali præcepto tenen-
tur denunciare vt familiares, fiſcus, te-
ſtiſque iuſtè interrogatus ab inquiſitori-
bus non deponit contra fiſcum, & ob id
affirmant dictas perſonas non denuncian-
tes hæreticos eſſe de hæreſi ſuſpectas, &
tanquam hæreticorum fautores punien-
das, de quo eſt etiam videndus Seſſe
*tom.*4. *de ceſ.*474. *num.*17. Diana *infrà* ci-
tandus.

2 Sed quia Alfonſus de Caſtro *de iuſta*
hæreticor. punit. lib. 2. *cap.*23. dixerit gene-
raliter eſſe de hæreſi vehementer ſuſpe-
ctos quoſlibet hæreticos non denuncian-
tes, & Michaël Zanardus *in directorio*
Theologiæ p. 3. *cap.* 134. *fol.*741. dixerint
nobiles perſonas non denunciantes hære-
ticos eſſe tantum leuiter de hæreſi ſuſpe-
ctos, & Anton. Sanctarel. *de hæreſi cap.*9.
*dub. vnico,num.*19. & Suarez *de fide,diſp.*20.
*ſect.*4. *num.* 28. cum Simancas docuerint
ſupra dictam generalem ſententiam non
eſſe veram, niſi aliæ adſint circunſtan-
tiæ, nec eſſe puniendos pœnis contra
fautores hæreticorum, ſed aliis pœnis
ad arbitrium inquiſitorum tanquam in-
obedientes eorum mandatis, & ob id
idem Diana poſt Sanctarel. & Suarez
ſupra, & cum Rojas eius verba referens
in quibus reprobat Caſtrum minùs rigoro-
sè locutum *in p.*4. *tract.*7.*reſ.* 21. *at his;*
dum dicunt Caſtri ſententiam ſuſtineri
poſſe, ſi vltra ſcientiam, & taciturnita-
tem prædictam cum hæretico non de-
nuncians conuerſatur; & ei eſt nimis fa-
miliaris, & amicus: nam tunc contra non
denunciantem oriri præſumptionem vio-
lentam fatentur, & non aliter, & ſic
Cæſar Carena *d.* §. 9. *tit.* 9. *num.* 43. cum
eodem Rojas & Simancas, & cum Al-
fonſo Aluarez, Guerrero *in Theſauro Chri-*
ſtianæ Religion. in titul. de hæretic. numero 9.
ſic poſt Zanchin. & Pegnam dicit illud
Caſtri ſibi locum poſſe vindicare cum
nulla adeſt cauſa probabilis non reue-
landi vel in iudicio interrogatus illos
ſcienter celaret, † & ita cum dicto Duar- 3
do concludit *ibi num.*44. huiuſmodi non
denunciantes regulariter eſſe tantum ſuſ-
pectos de leui, quia tales vt plurimum
omittunt denunciare non in defenſio-
nem, hæreſis, ſed ex amicitia vel aliqua
alia cauſa: quare cum Sanctarello *de hæ-*
reſi cap. 9. *num.*16. *verſ. tertio*, ipſe Care-
na *ſuprà num.* 45. addit, quod ſi quis ob
metum cadentem in virum conſtantem
omitteret denunciare nullo modò eſſet
de hæreſi ſuſpectus, vti etiam dixit Fa-
rinac. *d. qu.*197. *num.*53. legendus iterum
Carena *de fautoribus p.* 2. *tit.* 4. *numero* 7.
etiam cum Pegna. Suar. Farin. & Scortia
de conſtit. Pontific. theorem. 26. *verſ. fautores*
& Puerono *in Bullam Cænæ cap.*1. *num.*166.
& Filliucio *quæſt. moral.* 1. *p. tract.*16. *cap.*2.
*num.*38.

Dubium tamen eſt an autem conſan- 4
guinei, & vxor non denunciantes hæ-
reticos dicantur hæreticorum fautores, &
Pegna *in direct. inquiſit. p.* 3. *comment.*160.
aſſerit vxorem non denunciantem hære-
ticum maritum eſſe de hæreſi ſuſpectam,
ſed quia Sanctarel. *d. cap.* 9. *nu.*19. & Diana
*d. reſ.*21. *in d. verſ. ab his in fine verſ. vnde*
dixerunt Pegnæ ſententiam eſſe falſam
ex iam adductis, tamen cum D Cæſar
Carena *d.* §. 9. *p.* 2. *tit.*9. *nu.*46. & cum eo-
dem Pegna *p.* 2. *comment.* 78. quem ſe-
quitur Scaccia *de iudic. lib.*1. *cap.*56. *num.*4.
Farinac. *d. qu.* 197. *num.*53. Alced. de cen-
ſur. *lib.*5. *diſput.*2. *cap.*5. *verſ. præterea*, quod
conſanguinei, & vxor non reuelantes
ſint

Digitized by Google

ſint de leui ſuſpecti niſi terribilitas viri, vel patris, &c. vxorem, & filium excuſaret additque Carena hæc dicta locum habere in non denunciante hæreticos, ſecus arbitratur dicendum in omittente denunciare ſuſpectos de hæreſi, de quibus dicit vt non ſint ſuſpecti de hæreſi, licèt valeant puniri omnibus pœnis ſtatutis in edictis inquiſitorum, ex eo quòd alias contra omnes regulas iuris oriretur præſumptio ex præſumptione, & ſuſpicio ex ſuſpicione.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an alimenta præſtantes hæreticis vel illis pecuniam mutuantes, vel inſtruentes hæreticos ad celandam veritatem, quando fuerint examinati, vel ad negandam hæreſim, & quoad primam partem dubij, & quod fautores hæreticorum dicantur, qui hæreticis alimenta præſtant, vel pecuniam docent Ioan. de Anania *in cap. excommunicans*, §. *credentes*, *numero* 11. *verſ. ex quo hoc titul.* Archidiaconus *in cap. quicumque poſt numero* 2. *& numero* 6. ante finem *hoc tit. lib.* 6. vbi Ioan. Andreas *poſt numero* 3. *verſ. viſitans ergo*: Ienun. *in* 6. *verſ. ex quo infertur*, & *verſ. vnde iſti* & *n.* 12. qui loquuntur non ſolum in procurante ſeu præſtante alimoniam hæretico, vel illi ducatum vnum dante, ſed etiamſi aliquid ſimile fecerit, vel ſubminiſtrauerit per quæ euaſerit, & ſe liberauerit à Curia, Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 5. Rubrica *de credentibus*, *& num.* 11. Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſu* 548. *num.* 5. Bartholom. Vgolin. *de cenſur. Pontifici reſeruatis p.* 2. *in Gloſſa fautores in princ. num.* 14. vbi loquitur ad effectum incurrendi excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini Farinac. *de hæretic. quæſt.* 182. §. 1. *num.* 6. cum ſumma Angelica Syluestrina Vmberto, Locato, & Repert. Inquiſit.

6 Et confirmatur ex adductis per Garciam in practica proceſſandi in ſancto officio in forma iuramenti, quod præſtant, prætores aliique officiales, & ciuitates de quo *infra in cap.* 11. §. *moneantur*, qui inter alia iurant quod non communicabunt aliqua munera hæreticis: eius verba ad longum refert Carena *de inquiſ. d. titul.* 4. *ſub* §. 4. *p.* 2. *ex num.* 32. & idem Farinac. *ſupra num.* 7. dicit vt dictam alimoniam præſtantes hæreticis, eoſque viſitantes non dicentur hæreticorum credentes, ſed eorum fautores licet ex hoc fauere contra ſic alimenta præſtantes, & pecuniam mutuantes non leuis oriatur ſuſpicio ad indicendam purgationem ſufficiens ſecundum Calderin. de hæretic. in Rubrica de hæreticis credentibus *num.* 11. *&* 13. *verſ. ſanè* cum Angelo, & Syluestro *in ſumma verb. hæreſis*, Vmberto Locato, & Repert. Inquiſit. *verſ. credentes*, & Graff. *lib.* 2. Suar. *deciſ. cap.* 9. Rubric. *de pæn. hæreticorum num.* 10. vbi tenet non incidere in cenſuras præſtantes alimoniam, cibum ſcilicet hæreticis, & potum, † imò addit 7
Farinac. cum Socino, Abbate, Archidiacono, Locato, Vgolino, Sanchez & Surdo *d. quæſt.* 182. *num.* 13. quod excuſantur Catholici hæretico in extrema neceſſitate conſtituto, ne fame pereat aliquid dantes, vel relinquentes, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 39. Sanctarel. *de hæreſi cap.* 11. *num.* 18. *dubio* 2. Barboſa cum Nauarro *in cap accuſatus ille n.* 12. ex Gloſſa *ibi*, non poſſit ſi illam dent, non vt hæreſi faueant.

Ad illud de inſtruentibus hæreticos vt 8
celent veritatem, &c. DD. *in d. c. excommunicamus* §. *Sacerdotes*, latè agunt per verba Pontificis ibi, *Sacerdotes ſuper*, & alij clerici, qui negotium inquiſitionis inſtruendo citatos hæreticos, vel eorum credentes de celanda veritate, vel dicenda falſitate, vel eos indebitè liberando inuenti fuerint impedire, cum non ſit dubium eos ea facere in fauorem hæreticæ prauitatis per inquiſitores à talibus compeſci poſſunt, & pœna debita caſtigari, tam per captionem perſonarum, quàm alias prout culpa exegerit delinquentis, vbi adnotarunt Gloſſa *in figuratione caſus* & Gloſſa *in* §. *porro*, *verſ. poſtea in fine*, Menoch. *numero* 12. Geminian. *in ſummario* Franchin. §. *eo vero*, & cum Vmberto, Locato, Calderino, Syluestro, Repertor. Inquiſit. Campegio *ad Zanchin. de hæreticis cap.* 20. *lit. A. in verb. ſuſpecti in* 4. *caſu* Eymerico *p.* 2. *direct. quæſt.* 56. *num.* 4. Pegna *ibi in comment.* 81. *lit. A. in fine verſ. in* 4. *caſu* Farinac. *d. quæſt.* 182. §. 1. *num.* 8. Decian. *lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 56. Barboſa *in d.* §. *Sacerdotes verſ. in fautorem*, *num.* 36. notans etiam cum Deciano *lib.* 5. *crimin. cap.* 51. *num.* 6. quod inſtruentes hæreticos ad celandam veritatem, quando fuerint examinati, & ad negandam hæreſim, quam tenent dicuntur eorum fautores, & pœna arbitraria puniuntur, quos dixit Campegius eſſe de hæreſi ſuſpectos, & Eymericus quod ſunt vehementer ſuſpecti & Pegna quod in hoc caſu nulla difficultas occurrit.

Ad tertiam quæſtionis partem an fautores hæreticorum ſubiiciantur pœnis licet 9
effectus

effectus fautoriæ ſequutus non fuerit,vel ſi non conſter de hæreſi illius de cuius fauore defenſione ſeu receptione agitur, & ad primum dicitur quod fauens hæretico,ſiue illum defendens non ex cauſa hæreſis, ſed ex alia cauſa, puta ne à priuato offendatur, non dicitur illius fautor, nec defenſor cum Nauarro, Sylueſtro, Angelo, Toledo, Vgol. & cum Thoma Sanch in præceptis *decalogi lib.2.c.10.n.4.&* 5.pluribus comprobante non incurri in excommunicationē Bullæ Cœnæ Domini ab eo qui ſit hæreticorum fautor, alia intentione quàm quia hæreticus ſit,etiam quod fauor,ſeu defenſio in hæretici fauorem reſultet, relatis, & reprobatis contrarium tenentibus;vbi *n.*19.

10 † Secus procedere ait Sanch. in eo,qui defendit hæreticū ne à priuato illi vis inferatur animo fauendi hæreſi; ſic adducit Farin.*d. q.*182. §.1.*n.*12. vbi etiam ex Ioanne Azor,& Graſſis *lib.*4.Suar.*deciſ.c.*18.*n.*23.vbi de fauente hæreticis ob cauſam miſerationis, paupertatis, cognationis, vel amicitiæ, quod in foro conſcientiæ non videtur incurrere excommunicationē Bullæ Cœnæ, & hanc doctrinam cum aliis multis ſimiliter porrigit idem Farin. legendus in credente hæreticis ex alia cauſa *n.*127. *& in receptante num.*159. vbi *d. n.*127. excuſat credentes hæreticorum in his, quæ ſunt extra fidem, vt puta in danda medicina, in aliqua propoſitione Philoſophiæ, aut in contractibus, *& in d. n.*159.excuſant receptantem hæreticum non eo reſpectu quod ſit hæreticus, ſed ex alia cauſa, qui *ex conſtit. Martini V. edita anno* 1418. poſt Pegnam, Nauarr. & alios illam referentes Thomas Sanchez *d. lib.2.cap.10.n.4. & n.*5.

11 † Vbi dicit cum pluribus quod receptans hæreticum non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ, niſi eum receptauerit, quia hæreticus eſt, etiam quod receptatio in fauorem hæretici reſultet,& ſic præſumendum eſſe in dubio, vt eum receptet tanquam amicum,non vt hæreticum:dixit Graſſis *d.lib.*4. *deciſ.c.*18.*n.*34.*&* 35.

12 Quare vt ad aliud ſubincluſum reſpondeatur breuiter dico cum eodem Farinac. Bartaolo,Locaro, Mandoſ *in addit.in repert. inquiſit.in verb. fautores lit.H. in d.q.*182. §.5. *n.*11. regulam de qua ſub *quæſt.*1. quod niſi conſtet de hæreſi illius de cuius fauore defenſione, ſeu receptatione agitur non teneantur ad pœnam fautores,defenſores,& receptatores propter prætenſum fauorem, defenſionem,ſeu receptationem, ſed quia Diana *p.4.tract.7.reſ.21.verſ ſed in fine*,contra Sanch.Bonacinam, *in Bulla Cænæ tom.*3. *diſp.*1. *qu.*2. *punct.*3. *nu.*3. & diuerſis fundamentis excuſantes fautores, & defenſores ſi effectus non ſequatur ipſe tamen *in verſ.at his*,cum Suarez *de fide diſp.*24.*ſect.*1. *n.*14. Sayro,& Graffio, quos citat,& ſequitur Caſtro-Palao *tom.1.tract.4.diſp.3.puncto* 5. *num.*11. Magala *in* 3. *p. lib.*3. *cap.*1. *quæſt.*2. *num.*28. Duard. *in Bulla Cænæ lib.* 1. *can.* 1. *quæſt.*31. *n.*2. affirmatiuam ſententiam tenent,vt probabiliorem,primò, quia opinio contraria applicata caſibus particularibus videtur incredibilis, & contra praxim vt obſeruat Suarez quia, qui non denunciat hæreticum cum tenetur,excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrit, etiamſi aliter denunciet,& conſequenter prior non conſequitur effectum,idemque fore de illo,qui per teſtimonium falſum hęreticum procurauit liberare,& non potuit, quia per alios teſtes conuictus eſt,& inſuper probantes, quia fauor hæretico,prohibetur non vt hæreſis committatur,ſed ne hęreſis commiſſa firmitatem habeat,ſed hic effectus ſemper obtinetur quoties auxilium in fauorem hæreſis præſtatur ſaltim pro illo tempore, quo auxilium exhibetur, etiamſi auxilium poſtea impediatur, & ita tenentes reſpondent idem Diana, & Sayrus *de cenſ.d. lib.*3. *cap.*5. *n.*4. ad argumenta Sanchez, & aliorum dicendo quod fauor, qui in caſu noſtro interponitur hæreſim iam commiſſam petit,indeque vt hoc delictum ſit confirmatum, quamuis effectus inde non ſequatur, quod in caſibus dicti Sanchez, quos repetit idem Diana aliter accidit, quare ego ſententiam Farinacij, & Sanchez amplecti poſſe iudico vt in animæ iudicio excuſetur fauorem præſtans ſi ex alia cauſa quam hæreſis fauorem, vel auxilium interpoſuerit, vt ſupra dictum eſt, *in verſ. ad tertiam.*

QVÆSTIO III.

An impedientes hæreticorum punitionem, dicantur fautores, aut defenſores, & num idem ſit de impedientibus familiares inquiſitionis, ſiue eorundem inquiſitorum in armorum vſu. Et quid de impedientibus ſanctum inquiſitionis officium in captura hæreticorum. Quid de negligentibus in perſecutione, correctione, ſeu punitione illorum remiſſiuè.

hæreſi vehementer, ſed tantum leuiter: idem Pegna *d. comment.* 79. *lit. D.* Duard. *ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *q.* 33. *n.* 10.

5 Quapropter Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 57. dixit quod ſic impedientes ſanctum inquiſitionis officium, cùm ſint de hæreſi ſuſpecti poſſint interrogari, & torqueri ſuper cauſa, qua moti ſunt ad illud impediendum, iuxta quæ iam diximus de fautoribus, & defenſoribus, ac explicat idem Farin. *ſup. n.* 85. vbi quod diligenter ſunt interrogandi, & torquendi ſi eorum cauſa, & conditio poſtulauerit: vnde moti ſint ad ſic impediendum inquiſitionem, & an cum eo ad cuius fauorem impedimentum præſtiterunt, aliquam habent familiaritatem, & quam, & hoc ad videndum an fuerint fautores perſonæ an verò errorum, vt optimè aduertit Franc. Pegna *in addit. ad Eymeric. p.* 2. *qu.* 54. *comment.* 79. *lit. C. verſ. in hac tamen difficultate*, Carena, *vbi ſuprà d.* §. 3. *n.* 31. vbi cum illo, & Farin. dicit quod diligenter ſunt interrogandi ac torquendi.

6 Tamen quod impedientes ſanctum officium ſunt in duplici differentia docent *direct. inquiſit. p.* 2. *d. quæſt.* 54. *num.* 4. Pegna *comment.* 161. *ſub lit. A.* Farinac. cum aliis, *d. quæſt.* 182. *num.* 24. *& à num.* 75. Carena, *ibi ſupra d.* §. 1. *num.* 21. dicendo quod alij impediunt directè, vt puta ſtatuendo, quòd nullus de hoc crimine cognoſcat, niſi v. g. Magiſtratus ſæcularis; alij verò tantummodo indirectè ſtatuendo, v. g. quod nullus portet arma niſi ſit de familia poteſtatis, per quod ſtatutum excluderentur familiares ſancti officij. † & ob id 7 inquam optimo iure *in cap. ſtatutum* 9. *hoc tit. lib.* 6. dixit non valere ſtatuta, quæ directè, vel indirectè impedire, vel retardare poſſunt inquiſitorem nec procedat, & quod rectores cenſuris compelli valent vt ſtatutum deferant inquiſitoribus quod ſi tale reperitur ſit reuocandum, vel moderandum ne impediatur, vel retardetur proceſſus inquiſitionis aliquo modo, vt poſt antiquos notant ibi Barboſa *n.* 1. *&* 2. etiam cum Zanchino, Syluestro, Locato refert Farin. *d. qu.* 182. §. 5. *n.* 76. Pegna qui addit 8 *ſup. comment.* 83. † quod omnia huiuſmodi ſtatuta ſeu leges directè vel indirectè officium inquiſitionis impedientia ſint ipſo iure nulla referens ibi reſcripta Pontificum ita mandantia, & inſuper addit Barboſa ex Farin. *d.* §. 5. *n.* 75. Eymeric. *d. q.* 54. *p.* 2. *num.* 1. *&* 3. vbi Pegna *comment.* 79. *litt. A. verſ. primo*: quod ſanctum inquiſitionis officium directè impedire dicitur, quando ſta-

tutum mandat ne aliquis ciuis accuſari aut inquiri poſſit in crimine hæreſis, & quando mandaret quod nullus contra alium de crimine hæreſis teſtificari valeat.

Vnde quidem primo impedire ſanctum 9 officium dicentur iniuriantes vel offendentes inquiſitores, ſeu miniſtros, vel etiam teſtes & denunciatores, qui in ſancto officio aduerſus aliquem depoſuerunt Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 34. *num.* 28. *& in Cherid. tit.* 7. *num.* 13. latè Campeg. ad Zanchin. *de hæreſi c.* 32. vbi quod poſſunt inquiſitores punire iniurias in inquiſitores prolatas poſt alios Farin. cum multis *d. q.* 183. *num.* 79. Scortia *de conſtit. Pontific. theorem.* 278. *epitom.* 106. vbi ad Bullam Pij V ſi de protegendis editam anno 1569. quam optimè explanat Carena *titulo* 13. legendus, quam reſumens Scortia, & Sanctarel. de hæreſi *ſub c.* 11. † dicit quod actiones etiam pro quibus lex fertur latiſſimè 10 patent nempe lædere, aut prætereſfacere perſonas ſancti officij etiamſi ſint denunciantes, aut teſtes; vim inferre carceribus, & cæteris ædificiis, libris, & ſcripturis publicis, & priuatis officij aut miniſtrorum quocumque modo fiat, † aut pro- 11 hibere ſaluari, concurſum facere etiam ſine armis, nam etiam ſolis clamoribus, & populi concurſu reis addi animus poteſt, & viam fugiendi demonſtrare, & impedire quoque ne rei capiantur, aut illos eximere è manibus ſancti officij recepture, aut occultare, & vt iam *ſuprà* dictum fuit, & quod etiam impedire dicantur ſanctum officium, qui minis, & terroribus verbalibus tantum vtuntur: Pegna *vbi ſup. d. comment.* 79. *ſub lit. A.* Farin. cum aliis *d. quæſt.* 182. *nu.* 84. Carena *d. cap.* 2. §. 3. *nu.* 23. qui omnes vt colligitur ex iam latè dictis *ſub qu.* 1. dicuntur fautores, & defenſores hæreticorum.

Ad ſecundam quæſtionis partẽ de impe- 12 dientibus familiares inquiſitionum amplè colliges *ex dictis hic à n.* 1. de impedientibus inquiſitores, & inquiſitionis miniſtros per D. etiam Bullam Pij V. *ſi de protegendis*, & patet quia inquiſitores poſſunt habere familiam armatam, vt patet in Bulla Ioan. XXII. incipit; *exigit ordin. veſtr.* & confirmatur ex proximè dicendis de familiaribus ipſorum inquiſitorum, & ob id ſcripſere Bobadilla *in ſua publica lib.* 2. *c.* 4. *n.* 26. † quod vt ſeruus ſanctum Tribunal. 13 poſſit contra hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos procedere prohibere poteſt ſuſpectis de hæreſi, ne quoduis genus armorum deferant, & Farin. *d. q.* 182. §. 7. *n.* 98. *ex d. conſt.* Innocent.

Innocent. IV. & Clement. IV. cum Pegna *in direct. p. 2. quaeſt. 52. comment. 77. verſ. item*
14 *vnus caſus*, † quod ſupponens ſe in manibus curiæ loco hæretici, quem ipſa curia quærit capere liberando verum hæreticum dicitur fautor hæreticorum, & quod perpetuo carceri mancipatur, & quod bonis publicatis in perpetuum relegatur, & quod ſupponens non hæreticum pro hæretico, ſi verum hæreticum ſaluet publicatis bonis, perpetuò relegetur, & quod ſuppoſitus ſi fuerit in dolo perpetuo carcere mancipatur.

15 Ad tertiam quæſtionis partem iam *ex d. Bulla Ioan. XXII.* dicitur quod quia inquiſitores habent priuilegium ſingulare, vt poſſint familiam habere armatam, quo abuti non debent, concedendo arma ſuis familiaribus, nec illo abuti familiares vt *infrà alibi* dicitur vt dixi, *ſub cap.* 10. *de iudiciis*: ideo benè Zabarella, vitalis Imola, & alij quos refert legendus Fari-
16 nac. *d. quaeſt.* 181. *à num.* 89. † illos impedientes dicentur fautores ex iam adductis; vbi quod Domini temporales impedientes puniuntur tanquam turbatores ſancti officij ponens exemplum *in d. cap.* ſtatutum *hoc tit. lib.* 6. vbi Canoniſtæ, ex eo quod poſſunt inquiſitores armatam familiam habere, vt Canoniſtæ *in Clem. nolentes §. porro hoc tit.* de qua dixi *alibi*,
17 † & ex eo, quia licet armorum vſus iure communi ſit interdictus: poſſunt tamen officiales inquiſitionis impune arma portare, præſertim de licentia expreſſa inquiſitorum *ex Clem.* 2. *§. fin. hoc titulo*, ad quæ adiunges, quæ late dixi *in cap. Eccleſia, S. Maria de conſtit. ſub quaeſt.* 61. applicanda ibi dicta, *& cap.* 10. *de iudiciis qu.* 14. vbi de Epiſcopo habente familiam armatam.

18 Ad vltimam de impedientibus in capturam eorum iam *ſuprà* dixi *ſub quaeſt.* 1. & hic ſub noſtra de quo cum infinitis Farinac. *d. qu.* 182. *ex n.* 95.

19 De negligentibus in perſecutione correctione hæreticorum dico *infra in cap. cum ex iniuncto* 12. *hoc tit.*

QVÆSTIO IV.

An in locis hæreticorum liceat Catholicis adire templa hæreticorum eorumque concionibus precibus, & ritibus ſuperſtitioſis intereſſe, non, vt falſam fidem profiteantur, ſed vt ſuo Principi obediant: & de iure ciuili qualiter puniantur audientes ſi obſeruent eorum conciones, ac documenta. Et an conſolationem petentes in eorum infirmitate ab hæreticis per impoſitionem manus dicantur credentes hæreticorum. Quid de nautis, cauponibus, & ſtabulariis receptantibus, vbi etiam de receptante Bannitum. An qui relabitur in fautoriam iam de vehementi abiuratam, vel etiam aliam poſt tamen abiurationem de vehementi alterius fautoriæ ſit habendus pro relapſo.

SVMMARIVM.

1. *Conciones hæreticorum plures audientes reputantur credentes hæreticorum, & vt tales puniuntur, & quando ſuſpecti ſint vehementes, aut vehementiſſimè, num.* 2. *vbi quid ſi bis audierint, & num.* 3.
3. *Conciones hæreticorum audiens intrando in ſua templa quando dicatur ex bono, aut aliter iteratis vicibus credens hæreticis.*
4. *Catholicis non licet templa hæreticorum adire eorumque concionibus, precibus, & ritibus intereſſe etiam ob præſtandam ſuo Principi obedientiam.*
5. *Conciones audiens hæreticorum, & preces ſi didicerint vel docuerint, etiam iure ciuili puniuntur tanquam veri hæretics, & quare n.* 6.
6. *Culpa ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quam docere.*
7. Cap. filij de hæretic. lib. 6. & numero 12.
8. *Conſolationem infirmus petens ab hæretico, vt hæreticus condemnatur, non ſolum eſt fauens, ſed & credens illius erroribus: idem de exercente illius ceremonias, n.* 9.
10. *Infirmus conſolationem ab hæretico petens non exiſtens ſanæ mentis non incurrit pœnas credentium hæreticis, quod intelligitur, & n.* 11. *vbi fallit.*
11. *Credentes hæreticorum etiam cognoſcuntur ex eo quod in infirmitate conſtituti petunt hæreticos vt ab eis conſolationem recipiant per manus impoſitionem.*

12. *Infir*

12 *Infirmus conſolationem petens ab hæretico in tribus caſibus non admittitur ad probandum ſe non fuiſſe ſana mentis quod eſt fidei fauore cum alias ſit de iure.*

13 *Probare volens ſe non fuiſſe ſana mentis cum conſolationem petiit directè non auditur, & ſi alio modo benè.*

14 *Caupones, hoſpites, & ſtabularij recipientes hæreticos non excuſantur à fautoria ſi malitiam habuiſſent de eorum delictis, vt componitur num. 15.*

16 *Fautor relapſus in fautoria non punitur vt vere relapſus ex hæreſi, quare, quid ſi pluries abiurata relaxta à num. 13.*

18 *Fautor relapſus poſt abiuratam relaxiam pluries potius eſt quod conſulatur ſenatus ſupremus vt tradi poßit brachio ſæculari.*

1 AD ptimam quæſtionis partem vt reſpondeam dico, audientes hæreticorum conciones pluries hoc eſt bis reputati credentes hæreticis, & vt tales puniendos: Calderin. *de hæretic. credent. num.* 13. Anania, *in cap. excommunicamus* 1. *num.* 12. §. *credentes*, vbi Felin. *numero* 3. Decian. *in tractatu crim. lib.* 5. *cap.* 18. *verſ.* 16. Iacob. de Graff. *lib.* 4. *deciſ. cap.* 18. *num.* 30. Bartol. Vgolin. *de cenſ. Papæ reſeru.* Gloſſa, *actorum credentes p.* 2. vbi quod frequentantes hæreticorum conciones dicuntur eorum credentes: Farinac. *ex Conc. Tarrac.* de quo Pegna, *in direct. inquiſit.*
2 *p.* 2. *f.* 234. *verſ. ſuſpectus*, † vbi quod ſemel audiens hæreticorum conciones, prædicationes eſt vehementer de hæreſi ſuſpectus, & audiens pluries ſit ſuſpectus vehementiſſime: Pegna, *comment* 75. *p.* 2. *ad Eymeric. in direct. litt. B*, cum ſuis verſiculis: vbi quod eſt communis opinio doctorum bis hæreticorum audientes conciones, & ad eorum congregationem accedentes nedum ſuſpectos de hæreſi iudicandos eſſe, ſed etiam hæreticorum credentes, & eorum erroribus; ſecus ſi ſemel tantum, ſed idem Eymeric. *p.* 2. *in direct. quæſt.* 50. *num.* 3. quem ſequitur Graff. *dict. lib.* 4. *deciſ. cap.* 18. *num.* 20. dixerunt non videri tutum tantum crimen ex bino actu facere præſumere, præſertim in illis, qui cum potuerint frequentius, non frequentauerint: ſic ex Concil. Natbon. & ex Conſilio Peritorum Auen. non obſtante communi opinione prædicta, & ſecundum hanc reſtrictionem: Catena, *de offic. inquiſit. p.* 2. *cap.* 4. §. 9. *num.* 83. & ante illum Souſa, *ad Bullam cœnæ diſputat.* 8. *num.* 10. Sanctarel. *de hæreſi cap.* 11. *num.* 31. Suarez, *de fide diſp* 24. *ſect.* 1. *num.* 3. *in fine.* Duardus, & alij dicunt quod non ſufficit ad id vnicus aut binus actus.

Tamen licèt ſemel vel bis audiens 3
conciones hæreticorum iuxta prædictam vltimam reſolutionem non poſſit dici ob id credens hæreticorum: non ideo immunis reddatur à ſuſpicione hæreſis de vehementi, aut leui ſecundum qualitatem perſonæ audientis & aliarum circumſtantiarum: interim Archid. *in cap. quicumque de hæretic. lib.* 6. *num.* 2. vbi Ioan. Andr. *num.* 3. Gemin. *num.* 7. Sanctarel. *vbi ſupra num.* 31. Carena, *dict.* §. 7. *numero* 84. commendans videndum Conc. Tarraconenſe apud Pegna, *d. p.* 2. *fol.* 220. *in* §. *ſuſpectus de hæreſi*, & Farinac. *de hæreſi quæſt.* 182. §. 8. *num.* 120. etiam ex Vmberto, Locato, Azor, Thom. Sanchez, Deciano, & aliis ait quod oritur magna præſumptio, etiam ſufficiens ad purgationem indicendam.

Iam ergo ad difficultatem his præmiſ- 4
ſis reſpondetur negando licere Catholicis in locis hæreticorum adire templa, eorumque concionibus, precibus, ac ritibus ſuperſtitioſis intereſſe, non vt falſam fidem profiteantur, ſed vt ſuo Principi obediant, & hoc etiam ſi ob id mors Catholicis immineret, vt probat latè Sanctarel. *de hæreſi cap.* 8. *dubio* 1. *per totum*, Thom. Sanchez, *lib.* 2. *decalogi cap.* 4. *num.* 27. Suarez, *in defenſ. Catholicæ fidei aduerſus Anglicanæ ſectæ errores, lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 16. aſſerens id eſſe ſine vlla dubitatione, imo idem Sanctarellus, *vbi ſuprà num.* 3. *in princip. & in fine*, refert ita fuiſſe in quodam breui declaratum à ſanctiſſimo Paulo, Papa V. ipſos leges ad ſaturitatem.

Ad ſecundam quæſtionis partem vi-
detur reſpondendum per verba *textus* 5
in l. quicumque §. *eos verò*, *Codice hoc titulo*, ibi: *eos verò, qui diſcendi ſtudio adierint de infauſta hæreſi diſputantes decem librarum auro, quæ noſtro fiſco inferendæ ſunt ſubeunt diſpendium*: vbi Gloſſa, *verbo fiſco*, dixit fortè hodie Eccleſiæ per iura ibi allegata: vbi Azor, *in ſumma de hæretic. num.* 9. Hoſtienſ. *in eadem ſumm.* §. *qua pœna feriantur*, & vtrobique poſt antiquos, Decianus, *in tractatu crimin. lib.* 5. vbi ſimiliter dixit quod, qui precibus hæreticorum, & ſchiſmaticorum interfuit, non malo animo, ſeu intentione, ſed timore

damni, vel ſpe lucri non incidit in cen-
ſuras ob illos actus exteriores; quia non
ſunt verè ſchiſmatici, & hæretici, & quia
excommuoicatio non contrahitur prop-
ter ſolum exteriorem actum hæreſeos vel
ſchiſmatis, vt per eundem Nauarr. *in man.*
cap. 11. *num.* 22. *& cap.* 27. *num.* 55. & quod
qui hæreſim didicerint, & ſeruauerint
de iure ciuili pœna deportaiionis videa-
tur puniendus niſi didicitam hæreſim
alios docuerit ſicut videtur de mente
Gloſſæ, *in dict. l. quicumque*, §. *quod ſi in*
6 *his criminibus in verb. damnetur.* † Tamen
Farinac. prædicta referens, *de hæreſi dict.*
quæſt. 182. §. 8. *ex num.* 117. *in n.* 119. ve-
rius dicit eſſe quod, qui hæreſim diſ-
cunt, & ſeruant, vt hæreticos puniendos,
& quod vbi euntes ad hæreticos ad effe-
ctum diſcendi eorum falſas opiniones
non didicerunt illas, non puniuntur
hæreticorum pœna, ſecus ſi didicerunt,
vel diſcere cœperunt, quia tunc tanquam
veri hæretici puoiendi ſunt nam culpa
ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quam
docere, *ex l. culpa, Codice de maleſic. &*
Mathem. voluit Gloſſa, *in dict. cap. excom-*
municamus 2. *in verb. puniuntur hoc titulo*,
dicens ſic intelligendam, *dict. l. quicum-*
que ad finem, & quod ſic etiam, *in dict.*
cap. excommunicamus, ſcripſerunt Hoſt.
numero primo, verb. puniendi. Ant. de Butr.
num. 9.

7 Ad tertiam quæſtionis partem de pe-
tente conſolationem ab hæreticis in in-
firmitate, quia eſt textus qui loquitur de
hoc *in cap. filij*, vbi Gloſſa, & DD. *hoc tit.*
lib. 6. per quem docent, quia Calderin.
de hæretic. Rubrica, de hæret. credent. quate-
nus ad exemplificandum per facta hære-
ſim cognoſci, & ſic inter alia ponit illud
in dict. cap. filij per verba: ibi, *qui dum in*
ægritudinis lecto decumberent petierunt hære-
ticos conſolaturos, & ab eis per manus im-
poſitionem conſolationem reciperent, & quod
potius talis deſolationem petit, de quo di-
cit pòſt Simancb. *de cathol. inſtitut. tit.* 50.
Rubrica de præſumpt. num. 4. *verſiculo ſuſpe-*
ctus, & infamatus, & *in Enchirid. viol.*
Relig. titulo 10. *num.* 3. Zaochin. *de hæret.*
cap. 7. *num.* 4. Decian. *in tractatu crimin.*
lib. 5. *cap.* 35. *num.* 42. *& cap.* 48. *num.* 53.
8 † vbi quod talis vt hæreticus condem-
natur, & *cap.* 51. *num.* 5. *&* 59. vbi quod
tales non ſolùm præſumuntur hæretico-
rum fautores, ſed etiam credere eorum
erroribus Franc. Pegna, *in addit. ad quæ-*
ſtion. 50. Eymeric. *in direct. num.* 2. *&* 3.
comment. 75. & ad eundem Eymeric. *p.* 3.
quæſt. 125. ipſe Pegn. *comment.* 170. † qua- 9
tenus quod ſic in infirmitate, & articulo
mortis hæreticorum conſolationem pe-
tentes, aut alias ceremonias illius ſectæ
hæreticorum, quam ſequuntur fauentes,
& admittentes, vt hæretici condemnan-
tur quia ex huiuſmodi facto hæreticali
oritur præſumptio iuris, & de iure, quæ
probationem in contrarium non admittit,
† ſed Farinac. cum Gloſſa, *in dict. cap.* 10
filij, limitat hanc doctrinam quando in-
firmus ab hæreticis conſolationem pete-
ret non exiſtens ſanæ mentis dicens
quod tunc, nec hæreticus ſit, nec de
hæreſi ſuſpectus ex dicto, Franc. Pegna,
dict. comment. 170. *ad quæſtionem* 121. Ey-
meric. *verſiculo ſecundus modus*, declaran-
te etiam procedere non ſolum quando
infirmus non ſtat in recto ſenſu, ſed
etiam quando alias eſſet furioſus, &
etiam declarante quando huius modi
conſolationis petitio, aut ſimilia hære-
ticalia facta cenſeantur commiſſa tempo-
re furoris, ſed qualiter locum non habent
inf. hic dicemus.

Quare pro relata doctrina de infirmo, 11
dico quod credentes hæreticorum etiam
cognoſcuntur, ex eo quod in infirmitate
conſtituti petunt hæreticos, vt ab eis con-
ſolationem recipiant per manus impo-
ſitionem ex Concilio Narbonenſ. apud
Pegn. *dict comment.* 75. *ſub litt. A*, Saocta-
rel. *de hæreſi cap.* 11. *num.* 31. Pater Puci-
tin, *ad Bullam cænæ cap.* 1. *num.* 21. qui ta-
men in foro conſcientiæ hoc non admit-
tit Catena, *de offic. inquiſit. parte* 2. *tra-*
ctatu 4. §. 9. *numero* 85. vbi ponit ex
Farinac. & Pegna, relatam limitatio-
nem, ſed quia textus, *in dict. cap. filij*,
ponit doctrinam an infirmus in prædi-
cto caſu præſumatur ſanæ mentis, &
amentis cui incumbat omnis probandi
infirmum eſſe vel non eſſe ſanæ men-
tis, † & in quibus caſibus infirmus non 12
poſſit admitti ad probandum ſe tunc
non fuiſſe ſanæ mentis, vbi DD. ego
breuiter referendo verba, *dict. cap. filij*,
ibi: *dum viuebant diffamati erant de hæ-*
reſi, vel ſuſpecti, aut legitimè conſtitue-
rit quod ſana mentis exiſtentes huiuſmodi
hæreticos petierunt: vbi Gloſſa, & inter-
pretes, quibus apparet in tribus caſibus
non admitti petentem talem conſola-
tionem ad probandum non fuiſſe ſanæ
mentis quando illam petierat primo quan-
do viuens erat de hæreſi ſuſpectus, ſecun-
do quando erat de hæreſi diffamatus, ter-
tio quando iam legitimè conſtitit illum
fuiſſe

fuiſſe ſanæ mentis, & hoc ſpeciali fauore fidei cum alias reus admittatur ad probandum contrarium eius, quod probauit Fiſcus, Farinac. *ſup. d. qu.* 182. §.8. *num.* 112. vbi ex gloſſa, *in dict. cap. filij in verbo legitime*, & Archidiacono, *num.* 1. *verbo diffamati*, quod iſto caſu debet eſſe infamia publica; & quod ſufficit conſtare de ſana mente, vel per claram probationem vel competentia indicia, & quod non admittatur probatum non ſanæ mentis, quando conſtat infirmum in vita fuiſſe ſanæ mentis voluit Alex. IV. conſtitutio edita anno 1258. incipit, *ex parte*, quam retulit Pegna inter litteras Apoſtolicas, & *d. comment.* 175.

13 Quod ſi filij, & hæredes vellent probare directè oppoſitum videlicet furorem, tunc non admittatur eorum probatio, ſed ſi vellent probare corruptionem, vel falſitatem illius probationis ſanæ mentis † ita quod concludatur illam non eſſe legitimam probationem, dixit Ioan. And. *in dict. cap. filij*, quod non videtur prohibita talis indirecta probatio, ex eo, quia alias daretur materia deponendi falſum, vt ibidem ſcripſit Gemin. dicens dictum, Ioan. Andr. eſſe notandum ad ſtatuta repellentia, quem à poteſtate probandi contrarium eius quod probatum eſt, vt non intelligantur repellere à poteſtate probandi probationem iam factam: Franch. *num.* 7. *verſiculo in gloſſa verb. legitime repert. inquiſit. in verb. probationes verſiculo nota quod licet*: vbi ponit eandem diſtinctionem Gundiſalb. *de hæretic. quæſtione* 22. *num.* 10. Decian. *dict. tractatu crimin. lib.* 5. *quæſtione* 57. *num.* 19. Farinac. *ſupra num.* 114. qui *n.* 113. dicit apud iam relatos, & Ioan. Menoch. *in d. cap. filij*, plenè eius materiam tractam eſſe per plura diſtinctionum capita, an ſcilicet, & quando reus excipiendo admittatur ad probandum contra intentionem actoris: alios congerit Barboſa, *in dict. cap. filij*, & ſi ille parum dicat.

14 Ad quartam quæſtionis partem quia iam alibi dixi de dolo ſtabularij, nautæ, & cauponis, eorumque officia ſint apta ad receptandum nunc in mentem venit, & ad propoſitum aliquid dicere de iſtis an hæreticum aliquem receptando ſint fautores hæreticorum, & veluti tales puniendi, & in terminis loquitur cum multis Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 182. *num.* 162. latius idem, *in praxi crimin. qu.* 133. *à n.* 42. vbi dixit quod ſi aliter diceremus eſſet magnum priuilegium cauponum quorum genus communiter reprobatur improbum; quare, etſi Azor, *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *qu.* 8. *in fine*, videatur excuſare caupones etiam in dicto caſu receptationis hæretici publici denunciati approbatione ignorantiæ, pro vt expreſsè Azor reprobare, Duard. *in Bulla cænæ, qu.* 28. *nu.* 11. *in fine*, & Carena, *dict. p.* 2. *tit.* 4. §. 5. *num.* 50. qui dicit vt licet Bart. *in l. omnes, Cod. de Agricol. & cenſitis, lib.* 11. Alex. *in l.* 1. *ff. de receptator. num.* 31. voluerint hoſpites à pœnis receptantium excuſari ex eo quod hoſpitari coguntur omnes viatores, vt conſiderat D. Caluinus, *de æquit. cap.* 41. *numero* 32. tamen vt ipſe Caluin. atteſtatur Senatum Mediolan. non obſeruare illorum doctorum traditionem quin imo mandaſſe ad vlteriora procedi contra duos hoſpites in oppido Carauagij grauatos de receptione cuiuſdam Finneti Banniti pro vt ipſemet Calui de anno 1620. ex ordine eiuſdem Senatus, contra alterum ex ipſis contumacem deuenit ad condemnationem: quapropter idem Carena, dixit, *dict. numero* 50. *in fine*, ex Galiard. *de delict. ment. & actual. lib.* 1. *numero* 4. ſi hoc ſenatus in bannitum receptante ſtatuit multo plus idem dicendum in hæreticis, quorum crimen horribilius eſt crimine læzæ maieſtatis humanæ, † quod ego intelligo ſi probetur aut 15 præſumatur contra cauponem ſtabulariumue, legitimè malitia aliqua, & iuxta hæc ex adductis, *ſub hoc titulo, & cap. in puncto*, noſtræ quæſtionis ſentimus, etiam cum Locato, *in iudic. inquiſ. verb. receptator*, à Franc. Pegna, ad Eymericum, *dict. comment.* 75. Graff. *in ſuis, artic. deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 33. *tom.* 1. Sanctar. *dict. cap.* 12. *numero* 6. Decian. *tractatu criminal. cap. quinquageſimo primo, numero ſeptuageſimo*, cum aliis per eos, relatis; vti etiam confirmatur ex his, quæ adducit Riccius, de pœna qua plectitur receptans Bannitum iuxta Bullam Sixti V. ſuper quam nonnulla refert videnda Riccius, *parte tertia, collect.* 544.

Ad vltimam quæſtionis partem de 16 releuante in fautoriam ſitne habendus pro relapſo, modo quo intertogamus, & breuiter reſoluendo dico, quod licet Locatus, *in iudicio inquiſition. verb. relapſi numero quinto, verſiculo quidam autem ſunt relapſi*, viſus fuerit inclinare in partem affirmatiuam ex Concilio Tarraconenſ. de quo *in direction. inquiſit.*

inquiſit. parte ſecunda, quæſtione 220. Tamen verior nobis viſa eſt contraria negatiua ſententia communiter in tribu-
17 nalibus ſancti officij recepta, † ex ea quidem ratione quia de natura, & eſſentia relapſus eſt, vt de aliquo lapſu conſtet in hæreſim ad hoc vt talis relapſus poſſit brachio ſæculari pœna relapſis debita puniendus relaxari, ex Alfonſo de Caſtro, *de iuſta hæretic. punit. libro ſecundo, cap. ſecundo.* Simanchas, *de catholic. inſtitution. titulo quinquageſimo ſexto, numero quinto.* Carena, *titulo de relapſis*, & ſic nobis fauent Pegna, *commentar. octuageſimo tertio, ad Eymeric. parte ſecunda, verſiculo ſed tota difficultas*, cum multis Farinacius, *de hæreſi quæſtione centeſima nonageſima quinta, à numero quinquageſimo ſexto*, videndus etiam cum multis, & cum aliis Sanctarellus, *de hæreſi cap.*42. *dubio* 5. *num.* 14. non enim conſtat quod, qui iterum fauit hæreticis, ob id in hæreſim incidiſſe, indeque non conſiderari relapſus.

18 Verum ſi quis non ſolum bis in abiuratam fautoriam vel aliam relaberetur, ſed pluries tunc cum Pegna, ſupra *verſ. hoc vnum*, & cum Farin. *dict. qu.*195. *num.*39.& Carena, *de offic. inquiſit. p.*2. *titulo* 4. §. 12. *num.* 52. dicendum eſt talem brachio ſæculari relaxandum eſſe debitis pœnis militandum, ſed quid ad hanc pœnam non eſt deueniendum inconſulto ſenatu ſupremo vniuerſalis inquiſitionis Romæ prout ſemper vbi de vita hominis agitur conſulendus eſt, ſic Campeg. ad Zanchin. *de hæretic. cap.*17. *ſub litt. A.* Farinac. *d. quæſtione* 195. *num.* 38. cum aliis Pegna, *dict. comment.* 83. *verſ. ſi cui autem.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.*85. quam praxim apud nos Hiſpanos non vidi, nec audiui. Verum dum non comburatur, ſic relapſus, credo bonam eſſe vt deterreantur magis, ac magis hæreticorum fautores, defenſores, & receptatores, &c.

QVÆSTIO V.

An fautores defenſores, & receptatores hæreticorum æqua pœna tam excommunicationis, confiſcationis, inhabilitatis ad officia, & beneficia, & in aliis pœnis debeant puniri vt hæretici. Et num de iure ciuili ſint Banniendi, & relegandi cum publicatione bonorum. Et num aliquando ſub pœna arbitraria. Et an debeant carere ſepultura Eccleſiaſtica etiam ſicut hæretici. Et an Hæreticus non denunciatus abſque incurſione excommunicationis valeat in Eccleſia ſepeliri. Vbi de aliis pœnis remiſſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Fautorum præcipua pœna eſt excommunicatio num.*2. *&* 3.

2 *Fautores hæreticorum ſunt ipſo iure excommunicati ſuntque facti infames ſi per annum inſorduerint vt n.* 4.

7 *Fautores excommunicati propter fautoriam ſi per annum in excommunicatione perſliterint reputantur hæretici, & vt tales condemnantur, idem de præſtantibus auxilium, vel conſilium hæreticis nu.*6. *& quare n.*7.

7 *Fautores excommunicati per annum contumacis oritur violentiſſima præſumptio vt ſit hæreticus, & n.*8.

9 *Defenſores hæreticorum per annum exiſtentes in excommunicatione ſunt de iure infames, nec ad publica officia aſſumuntur.*

10 *Impedientes officium S. inquiſitionis perſiſtentes per annum in excommunicatione ſunt ipſo iures infames.*

11 *Credentes hæreticis per annum excommunicati ſunt ipſo iure infames nec admittuntur ad officia, & poſt annum priuantur obtentis officiis, & beneficiis, qui vt ſuſpecti abiurant, aut tormentis ſubiiciuntur, vt ſe purgent & ſub n.*12. 13. *&* 14.

12 *Pœna contra fautores receptatores defenſores credentes hæreticorum ex Bullis Pontificiis enumerantur octodecim, & vſque ad n.*14. *& n.* 29. *vbi de doctoribus, qui de illis agunt.*

13 *Fautores, receptatores, defenſores, & credentes hæreticorum æquè puniuntur, & ſicut ſchiſmatici.*

14 *Clerici fautores hæreticorum excommunicati, poſt annum omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico priuandi ſunt, & inhabilitantur ad alia.*

15 *Clerici fautores defenſores receptatores, & credentes*

credentes hæreticorum potius eſt, vt poſt annum excommunicati non priuentur ipſo iure beneficiis, & officiis ſine ſententia declaratoria, vt n.16.17.

16 *Clerici fautores ante ſententiam declaratoriam priuationis poterunt beneficia reſignare.*

17 *Sententia declaratoria delicti ſiue fautoria hæreticorum requiritur vt quis priuetur à beneficiis.*

18 *Fautores, defenſores, receptatores hæreticorum etiam de iure ciuili Banniuntur, ac relegantur in perpetuum cum publicatione bonorum poſt quam fuerint excommunicati, & notati.*

19 *Fautores, defenſores, receptatores hæreticorum poſſunt etiam pœna arbitraria puniri, vt pecuniaria, fuſtigatione, exilio, triremibus, &c. vſque ad confiſcationem.*

20 *Sepultura Eccleſiaſtica priuantur hæretici.*

21 *Sepultura Eccleſiaſtica priuantur fautores, receptatores, defenſores, & credentes hæreticorum denunciati, item & ſepelientes illos, vt n.22.*

22 *Sepelientes hæreticos fautores, receptatores, defenſores, & credentes eorum, priuantur Eccleſiaſtica ſepultura, & oblatione quacumque, & Pompa, vt ſub n.23.*

23 *Sepultura Eccleſiaſtica includit locum, & ſacras cæremonias, & locus extenditur ad templum, & cæmeterium.*

24 *Sepelientes, qui dicantur proprie hæreticos, ac fautores ad effectum, vt priuentur à ſepultura Eccleſiaſtica aliiſque communionibus fidelium. in quo narrantur diuerſi modi dicendi, & qui includantur, num. 25.*

26 *Sepeliri in loco ſacro poteſt hæreticus non denunciatus, aliter ſi manifeſtè conſtet de eius hæreſi, vt nu.27. & ſub diſtinctione, n.28. & quid de fautoribus, ibi.*

28 *Fautores defenſores receptatores hæreticorum, vt priuentur ſepultura, & exequiis Eccleſiaſticis videntur, ſi denunciati iam ſint.*

1 CVM textus noſter dicat hæreticos fautores, & receptatores excommunicatos eſſe; ideo nunc etiam legitime inquerimus de dubiis in quæſtione poſitis, ex verbis, ibi, *eorum anathemati decernimus ſubiacere, & ſub anathemate prohibemus ne quis in domo, vel in terra ſua tenere, vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerit, nec ſub priuilegiorum noſtrorum quibuſcunque indultorum obtentu, nec ſub alia quacumque occaſione oblatio pro eo fiat, aut inter Chriſtianos accipiat ſepulturam.*

Ad primam ergo quæſtionis partem, 2
ratione cuius incurrunt hæretici in ex-
communicationem, de quo dicemus,
infrà in cap. excommunicamus 1. hoc tit. nunc
quoad hanc pœnam reſpectu fautorum
hæreticorum, dico vt præcipua pœna fau-
torum ſit excommunicatio, ex allegatis
per Eymeric. *in direct. inquiſit. p.3. qa.122.*
† vbi Franc. Pegna, *in addit. comment.171.* 3
qui in ſpecie, & ſimpliciter hanc firmat
concluſionem, quod ſcilicet vigore Bul-
læ cœnæ Domini fautores hæreticorum
ſunt ipſo iure excommunicati; poſt alios
Bartholom. Vgolin. *de cenſ. Pontifici reſer-
uatis, p. 2. in gloſſa fautores §. 1. per totum:*
vbi ponit ampliationes, & limitationes,
vt etiam ſtatuerunt aliæ Bullæ Pontificiæ
Innocent. IV. anni 1254. incipit: *noue-
rit vniuerſitas*, Nicolai III. anni 1581.
quæ incipit: *nouerit vniuerſitas*, & ex Mar-
tini V. *conſtit. edita anno* 1458. incipit: *in-
ter cunctas, verſ. nec non præſentes*: quas
refert idem Pegna, *poſt direct. inter lit-
teras Apoſtolicas fol.* 97. & aliam Pau-
li IV. editam anno 1558. incipit: *cum
ex apoſtolatus officio*, relatam per illum,
fol. 157. *fol.* 21. *& fol.* 67. vbi refert di-
ctas Innocent. & Nicolai Farinac. *de
hæreſi quæſtione* 182. §. 3. *numero* 38. vbi,
num. 39. *ex textu noſtro verſ. vel fouere*: vbi
Anton. de Buttrio, Abbas Zabarela, Socin.
Anania, Hoſtienſ. *num.* 19. Anchar.
Henric. Barboſa, Boic. addunt, & ex
authent. credent. Cod. hoc tit. vbi cum aliis
D. Barboſa, † quod ſic excommunicati 4
ſi per annum inſorduerint in excom-
municatione ipſo iure ſunt facti infa-
mes, nec ad publica officia admittun-
tur, ſic cum Roſella, Paulo Chiclan.
Calderin. Gundiſaluo, Bonifac. de Vi-
talin. Caterio, Syluestro, Angelo, *in
ſumma*, Vmberto, Locato, Eymerico,
ſuprà, quæſtione 123. vbi Pegna, *com-
ment.* 172. Decian. *in tractatu criminal.
lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 45. *verſ. item efficiuntur
infames.*

Et ob id ſi fautores hæreticorum 5
fuerint pro fautoria excommunicati ab
inquiſitore, vel Epiſcopo, & per an-
num in excommunicationem perſtite-
rint, tunc reputentur hæretici, & quòd
tanquam hæretici condemnantur per
textum, *in cap. excommunicamus el 1. verſ.
credentes*: & per textum, *in cap. vt in-
quiſitionis §. prohibemus hoc tit. lib.* 6. ita ex
Farinac. *ſup. num.* 41. cum Hoſtienſi, *repert.*

inquiſit. Eymeric. *in direct. p. 2. quaſt.* 47. *num.* 3. *& quaſtione* 53. *num.* 5. ad quod extare videtur conſtitut. Iulij III. anni 1551. incipit: *licet aduerſis*: de qua Pegna, *poſt direct. inquiſit. inter litteras*
6 *Apoſtolicas, fol.* 152. † quæ loquitur non ſolum in impedientibus ſanctum officium inquiſitionis, ſed etiam in præſtantibus conſilium, auxilium, & fauorem hæreticis: Et ſic omnes per textum, *in cap. cum contumacia, de hæreticis lib. 6.* docent quod excommunicatus propter hæreſim ad reſpondendum, de fide contumax eſt, & non comparuit ſi per annum in excommunicatione perſtiterit vt hæreticus condemnatur, *dict. cap. vt inquiſitionis in fine*, vt per gloſſam, *in cap. ſi aduerſus verſiculo, nam elapſo anno, dict. cap. excommunicamus*, vbi gloſſa, *in verbo con-*
7 *demnentur.* † Vbi dixit quod licèt vehemens præſumptio in crimine hæreſis non ſufficiat ad condemnandum: in hoc tamen caſu adeſt præſumptio, ne dum violenta, ſed etiam violentiſſima: primò, nam propter infamiam, propter quam fuit indicta purgatio, orta eſt probabilis ſuſpicio, deinde ex negligentia in ſe non purgando fiat producta vehemens ſuſpicio, & demum ex perſiſtentia in excommunicatione per annum violentiſſima inducta fuit ſuſpicio, & poſt antiquos in dictis locis, quos congerit Farinac. legendus, *de hæreſi quaſt.* 192. *§. ſecundo, ex numero decimo quarto*, etiam cum Eymerico Pegna, Chrilan. Tabiena, à Roſela, Afflict. Simanchas, Caldeiin. Schil. Vmberto Locato, Carrera, Burſat. etiam cum aliis Menochius, *de arbit. lib. ſecundo, caſu trecenteſimo ſeptuageſimo quarto, numero decimo.* Sigiſmund. Scorcia, *de indic. cauſ. ciuil. crimin. lib. quinto, cap. quinquageſimo tertio, numero ſecundo, & numero vigeſimo quarto, & cap. trigeſimo, numero octauo, & cap. decimo ſeptimo, verſiculo trigeſimo quarto, & centeſimo ſeptuageſimo quarto, & cap. quadrageſimo primo, in fine*: Ludouic. à Param *de origine ſancta inquiſition. lib. tertio, quaſtione decima quarta, Rubrica de expeditione proceſſus in cauſis fidei, numero vigeſimo primo, & numero vigeſimo ſecundo*, idem Farinacius, *repet. in fragmentis, verb. clericus, numero ducenteſimo octuageſimo nono*, & ſic Hoſtienſ. *in ſumma numero ſecundo, in verbo anathematis el ſecundo, & in verbo, ita quod ſi per annum, & in verb. ex tunc, & numero quarto, verſiculo ſed contra*, vbi proponit contrarium,

† Et illi reſpondens dicit ex prædicta annuali contumacia oriri præſumptionem iuris, & de iure, quæ tollit omnem defenſionem inducitque ſufficientem hæreſis probationem, vt, *numero ſexto & ſeptimo*, & ibi, Ioan. Andr. *numero tertio.* Henric. Boëc. *numero tertio.* Anchar. *num.* 4. Anton. de Butr. *num. ſeptimo, & duodecimo*, Socin. *ante num.* 1. Anania, *numero ſexto*, & Zabar. *in §. qui autem in primo, & ſecundo notabili*; Albertin. *in Rubrica de hæretic. numero ſexto, quaſtione decima tertia*, & alij, *in dict. cap. accuſatus*, videbis Barboſam plures citans, *in dict. cap. excommunicamus, §. qui autem à numero nono, ad decimum quintum*, vbi pleraque notat de excommunicatis per annum, & qualiter contumaces ad effectus, de quibus inquirimus, & ſic non immoramur, cum de illis amplius ſit dicendum, & de dicta excommunicatione.

Quare quia ad propoſitum, de quo in quæſtione inquirimus, idem Farinac. 9
dict. quaſt. 192. *n.* 15. porrigit doctrinam iactam ad impedientes quoquo modo ſanctum inquiſitionis officium, ad fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum, ideo etiam duo, quod ſi defenſores per annum in excommunicatione perſtiterint ex eo de iure etiam ſunt infames, nec ad publica officia admittuntur ex textu aperto, *in dict. auth. credentes Cod. hoc tit.* ſicut etiam voluit Federic. Imperator, *in conſtit. incipit cathanos verſ. ſtatuentes*, relata per Franc. Pegnam inter conſtit. Apoſtolicas, & per textum, *in dict. cap. excommunicamus §. credentes*, cum Roſela Vitalino Silueſtro Tabiena, Vmberto Locato Eymerico, & aliis idem Farinac. legendus, *dict. q.* 182. *ex n.* 56. & 58. vbi ſe remittit ad alia, quæ dixit de Fautoribus vt iam adduximus, *ſub n.* 59. *verſ. verum*, † qui etiam, 10
dict q. 182. *§.* 5. *ex n.* 69. dum agit de impedientibus ſanctum inquiſitionis officium, *à n.* 72. idem ſtatuit procedere in tali pœna excommunicationis, & aliis referendis contra illud officium impedientes, qui & loquens, *in §.* 9. de receptatoribus hæreticorum de quibus nos iam ſupra, *à qu.* 1. ipſe, *in dict. q.* 182. *n.* 152. cum Bart. Vgolin. *in tract. de cenſur. Pontifici reſeruatis, §.* 2. *in gloſſa receptatores §.* 1. *n.* 5. *verſiculo ſeptimo, in excommunicationem incidit.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *dict. cap.* 51. *n.* 75. porrigit dictam doctrinam, vt etiam receptator hæretici incurrat in pœnam excommunicationis Bullæ cœnæ Domini, ſic expreſſe

in

in dict. cap. excommunicamus verſ. credentes. Vbi illi videntur æquari quoad dictam pœnam incurrendam ſicut colligitur ex textu noſtro, & aliis.

11 Et prædictam etiam pœnam po[illegible]igunt vniuerſaliter DD. antiqui, & moderni contra credenies hæreticis, *ex d. §. creden-tes,* ſunt ergo eredentes hæreticorum, vltra pœnas infra referendas excommunicati, vt *in d. conſtit. Martini V. edita anno* 1418. *verſ. nec non præſentes*, relata per Franc. Pegna, *in direct. inquiſit.* inter litteras Apoſtolicas, & *ex d. conſtit. Pauli IV. anni* 1554. incipit, *cum ex Apoſtolatus officio verſ. & inſuper relata*, ab eodem Pegna, quam ad vnguem explanat Scortia, ad conſtit. Pontificum, *epitome* 166. *theorema* 410. imo & *ex d. Bulla cœnæ Domini,* ſint etiam ipſo iure excommunicati vt dicunt Vgolin. *de cenſ. Pontifici reſeruat. p.* 2. §. 1. *num.* 1. vbi huius concluſionis ponit nonnullas declarationes, & ampliationes, Farinac. *de hæreſi dict. quæſt.* 182. §. 8. *ex num.* 105. vbi, *num.* 106. per *dict. auth. credentes, Cod. hoc tit.* & *dict. cap. excommunicamus §. credentes*, ſimiliter ac dictum eſt de fautoribus defenſoribus, & receptatoribus ſcribit, quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ſunt ipſo iure infames, nec admittuntur ad publica officia, & quod poſt annum omni officio, & beneficio priuantur; de quu etiam dixit idem Farinac. *n.* 107. vbi cum Chirlando, Simanc. & aliis vtilius, & breuius eſſe iſtu caſu aduerſus hus ſic credentes tanquam de hæreſi ſuſpectos procedere, vel vt abiurent, vel ſe purgent, vel tormentis ſubiiciantur, & idem Scortia, confirmat ſupra *in verſ. ſecundo*, etiam ex Bulla Innocent. IV. *num.* 18. & ex Bulla 1. Gregorij IX. Barboſa, *in d. § credentes*, cum Innocentio, ibi, Anchar. locato direct. inquiſit. Deciano, & Sanctatellu, *de hæreſi cap.* 11. *num* 29. *&* 32. qui etiam alios refert.

12 Et ſic quia ex dicta Bulla Pauli V. poteſt quidem puniri pluribus modis credentes, fautores, defenſores, receptatores hæreticorum, &c. & ex dicta Bulla Innocent. IV. incipit, *nouerit, qui imitatus,* Gregor. IX. excommunicatione feriendu hæreticos omnes eorumque complices & fautores, & per Eccleſiam damnatos relinquit ſæculari iudicio debita animaduerſione puniendos idemque Scortia, eam conſtit. explanando, *epit.* 14. *theorema* 49. 50. 51. 52. vbi pœnas referendo iuribus, & auctoribus comprobando enumerat primo excommunicationem, ſecundo infamiam, tertiò inhabilitationem ad publica officia; quartò. inhabilitatem teſtimonij eum in teſtes admitti non poſſint, quinto incapacitatem teſtandi, ſextò negando illis acceſſus ad hæreditates, vt etiam, *in l. fin. Cod. de hæretic. & in l. hi qui ſanctam Cod. de Apoſtolatis dict. auth. credentes, d. cap. excommunicamus, §. credentes actiue, & paſſiue,* ſeptimò vt illis non reſpondeatur ſuper vllo negotio, ipſi tamen cogantur reſpondere; octauo quod Eccleſiaſtici deponantur ab omni officio, & beneficio, & antiquitus quoad vitandos omnes excommunicatos publicos, aut ſecretos, licet iam ſolum nominatim excommunicatos, & publicos percuſſores Clericorum, *ex dict. extrauag. Martini V.* Decimo vt ſuſpecti de hæreſi probent congrua priuatione ſuam innocentiam, vt etiam cauetur, *in cap. ad abolendam proxime ſequenti, §. qui vero, & dict. cap. excommunicamus, §. qui autem dict. Bulla* 3. *Gregor. IX.* Vndecimò vt nec audiantur appellantes, *ex Bulla* 1. *eiuſdem Innocent. IV.* §. 3. *ex dict. Bulla Gregor. IX.* §. 4. *Bonifac. VIII. cap. vt inquiſitionis*; Duodecimò, vt quod non ſubminiſtrentur eis Eccleſiaſtica ſacramenta, quia ſunt excommunicati ex Innocentio III. *in dict. cap. excommunicamus, §. credentes, dict. Bulla* 3. *Gregor. IX. numero* 5. Decimò quartò, quod reiiciendæ ſunt eorum oblationes, & eleemoſynæ non tantum *ex dict. Bulla Innocent. IV.* ſed etiam, *ex dict. cap. excommunicamus, §. credentes, & ex dict. Gregor. IX. Bulla* 3. §. 5. vbi quod priuantur Eccleſiaſtica ſepultura vt infra dicimus hic, & ne laici de fide diſputent de quo infra, *in cap. ex iniuncto, ex dict. Gregor. IX.* & iubet inſuper propalari inquiſitoribus hæreticos, & ſuſpectos vt etiam fecerat Innocent. III. *in dict. cap. excommunicamus §. adiicimus Gregor. in dict. Bulla* 3. §. 7. Innocent. ipſe IV. *Bulla* 9. §. 3. Decimò ſeptimò eſt prohibere hæreticos fautores ſocios nec non & filios eorum vſque ad ſecundam generationem admitti ad Eccleſiaſtica officia, & beneficia vt fecerat etiam, *Bulla* 1. §. 9. *Bulla* 9. §. 30. *Bulla* 16. §. 2. *&* 3. imo Thomas Sanchez, *libro ſecundo, ſummæ cum aliis, cap. vigeſimo octauo, numero* 35. *trigeſimo ſexto*, extendit huiuſmodi prohibitionem vſque ad penſiones ita vt ad eas quoque obtinendas ſint hæreticorum, & fautorum filij inhabiles etiam ex ſententia gloſſæ in Clement. II. de vita,

& honeſtat. Clericor. Decima octaua, vt priuentur quoque Eccleſiaſtici, qui prædictorum opera adepti ſunt beneficia, & officia habitis, etſi id factum ſit ipſis ſcientibus, inhabilitantur ad alia. Decima nona quod tandem Innocent. IV. *in d. conſtit.* ſtatuit de inhabilitate emancipationis filiorum poſt lapſum patrum, vt habetur etiam *in c. 2. §. illorum hoc tit. lib. 6.* de his pœnis inquam nonnullis dixi *in alleg. fiſcal. ſancti officij ſub p.* 1. de quibus quia propriè contra hæreticos formales ſunt impoſitæ, quæ *ex textu noſtro & d. cap. excommunicamus* 1. & 2. ideo non latius ſigillatim de his egimus cum ex d. conſtit. Greg. IX. quæ incipit *excommunicamus* anno 1230. idem Scortia *epitom. 9. à theorem.* 25. *ad* 33. *epitom.* etiam ex aliis iuribus, & conſtitutionibus Pontificum exomer apud illum legendus.

13 Ex his ergo apparet fautores receptatores, defenſores, credentes hæreticis, & alios de quibus ſupra *à quæſt.* 1. dixi æque puniri ac hæreticos *ex textu noſtro, & ex d. cap. excommunicamus*, & ſicut etiam apparet ex hic adductis item ex d. conſtitut. Paul. IV. quæ incipit *cum ex Apoſtolatus:* quæ approbat, & innouat *in* 2. §. *omnes*, & ſingulas ſententias, cenſuras, & pœnas excommunicationis ſuſpenſionis interdicti, priuationis inhabilitatis, infamiæ, &c. à ſuis prædeceſſoribus ac ſacris Conciliis Patrum, decretis, Canonibus, & ordinationibus contra hæreticos, & ſchiſmaticos, cuiuſcumque ſint dignitatis quomolibet latas: vbi idem Scortia *theorma* 184. quantum ad fautores defenſores, & ſequaces ſchiſmaticorum ibi: *ex* 63. dicit quod ſunt excommunicati, & pari pœna cum ipſis ſchiſmaticis puniendi, vt etiam fit contra fautores hæreticorum, vt docuit etiam Nicol. II. *in capit. in nomine Domini diſt.* 23. *in verbis*, ibi: *ſed ab omni Eccleſiaſtico gradu in quocumque fuerat prius ſine retractione deponatur cui quiſquis adhæſerit, vel qualemcumque tanquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo cum defendere præſumpſerit pari ſententia ſit mancipatus*, & Cyprian. 1. *quæſt. 1. cap.* 20. §. *quare qui, inquit hæreticis, & ſchiſmaticis patrocinantur cenſura Diuina in eorum probantur facinore, & pœnis non ſolùm d. .... & Authoris, ſed etiam participes deſtinari niſi ſe à malorum communione ſeparauerint:* & poſt multa oſtendens omnes cum omnino auctoribus ſupplicio coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati, item *ex cap. didicimus* 24. *quæſt.* 1. *& cap. vnico de ſchiſmatic. lib.* 6. §. *omnem perſonam præſentem, & futuram*, ibi: *fautores ſchiſmaticorum excommunicantur reſeruata Papæ abſolutione, & priuantur prælaturis dignitate ſtatu, & honoribus*, vt *infrà* videbimus agendo de ſchiſmaticis, interim Decian. *crimin. lib.* 5. *cap.* 65. *&* 67. *nu.* 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5 *præſumpt.* 6. *num.* 25.

Quod ſi fautores hæreticorum fuerint clerici, & per annum in excommunicatione perſiſtant: tunc poſt annum omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico priuandi ſuot ex Paulo Grilando *in tract. de hæreticis quæſt.* 9. *num.* 1. Farinac. *d. quæſt.* 182. §. 3. *num.* 40. idem *quæſt.* 189. *num.* 73. ibi quod non ſolùm ſi hæretici ſint, verum etſi credentes receptatores, defenſores, & fautores ſi quæ habent, priuantur, & ad alia beneficia obtinenda inhabiles redduntur, vt agnoſcunt etiam DD. *per textum in cap.* vt commiſſi §. *priuandi, & cap. ſtatutum hoc tit. lib.* 6. de vtrobique, communiter Canoniſtæ, *& in d. cap. excommunicamus §. credentes verſ ſi vero clericus*, & hoc ex *d. conſtit. Innoc. IV. nouerit vniuerſitas*, alia Alex. IV. edita anni 1258. incipit *quod ſuper*, & ex dictis Nicol. & Pauli IV. quos refert Franc. Pegna *poſt directſ.* Rojas *ſingal.* 24. *num.* 2. Vmbertus, Locatus *in iudic. inquiſit. verbo beneficium, num.* 1. Repertor. *inquiſit. verbo credentes, & verſ. quæ pœna, & verſ. item tales credentes:* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 45. Ioan. Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap.* 17. *ſub verſ. primo*, Thomas Sanchez *in præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 15. *&* 16. & quod ſic etiam vigore Bullæ in Cœna Domini contingit Diaz *in practica crimin. Canonica, verb. hæretici cap.* 114. *in fine*, ſecundum vltimam impreſſionem: idem Farin. *n.* 74. *d. q.* 189. qui *num.* 57. ampliat ex *d. cap.* vt commiſſi aduerſus Epiſcopum ſcienter beneficium conferentem hæretico, ex verbis *d. cap.* ibi: *niſi fortè conſtaret legitimè quod idem ſcienter huiuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent: tunc enim eos in his requirendos non eſſe cenſemus; ſed potius à ſuo iudice puniendos*. Vbi Ioan. Andreas Archid. & alij, qui propterea dicunt hunc Epiſcopum eſſe puniendum tanquam fautorem hæreticorum: Lambertin. *in tract. de iurepatron. lib.* 2. *p.* 1. *quæſt.* 9. *artic.* 6. latè Fran. Pegna *in addit. ad Eymeric. in direct. inquiſit. p.* 3. *quæſt.* 113. *comment.* 162. *verſ. ſecunda vero:* vbi quod hæc concluſio habet in ſe æquitatem maximam. 14

Tota verò difficultas erat inter DD. an tales Sacerdotes ſint ipſo iure priuati à 15

beneficiis

beneficiis obtentis, ſic vt propterea non ſit opus alia ſententia, & multi affirment, per verba *dict. cap. vt commiſſi, verſ. vel priuatus nunciandus:* vbi Ioan. Andr. Gemin. Franc. & alij etiam per verba textus *in cap. ad abolendam, proximè ſequenti*, ibi: *ſpoliatos:* Farinac. cum multis *d. quæſt.* 189. §. 4. *à num.* 77. licet ſuaderi contrarium videatur *ex d. cap. vt commiſſi*, ponderando illam dictionem *priuandi*; indeque inferens, vt huius concluſionis effectus ſit multiplex, primò, quia beneficium hæretici poteſt impetrari tanquam vacans ipſo iure, ſecundò, quia impetrans illud non eſt neceſſe quod exprimat requiſita *in Reg. Cancellariæ* 31. tertiò; quia beneficium reſignatum ab hæretico nullum ius tribuit reſignatariis, quartò, quia ad ſolum Papam ſpectat reſtituere clericos ad beneficia, qui fuerunt hæretici eum vigore Bullæ Pij V. ipſo iure dicantur vacare propter hæreſim reſeruata diſpenſatione ſedi Apoſtolicæ multa recolligendo ex Franc. Pegna *in addit. ad Eymeric. d. p.* 3. *quæſt.* 113. *comment.* 162. Azor. Ignatio, Lopez, Diaz *in pract.* & ex Thom. Sanchez *in præcepta decalogi lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. *&* 8. vbi ex præmiſſa ampliationes plures facit illationes, quas etiam refert idem Farinac. *ſub d. numero* 79. *in fine*.

16 Tamen quia idem Thomas Sanchez *d. cap.* 26. *num.* 15. *&* 16. dixit receptatores, defenſores & fautores hæreticorum non eſſe priuatos ipſo iure beneficiis, ſed priuandos per ſententiam, & quod propterea ante ſententiam valide poſſunt in fauorem teſtis illis renunciare, nec lata ſententia renunciatio reſcinditur; ſic idem Farinac. limitat ſententiam iactam de hæreticis, vt contra fautores, & defenſores clericos hæreticorum non procedat ille rigor priuationis ipſo iure *ex d. cap. excommunicamus*, §. *credentes verſ. ſi vero clericus*, quem ad id allegat Couarr. *variar. reſolut. lib.* 12. *cap.* 8. *num.* 4. *verſ.* ipſi verò hæreticorum fautores Franc. Pegna *d. p.* 3. *ad Eymeric. in direct. qu.* 113. *comment.* 162. *verſ. quod ſi nobis*, Farinac. *ſup. d.* §. 4. *n.* 81. qui *num.* 74. videtur amplecti contrarium etiam contra hæreticorum fautores, defenſores, & receptatores cum d. Bern. Diaz vigore dict. Bullæ Cœnæ Domini, quæ ſententia etiam de iure verior videatur per illa, quæ adduxi *ſub cap. cum non ab homine, de iudiciis quæſt.* 30. *ſub num.* 5. quia, etſi *quæſt.* 28. *& quæſt.* 29. ſequendo communiorem ſententiam latè probauerim clericum periurum, aut homicidam non priuari illico ipſo facto abſque ſententia à beneficiis obtentis idemque dixerim ibi: *quæſt.* 30. *à num.* 1. de falſificante litteras Apoſtolicas. † Tamen quia ibi 17
num. 4. *ex cap. cum ſecundum leges hoc titul. lib.* 6. dixerim hæreticum eſſe ipſo iure priuatum; & inſuper ex Nicolao Garcia *de benefic.* 11. *p. cap.* 10. §. 1. *ex num.* 59. latè dicente huc non ſolum procedere in hæreticis, in receptatoribus, & defenſoribus ipſorum, ſed porrigi ad filios, & nepotes eorum, qui priuantur obtentis beneficiis *per cap.* 2. §. *hæretici, & cap. ſtatutum hoc tit. lib.* 6. videtur idem de fautoribus contingere, ac de ipſis hæreticis, & quia in hac priuatione non eſt æqua pœna quoad modum, quia iſti ſolum ſunt ſuſpecti de hæreſi vt *à quæſt.* 1. probatum eſt: ideo tales non eſſe ipſo iure priuatos, ſed tantum priuandos, iterum ſequor per illa quæ etiam quaſi obiter dixi *in allegat. fiſcal. S. Officy p.* 1. *alleg.* 38. *ex num.* 53. & qualitercumque velis intelligere priuationem ipſo facto ſemper erit, vt ante quam contingat opus ſit ſententia ſaltem declaratoria criminis: Farinac. per à nobis etiam dicta *de penult. contra hæreticos in alleg. fiſcal.* 10. *à n.* 12.

18 Ad ſecundam quæſtionis partem an de iure ciuili eſſent Banniendi, & relegandi, reſpondeo dicendo quod tales fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum ſunt banniendi, & in perpetuum relegandi cum publicatione bonorum iuxta conſtit. Federici imperatoris incipit *Patarenorum* quam refert Franc. Pegna inter litteras Apoſtolicas Carter. *in tract. de hæretic. num.* 163. *in verſ. nouiſſimè.* Zanchin. *in tract.* 4. *de hæretic. cap.* 17. *n.* 1. idem Franc. Pegna ad Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 52. *comment.* 76. *lit.* C. *verſ. ac præter cæteras quidem pœnas, & ad quæſt.* 52. *comment.* 77. *lit.* D. vbi dixit hanc relegationis pœnam vna cum confiſcatione bonorum receptatoribus hæreticorum imponi poſt quam fuerunt excommunicati notati, & in excommunicatione perſtiterint, & docent Farinac. *de hæreſi quæſt.* 182. §. 3. *num.* 53. & Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 64. *in fine*, eandemque pœnam confirmatam eſſe per conſtit. relatas Innocent. IV. & Clem. VIII. † & ad- 19
dunt Decian. *d. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 47. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 548. *num.* 1. *&* 2. *& num.* 4. hæreticorum fautores, & defenſores poſſe quidem arbitraria pœna puniri hoc extendens etiam cum multis

Farinac. *d. quæſt.* 182. *num.* 140. ad receptatores hæreticorum ſcilicet pœnis pecuniariis, exilio, fuſtigatione triremibus aliiſque corporalibus pœnis pro qualitate delicti, etſi opus fuerit vſque ad confiſcationem bonorum ſecundum Caſtrum Palaum *in ſumma tom.* 1. *tract* 4. *diſput.* 3. *puncto* 6. *num.* 4. Dian. *p.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 23. *verſ. hoc ſuppoſito in fine*, ſic contra Farinac. *d quæſt.* 182. *num.* 55. & Canera *in qq. crimin. cap.* 1. *de hæretic. numero* 55. *in fine*, negantes talem confiſcationem fautores non pati cum ex conſtit. Pij V. ſi de protegendis etiam incurrant fautores prædictam pœnam.

20 Ad tertiam quæſtionis partem, an fautores, receptatores, defenſores, & credentes hæreticorum debeant carere ſepultura Eccleſiaſtica, ſicut & ipſi hæretici, quod hæretici priuentur ſepultura Eccleſiaſtica; probant iura hic, *& in c. quicumque de hæretic. lib.* 6. *in c. ſacris de ſepulturis Clem.* 1. *de ſepul. & in c. conſuluiſti de conſecr. Eccleſ. vel altaris*, vbi idem de omnibus excommunicatis habetur ſcilicet quos tenemur vitare viuos, & communiter DD. in dictis iuribus, *& per textum in cap. excommunicamus* 1. *§. credentes verſ. tradere ſepulturæ*, vbi Zabarel. *num.* 6. Anania *numero* 10. Butr. *num.* 38. Barboſa *num.* 39. Simanch. *de Cathol. inſtit. titul.* 18. *num.* 7. Grilland. *de hæretic. quæſt.* 9. *num.* 2. Rojas *ſing.* 181. Caſtro *de iuſta hæretic. punit. lib.* 2. *cap.* 18. *verſ. an cum nullus*, Spino in ſpeculo teſtam. Gloſſa 1. *in princ. n.* 17. Penia *in direct. inquiſit. p.* 3. *ſchol.* 102. *verſ. ſed alterum*, Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. *verſ. ſexta*, Sanctarel. *de hæreſi cap.* 18. *num.* 12. vbi in ſeqq. agit de excommunicatione textus *in cap.* 2. *hoc tit. lib.* 6. vbi cum aliis pluribus idem Barboſa legendus *à num.* 1. agit de ſepultura hæreticis denegata ab Eccleſia, Scortia *in conſt. Pontific. d. theorem.* 32. *in verſ. decima quarta*, ex iam adducta Innocent. IV. conſtit. & ex alia relata Greg. IX. quæ eſt Bulla 3. §. 5. idem Scortia *ſub theorem.* 30. ad dictam Gregorij Bullam.

21 Vnde iam in terminis quod etiam fautores hæreticorum eorumque defenſores receptatores, & credentes priuentur ſepultura Eccleſiaſtica, &, quod nec pro eis ſit orandum probant communiter DD. per textum noſtrum in verbis ibi, *& defenſores, & receptatores eorum*, & ibi, *aut inter Chriſtianos accipiat ſepulturam*, vbi gloſſa in figuratione caſus Hoſt. *num.* 2. Anchar. Anton. *num.* 1. Abbas *in ſummario vltimo notab.* Felin. *in prin.* Cardin. Zabarella Marian. Socin. ante *num.* 1. Anania ante *num.* 1. *verſ. hæretici*, Barboſa ibi, *in ſummario num.* 1. cum aliis multis ſcilicet Zanchino, Penia, Locato, Calderino, Carrerio Farinac. *de hæreſi d. quæſt.* 182. *§.* 3. *num.* 49. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 79. ſed quid hoc tempore ab extrauag. Martini 5. *ad euitanda*, iam citata ait Scortia *d. theorem.* 52. *ſub verſ. decima quarta*, intelligendum eſſe de fautoribus denuntiatis quibus nec viuentibus communicare poſſumus ex Victoria *in ſumma qu.* 90. *de Euchariſtia*, Suarez *de cenſ. diſputat.* 12. *ſect.* 4. Vgolin. *notab.* 2. *cap.* 9. *§.* 6. *num.* 2. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 137. *in manuali verſ.* 3. *ſicut*, & conſtare ait *ex d. cap.* 2. *de hæreticis lib.* 6. vbi dicitur, *& proiicient huiuſmodi corpora damnatorum, & qui ſcienter tales ſepelit excommunicatur, & non abſoluitur niſi illos propriis manibus publicè extumulet. & procul abiiciat*: Idem Scortia docuit *ſub d. theorem.* 30.

22 Quare inferunt præcitati *ex d. cap.* 2. & alij relati à Barboſa ibi non ſolùm ſepelientes hæreticos, ſed & ſepelientes eorum credentes, receptatores, defenſores, & fautores, ſint eadem pœna puniendi, & ibi gloſſa in figuratione caſus, *verſ. ideo dicendum eſt de fautoribus, &c.* Farinac. *d. §.* 3. *num.* 50. ex iam adductis *conſtitut. Innocent. IV. verſ. item quicumque*, & cum Pegna *in direct. inter litter. Apoſt. fol.* 21. & quia per verba textus *in d. cap. excommunicamus, §. credentes verſ. ſanè clerici non exhibeant Eccleſiaſtica Sacramenta, nec eos Chriſtiana præſumant tradere ſepulturæ*, agant de pœna contra Sacerdotes credentes, pro illis. & contra ſepelientes & ex *textu noſtro*, ibi: *nec ſub alia quacumque occaſione oblatio pro eo fiat.*

23 Et quod Eccleſiaſtica ſepultura includat duo, neceſſum eſt *ex cap. qui diuina, & cap. quæſitum* 23. *quæſt.* 2. *& cap. placuit* 23. *quæſt.* 5. locum ſcilicet, & ſacras cæremonias: nam nomine loci venit templum tum conſecratum, aut benedictum, tum etiam cæmeterium quod pariter benedici ſolet, vel ſaltim auctoritate Epiſcopi eſt deputatum ad ſepeliendos fideles, ſiue ſit contiguum Eccleſiæ, ſiue non, vt docent DD. *ex cap. vnico de conſecr. Eccleſiæ, vel altaris, lib.* 6. alia cumulans Scortia *d. theorem.* 52. *ex verſ. porro*: addit, quod carent ſimiliter ſacris cæremoniis funebribus fidelium, pompa, & honore ordinato ad ſepulturam Eccleſiaſticam, hymnis, luminibus, ſacrificiis de quibus *in d. cap. placuit* 23. *quæſt.* 5. *& cap. ſuper eo*

de

de raptoribus; tum quia ob excommunicationem in qua ille deceſſit priuatur etiam poſt mortem communione fidelium, vt habetur *in cap. quicumque* 11. *quæſt.* 3. *& in cap.* 1. *quæſt.* 2. *cauſa* 24. tum quia hoc fit conſequens ad illud ideo eſſet valde indecens vt cadauer illud ad ſepulturam communem cum beſtiis deferretur, cum funebri pompa; alia ex Antonino, Angelo, Syluestro, Ledeſma, & Suarez adducit idem Scottia pro intelligentia *d. cap.* 2. *hoc titul. lib.* 6. inque ab eo citati ſunt diſcordes.

24 Cum ergo dixerimus, vt ſepelientes, & orantes pro hæreticis ſint excommunicati eademque priuatione puniendi, oportet poſtremo breuiter intelligere quinam ſint dicendi ſepelire aliquem cùm ad hanc actionem concurrunt plures, vt fodientes terram, condentes tumulos, cruces, & cereos ferentes, decantantes pſalmos, campanas pulſantes, defunctum baiulantes, funus comitantes, cumque Ioan. Andr. & Gloſſa *in d. Clem.* 1. *de ſepulturis* dubitent, an comprehendantur omnes prædicti, & dicant rem egere declaratione Pontificis, & Caldetin. *in tract. de Eccleſiaſtico interdicto*, velit omnes illos comprehendi, quia in eo caſu ſunt omnes participes criminis, & quia conſtitutio ludibrio eſſet ſi vnus tantum excommunicaretur, & cæteri eſſent immunes. Imò Sayrus *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 12. *&* 13. & Vgolin. *tab.* 2. *cap.* 9. §. 6. *num.* 3. velint tantum ligari illos ſine quibus defunctus ſepultus non fuiſſet, quod ab iis propriè aliquem ſepultum eſſe dicimus, ſine quorum opera ſepultus non eſſet, vel qui eas præſtant operas quibus non præſtitis non potuiſſet ſepeliri, excuſari verò ab excommunicatione cæteros, qui non præſtant neceſſaria ad ſepulchrum, & cantantes pſalmos ferentes crucem, &c.

25 † Tamen ego potius adhærendo Caldetino, cum eodem Scottia *ſub d. theorem.* 52. *epitom.* 14. *verſ. cur in fine*; exiſtimo omnes quidem comprehendi: nam vt ipſe conſiderat adhuc res non conſtat quod non ſit ſermo tantum de ſepultura ſimpliciter, ſed de ſepultura Eccleſiaſtica, & quod inde etiam crucem ferentes, cantantes pſalmos aſpergentes aqua benedicta maximè videantur concurrere ad Eccleſiaſticam ſepulturam, cum ad honorem addita ſunt *in d. cap.* 2. *d. cap.* excommunicamus vt publicè ſuis manibus extumulent, & proiiciant quaſi vellent Canones honoratiores comprehendere, & non tantum veſpillones, quorum eſt munus peculiare: ideo ſic etiam ſentio, ne vt ſentit Caldetin. ludibrio eſſet, ſi vnus tantum excommunicaretur; ſunt enim omnes rei talis criminis publici ſciti.

Ad vltimam quæſtionis partem an hæreticus non denunciatus abſque incurſione excommunicationis valeat in Eccleſia ſepeliri, & quia ex adductis poſt hoc dubium reſoluit, ideo relatis opinionibus breuiter dicam quid ſentio, & quod ſi denonciatus non ſit tute abſque peccato in loco ſacro poſſit ſepeliri dicit, ac probat Henriquez *in ſumma lib.* 13. *capit.* 11. *nu.* 3. cuius verba refert Diana *p.* 9. *tract.* 9. *reſ.* 1. *in princ.* vbi quod ſi denunciatus non fuerat hæreticus non peccat ſepeliens, quia ſepultura pertinet ad diuinum officium, in quo tunc tantum peccat cum inducit excommunicatum non patatum: vbi refert ex praxi Nicol. Mylleri *in addit. ad commentaria Martini Rumellini, ſuper auream Bullam Caroli IV. p.* 3. *differentia* 2. *num.* 6. quæ contingit in republica Veneta ſepeliendo in loco ſacro. † Tamen idem Diana cum Trullenc. *in opere morali tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 14. *num.* 1. & Caſtro-Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſput* 4. *puncto* 4. *num.* 1. eorum, & aliorum verba referens, dicit quòd hæretici ſunt priuati Eccleſiaſtica ſepultura, nec ſit neceſſum vt ſint nominatim denunciati, ſed ſatis eſſe ſi manifeſtè conſtet ipſorum hæreſim eum hoc ſit ſpecialiter cautum in hæreticis propter criminis atrocitatem hoc tamen ſi hæreticus ita notoriè decedat, vt nulla tergiuerſatione eius malitia celari poſſit, & quod alias non debeat priuari Eccleſiaſtica ſepultura comprobans idem Palao *ex textu noſtro in fine, & ex d. cap. excommunicamus* §. *credentes, & ex d. cap. quicumque hoc tit. in* 6. de qua re, optime Valdellus in Theologia morali *tom.* 2. *lib.* 1. *diſp.* 12. *num.* 1. cuius ſententiam ſub diſtinctione refert idem Diana, & inſuper Henriquez, & Caſtro Palao hoc extendunt ad fautores, & defenſores. † Ego inquam conſiderans aliud contingere in prouinciis vbi pullulant hæreſes aliud apud nos crederem hæreticos formales ſi de eorum hæreſi conſtet publicè, etſi denunciati non ſint non fore ſepeliendos in loco ſacro, etſi vt ait Baldellus in alio profano veleant, ad quæ adiunges quæ adduxi *in alleg. fiſcal. p.* 2. *allegat.* 11. *de ſepultura apud nos hominibus de Olanda*, hic applicandum, tamen reſpectu fautorum defenſorum receptatorum,

(Right margin numbers: 26 at "Ad vltimam", 27 at "† Tamen idem Diana", 28 at "† Ego inquam")

torum, & credentium hæreticis dum tantum vt ſuſpecti de hæreſi puniunrur aliquando mirius in eiſdemmer pœnis in quibus acrius ipſi hætetici formales; vt priuentur ſepultura Eccleſiaſtica neceſſaria quidem eſſet denunciatio de qua iam diximus num. præced. cum Scortia ex Bulla Innocent. IV. & Greg. IX. cætera leges apud Dianam.

29 Hinc eſt vt breuiter adiiciamus nonnulla circa alias pœnas in quibus incurrant fautores, defenſores, receptatores, & credentes hæreticorum, quæ cum iam aſſignatæ ſunt *ſub hac quaſt. verſ. ad ſecundam ex d. Bulla Innocent. IV. Grég. IX. aliorumque Pontificum* referantque DD. *ſub d. cap. excommunicamus hoc titul.* ac nonnulla dixiſſem *ſub allegat. fiſcal. in 1. & 2. parte:* ideo te remitto ad doctores iam relatos, & ad Pegnam *p. 2. in direct. comment. 76. verſ. receptatores*, vbi de pœnis receptantium, *& comment. 77. verſ. & debent abiurare*, vbi de pœnis defenſoris, *& comment. 78. verſ. & duodecim*, magnas: vbi de pœnis fauentium hæreticis, *& comment. 79. verſ. ad dubium eſt*, vbi de pœnis impedientium ſanctum officium, de quibus etiam ſigillatim, & cum infinitis idem Farin. *q. 182. ſub ſuis §§.* omnino legendus Leonard. Duard. ad Bullam Cœnæ Domini *lib. 2. can. 1. quæſt. 27.* vbi de pœnis credentium, vbi *quaſt. 33.* per rotam de pœnis receptatorum fautorum, & defendentium hæreticorum Sanctarel. *de hæreſi cap. 11. & cap. 12.* de quibus & nos agemus cum de pœnis contra hæreticos formales agamus infra ſub *d. cap. excommunicamus 1. & 2.*

QVÆSTIO VI.

An fautores, defenſores, receptatores, & credentes hæreticorum ſint pœna abiurationis puniendi ſicut hæretici, & ſub quo temperamento, quid de tortura. In hæreticorum fautores, & defenſores, receptatores, &c. incurrant irregularitatem ſicut hæretici ipſi. Vbi quid de filiis hæreticorum, & fautorum, &c. remiſſiuè, & qualiter confeſſarij ſe cum illis gerere debeant in foro pœnitentiali.

SVMMARIVM.

1. *Abiurare fautores, receptatores, defenſores hæreticorum generaliter tantum tenentur deteſtando omnem hæreſim, cuius ſuſpicionem contraxerint, in ſpecie, & formaliter, quando inuenti ſint vna cum hæreticis conſentire in erroribus, vt num. 2. & 3. & ſub n. 4.*
4. *Tortura fautoribus, quando infligatur interrogando eos de cauſa fautoriæ ſi vehementer ſuſpecti ſint, vt n. 5.*
6. *Irregularitas non contrahitur à fautoribus, & defenſoribus hæreticorum, niſi eis fauiſſent in hæreſi, vt ſub num. 7. & quid de filiis, & nepotibus eorum, num. 8.*
7. Cap. 2. §. Hæretici lib. 6. de hæreticis.
9. *Confeſſarius vt abſoluat vel moneat fautores, receptatores hæreticorum, de quibus ſe prius debent informare ad ſaluandam Bullam Cœnæ Domini, per quam ſunt excommunicati, & num. 10. vbi de propalando illis grauitatem delictorum fautoria, & num. 11. vbi qua correctione.*
11. *Saul à Regno fuit priuatus, quia Regi Agag. pepercit.*
12. *Fautores hæreticorum excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini non inquam fautores ſuſpectorum tantum modo.*

AD primam quæſtionis partem, quia 1
iam de pœna abiurationis aliquid dictum eſt hic *ſub quæſt. 1. & 2.* vbi diximus in hoc inquiſitores, debere inſpicere, an ſuſpicio fuerit leuis, ſeu vehemens pro qualitare circonſtanriatum, & indiciorum: quare vt diffiuiret Franc. Pegna *in direct. p. 2. comment. 76. lit. C.* ſicut, qui fautores hæreticorum inueniuntur abiurabunr de vehementi.

Sed idem Pegna *in direct. p. 2. comment.* 2
79. quem ſequuntur Diana *p. 4. tract. 7. reſ. 23. verſ. hoc ſuppoſito*, Duard. in Bulla Cœnæ *lib. 2. can. 1. quaſt. 33. num. 34.* & Carena *de officio inquiſit.* diſtinguentes iuxta verba, quæ Diana refert ex d. Pegna quod ſi fautores hæreticorum in nullam ſpecialem, & particularem hæreſim viſi ſint conſentire nullam in ſpecie abiurare debeant ſatiſque fore ſi in genere dicat ſe fautor deteſtari omnem hæreſim cuius ſuſpicionem faciendo hæreticis eoſdem receptando, aut inquiſitoris officium impediendo contraxerit, indeque vt ſi v. g. præmiſſa tortura viſi ſint potius perſonæ

ſonæ

ſonæ fauere, quam hæreſi tunc ſufficiat
3 adducta generalis abiuratio. † Quod ſi
ſecus ſit, & aliæ coniecturæ concurrant
ex quibus oriatur ſuſpicio ad eum, qui ſe
fautorem exhibuit eoſdem cum hæreti-
co habere errores, vt quia v. g. diſtinctè
ſciat omnis illius hæretici, cui fauet hæ-
reſes, tunc vltra generalem hæreſum ab-
iurationem cogendus ſit omnino talis fau-
tor, etiam ad particulares errores, & hæ-
reſes abiurandas: ſic cum multis Farinac.
legendus de hæreſi *quæſt*.182. *nu*.55. vbi
etiam de iſtorum fautorum abiuratione,
& tortura.
4 Ad ſecundum de tortura, & iuxta
quam interrogationem vt ſic de fauto-
ria clarius appareat quia iam *ſub d. quæſt*.1.
& 2. hic dictum eſt de tortura in illos
ideo nunc breuiter dico cum eodem Pe-
gna *d. comment*.79. *verſ. in hac in verbis ſe-
quentibus*, loquendo cum inquiſitoribus
in hac tamen difficultate, quæ contemnen-
da non eſt cum frequenter accidere po-
teſt (ſcilicet fautoria) hoc amplius cenſeo
obſeruandum vt inquiratur à reo, qui im-
pediuit officium inquiſitionis, vel alicui
hæretico fauet adhibitis etiam tormentis
ſi ita cauſa eius, & conditio poſtulauerit, an
cum eo habeat familiaritatem, & cur ei
faueat: nam ſi auxilium exhibitum in fa-
uorem perſonæ potius quam erroris ten-
dere videatur ſufficiat, vt dictum eſt
generalis abiuratio fautoriæ vel impe-
dimenti; ſecus ſi in hæreſim videatur fa-
uiſſe, vt dictum eſt: quare Carena *de offic.
inquiſit. p.* 2. *tit*.4. §.11. *nu*.87. loquendo de
fautoribus, & omittendo illos, qui leuiter
hæreticis fauent, quibus illud torturæ ge-
nus infligi debet quod datur leuiter ſuſpe-
ctis, de quo ipſe dixit *d. lib*. 2. *ſub tit. de blaſ-
5 phemis, & tit. de ſortileg.* & alibi ſæpè. † Ta-
men quoad eos qui magnopere hæreticis
fauent, & vehementer ſunt ſuſpecti ma-
ximè in caſibus de quibus Concil. Nar-
bon. *cap*.14.15. *&* 16. apud Pegna *comment*.
78. *p*. 1. *verſ. item iam ſi noſce*, dixit quod
iſti tales fautores adhibita tortura diligen-
ter interrogari debent de cauſa cur hære-
ticis fauorem præſtiterunt prout docuit
etiam cum multis Farinac. *d. qu*.182. *nu*.69.
vbi de impedientibus ſanctum officium,
& num.133. *& num*.85. *&* 55. ſicuti etiam
torquendi ſint ſuper complicibus iuxta
ea quæ dixit de tortura ipſe Carena *p*. 3.
& *in d*. 2. *p*. §.19. *tit*. 1. *de hæreſi*.
6 Ad tertiam quæſtionis partem an fau-
tores, defenſores, receptatores, & creden-
tes hæreticorum incurrant in pœnam irre-
gularitatis ſicut hæretici ipſi, & quia de hoc
alibi dixi videamque accerrimè pugnare
inter ſe DD. alios dicentes illam incurrere,
itavt non tantum ab officiis, & beneficiis
obtentis priuentur, ac ab obtinendis ſint
inhabiles inter quos relati ab Auila de cen-
ſuris, & ipſe cum illis, *diſp*.4. *dub*. 2. *concl*.2.
Villalob. *in ſumma tom*.1 *tract*.21. *ſect*. 15. *n*.6.
Ioannes de la Cruz, Conink Præpoſit. Va-
lent. Tolet. & Sanctarel. *tract. de hæreſi c*.25.
dub. 1 *n*.4. qui hoc probat *ex cap*. 2. §. *hæretici
hoc tit. lib*.6. vbi tales dicuntur eſſe inhabi-
les ad beneficium, & officium publicum
declarando quod ſub nomine officij pu-
blicè comprehenduntur non ſolum officia
temporalia, ſed Eccleſiaſtica, & conſequen-
ter etiam ordines, qui pertinent ad offi-
cium publicum, & quod alios Canones ad
ſic probandum refert Diana infra referen-
dus, & hanc probabiliorem ſententiam
eſſe dicit, ac ſequitur Leander de irregular.
diſp.24. *qu*.6. cum Sanchez *lib*. 2. *de Cal. c*.5.
n.7. Suarez de cenſur. *diſp* 43. *ſect*. 2. *n*.5. *in
fine*, Nauarr. Ledeſma. Bonac. Philiberto,
Fagundez, & aliis ex eo nempe: nam pro-
babilius eſt hanc peculiarem irregulari-
tatem *in d. cap*. 2. *hoc tit. lib*.6.
Sed quia Henriquez *lib*.14. *cap*.4. *num*.6. 7
litt. R. ſic verſ irregularitas ex defectu ani-
mæ *num*.2. Gaſpar Hurtado *diſputat*. 1. *de
irregularit. diſput*. 3. *à num*.7. quos videtur
ſequi Caſtrus Palaus *diſput*. 6. *puncto* 19.
§. 61. *num*, 5. Cornejo *in* 3. *p. tract*. 5. *diſp*.8.
dubio vnico quæſt. fin. in fine, & alij exiſti-
mantes prædictos non affici pœna irregu-
laritatis, ſed ſolum illa quæ contrahitur
ex infamia; & ex eo inquam quia ſi ali-
cubi prædicta pœna valet maximè *in
d. cap*. 2. §. *hæretici*, vt contrarij fatentur
tamen quia in eo cap. prædicti ſolum
dicantur inhabiles ad beneficia, & officia
publica ſub quorum nomine non includi-
tur ordo, nec hæc ſententia apertè ex iure
colligatur, vt obſeruat Turrian. *de cenſ. lib*.9.
cap.61. *dub*. 2. ideo ego ex iam dictis *ſub diſt,
hic ſupra in verſ. ad primam, & ſecundam*, &
ex aliis, quos tacitè refert Diana *p*. 4. *tr*.2.
reſ.44. *in fine*, dicentibus vt ſi relati fauto-
res, & cœteri faueant hęreticos formaliter,
ſeu vt tales itavt per hoc foueantur in hæ-
reſi, tunc extendatur irregularitas primæ
ſententię etiam ad ordinem, ſecus inquam
ſic ob amicitiam, vel ob parentelam de
qua ſupra dixi, ac idem Diana agit cum
multis *d. p*. 4. *tr*.7. *reſ*.13. *verſ notandū eſt*, vbi
ex Souſa, Graffio, Zanardo, Chirilando,
Duardo, Scortia, Megala, Lorca *in d. theor*.
Layman. & aliis contra pugnantes reſoluit

titulo ſanguinis, vel amicitiæ fautores, & alios non ob hæreſim, ſed ob perſonam fauiſſe, ſeu auxiliaſſe; ſic colligentes *ex verbis textus in l. 2. ff. de receptatoribus*; vbi loquens de receptatoribus latronum excuſat illos ibi, *eos apud quos affinis, vel cognatus latro conſeruatus eſt, nec abſoluendos, nec ſeuere admodum puniendos: non enim par eſt eorum delictum, & eorum qui nihil ad ſe pertinent latrones recipiunt.*

8 Ad quartam quæſtionis partem, quid quoad prædictam irregularitatem de filiis, & nepotibus hæreticorum, & fautorum, &c. quia ſatis liquet ex his, quæ dixi *in allegat. fiſcal. S. Officij p. 1. ad textum in cap. vergentis hoc titul. ſub alleg.* 38. *&* 39. *& ſub alleg.* 49. ideo ad ibi dicta te remitto, *& ſub allegat.* 40. dum egi de illa *an exigatur ſententia condemnans parentes hæreticos vt filij, & nepotes incurrant pœnas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia.* Applicando aliam ibi circa finem de hæredibus fautorum: vide infra *in præmiſſo c. ad abolendam, ſeq. n.* 15.

9 Ad vltimam quæſtionis partem, qualiter confeſſarij ſe gerere debeant cum fautoribus, defenſoribus, receptatoribus ac credentibus hæreticorum, & vltra quod alibi diximus aliqua dicentur, quæ hic valent applicari; igitur quoad inquiſitum de fautoribus, & aliis reſpondetur primo, quod ſi fautoria, receptio, defenſio, conuerſatio, & credentia in Bulla Cœnæ Domini prohibitæ ſub excommunicationis pœna iunctam habent hæreſim, tunc confeſſarius cum fautoribus, defenſoribus, & credentibus hæreticorum debeat ſe gerere eo modo, quo hic infra dicimus cum hæreticis, ſin autem delicta illa ab hæreſi ſint ſeiuncta illorumque delictorum rei Catholicam ſemper mentem ſe ſe habuiſſe profiteantur, tunc quoniam (licet hæretici non ſint) tamen ſunt excommunicati excommunicatione Bullæ Cœnæ: antequam confeſſarius eos abſoluat diligenter animaduertet an talem habeat facultatem, quia cenſuræ Bullæ Cœnæ Domini Pontifici ſunt reſeruatæ præter quam in articulo mortis, itavt nec Concilium generale, nec collegium Eminentiſſimorum Cardinalium ab eis poſſint abſoluere vt *ex d. Bulla in §. cæterum* DD. agnoſcunt vt Diana *p. 1. tract.* 5. *reſ.* 6. cum multis Tamburin. de iure Abbatum *tom. 2. diſput.* 14. *quæſit.* 15. *& quæſit.* 17.
10 † Igitur confeſſarius ſi agnoſcat habere facultatem debet grauitatem horum delictorum pœnitenti proponere conſiderandam ex illo Paralip. *cap.* 19. *impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia coniungeris: idcirco iram Domini merebis*, tum ex S. Baſilio relato *in cap. qui conſentit* 11. *quæſt.* 3. *ibi ſi quis peccantem defendit acrius quam ille, qui peccauit coerceatur*, tum denique ex diuina horum delictorum punitione, quæ colligitur *ex* 1. *Reg. cap.* 15. † Vbi Dominus Saül Regno 11
priuauit quia Regi Agag. pepercit corriget enim illum mox id eſt vt explicat Nazianzen. *orat.* 26. de moderatione in diſputationibus ſeruanda leuiter, & humanè non vt hoſtis, nec vt durus, aut rigidus medicus adhortetur que vt peccata prædicta in futurum fugiat velut à facie colubri eique tandem pœnitentias, & ſatisfactorias, & præſeruatorias iniungat iuxta regulas in hac materia à Doctoribus traditas, & præſertim à Conink *de ſacram. p. 2. diſputat. 9. de ſatisfact. dub.* 8. Carena alia adducens *de officio inquiſit.* 4. §. 14. † qui *ſub num.* 103. ait cum Puerino alios allegante prædictos fautores hæreticorum excommunicari *in d. Bulla Cœnæ*, non inquam fautores ſuſceptorum tantummodo, qui non erunt ligati memorata cenſura, qui etiam *in d. 2. p. tit. 2.* latè expendit *ſub §. 7. à num.* 45. *ad* 63. qualiter ſe debeat gerere confeſſarius cum hæreticis pœnitentibus negatiuis, & relapſis, vbi leges ad ſaturitatem cum quibus finem impoſuimus textui noſtro in veſpera SS. Petri, & Pauli anni 1666. vtinam in laudem eorum qui primo nos fidem orthodoxam docuerunt.

AD TEXTVM

In Cap. Ad Abolendam IX. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Hæreſis materia cum ſuis pœnis ferè complectit.* cap. ad abolendam.
2. *Hæreſis cognitio de iure ſpectat ad Epiſcopos, vel ad Capitulum ſede vacante.*
3. *Inquiſitores ſententiant hæreticos vna cum Epiſcopo, aut eius vicario diffinitiuè, & cum aliis conſultoribus, nec ad diſcernendum de propoſitionibus, hæreticis niſi*

prius

Digitized by Google

prius ſint examinata à Theologis qualificatoribus.

4. *Anathema, qua puniuntur hæretici, & ſuſpecti* remiſſiuè.
5. *Hæretici quibus pœnis feriantur laconicè, & remiſſiuè, & num.6. qualiter vbi priuatione beneficiorum, vel officiorum etiam*, remiſſiuè.
7. *Clericus hæreticus ante ſententiam declaratoriam non tenetur ad dimittendum, nec ſe ſpoliandum à beneficio.*
8. *Laici hæretici ab inquiſitoribus poſſunt variis pœnis puniri*, remiſſiuè.
9. *Dictiones* continuè vel continuo, *quid ſibi velint in pœnitentia ab hæreticis monſtrando, reſipiſcendo, ad effectum vt non amittant beneficia.*
10. *Dictio* incontinenti, remiſſiuè.
11. *Purgationis pœna olim in vſu fuit multum inter ſuſpectos de hæreſi, hodie non ſic eſt vſus huius remedij.*
12. *Purgare de hæreſis delicto debent ſe perſonæ quarum fama eſt vtilis populo vt ſunt Epiſcopi Sacerdotes prædicatores, non inquam viles, quæ ſunt potius torquendæ.*
13. *Adiutorium quale præſtent poteſtates ſæculi contra hæreticos*, remiſſiuè.
14. *Hæretici ſubiacent Epiſcopo tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato vbi inſinuatur poteſtas ſpecialis inquiſitorum.*
15. *Filij & nepotes hæreticorum quibus pœnis plectantur inſinuatur*, remiſſiuè.

1 TEXTVS iſte quaſi integram de hæreticis materiam, etiam ad praxim ſub eius contextuta comprehendit, ſed quia iam aliqua dicta ſunt ſub Rubrica item, & de præpoſitionibus ibi, *ac ſub cap. cum Chriſtus* 7. & de his quæ ad ſacramenta prima textus noſtri ſint apta ibi: *vniuerſos, qui de ſacramento corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti vel de Baptiſmate, ſeu de peccatorum confeſſione, matrimonio vel reliquis Eccleſiaſticis ſacramentis ſentire edocere non metuunt, quam ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat, &c.* ideo ad ibi dicta præcipuè *ſub quæſtione ſeptima & octaua*, te remittimus.

2 Et ad verba ibi: *& generaliter quoſcumque eadem Romana Eccleſia vel ſinguli Epiſcopi per Diœceſes ſuas cum conſilio clericorum, vel clerici ipſi ſede vacante cum conſilio (ſi oportuerit) vicinorum Epiſcoporum hæreticos iudicauerint vinculo perpetui anathematis innodamus, &c.* Per hæc verba patet cognitionem tum hæreſis tum propoſitionum hæreticarum, contra ſacramenta ſpectare de iure ad Epiſcopos, vel ſede vacante ad clericos, hoc eſt, ad capitulum; quia hoc crimen eſt merè Eccleſiaſticum iuxta ea quæ etiam ſpecialiter dixi *ſub cap. cum non ab homine de iudiciis, quæſtione vigeſima ſexta*, & in aliis, *& in capit. fin. eodem quæſt.* 1. vbi cum egerim per illum etiam *quæſt.*2. an de facto de rei Eccleſiaſticæ iudex laicus ſit competens vbi etiam de cauſa matrimonij, quæ ſacramentalis eſt excepimus crimen hæreſis quod tantum à iudice Eccleſiaſtico, ſiue de iure, ſiue de facto cognoſcitur, & quod capitulum ſede vacante poſſit cognoſcere de crimine hæreſis DD. probant hic per gloſſam *clerici*, vt Hoſtienſ. *numero* 2. *&* 4. Henric. *numero* 4. Panorm. *numero* 1. Barboſa *num.* 22. Sanctarel. *de hæreſi cap.*40. *num.*4. Syluestr. *verb. hæreſis* 2. *num.*2. Molina *de iuſt. tract.*5. *diſput.* 28. *num.*2. *in fine*, quia in non exceptuatis, nec reſeruatis ſedi plenæ in iudicio contentioſo, capitulum ſede vacante cognoſcit, vt cognoſcebat Epiſcopus per multa, quæ adduxi *ad titul. ne ſede vacante aliquid innouetur.*

Et ad verbum dictum *cum Conſilio* iudico applicandam praxim, quæ apud inquiſitionem Hiſpanic. vbi tantum agitur Bullis ſpecialibus Pontificum de hæretica prauitate, nempe vt non ſubintrent inquiſitores ad ſententiandum diffinitiuè contra accuſatos de hæreſi, niſi vna cum Epiſcopo, aut eius vicario, & aliis conſultoribus, nec ad diſcernendum de propoſitionibus hæreticis quin prius examinatæ fuerint à Theologis, Magiſtris, qualificatoribus, de quorum officio hic inſinuabimus, & quoad qualificatores aliquid ad praxim dictum eſt iam *ſupra ſub d. cap. cum Chriſtus quæſtion. fin.* & de pœna Epiſcopi in hæreſi perſequenda dicitur *infra ſub capit. excommunicamus* 1. §. *voluimus fin.* 3

Et quia hic *in dicto verſ. vinculo perpetuo anathemati innodamus*; dicitur de pœna excommunicationis, quam incurrunt iam iudicati de tali crimine, & in hac pœna inquam incurrant, etiam ſuſpecti de hæreſi, vt fautores, receptatores, defenſores, & credentes hæreticorum, &c. *ſupra in cap. ſicut* 8. proximè præcedenti, & inſuper de inſordeſcentibus per annum in excommunicatione qualiter puniantur dicemus *infra ſub d. cap.* 4

excommunicamus: ideo ad ibi dicta te remittimus.

5 Et ibi: *præſertim nihilominus ordinatione ſancimus vt quicumque manifeſtè fuerit in hæreſi deprehenſus ſi clericus eſt, vel cuiuſlibet religionis obumbratione fuſcatus totius Eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudetur, & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico, ſæculari relinquitur arbitrio poteſtatis animaduerſione debita puniendus.* Opportunus eſt locus iſte ad agendum de pœna, qua ſunt feriendi formaliter, ac manifeſtè hæretici, & quia quoad Eccleſiaſticas perſonas in hæreſim incidentes ſit pœna amiſſionis totius prærogatiuæ ordinis Eccleſiaſtici, item & officij, & beneficij ſpoliatione. Ideo ne ſæpius repetatur applicabis, quæ longè adduxi *in allegat. fiſcal. p.* 1. *alleg.* 41. vbi dixi de illa, *an bona clericorum hæreticorum confiſcentur ob hæreſis crimen non ſolum patrimonialia rerum, & omnia alia, quæ dependent à fructibus ſuorum beneficiorum, & cur applicantur, & an ſi hæreticus fuerit Monachus alicuius Eccleſiæ prælatus eius bona confiſcari valeant. Et an bona clerici habentis ſtipendia à pluribus Eccleſiis diuidantur inter ipſas, &c.* & ad maiores pœnas Eccleſiaſticorum adiunges, quæ ibi dixi *alleg.* 51. *an clerici, qui ob crimen hæreſis aliove enormi ad triremes perpetuos inmurationem incarcerationem, aut exilium perpetuum condemnantur veniant prius degradandi realiter, aut verbaliter, ſeu ſufficiant ſola depoſitio, aut ſuſpenſio ab ordinum exercitio, & beneficio, ita vt ſi verberetur à comite triremium nulla incurratur cenſura, etſi conſeruetur eis exemptio fori, & Canonis, aut alterius priuilegij. Et an poſſit clericus poſt lapſum hæreſis poſt pænitentiam, & abiurationem exercere ſuſceptos ordines*, & hoc dictum de degradatione ad dicta verba, *totius Eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudetur*, notant Barboſa *hic nu.* 4. Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 8. *num.* 78. latè Sanctarel. *de hæreſi cap.* 26. *à princ.* Couarr. *pract. cap.* 23. *num.* 2. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *nu.* 54. & 76. Clarius *in praxi crim.* §. *fin. quæſt.* 36. *num.* 35. & alij neotherici poſt Ort. *nu.* 6. Anchar. *num.* 4. Panorm. *num.* 1. & 5. Zabarella *in princ.* Anania *num.* 7. Butr. *num.* 1. Ioan. Andr. *in princ*, hic notant quod clericus degradandus eſt antequam ttadatur curiæ ſæculari.

6 Et ad d. verſ. *& ſic omni beneficio, & officio ſpoliatus Eccleſiaſtico*, quia in diuerſa ſunt opinione DD. quos refert hic Barbuſa *num.* 6. 7. & 8. aliis ſentientibus quod priuatio contingat ipſo iure, nec requiratur ſententia priuatoria, inter quos Rebuffus, Cauarru. Nauarr. Rojas Menoch. Penia, Flamin. Azor Gonzalez, Nicol. Garcia 11. *p. cap.* 10. *à num.* 59. Suarez *de cenſ. diſput.* 43. *ſect.* 1. *num.* 4. & *de fide diſput.* 21. *ſect.* 5. *num.* 20. Thom. Sanchez *in præcepta decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 5. Ricciul. *de iure per lib.* 5. *cap.* 19. *n.* 19. Farin. *de hæreſ. quæſt.* 189. *num.* 77. & Sanctarel. *eodem tract. cap.* 36. *num.* 2. & alij quamuis quod requiratur ſententia priuatoria dixerint Caſtr. *lib.* 2. *de iuſta hæreticorum punit. cap.* 9. & cum eo Simanc. *de Catholicis inſtit. tit.* 46. *num.* 72. & idem Barboſa referat *hic ſub d. num.* 6. hos improbando per illa quæ ipſe dixit *in paſtorali alleg.* 57. *p.* 3. *num.* 3. à priori ſententia non eſſe diſcedendum, quia nimis tecepta eſt; ideo ne ad diſputandum deueniamus leges, quæ adduxi latè *in alleg. fiſcal. p.* 1. *alleg.* 18. *à num.* 1. dum egi de illa quæſtione: *an conficatio impoſita ipſo iure operetur amiſſionem inſtantaneam Domini, & poſſeſſionis*, vbi *num.* 12. dixi quod hæreticus non ipſo iure amittit plenè dominium bonorum, ſed ſecundum quid ſub conditione nempe ſi feratur ſententia, & ibi *num.* 15. quod hæretici remanent poſſeſſures bonorum, nec amouentur ab illis ante ſententiam declaratoriam, & quia *in cap præcedenti ſub q.* 1. *à n.* 1. & ibi *in verſ. quod ſi*, de prædicta probatione ipſo iure ſaltim cum ſententia declaratoria dictum eſt ideo non addimus. 7 † Sed tantum illud quod ante ſententiam declaratoriam criminis non tenetur clericus ad dimittendum beneficium nec ſe ſpoliandum, vt aduertunt plures citati per Ricciul. *d. cap.* 19. *num.* 12. Barboſa hic *ſub d. num.* 8. Sanctarel. *d. cap.* 33. *num.* 9. Suarez *de fide diſput.* 21. *ſect.* 5. *num.* 19. *in verſ. ſæcularis relinquitur arbitrio poteſtatis animaduerſione debita puniendus*, quoad diuerſis pœnis puſſint laici hæretici puniti ab inquiſitoribus, etiam pecuniatiis triremium & fuſtigationum, & quæ requirantur in pœnis imponendis dixi latè *in alleg fiſcal. p.* 1. *alleg.* 40.

8 Et *in verſ. niſi continuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem ſponte recurreret errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi religionis publicè conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere, laicus autem niſi, (prout dictum eſt) abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſæcularis iudicis arbitrio relinquitur debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem*, Barboſa *hic num.* 9. & 10.

& 10. expendit quid ſibi velint dictio *continuo*, aut *continuè*, & *num.* 14. quod ſibi velit *conſeſtim* declarando *ſub d. num.* 1n. quod hæreticus dicitur continuo, & ſponte redire ad effectum vt poſſit beneficia retinere ſi errorem fateatur antequam fiat aliqua probatio contra ipſum, & vt indulgeri ei poſſit maiori, vel minori pœnitentia impoſita, & quod ſi hæreticus redeat poſt ſententiam, vel factas probationes non poſſit obtinere beneficia, quæ obtinebat, nec alia obtinere niſi ex Apoſtolica diſpenſatione ſic cum Ricciulo *d. quaſt.* 19. *num.* 25. & quando dicantur incontinenti, & ſponte redire ſint conſulendi, Abbas *in d. cap. excommunicamus* 1. *ſub num.* 10. *hoc tit.* Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 47. *num.* 7. Farinac. cum aliis *de hæreſi quaſt.* 193. §. 2. ideo ne longos commentarios faciamus poterit exornari ex dictis *alleg.* 44. vbi de illis: *Hæretici comparentes ſponte ad ſe compurgandum coram inquiſitoribus an nihilominus patiantur de iure bonorum confiſcationem. Vel an gratia Principis, vel Domini inquiſitoris generalis, ſeu inquiſitorum tribunalium condonentur iure fiſci Principibus ſæcularibus quæſito à die commiſſi delicti vbi de certa Bulla Iuly Papæ, & an inquiſitoribus liceat bona confiſcata relinquere hæreticis pœnitentibus*, & ibi, *alleg.* 48. vbi egi de illis: *An hæreticus reuerſus ad Catholicam fidem & propterea plenè reſtitutus recuperet bona ſua fiſco incorporata, & an hæreticus in caſibus in quibus recuperat bona confiſcata recuperet etiam iuſpatronatus beneficia, & honores integrè, &c.* & *in d. alleg.* 44. inter alia ibi dicta dixi *ſub num.* 9. *quod hæreticus manifeſtus ſponte comparens antequam teſtificetur meretur remiſſionem confiſcationis carceris, & aliarum pœnarum, & quod tenetur nihilominus errores abiurare publicè, vbi refero quandam* Bullam Iulij III. anni 1554. expediram pro Regno Neapolitano, vbi etiam *n.* 19. *quod condatio facta vt proſit hæretico oportet vt pœniteat, & conſortium hæreticorum abneget*, & *ſub d. alleg.* 48. inter alia *ibi num.* 12. vbi *hæreticus ante ſententiam declaratoriam verè pœnitens qualiter amplius talis non dicatur*, & *ſub num.* 15. 16. *&* 17. quod beneficia vacantia propter hæreſim reſeruantur Papæ; vbi, & *numero* 21. quod regreſſus ad beneficia vacantia propter hæreſim in duobus caſibus conceditur ſine Papa, *& ibi de textu noſtro in verſ. præſenti n.* 18. *&* 21.

10 Et quia illud verb. *continuè* videtur aſſimilari dictioni *incontinenti*, applicabis quæ de hoc dixi *ſub cap. de reſtit. ſpoliatorum*, vbi plenè.

Et ibi *in verſ. qui inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles niſi ad arbitrium Epiſcopi iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerit, ſimili ſententia ſubiaceant, &c.* Et quia ſub *cap. præcedenti* aliquid de ſuſpectis in fine dictum eſt occaſione fautorum, defenſorum, credentium, & receptatorum hæreticorum, qui vt ſuſpecti puniuntur iuxta ibi dicta, vbi aliquid de purgatione Canonica, & purgatione vulgari; nunc ſolùm ex dictis *in alleg. fiſcal. p.* 1. *alleg.* 49. *in verſ. ad tertiam ex num.* 12. vbi egi de illa quæſtione, *an ſi aliquis hæreticus deficit in purgatione puniatur tanquam conuictus ſi probetur delictum tempore, quo teſtes depoſuerunt, vel tempore quo deficit in purgatione.* Vbi pauca dicta ſunt de hoc remedio; quia etſi olim in vſu fuiſſet, nunc non ſic quia periculoſum. † Et quod tantum ſe debeant purgare de delicto hæreſis quorum fama populo Chriſtiano valde neceſſaria eſt provt ſunt Epiſcopi Sacerdotes, prædicatores, & ſimiles, non inquam viles perſonæ quæ ſunt potius torquendæ, vbi *à n.* 13. *ad* 17. alia ſunt dicta pro intellectu *cap. cum inter ſolicitudines, de purgatione Canonica*, & quia de forma compurgationis rei, & coram quibus teſtibus compurgatoribus ſcribit Paulus Garcia *in el orden de proceſſar en el ſancto officio; ex pagina* 70. *ad* 73. ideo alia non addimus. 11 12

Et *in verſ. ſtatuimus inſuper:* vbi agitur de adiutorio præſtando à poteſtatibus ſæcularibus, contra hæreticos, & de pœna ſi excuſantium, & de hoc ſimiliter DD. agant *ſub cap. excommunicamus* 1. §. *moneantur:* ideo ad *ibi* dicta te remitto. 13

Et *ibi in verſ. ſi qui vero fuerint*; vbi quod, etſi aliqui ex reis à lege Diœceſana exempti fuerint: tamen in hæreſis delicto etiam tales ſubiaceant Epiſcopi iudicio tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato, & hac occaſione poſſumus latè agere de ſpeciali poteſtate inquiſitorum cognoſcendi de tali crimine, exceptis Epiſcopis contra quoſcumque priuilegiatos eorum priuilegiis non obſtantibus: ideo leges quæ dico *infrà in d. cap. excommunicamus* §. *fin. hoc tit.* 14

Et quia occaſione textus noſtri, ſub quo vidimus hæreticos Eccleſiaſticos, & laicos diuerſis puniri pœnis nonnulli coniungant per extenſum pœnas, & priuationes quibus, filij, & nepotes hæretico- 15

rum valent etiam puniri nec ſit alius textus, vbi ſpecialiter de pœnis contra filios poſſit agi, niſi *ſub tit. hoc lib. 6. & in clem.* ſuper quibus non ſcribimus, & de iſtis inquam iam ſit dictum per nos, *in 1. p. alleg. fiſcal.* ideo referendo quæſtiones proprias materiam intelliges circa filios, & nepotes; ibi, *ſub allegat.* 35. proprius, *ſub alleg.* 37. 38. 39. & *alleg.* 49. & *ſub alleg.* 58. vbi de illa, *an filij defunctorum, alijve hæredes ex crimine defuncti teneantur, &c.* & ibi, *ſub alleg.* 20. *an filij condemnatorum præferantur, fiſco in pœnis parentibus inflictis*, ſub quibus ad ſaturitatem offendes.

QVÆSTIO I.

Relapſi an verè dicantur, qui poſt abiuratam hæreſim in illam deprehenſi ſint recidiſſe. Et num tales ſæculari iudicio ſine vlla penitus audientia ſint relinquendi quantumuis pœniteant. Vbi quæ requirantur ad hoc vt quis dicatur de hæreſi ſuſpectus, leuiter, vehementer, aut vehementiſſime: Et an abiuratio fiat non ſolum ab hæretico formali, ſed etiam à ſuſpecto etiam leuiter: Et à quibus valeat abiuratio recipi: vbi de aliis.

SVMMARIVM.

1 *Relapſi, etſi in concernentibus animam admittantur ad pœnitentiam: tamen traditis ſæculari iudicio non remittitur confiſcatio bonorum.*

2 *Relapſi ex quibus tales appareant, exemplificatur.*

3 *Relapſi hæretici dicuntur, qui poſt quam hæreſim abiurauerunt pœnitentes iterum in ea relabuntur, & aliis mediis expeditur exemplis num. 4. vbi de vehementer ſuſpectis qui illam abiurauerunt, & num. 26. qualiter.*

5 *Relapſi quidam ſunt manifeſti, quidam præſumpti, qui ambo, & ſub num. 6.*

6 *Relapſus fictè eſt qui primo abiurauit de vehementi, & poſtea de hæreſi conuictus eſt non plenè, & concludenter, ſed per vehementem ſuſpicionem.*

7 *Relapſus dicitur qui abiurat vnam, vel plures hæreſes, & poſtea in eis reincidit: exemplificatur: vbi de dicto Cantera num.8.*

9 *Relapſus vt quis verè dicatur debet conſtare de lapſu in hæreſim formalem: vbi quid de ſuſpicione vehemente relapſiæ, num.10. 11. 12.*

10 *Suſpicio vehemens non ſufficit ad damnandum de hæreſi.*

11 *Relapſus non dicitur niſi conſtet de vno lapſu priori vel poſteriori.*

12 *Abiurans de vehementi non dicitur relapſus ex eo quod vehementer de hæreſi ſuſpectus abiuret rite abiuratione, & rectè facta iudicialiter, num.13.*

14 *Relapſus hæreticus non dicitur ex eo quod multo tempore perſeuerauit in hæreſi niſi prius hæreſim in iudicio abiurauerit.*

15 *Hæreticum eſt aſſerere quod non recipiatur pœnitens ſi toto tempore vitæ ad ſenium ſubmerſus fuerit.*

16 *Relapſiæ pœna in nonnonnullis caſibus pro prima vice commiſſis puniuntur hæretici: exemplificatur, & ſub numero 29.*

17 *Schiſma excitantes Domini temporales relapſiæ pœna puniuntur ex Conſtit. Pauli IV. Clement. VIII. & aliorum.*

18 *Relapſi ſæculari iudicio quantumuis pœniteant ſine vlla penitus audientia ſunt relinquendi, num.19.20. & de ratione ſub n.22. & n.28.*

19 *Indulgentia quo ad relapſum non prodeſt niſi quoad pœnam ſpiritualem, ſecus quoad corporalem.*

20 *Receptus ad gremium Eccleſiæ dicitur recipi ad pœnitentiam, qui vero ad ſacramenta, dicitur recipi ad miſericordiam, qui ſi verè pœniteat non denegatur ad ſacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & num.21. de ratione, & num.23. vbi quod Euchariſtia non miniſtratur illi.*

21 *Eccleſia non claudit gremium volentibus ad eam redire quoad ſacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & quid de hoc n. 10.*

23 *Relapſi pœnitentes reincorporantur Eccleſiæ, non tamen reconciliantur, & qualiter fiat reincorporatio.*

24 *Relapſus ſponte pœnitens admittitur ad pœnitentiam; ſi non timeret accuſandus de relapſia, alias ſecus, & ſi arbitrio*

trio iudicis ponat.ſ'egna, *n.* 25.

26 *Relapſus vt quis dicatur num debeat eſſe conuictus de vtroque lapſu.*

27 *Relapſi antequam tradantur curiæ ſæculari ſunt ſæpius monendi ab inquiſitoribus, vt conuertantur, & qua praxi.*

28 *Periculum plus eſt, inſpectando nouam conuerſionem hæretici relapſi, quam in exequendo pœnam.*

29 *Matth.* 18. Dimittendum eſſe pœnitenti veniam ſeptuagies ſepties intelligitur.

30 *Suſpecti de hæreſi leuiter, vehementer, & vehementiſſime, qui dicantur, & quando, exemplificatur variis delictis in fidem, vbi de Epiſcopis, & iudicibus ſæcularibus negligentibus in punitione, & inquiſitione hæreticorum.*

31 *Suſpicionis de hæreſi eſt triplex præſumptio leuis, grauis, vehemens, grauiſſima, vehementiſſima, & violenta: vbi de ſingulis exempla, & n* 32.

33 *Suſpecti vehementer, ſeu violenter de hæreſi pœnis extraordinariis puniuntur attenta qualitate delicti, & circumſtantiarum, & perſona delinquentis.*

34 *Hæreſis crimen non dicitur ſufficienter probatum ex vehementi ſuſpicione.*

35 *Suſpectus vehementer de hæreſi poſt mortem non inquiritur, qualiterque ſit interrogandus, & torquendus viuus ſuper intentione.*

36 *Suſpectus vt quis dicatur vehementer, de hæreſi non ſufficit vt ſit denunciatus in ſancto officio niſi inſuper delictum plene probatum ſit.*

37 *Probata nondum æquiparantur dubiis, & incertis.*

38 *Præſumptio vna ex alia præſumptione non infertur, ſed ex reprobata quod aiunt ex præſumpto, non inferri præſumptionem exemplificatur.*

39 *Relapſus non dicitur, qui primo de leui abiurauit, quamuis poſt huiuſmodi ab iurationem de hæreſi fuiſſet conuictus, & ſic multo minus, qui poſtea de leui ſit ſuſpectus.*

40 *Suſpectus de hæreſi leuiter probatus, ac proinde de leui abiurans poteſt condemnari in pœnitentiis ſalutaribus, pecuniariis, ſeu carceris ad tempus habita ratione perſonæ, & delicti.*

41 *Abiuratio eſt*, ſolemnis hæreſis deteſtatio cum aſſertione catholicæ veritatis, *&c. & aliter diffinitur, n.*42.43.44.

42 *Abiurantes antequam Eccleſiæ reconcilientur debent non ſolum damnare, & abiurare hæreſim, quam tenuerunt, ſed etiam debent confiteri catholicam fidem veram eſſe.*

43 *Abiuratio eſt*, retractio propriorum errorum cum iuramento facta.

45 *Abiuratio hæreſis debet fieri publicè, & in loco publico coram inquiſitore Epiſcopo, ſeu eius vicario ſedentibus in loco maiorum, & aliter non valeat, & in diebus feſtiuis num.* 46. *ſi publica eſt hæreſis, n.* 47.

47 *Hæreſis publica quando dicatur, vt abiuratio publicè fiat, & n* 50.

48 *Abiurare publicè non debet qui ſponte antequam ſit accuſatus vel inquiſitus adiit inquiſitores, & pœnitens ex corde ſatetur ſuum errorem paratus corrigi, & num.*50.

49 *Abiurare publicè de hæreſi ſuſpectus leuiter non debet niſi publice eſſet ſuſpectus, alias ſecrete, in quo loco.*

50 *Hæreticus manifeſtus manifeſtè debet abiurare.*

51 *Abiuratio ſolet fieri poſt publicatas ſententias, quæ illis leguntur ſtatim, vt abiurent ſine mora in eodem actu.*

52 *Hæreticus negatiuus conuictus, & ſi paratus ſit corrigi non admittitur ad abiurandum qui eſt relaxandus brachio ſæculari.*

53 *Suſpecto etiam leuiter indicitur pœna excommunicationis in qua ſi per annum ſtat conſtituitur hæreticus formalis.*

54 *Abſolutio poſt abiurationem factam indulgetur reis S. Officii excommunicationis, & n.* 55.

55 *Abſolui ab hæreſi nemo debet niſi procuret reconciliationem, quæ fit per abiurationem.*

PER verba textus hic, *in verſ. Illos* 1
quoque, qui poſt abiurationem præfati erroris, vel poſtquam ſe, vt diximus, proprii antiſtitis examinatione purgauerint deprehenſi fuiſſent in abiuratam hæreſim recidiſſe ſæculari iudicio, ſine vlla penitus audientia relinquimus, relinquendos. Et occaſione horum verborum de hæreticis relapſis, poſſumus abunde agere, & *in allegat. fiſcal. p.* 1. *alleg.*48. *num.*7. breuiter dixerim quod quamuis relapſus in concernentibus animam admittatur ad pœnitentiam, *ex cap. ſuper eo, hoc tit. lib.*6. Tamen ei qui traditur curiæ ſæculari non remittitur confiſcatio bonorum per Gloſſam, *hic verb. ad audientiam, verſ. ſed ſi audientia*

dent

denegatur : vbi Hort. Butr. Baic. & alij,
& breuiter, *ſub cap.* 1. *de ſumm. Trinit. & fide cathol. quæſt fin. ex num.* 34. *ad* 37. dixerim ex quibus relapſi tales appareant.
2 † Et primò tale nomen poſſe ſumi pro
eo qui conuictus in iudicio abiurauit,
& iterum incidit; Secundo pro eo, qui
vt vehementer ſuſpectus in eodem iudicio abiurauit, & de nouu labitur: Tertio pro eo qui vna infectus hæreſi coram iudice, ſimpliciter, & generaliter abiurat omnem hæreſim, & deinde incidit in aliam longe diuerſam, quarto, qui damnatus eam abiurat coram iudice, & deinde hæreticos alloquitur, inuiſit, veneratur, cum eis exercet commercia, *ex cap. accuſatus, hoc tit. lib.*6. vbi DD.

3 Iam igitur ad primam difficultatis partem ex textu noſtro dicimus quod quia relapſi dicantur, qui poſt quam vt hæretici pœnitentes hæreſim abiurauerunt iterum in eam reuertuntur, & relabuntur; vel qui poſt abiuratam, vel renunciatam hæreſim reuertuntur in priſtinam hæreſis ſententiam, vt ex textu noſtro deducunt DD. & *ex dict. cap. accuſatus* : vbi Barboſa cum multis, item, & Farinac. *de hæreſi quæſt.*195. §.1. cum Repert. inquiſit. Locato, Simanc. Eymeric. Scbilante, Roias, & Carena, *de offic. inquiſit. p.*2. *tit.*2. §.5. *ex num.* 26. etiam per *dict. cap. accuſatas verſ. eum vero, & verſ. ille quoque*, quod deſumptum eſt, ex conſtit. Alex. IV. quæ incipit,
4 *quod ſuper*, † dicentes ex his iuribus quod
iudicati debet relapſus, qui vel primo abiurauit hæreſim formalem, & poſtea incidit in vehementem ſuſpicionem, vel qui primo abiurauit de vehementi, & poſtea incidit in hæreſim formalem; ſufficit enim vt conſtet ſemel de vno lapſu verè, ſiue ante ſiue poſt, ita Gemin. *in dict. cap. accuſatus*. Grilland. *de hæret. quæſt. vltim. in fine*. Gundiſal. *eodem tract. quæſtione* 20. *num.*5. Locatus, *in iudiciali verb. Relapſus num.* 3. Simanc. *de catholic. inſtit. titulo* 57. *num.*4. *& in enchirid. titulo* 60. *numero* 2. Lucerna, *inquiſit. verb. relapſus nu.*4. Rojas, *de hæretic. p.*2. *aſſert.*41. Pegna, *ad direct. parte* 2. *num.* 64. Alberrin. *de agnoſcend. aſſert. quæſtione* 25. *num.* 25. Alfonſus à Caſtro, *de iuſta hæretic. punit. lib.* 2. *cap.* 2. Zanchin. *de hæretic. cap.* 16. *num.* 3.

5 Item aduertendum eſt quod relapſi
quidam ſunt manifeſti, quidam autem præſumpti; *manifeſti relapſi dicuntur hi de quorum primo, & ſecundo lapſu legitimis probationibus manifeſtè conſtat; Præſumpti dicuntur quorum duplex lapſus non plenè probatur, ſed tamen iuris violenta præſumptione relapſi eſſe cenſentur.* Simanc. *de catholic. inſtitut. titulo* 57. *Rubrica de relapſis.* Farinac. *dict.* §.1. *qu.*195. *n.*2. vbi *num.*3. cum Zancbino, *dict. cap.*16. *num.*2. & 3. & Deciano, *in tractatu criminal. lib.* 5. *cap.* 56. *num.* 1. & 2. addit quod relapſi ſunt in duplici ſpecie, aliqui ſcilicet verè, & aliqui fictè, & quod *verè relapſus dicitur ille qui legitimè confeſſus, aut conuictus abiurauit, deinde iterum de hæreſi conuictus aut confeſſus eſt*, ſic etiam, *numero ſeptimo*, idem Farinacius, cum Locato, Tabiena, & Repert. inquiſit. & quod vt quis verè dicatur relapſus requiritur, vt de primo, & ſecundo lapſu plenè, & concludenter conſtet, † & 6
quod fictè relapſus eſt, qui primo abiurauit de vehementi, & poſtea de hæreſi conuictus non plenè, & concludenter, ſed per vehementem ſuſpicionem, vt vberius, idem Farinac. probauit, *dict.* §.1. *numero* 41. vbi cum multis, & ſic Cæſar. Carena, *de offic. inquiſit. dict. parte* 2. *titulo* 2. §.5. *numero* 28. cum Eymerico, *in direct. p.* 2. *quæſtione* 58. Zanch. *dict. cap.* 16. *num.* 2. Lelio Zecbio, *in ſumma* 1. *parte Rubric. de fide cap.* 11. *de hæreſi numero* 19. Sanct. *de hæreſi cap.* 42. *numero* 1. dixit, † quod 7
ille verè dicitur relapſus qui abiurat vnam vel plures ſpecies hæreſis, & poſtea incidit in eaſdem hæreſes quas prius abiurauerat, & ibi, *num.*29. *ex dict. cap. accuſatus in princ.* cum Eymeric. *dict. quæſtione* 58. *num.*3. vbi Pegna, *verſ. altera.* Farinac. *dict. quæſt.*195. *num.*10. Sanctar. *d. cap.*42. *nu.*6. cum aliis dixerunt dici relapſum de hæreſi iuris fictione, qui abiurauit de vehementi, verbi gratia, articulum de purgatorio vel de puritate Beatæ V. M. & poſtea deprehenditur per confeſſionem, vel probationem teſtium incidiſſe in eaſdem ſpecies hæreſum formaliter, imo Barboſa, *in d. cap. accuſatas*, *nu.*3. poſt Pegnam ad Eymeric. *d.* 2. *p. quæſt.*55. *num.*4. Aloyſio Riccio, *in collect. deciſ. p.*1. *collect.* 123. Maſcardo, *de prob. concl.*863. *à n.*1. Azor. *inſtit. Moral. p.*1. *lib.*8. *cap.*14. *qu.*2. Sanctarel. *de hæreſi cap.*42. & cum citatis in textu noſtro *n.* 15. *cum ſeqq.* probat quod relapſus hæreticus quiſ probatur ex eo quod poſt hæreſim abiuratam in eandem incidiſſe conuictus eſt, & ibi, *n.*2. cum Syluestro, *in ſumma verb. Hæreticus*, 1. *num.*15. Maſcard. *dict. concluſ.*863. *numero* 3. & 4. Delrio, *de diſquiſit. Magic. lib.* 5. *ſect.* 12.

quos

quos refert, & ſequitur Sanctarellus, *de hæreſi dict. cap.* 42. *dubio vnico, numero* 6.
probat quod hæreticus, relapſus dicitur,
qui de vehementi ſuſpicione hæreſis abiurauit, etiam ſi de primo lapſu per plenas probationes non fuerit conuictus,
ſi poſt abiurationem de vehementi in
8 hæreſim incidat, † ſed Cantera quem
refert Carena, vbi ſuprà, *dict.* §.5. *tit.*2.
parte 2. *num.* 31. *verſiculo, & in tota:* dixit quod cum quis abiurat primo de formali, & poſtea de vehementi non ſit dubium, vt verè relapſus dicatur, & quod
tantum eſt dubium, cùm quis primo abiurat de vehementi, & poſtea de formali:
nam tunc ait ipſe Cantera, *in cap.* 1. *n.*58.
hoc tit. credere hunc non eſſe relapſum, ſed
Carena cum Caſtro Palao, & Farin. *dict.*
*qu.*195.*n.*18.*in fine*, teſtantur de praxi Hiſpanica vt in vtroque caſu dicatur relapſus:
legendus idem Farin. *n.*17.*&* 18. vbi quod
contraria ſententia ideſt Canteræ ſeruatur
regulariter apud inquiſitores Italicos, quorum praxim reprobat Carena, itaque Farinacius, *dict.* §.1. *num.*19. cum Gloſſa, *in dict. cap. accuſatus, verb. quadam iuris fictione:*
quod in hæreſim iterum incidens poſt
abiurationem de vehementi non verè
ſed quadam iuris fictione dicatur relapſus: ſic cum Ioann. Monach. ibi, *numero* 2. Archid. *d.* 1. poſt me, *d. in verbo fictione*, Maſcardo, *de probat. dict. concluſ.*863.
num. 3.

9 Vnde pro limitatione infert Cæſar Carena, *dict.*§.5 *num.*34.*&* 35. vt ad id quod
quis relapſus dicatur neceſſario requiritur
quod verè, & realiter conſtet de lapſu in
hæreſim formalem inde eueniat, quod,
qui poſt abiurationem de vehementi
iterum in vehementem hæreſis ſuſpicionem incidit non eſt relapſus, ſic cum
Locato, *in verb. vehemens ſuſpicio*, vbi quod
ita declarauit Pius V. *in Congreg. S Officij*
anno 1567. Sanctarel. *de hæreſi cum aliis*
*dict. cap.*42. *num.*11. quare potuerunt dicere Archidiacon. *in dict. cap. accuſatus, n.*1.
verſ. vehementis, Gemin. *n.*1 *verſ nota*, Franc.
*n.*1.*&* 2. Barboſa, ibi, *num.*4. Ricciul. *de iure*
perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib. 5. *cap.*11.
num. 21. Farinac. *de hæreſi quæſt.* 187. §.3.
*num.*38. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.*100. *num.*11. Simanc. *de cathol. inſtit.*
*tit.*50. *num.* 3. Pariſ. *conſ.*2. *num.*91. *&* 99.
10 *lib.* 4. † Quod ſuſpicio etiam vehemens
non ſufficit ad condemnandum de hæreſi
idem Farinac. cum Ioanne Andrea, *in*
*dict. cap. accuſatus, num.*1. Gemin. ibi, *in* §.*ille*
*num.*3. vbi Franc. qui *d. qu.*195. *ſub nu.*22.

poſtquam † ſcribit vt nec pariter relap- 11
ſus dicatur, niſi prius conſtet de vno lapſu priori vel poſteriori, † & quod ſic ab- 12
iurans de vehementi non dicatur relapſus ex eo quod iterum vehementer de
hæreſi ſuſpectus abiuret; cum iuſtum non
ſit vt quis ſe obliget ad eam pœnam
quam de iure minime ſubire tenetur
præſertim corporalem, & vltimi ſupplicij, ita cum Locato, Rojas, Thomas Triuiſano, Simanc. Pegna Menocbio, & aliis,
& refert Vmbert. Locat. *in iudiciali inquiſit. in verb. vehemens ſuſpicio, numero* 1.
deciſum fuiſſe Romæ Papam Pium V.
de anno 1567. ſic tenuiſſe, & *numero* 2.
quod ex iſtis duabus vehementibus ſuſpicionibus orietur violenta ſuſpicio, vel
vt probat idem Farinac. ibi, *num.* 25.
etiam cum Locato, & Menoch. *de præſumption. lib.* 1. *dict. quæſt.* 100. *num.*14. &
demum, *num.*26. cum Hypolito Riminald.
*in conſ.*686. *à num.*29. *lib.*6. † Addit tunc 13
demum relapſum dici eum qui poſt
abiuratam hæreſim propter vehementem ſuſpicionem iterum in hæreſim labitur quando talis abiuratio rite, & rectè iudicialiter facta fuit ſecus ſimiliter.

Vnde dicendum eſt vt relapſus non 14
dicatur hæreticus, etiam quod multo
tempore in hæreſim perſeuerauerit niſi
prius hæreſim in iudicio abiurauerit idem
Farinac. *dict. quæſt.*195. §.1. *num.*49. cum
Repert. inquiſit. Locato, Schilacen. Simanc.
Pegna, & aliis, Azor, *inſtit. moral. parte* 1.
lib. 8. *cap* 14. *quæſt.* 1. & Oldrad. *conſ.* 271.
num. 1. † propterea dixit hæreticum eſſe 15
aſſerere quod non recipiatur penitens ſi
toto tempore vitæ ſuæ etiam vſque ad
ſenium in hæreſi ſubmerſus fuerit, † ex- 16
cipimus tamen ab hac doctrina relapſiæ plures caſus, propter quos tantum
etiam quod prima vice hæreticus in illos
incidat debet vt relapſus puniri: idem
Farinac. *dict. quæſt.* 195. *num.*13. qui illos
ſpecificauit, ibi, *quæſtione* 193. *num.* 39. vt
audientes confeſſiones non exiſtentes
in ſacris, & abutentes ſacratiſſimo Eccleſiæ altaris ſacramento ex conſtit. Pauli IV. ſub die 20. Maij 1557. & ex
alio decreto eiuſdem Pontificis 17. Februarij, qui etiam, *in ſua conſtitut. incip. cum quorundam*, de anno 1555. refert
alios quinque, primus ſi negauerit Trinitatem, ſecundus, ſi negauerit diuinitatem
Ieſu Chriſti, tertius ſi negauerit conceptionem de ſpiritu ſancto, quartus ſi
negauerit mortem Ieſu-Chriſti, vt nos

redimeret, quintus ſi negauerit virginitatem B. V. M. cuius conſtit. verba refert Franc. Pegna, *in addit. ad Eymeric. in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 58. *comment.* 83. *verſ. penult.* vbi ex alia conſtit. Paul. IV.
17 incip. *cum ex Apoſtolatus*, officio, † de quibus etiam Scortia refert alium caſum quando ſcilicet Magiſtratus quilibet ſeu Domini Eccleſiaſtici, ſeu temporales inciderint in ſchiſma, aut hæreſim, aut ſchiſma excitauerint: de qua etiam fecit mentionem Azor, *inſtit. Moral. p.* 1. *lib.* 8. *quæſt.* 84. *cap.* 14. & quod etiam extet alia conſtit. Clement. VIII. incip. *& ſi alias*, ſub data die 5. Decemb. 1601. quatenus attinet contra celebrantes miſſam, & audientes confeſſionem ſacramentalem ſine ordine presbyteratus: refert idem Farinac. *dict. quæſt.* 193. *num.* 39. *in fine*.

18 Ad ſecundam quæſtionis partem, num tales relapſi ſeculari iudicio ſine vlla pœnitus audientia ſint relinquendi, quantumuis pœniteant, & affirmant vtique doctores per relata verba, *in dict. verſ. illos quoque qui poſt abiurationem*, &c. vbi Gloſſa Abbas, *num.* 3. Hoſtienſ. *num.* 9. *verb. recidiſſe.* Ancharran. *in ſumma*, *& num.* 6. Marian. Socin. *in ſummario.* Felin. poſt *num.* 2. *verſ. nota ſeuerius*, Anania, *in* 7. *ſummario verſ. relapſis audientia denegatur*, Gloſſa, *in cap.* 1. *hoc titulo*, & Barboſa cum multis hic, *num.* 15. cum Azor, Torreblanca, Sanctarelo, Zerola, Penia, Menoch. & aliis cum infinitis Roſela, Campeg. Zanquino, Simanc. Canter. Diaz. Vitalino, Claro, Rojas, Paramo, Deciano, & aliis Farinac. *dict. quæſt.* 195. §. 1. *num.* 5. addens, *num.* 6. cum illis Vmberto, Locato, & aliis, quos etiam refert, *dict. quæſt.* 193. *à num.* 31. quod relapſi traduntur curiæ ſæculari, etiam quod pœnitentes miſericordiam petant vt voluerunt etiam D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 4. vbi Theologi, & præſertim Valentia Alberic. *in* 1. *Manicheos*, *num.* 2. *in fine*, *Codice hoc titulo*, & hoc quantumcunque veniam petant, *ex cap. ſuper eo hoc titulo*, *lib.* 6. in illis verbis, *ſine vlla pœnitus audientia*, vbi gloſſa Gemin. Franch. &
19 alii, quos ſequitur Barboſa, † vbi *numero* 3. 4. 5. *&* 6. vt iam alibi dixi, probat quod indulgentia erga relapſum non proficit, niſi quoad pœnam ſpiritualem,
20 ſecus quoad temporalem, † & quod is qui recipitur ad gremium Eccleſiæ, dicitur recipi ad pœnitentiam, qui verò dicitur recipi ad ſacramenta, dicitur recipi ad miſericordiam, & quod relapſis ſi poſtea pœniteant, & ſigna pœnitentiæ in eis apparuerint manifeſta non ſunt eis deneganda ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, ſic cum Paramo Syluestro, Schilac, & Sanctarelo, & quod abſolutio data relapſo proficit ei in foro pœnitentiæ ad remiſſionem peccati in foro interiori, quæ nihil ſuffragatur foro iudiciali vt dixit Gloſſa, ibi: *verb. deneganda*, *ibi intelligitur in ſalute animæ*, cum aliis Ricciul. *de iure perſ. extra grem. Eccleſiæ exiſtent. lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 36. *&* 37. Thum. Treuiſ. *deciſ.* 36. *p.* 2. *num.* 16. *&* 17.

Itaque licet ex Concilio Tarraconenſe 21 regiſtrato per Pegnam, *in addition. ad Eymericum*, *in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 1. *verſ. dubitatio & verſ. item ſimilitudo*, & *quæſt.* 3. *verſ. perfecti*, relapſum pœnitentem ad pœnitentiam admittat, quia Eccleſia non claudit gremium volentibus ad illam redire, & quia Dominus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertantur, & viuat vt voluiſſe videtur Gloſſa hic, *verſiculo ab audient.* vbi Hort. *numero* 9. *&* 11. Gemin. *in dict. cap. ſuper eo numero quinto*, vbi videtur tenere quod relapſi ad pœnitentiam admittuntur, licet non promoueantur ad ordines, vbi refert Franc. *numero primo, ante finem*, per textum quem allegat, *in cap. illud*, 50. *diſtinct.* Zanchin. *in tractatu de hæreſi cap.* 41. *numero nono*, vbi loquitur de eo, qui poſt abiuratam hæreſim tanquam ſuſpectus in eandem relabitur: tamen verius eſt, vt prima opinio ſit admittenda, & practicanda, quoad pœnam temporalem, quam debet nihilominus pati relapſus. Secunda quoad pœnam corporalem adhuc ei bene miniſtrentur ſacramenta Eccleſiæ videlicet pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, vt per D. Thom. 2. 2. *dict. quæſt.* 11. *art.* 4. vbi propterea dixit relapſos recipi in iudicio Dei, ſicut etiam, & Canoniſtæ probant per verba textus, *in cap. ſuper eo lib.* 6. *hoc titulo, ibi: ſi tamen poſtmodum pœniteant, & pœnitentia ſigna in eis apparuerint manifeſta, nequaquam ſunt humiliter petita ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtia deneganda:* vbi Gloſſa, & cum infinitis Farinac. *dict. quæſt.* 193. §. 1. *num.* 35. quibus addo Carenam ex Concilio Narbonenſe, *cap* 51. de quo Pegna, *comm.* 83. *ad Eymeric. ſub litt. C*, Scortiam ad conſtit. Pontific. *theorem.* 36. *numero ſecundo*, † vbi quod 22 relapſus abſque vlla miſericordia relaxatur brachio ſæculari: nam ſufficit tales per falſam conuerſionem Eccleſiam ſemel

dece

decepiſſe hocque procedere ex textu noſtro ſiue relapſus velit pœnitere, ſiue non; nam ſemper (quidquid olim ſeruaretur) traditur ſæculari brachio, ita tamen vt ſi pœniteat prius ſtranguletur, & poſtea comburatur, ac etiam ad ſacramenta Pœnitentiæ & Eucbariſtiæ admittatur propter quod dixit Cantera, & bene, *in ſuis quæſt. crim. dict. cap. 1. hoc tit. num. 13.*
23 *verſ. ſed certe.* † quod relapſi pœnitentes reincorporantur Eccleſiæ, non tamen reconciliantur addens quod reincorporatio fit per adminiſtrationem ſacramenti pœnitentiæ, quod relapſo conceditur, & quod de conſuetudine Hiſpaniæ inquiſit. talibus relapſis denegatur ſacramentum Eucbariſtiæ propter periculum quod poſſet euenire ex alteratione, quam recipit relaxandus brachio ſæculari, quod videtur explanare iuxta prædictam differentiam; dum ita componit inter recipere relapſum ad pœnitentiam, aut ad miſericordiam, *d. n. 35. verſ. & in propoſito.*

24 Et licet ſecunda opinio poſſet facilius admitti, quando relapſus, antequam fuerit accuſatus vel inquiſitus ſponte ad inquiſitorem venit, & ex corde pœnitens errorem fateatur, & veniam petat, vt tenuit Alfonſus à Caſtro, *in tr. de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 2.* cuius ſententiam magis æquitati inniti quam quod iure probetur contendit Simanc. *de cathol. inſtit. Rub. de relapſis à n. 18.* vbi vtramque ſententiam diſputabilem eſſe ait, ac propterea neutram affirmare audet, & cum Rojas, Locato, Pegna, Deciano, & Paramo docet Farin. *d. qu. 193. n. 36.* vbi, *n. 37.* cum eodem Caſtro, & Paramo declarat non procedere quando relapſus ſciret rumorem eſſe quod erat accuſandus, quod aliquis ſe præparabat ad accuſandum, facileque prævidere poterat ſe probationibus conuincendum; nam tunc non ſponte, ſed timore probationum veniſſe diceretur, & propterea non eſſe admittendum ad pœnitentiam, & miſericordiam.

25 Vnde & ſi Pegna, *ad Eymeric. dict. p. 2. quæſt. 3. in dict. verſ. perfecti vero hæretici*, dixerit ſic relapſos, & pœnitentes ad perpetuam intruſionem condemnandos eſſe, ac ſtatuat voluiſſe Gloſſ. hic, *in verſ. audientia*, iuribus comprobantem, ibi, Hoſtienſ. *num. 9. & 11.* ac Hoſtienſ. hic, *num. 11. poſt verſiculo prima tamen opinio*, dixerit eſſe iudici arbitrarium relapſum hæreticum ad pœnitentiam admittere, vel non admittere, & multo magis hoc erit arbitrium Papæ. Arnald. Albertin. *in repert. cap. 1. de hæretic. num. 6. quæſt. 12. num. 9. ad finem:* quia in Papa omnis pœna eſt arbitraria: ſed reuera ex iam dictis potius eſt vt licet relapſus ad pœnitentiam fori interni admittatur non ſic ad miſericordiam, quin ob eam deſinat tradi iudici ſæculari.

Itaque pro maiori declaratione textus 26 noſtri addo, vt relapſus dicatur, & curiæ ſæculari tradatur non ſolum, qui de vtroque lapſu confeſſus eſt, aut conuictus, ſed etiam quando de primo lapſu non erat aut confeſſus, aut conuictus, per plenas probationes, vt puta qui abiurauerit de vehementi, *iuxta verba dict. cap. accuſatus, in princ.* vt cum infinitis probat idem Farinac. *d. qu. 195. §. 1. n. 14.* quidquid ſecus inaduertenter dixerit Menocb. *de præſumpt. lib. 1. dict. q. 100. n. 11. & 12.* amplians *n. 16.* cum Zanchino, Vmberto, Carrerio, Riminald. Maſcard. Hoſtienſ. Vmberto, Locato, & aliis ex communi DD. quod ſi quis poſt abiurationem reinciderit in hæreſim, qui dicitur relapſus canonice punitur, & curiæ ſæculari traditur etiam quod primus relapſus non fuerit plenè probatus.

Ex his infero quod licet relapſus ad pœnitentiam ſe admitti petat; attamen cum relaxari omnino debeat brachio ſæculari, non eſt admittendus ad abiurationem, ita Cæſar Carena probat, *de offic. inquiſ. dict. cap. 2. p. 2. §. 6. nu. 33* per illa, quæ etiam ipſe notauit, *dict. lib. in tractat. de hæreſi § de abiuratione*, ſicut pariter certum dicit omnia eius bona confiſcari, vt ibi, dixit remiſſiue, & nos latiùs, *ſub dictis alleg. fiſc.*

Pro complemento notandum eſt ad 27 praxim quod relapſi pœnitentes antequam brachio ſæculari tradantur non ſtatim detecta impœnitentia, ſeu relapſia debet inquiſitor tradere eos curiæ ſæculari ſed prius moneri facere, vt ad fidem redeant, ad quod vt vidi Valiſoleti vocantur qualificatores ſæpius, qui cum Reo alloquantur, & conuincat, quia mater Eccleſia nulli gremium omnino claudit cum infinitis, Farinac. *dict. quæſt. 195. §. 1. nu. 52.* Franc. Pegna, *comment. 147.* & antè, *commentar. 45. littera A, verſiculo circa*, & *in Rubrica de decimo modo, terminandi proceſſum, & numero 201. commentar. 46. littera A*, vbi latiſſimè ponit formam & practicam monendi impœnitentes, vt conuertantur antequam curiæ ſæculari tradantur, Vidend. Concil. Vitoten. relatum, per Pegn. ad Concil. Tarraconenſe, *p. 2. commentar. vigeſimo quinto, in verbo hæretici perſeuerantes*, idem Farinac. etiam

*d. quæſt.*195. *num.*15. & cum multis *q.*185. *de hæreſi num.* 217. dicit quod adhuc relapſo antequam curiæ ſæculari tradatur ſunt dandæ defenſiones de qua etiam praxi vidi *in d. inquiſit. Valiſol. & in Conſilio ſupremo.*

28 Quod ſi inquiras cur Ecclesia ſemel tantum indulgeat cum Chriſtus Dominus Matth. 18. dixerit dimittendum eſſe petenti veniam ſeptuagies ſepties, ſed reſpondetur cum D. Thom. 2. 2. *d. quæſt.* 11. *art.*4. & Scortia *in conſtit. Innocent. IV. Epitom.*10. *theorem.*36. *num.*3. quia iure præſumitur priorem conuerſionem fuiſſe falſam, & iterum reuerſurum ad vomitum indeque relapſos vt incorrigibiles damnati vltimo ſupplicio eo quod eſt plus periculi inſpectando nouam conuerſio-
29 nem, quam exequendo pœnam, & † quod dictum Domini 18. pertinet ad indulgentiam in foro animæ, & dimiſſionem iniuriarum non ad executionem pœnæ in foro externo maximè in crimine læſæ maieſtatis diuinæ quale eſt hæreſis, & ob eandem rationem Paul. IV. *in conſtit.*4. voluit pro relapſo etiam haberi eum qui tantum ſemel negat vnitatem diuinitatis diuinarum perſonarum, Trinitatem, Chriſti Diuinitatem, Conceptionem de Spiritu ſancto, mortem in cruce, & perpetuam B.V.M. virginitatem; vt iam proximè diximus, quia qui talia negant pertinaces quidem iudicantur vltimo ſupplicio damnandi, quorum conuerſio eſt deſperanda: iterum de ratione cur relapſi vltimo iudicio, & ſupplicio tradantur explanauit Narbonenſe Concil. *c.*11. *in verbis ſequentibus*, vt refert Scortia ad conſtit. Pauli incipit *cum quorundam* anni 1555. *theorem.* 174. *epitom.* 68. *& illos, qui poſt alienationem erroris ſeu purgationem deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim reincidiſſe ſæculari iudicio ſine vlla penitus audientia relinquatis animaduerſione debita puniendos, cum ſufficiat tales per falſam conuerſionem ſemel Eccleſiam decepiſſe*, & de relapſis Ægidius Trullenc. *in opere morali lib.* 1. *cap.* 3. *dub.*17. *ex num.* 1. vbi quot modis dicatur relapſus, & de pœna relapſi, vt concrematur viuus ſi impœnitens fuerit, ſin autem pœniteat, tunc extranguletur, & mortuus comburatur, *ibi n.*2.

30 Ad tertiam quæſtionis partem, quæ requirantur, vt quis dicatur de hæreſi ſuſpectus leuiter vehementer, aut vehementiſſimè; & ſuppoſito quod ſuſpecti dicuntur fautores, defenſores, receptatores, credentes hæreticorum conſilium eis præſtantes, impedientes ſanctum officium inquiſitionis, vt diximus *ſub cap. ſicut hoc tit.* quibus addimus quod ſuſpecti de hæreſi ſunt, ducens duas vxores, Farinac. *de hæreſi quæſt.*178. *num.*68. vbi *num.*78. *&* 80. an & quando ſit ſuſpectus de hæreſi non confitens peccata ſua ſingulis annis, & ſanctiſſimam Eucbariſtiam non ſumens de quo etiam ibi, *num.*79. & quando comedens carnes in diebus probibitis de quibus iam *ſub d. c. ſicut item*, quod tales ſint libros retinentes hæreticorum, idem Farinac. *quæſt.*180. *num.*8. *&* 9. vbi quod hæc præſumptio aliquando eſt leuis, aliquando vehemens ad incidendam purgationem, & abiurationem, iuxta à nobis dicta *in cap. fraternitat.* 4. *hoc tit.* vbi de aliis circa libros, qui dicuntur ſuſpecti, vel non de quibus Farinac. idem *d. quæſt.*180. *num.*18. 19. 20. 40. 41. 42. *ad* 46. & quod ſuſpecti de hæreſi ſint ſortilegi etiam quod eorum ſortilegia ſint facta ad amorem, & ad tentandam alienam pudicitiam idem Farinac. *quæſt.* 181. *num.*85. item Principes temporales, & gubernatores recuſantes punire, & perſequi hæreticos vt *ex hoc text.* colligitur, item, & Epiſcopi negligentes, de quibus dicimus *in cap. excommunicamus* 1. §. *damnati*, & alibi; item audiens concionem hæreticorum vt dixi *ſub d. cap. ſicut*, vbi de conuerſante cum illis, illoſque viſitante, munera illis mittente, contrahente parentelam, ſeu confederationem Farinac. *quæſt.*182. *& n.*166. & quod talis dicitur apoſtatans à fide vi, vel metu, licet non ſit hæreticus, & apoſtata Religionis *quæſt.*183. *num.*29. *&* 109. & quod ſuſpecti de hæreſi ſint, & fautores, inquiſitores, & Epiſcopi innocentes doloſè inquirentes, vel è contra contra hæreticos negligentes procedere, & teſtes examinare recuſantes in cauſa hæreſis, mulier, quæ ſcienter contraxerit matrimonium cum hæretico; vel omittens denunciare hæreticum, & ſepelientes hæreticos de quibus dixi *ſupra*, videndus Farinac. *ſub quæſt.*186. *num.*148. *quæſt.*188. *numero* 3. *& quæſt.*187. *num.* 67. *quæſt.*192. *num.*49. *&c.*

His ſic præhabitis Laconicè iam ad 31
propoſitum dicimus quod triplex eſt præſumptio, & ſuſpicio leuis, grauis ſeu vehemens, & grauiſſima, ſeu vehementiſſima, & violenta iuxta à nobis dicta de præſumptionibus *ſub cap.*1. *&* 2. *de præſumpt.* de quibus Bordonus *de inquiſit. cap.* 10. *à numero* 15. vbi ponit quindecim vſque *ad num.*31. & ſic quod leuem ſuſpicionem in

Digitized by Google

in materia hæreſis, dico vt ſit illa, quæ oritur ex modicis coniecturis, quæ cum ſit parui momenti, animum iudicis nihil mouet, exemplificatur in illo qui frequenter periurat, qui dicitur tantum leuiter ſuſpectus de hæreſi; Decianus *lib.*5. *cum cap.*35. *num.* 47. Menoch. *lib.* 1. *præſumpt. quæſt.*100. *num.*1. ſecundo perſeuerantia in peccato mortali, quæ arguit, quem de hæreſi ſuſpectum leuiter: Barbatia *num.*19. *de teſtibus*, Board. *ſupra ſub n.*32. Tertiò faciens occulta conuentiuncula, aut deuians à communi conuerſatione fidelium: Ricciul. *de iure perſ. extra grem. Eccl. exiſt lib.....cap.*11. *num.*43. Gerſon. Simanc. & Locato, quam ſuſpicionem potius dici vehementem idem Bard. *ex d.cap. excommunicamus. §. adiicimus.*

32 Vehemens eſt illa, quæ oritur ex verbis, vel factis, ex quibus frequenter, & vt plurimum deducitur eum, qui talia dicit, vel facit eſſe hæreticum, vt eſt communis DD. apud Farinac. legendum *de hæreſi quæſt.*187. §. 3. Souſam *lib.*1. *cap.*10. idem Bord. *num.*36. vbi dicit quod differt à leui, quod vehementem actum frequentem inducat leuem vero raro, vt in ignorantia craſſa ſeu affectata, quæ inducit vehementem ſuſpicionem in eum, qui ignorat ea, quę communiter omnes ſciunt; Simanc. *de Cathol. inſtitut. tit.* 50. *num.*25. Ricciul. *d. lib.*5. *cap.*11. *num.*8. Souſa *lib.*1. *cap.*12. *num.*16. & quod ſic obſeruatio falſarum cæremoniarum inducit vehementem ſuſpicionem vt Ricciul. dicit cum aliis, tamen Bord. dicit hoc exemplum potius ſpectare ad violentiam, ſi benè inſpiciatur *per cap. contra hoc tit. lib.*6. Tertiò incantatores, diuinatores, & aſtrologi iudiciarij ſunt etiam vehementer ſuſpecti, *vt in tit. de ſortilegiis*, diximus, & quod in pluribus caſibus exemplificetur tradit ex multis Farinac. *d. qu.*187. *n.*37.

33 Violenta eſt, quæ oritur ex verbis, vel factis, ex quibus ferè ſemper colligitur quod illa dicens, ſeu faciens, eſt hæreticus præſumptus, & ex eo quod habent neceſſariam connexionem cum hæreſi; Farinac. cum multis *quæſt.* 181. *num.* 45. Souſa *d. lib.*1. *cap.*10. *num.* 7. *lib.* 2. *cap.*25. *num.*15. Ricciul. *d. lib.* 5. *cap.* 11. *num.*24. exemplificantes, & Bord. *d. cap.*10. *nu.*37. Primò, in eo qui tranſit ad ſectam antiquam *ex cap. contra* 13. *hoc tit.* Secundò, fautores, & defenſores hæreticorum *ex d. cap.* iuxta à nobis dicta *ſup. ſub cap. ſicut* Tertiò, publicè aſſerentes propoſitiones hæreticas: Simanc. *tit.* 50. *num.* 26. & qui dicit aſſerendo Chriſtum non eſſe riſibilem, iuxta quæ dixi *in cap. cum Chriſtus hic.* Quartò, adorans idola, & ſimiles actus latriæ illis præſtando iuxta, quæ dixi *ſub Rubrica huius tit.* vbi etiam de ſingulis iſtis aliqua adduxi, & alia circa pœnas in iſtos: idem Bord. legendus *ſub d.cap.*10.

Et ne longè agamus cum ſufficiant dicta hic, & ſub Rubrica, *& in d. cap. ſicut de ſuſpectis*, notabis ad textum noſtrum breuiter, quod quamuis vehementer, ſeu violenter ſuſpecti de hæreſi eſſent puniendi pœnis ordinariis, ac ipſi hæretici *ex text. noſtro, & d.c. excommunicamus §. qui autem infra, c. cum contumelia d.c. accuſatus d.c. contra hoc tit. lib.*6. *de conſuetudine*, tamen puniuntur pœnis extra ordinariis, attenta qualitate delicti, eiuſque grauitate conſtituente reum ſuſpectum de hæreſi, & circunſtantiis perſonæ delinquentis: ſic Bord. *d. cap.* 10. hoc deducens *ex cap. litteras de præſumpt. num.*44. vbi quod quis ex præſumptione quamuis vehementi non eſt condemnandus in crimine hæreſis: Farinac. *de hæreſi quæſt.* 187. §. 3. *num.*38. *ex d. cap. accuſatus*; ibi, *licet antè abiurationem ſuam hæreſis crimen probatum non fuerit contra ipſum*: vbi *gloſſa* 1. Menoch. *ibi nu.*2. Gemin. 1. *& num.*3. Franc. *num* 1. *&* 2. *tertio notab.* communiter dicentes quòd hæreſis crimen non dicitur probatum plenè ex vehementi ſuſpicione, per verba *d. cap. litteras*, ibi: *quocirca mandamus quatenus cum propter ſolam ſuſpicionem quamuis vehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari*, Hoſtienſ. *in d. cap excommunicamus*, ibi: Ioannes Anania *in §. credentes*, Gloſſa *in d. cap. cum contumacia in verb. vehementem*, Archid. *in cap. quicumque hoc tit. in* 6. poſt *num.* 2. idem Farinac. cum Careno, Pegna, Pariſio, Calderino, Repert. inquiſit. Vmberto, Locato, & aliis, aliter videtur ex multis, & per textum noſtrum probare idem Farinac. *d. quæſt.*187. §. 4. *num.*46. cum Boſſio, Pegna, & aliis, Menoch. *de præſumptione lib.*1. *d. quæſt.*100. *num.*15. Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*20. *num.*23. & ex gloſſa *d. cap. cum contumacia.* 34

Additque Bord. quod poſt mortem ſuſpecti de hæreſi vehementer amplius contra illum non proceditur, quia omnis ſuſpicio morte extinguitur Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.*46. *num.*77. cum multis Farinac. *de hæreſi quæſt.*197. *num.*104. Franc. Pegna ad Eymeric. *p.* 3. *comm.*92. Carena *p.* 2. *tit.*19. *num.*7. ſed quod taliter ſuſpectus viuens eſt interrogandus ſuper in- 35

ientione, & quod negans ſit torquendus,
idem Farinac. *quæſt.*197. *num.*57. Zyanard.
*in ſumma decalogi tom.*1. *cap.*94. Genuenſ.
*cap.*68. *praxis Neapolit. num.*8. Bord. *num.*47.
*d. cap.*10. vbi quod perſiſtens in negatiua
ſufficienter tortus elidit præſumptionem
hæreſis, & abiuratione ſe purgando il-
36 lam umnino euacuat. † Item quòd, vt
quis dicatur de hæreſi ſuſpectus non ſuf-
ficit quòd ſit denunciatus in S. officio,
niſi inſuper delictum, ſeu indicium ſit
plenè probatum, & quòd alias denun-
ciatus non poſſit dici de hæreſi ſuſpectus,
quia indicia ſe habent tanquam præmiſ-
ſa ad inferendam concluſionem, quæ
non infertur niſi ex præmiſſis veris, &
37 certis, † & quia nondum probata æqui-
parantur dubiis, & incertis; ex quibus
nihil certum deduci poteſt *cap. in præſen-
tia de prob.* Surdus *deciſ.* 75. *num.* 17. Ma-
38 rius Anton. *lib.*1. *reſolut.*100. *num.*6. † tum
quia ex vna præſumptione non infertur
alia, ſed ex reprobata quod aiunt ex præ-
ſumpto non inferri præſumptionem *l.* 1.
Cod. de dotis primis, Menoch. *lib.*3. *de præ-
ſumptione* 132. Rota *p.* 1. *diuerſ. deciſ.* 800.
*num.*17. quare Farinac. *d. quæſt.*187. *nu.*34.
Souſa *lib.* 2. *cap.*25. *num.*34. Bordon. *nu.*48.
*d. cap.*10. dicunt quod non probatur blaſ-
phemus, ſulicitator in confeſſione ſortile-
gus, &c. nec ſit præſumendus etiam leuis
ſuſpicionis.

39 Cum ergo *ex d. cap. accuſatus verſ. ſi au-
tem leuis*, Barboſa *num* 5. Sanctarel. *de hæ-
reſi cap.*42. *dubio vnico num.*6. *in fine*, Ga-
briel. *conſ.*160. *à num.*13. *lib.* 1. Carrer. *de
hæretic. num.*159. Schil. *de fide Cathol. cap.*31.
*num.*2. Rojas *ſing.* 1. *num.*26. notent quod
relapſus non eſt ille, qui primo de leui
abiurauit, quamuis poſt huiuſmodi ab-
iurationem de hæreſi fuiſſet conuictus.
Et ſic vt multo minùs relapſus dicatur qui
prius abiurauit de leui & poſtea de leui ſit
ſuſpectus videndus Farin. *d. q.*195. §. 1. *n.*24.
40 vbi alia infert. † Non negant tamen Do-
ctores quòd probatus leuiter ſuſpectus de
hæreſi, ac proinde de leui abiurans poſ-
ſit condemnari in pœnitentiis ſalutari-
bus; & etiam pecuniariis, ſeu carceris
ad tempus habita ratione perſonæ, &
delicti perpetrati debet enim huic ſuſpi-
cioni correſpondere pœna lenis *ex cap. non
afferamus* 24. *quæſt.* 1. *cap. felicis* §. *illud de
pœnis*, & quod in Hiſpania puniatur pœ-
nis grauibus fuſtigationis, & triremium
ex traditis à Diana *p.* 4. *tract.*7. *reſ.*4. vi-
dendi ſunt Genuenſ. *d. cap.*68. *numero* 8.
Zaynard. *in ſuo direct. p.* 3. *cap.* 137. qui
praxim leuioris pœnæ approbant, & Bord.
d. cap. 10. *num.*49. vbi refert praxim Italiæ,
& Hiſpaniæ, & quod duæ leues ſuſpicio-
nes faciant vnam vehementem. affir-
mant gloſſa *in cap. tres ſunt* 18. *diſt.* 1. *de
pœnit.* ibi Nauarr. *in materia hæreſis*, Loca-
tus *verbo ſuſpicio*, Simanc. *tit.* 57. *in Rubr.
de relap. num.* 5. Pegna *in cap.* 2. *comment.* 83.
ad Eymeric. Decian. *d. lib.*5. *crimin. cap.*56.
num. 13. cum aliis, Farinac. *d. quæſt.*185.
*num.*22. loquendo de duabus vehemen-
tibus, vnam conſtituentibus violentam,
& numero 24. de leuibus vehementem fa-
cientibus.

Ad vltimam partem quæſtionis; an ab- 41
iuratio fiat non ſolùm ab hæretico for-
mali; ſed etiam à ſuſpecto, etiam leui-
ter, & à quibus valeat abiuratio recipi,
& præmittendo breuiter quòd *abiuratio
ſit ſolemnis hæreſis deteſtatio cum aſſertione
Catholicæ veritatis, obligationeque, & pœna
vallata permanendi in fide Chriſtiana, direct.
inquiſit. p.* 3. vbi Pegna *comment.* 40. de quar-
to modo terminandi proceſſum multis
iuribus comprobans Decian. *lib.* 5. *prax.
crim. cap.* 47. *num.* 1. vbi benè declarans
quid ſit abiurare in genere, & afferens
plures ſignificationes in quantum attinet
ad rem hanc, dicit quòd *abiuratio hære-
ſis eſt quando quis pœnitet, & reuerſus ad fi-
dem ſic iubente iudice hæreticos errores quos
tenebat abiurat id eſt iurando promittit ſe
ad eas* nunquam *reuerſurum*, & Ioannes
Rojas *ſing.* 1. *num* 3. *&* 4. vbi quòd *abiu-
rare, aliud non eſt quàm iureiurando aliquid
negare*, Ludouic. Paramo *de origine S. Inqui-
ſit. lib.* 3. *qu.* 4. Rubricâ *de expeditione pro-
ceſſus in cauſis fidei*; & ſic Farinac. proſe-
quutus *de hæreſi quæſt.*194. §. 1. cum Vm-
berto, Locato, Simanc. & alij *à numero* 1.
† ait quod abiurantes antequam Eccle- 42
ſiæ reconcilientur, non ſolùm debent
damnare, & abiurare hæreſim, quam te-
nuerunt; ſed etiam è contra debent con-
fiteri Catholicam fidem veram eſſe; com-
probans ex Epheſina Synodo, & ex Epi-
ſtola Leonis ad Africanos, & benè Si-
manc. *de Catholic. inſtit. Rubric. de abiurat.
tit.* 1. *num.* 4. *&* 7. Bordòn. *de offic. inquiſit.
cap.*11. *de abiuratione*, † vbi *quod abiuratio* 43
*eſt recautio, ſeu retractatio propriorum erro-
rum cum iuramento facta*: de qua fit men-
tio in pluribus iuribus non cum prædicta
vocè *abiurationis*; ſed *confeſſionis* fidei, aut
anathematizationis errorum, *vt in cap. quo-
ties* 8. *cap. donatum* 19. *cap. ſaluberrimus* 20. 1.
quæſt. 7. *cap. ego*, Berengarius 41. *diſt.* 2. *de
conſecr. diſt.* 2. *& ſub nomine abiurationis, in*

textu

Digitized by Google

textu noſtro, *& in d. cap. ſuper eo d. cap. ac-*
44 *cuſatus cap.* vt officium *hoc tit. lib.6.*† & ſic DD. concludunt communiter, *vt abiuratio ſit ſolemnis deteſtatio hæreſum iuramento firmata cum confeſſione Catholicæ fidei*, *& promiſſione permanendi in eadem fide*, *& nunquam incidendi in errores abiuratos*, *facta de præcepto inquiſitoris*, *& coram ipſo*, *& vicario Epiſcopi*, *teſtibus præſentibus*, & præter relatos Souſa *lib. 2. cap.40. num. 1.* Carena *de offic. inquiſit. p. 3. tit. 12.* Bordon. *d. nu.1. c.10.* vbi dicit dictam abiurationem componi ex quinque actibus.

45 Et quod abiuratio hæreſis debeat fieri publicè, & in loco publico probant communiter DD. antiqui, & moderni per textum noſtrum *in §. præterea, verb. publicè:* Farinac. *vbi ſuprà* cum infinitis *numero* 3. Riminal. *conſ 686. à num.25. lib.6.* vbi pluribus probat abiurationem eſſe faciendam publicè coram inquiſitore, vel Epiſcopo, ſeu eius vicario, ſedentibus in loco maiorum, vbi talia fieri conſueuerunt, non autem priuatim, & in ſecreto loco, & quod aliter facta abiuratio non valeat, Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu* 372. *à num.1.* vbi reſpondet contrariis loquens de hæretico publico, & qui publicè hæreſim profeſſus, plures ſcandalizauit, quod non eſt excuſum niſi ex magna cauſa, vt dixit Delrius *in diſquiſ. Magic. lib.5. ſect.12. verſ. & hæc abiuratio*; & addit Farinac. *ſuper num.4.* vt non ſolum debeat fieri publicè.

46 † Sed & in diebus feſtiuis, in quibus expedit multitudinem populi congregari facilius ad videndum reorum cruciatus, & pœnas, vt inde diſcant homines timere, & à malo committendo longè repellantur.

47 Sed quod abiuratio non fiat in loco publico quando hæreſis non fuit publicè commiſſa, ſi delictum nempè per ſe commiſſum fuerit ſecrerè abſque vllo actu exteriori hæreſim denotante ſecus ſi per accidens fuit ſecretum, vt puta quando non ſolùm voce, aut opere hæreticos actus exercuit, aut hæreticales protulit propoſitiones, licèt actus non probentur; quia tunc publicè debet fieri abiuratio, Rojas *de hæretic. p. 2. à num.272. aſſertione 27. & 28.* Farin. *vbi ſuprà n.6. & 7.* vbi probat hoc procedere ſi ſcandalum ortum ſit, ſecus ſi nullum adſit:
48 nam tunc ſecreto abiuratio ſufficit, † & ſic *num.8. 9. & 10.* eum Locato, Decciano, Zechio, & aliis addit quod publicè abiurare non debet, qui ſponte antequam ſit accuſatus, vel inquiſitus inquiſitores adit, & pœnitens ex corde ſuum fatetur errorem, & paratus eſt corrigi.

Vnde quod nec leuiter de hæreſi ſuſpectus debet abiurare publicè, niſi ſuſpectus foret: nam tunc in Eccleſia debebit facere abiurationem publicè alias ſi ſecrerè tantum in palatio Epiſcopi, vel monaſterio, vel in Camera Epiſcopi, aut inquiſitoris: Ita Eymeric. *in direct. inquiſ. p. 3. Rubrica quarto modo terminandi proceſſum fidei per abiurationem de leui*; vbi Franc. Pegna *in addit. comm.40. verſ. præterea differunt*: vbi benè declarat an, & quando propter leuem ſuſpicionem abiuratio non publicè facienda ſit, & concludit priuatim in adiutorio inquiſitorum fieri debere ſecundùm veriorem, & receptiorem ſententiam, licèt olim acrius idem Farinac. *ſuprà nu.10.* cum Simanc. & Rojas *ſing. 1. num.26.* Genuenſ. *in praxi*, Archiepiſcop. Neapolit. *cap 48. num.14.* Scaccia *de iudiciis cap.59. num.10.* Carena *de offic. inquiſit. tit. 13. num.28. §. 6.* legendus per totum, vbi *num.14.* dicit quod abiuratio de vehementi regulariter fieri debet publicè ſic practicari dicens inquiſitoribus noſtris, & Italiæ probans ex Paulo, Garcia de modo proceſſandi in ſancto Officio *fol. 35. à tergo*, vbi ſic legitur: *le mandamos abiurar y que abiure publicamente los errores de vehementi*, legendus toto illo *tit.3. p.3.* vbi *§. 1. quid ſit abiuratio, & §. 2. quam antiquà ſit*, *§. 3. quotuplex*, *§. 4. an ſit pœna*, *§. 5. qualis probatio requiratur*, *§. 6.* an fieri debeat publicè, vel ſecretè benè diſtinguens, etiam cum Barboſa, Deciano, Guidone, & aliis; & an in ſcriptis, ibi *§.7. & §. 8.* quid continere debeat, *& §. 9.* quinam teneantur abiurare, reſoluens ex Concil. Toloſano *cap.11.* & Concilio Viterenſe *cap.31.* quod omnes maiores 14. annor. ſi viri ſint fœminæ 12. & hæc recolligit Bordon. legendus *ſub d. cap.11.* vbi *num.13.* ponit actus, quos continet abiuratio hæreſis, & ibi *à num.15.* quod nullus excuſatur abiurare niſi ſit doli capax nec etiam imperator.

Et quia à præfatis omnia per extenſum ſunt dicta de abiuratione, & ab eis relatis: ideo concludo breuiter cum Barboſa hoc, & aliis per eum *à num.11. verſ. publicè*, manifeſtum hæreticum manifeſtè abiurare debere, & quod ille qui antequam ſit accuſatus, vel inquiſitus ſponte ad inquiſitores adit modo iam dictu non ſit publicè, ſicut nec debet de hæreſi publicè, abiurare, qui de hæreſi fuit leuiter ſuſpectus, qui etſi ſecrerè abiuret, 50

abiuret, in tribunali debet fieri coram paucis perſonis; & cum dicat varias eſſe formas abiurationis in iure provt cuiuſcumque criminis natura poſtulat, vna præſcribitur *in d. cap. ego Berengarius de conſecr. diſt.* aliaſque referunt Pegna, Zanchinus, Albertin. Rojas, Turrecremata, & alij, quos referunt proximè citati *num. præced.*

51 Et ſic quia ſolet abiuratio fieri poſt pronunciatas ſententias reorum: ideo ſine mora, & in eodem actu qui abiurant de vehementi illis legitur formula, ſecundum quam abiurant iuxta formularium ſcriptum ab eodem Paulo Garcia *fol.* 38. *vbi de abiuratione de vehementi, & ibi fol.* 39. de abiuratione de leui, qui ſtilus obſeruatur in noſtra inquiſitione Hiſpanica.

52 Vnde iam pro complemento notabis alii inquam omiſſis, quòd ſi ſumus in delicto hæreſis formalis, in eoque caſu reus ſit de hæreſi conuictus, ſed eam ipſe neget quamuis paratus ſit abiurare vtique tunc vti negatiuus ſit relaxandus brachio ſæculari, ex doctrina *textus noſtri*, Eymeric. *in duodecimo modo terminandi proceſſum in cauſis fidei num.*107. vbi latiſſimè Pegna *integro comm.*48. Farinac. *de hæreſi quæſt.*187. *num.*20. *& quæſt.* 196. *num.*16. cum multis Souſa *in aphoriſmo lib.* 1. *c.*48. Caſtro-Palao *in opere morali* 1. *p. tractat.*4. *diſputat.* 3. *punct.* 3. *num.* 5. Carena *d.* 3. *p. titul.* 13. *num.* 15. & alij quos ipſe allegat *in* 2. *p. tit.* 1. *§. de hæretico negatiuo*, & per textum noſtrum Bordon. *d. cap.*11. *n.*19.

53 † vbi addit quod ſuſpecto etiam leuiter indiciiur ſub pœna excommunicationis in qua ſi per annum permanſerit traditur eidem curiæ puniendus, quia per hanc contumaciam, & obſtinationem ſe conſtituit hæreticum formalem nolens profiteri fidem in caſu, qui tenetur, & hæreſim deteſtari quod debet ſic hanc doctrinam confirmans *ex cap. cum contumacia hoc tit. lib.*6. & dico *infra in cap. excommunicamus* 1. §. 2.

54 Et ad prædictam abiurationem faciendam per reum eſt cuiliber eorum ſi ſeparatim abiuret, aut omnibus ſi ſimul ſunt indulgenda abſolutio poſt abiurationem factam non antea; quia, etſi Scaccia dicat vt prius ſit abſoluendus *de ſent. & re iudicata*, Gloſſa 14. *quæſt.*7. *numer.*178. tamen Cæſar Carena *d. p.* 3. *tit.* 13. *n.*46. & Bordon. *d. cap.*11. *n.*17. docent abſolutionem ab excommunicatione dandam eſſe poſt, quia ſicut in naturalibus ita, & in moralibus forma non applicatur materiæ, & ſubiecto niſi benè diſpoſito ſic reus hæreticus non adhuc vltimo, & benè diſpoſitus appareat, niſi peracta ſententia, & abiuratione: ideo non ante abiuratam hæreſim, vel ſuſpicionem illius ſit ab excommunicatione incurſa per hæreſim abſoluendus, † non enim abſolutio confertur pœnitenti niſi rectè diſpoſito qui talis cenſetur per abiurationem, & quia nullus ab hæreſi abſoluendus eſt niſi procuret reconciliationem, quæ fit per abiurationem, & hanc praxim ſeruari in inquiſitionibus Italiæ, dixit P. Maſſim in forma ſententiæ contra hæreticum pœnitentem, & in omnibus noſtris inquiſitionibus Hiſpan. teſtatur idem Carena ex D. Paulo Garcia *vbi ſuprà*, & *ibi, y fecha ladicha abiuration mandamos abſoluer y abſoluemos al dicho fulano de qualquier ſentencia de excommunion*; aliqua alia dicimus *in ſeq. quæſt.* 55

QVÆSTIO II.

An relapſus etiam dicatur, qui poſtquam abiurauit certam, aut certas ſpecies hæreſis deinde in diuerſam aliam, ſeu diuerſas incidit. Vbi qualiter abiuratio fiat, vt ſic diſpoſitus reus abſolutionem mereatur, & an dicatur relapſus qui poſtquam abiurauit ſchiſma iterum labitur in hæreſim. Quid de ſortilego qui abiurauit propter dæmonum inuocationem, & an relapſus dicatur qui poſt purgationem incidit iterum in hæreſim. Quid de illo, qui poſt abiuratam hæreſim hæreticum receptauit, vel defendit, & quid de relapſo in fautoriam poſt abiuratam aliam.

SVMMARIVM.

1. *Relapſus in aduerſam ſpeciem, ſeu ſpecies hæreſis dicitur etiam relapſus in hæreſim ſecundum iuris interpretationem, num.*1.
2. *Abiuratio formalis de hæreſi generalis comprehendens diuerſas alias ſpecies iuris*

iuris præſumptione dicatur relapſus, vt num. 3.

3. *Relapſus iuris præſumptione dicitur abiurans hæreſim, ſiue primò inciderit in hæreſim, quam abiurauit formaliter, vel ſi antea abiurauit aliam diuerſam de vehementi, & quod non admittitur probatio in contrarium, num.*4. *vbi de praxi Inquiſitionis.*

5. *Abiuratio à reo inquiſitionis publica, aut ſecreta ſit coram inquiſitore.*

6. *Schiſmatis abiurati relapſia facit reum relapſum.*

7. *Sortilegij abiurati facit ſortilegum relapſum ſi habendo errorem in intellectu quod v. g. dæmon poteſt cogere liberam hominum voluntatem ſi abiuratio fuit formalis, ſecus ſi tantum abiurauit de vehementi prima, aut ſecunda vice, & innocatio ſapiat hæreſim manifeſtam, ſecus ſi non ſapiat, vt num.*8.*&* 9.

9. *Relapſia in ſortilegio confeſſo, aut conuicto punitur vt hæreſis non ſi per vehementem ſuſpicionem.*

10. *Sortilegia hæreſim non ſapientia manifeſtè ab inquiſitoribus non puniuntur, & n.*11. *qui de illis ſcribant.*

11. *Diuinationum materiam, qui ſcribant.*

12. *Relapſus dicitur, qui poſt purgationem incidit in hæreſim, vt ſi abiuratio proceſſiſſet ex æquiparatione abiurationis, & purgationis, ſed quando ſub num.*13. *vbi aliud videtur verius conſtituta differentia inter ambas, & exemplificatur, n.*14.

15. *Relapſus dicitur, qui poſtquam hæreſim abiurauit hæreticum defendit, aſſociat, &c. ſi fuit facta receptatio, etiam vnica ſcienter, numero* 17. *&* 16. *de modis, quibus èxcuſat Cantera, vide num.*18.

18. *Fames non excuſauit quem à relapſia, qui ſe tranſtulit ad alios diuerſæ ſectæ.*

19. *Fautores non dicuntur hæreticorum illi, qui hæretico in extrema neceſſitate ob Dei amorem eleemoſynam præſtant non vt illi in hæreſi faueant.*

20. *Relapſus apparet ille, qui quamuis ſolum abiurauit ſuſpicionem de hæreſi leuiter, vel vehementer, deinde conſtat, quod primum delictum fuit hæreſis formalis.*

21. *Relapſiæ pœna non puniuntur fautores, & receptatores, ſiue impedientes abiuratam poſt primam fautoriam niſi ex multiplici repetitione aliud videretur.*

AD primam quæſtionis partem reſpondent communiter DD. vt non ſolum relapſus dicatur is qui relabitur in eamdem ſpeciem hæreſis, quam prius abiurauit vt iam *ex textu noſtro in §.illos quoque* dictum eſt *ſub q.* 1.hic,ſed etiamſi relabatur in diuerſam hæreſis ſpeciem *repert.inquiſ.in verb.relapſus*, poſt Archid.cuius opinionem validioribus fundamentis fulcitam affirmat, *& in verſ. item ſi poſt abiurationem, & in verſ.aut qui in via hæreſis ſpecie*, Vmbert. Locato *in iudic. inquiſit. verb. relapſi, num.*6. Mandoſ. *in addit. ad repert. inquiſit. verb.abiuratio, litt.S.* Zanchin. *in tract. de hæreſi cap.*16. *num.*2.*verſ.ſed Gloſſa tenet*, vbi quòd hæc opinio tanquam verior eſt tenenda Paul. Chirland. de hæreſi *qu.*10.*n.*9. *verſ.& nota vnum*, Carrer. *eodem tract. num.*133. *in fine verſ. fallit*, Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 55. *n.*13. Franc. Pegna *p.* 3. *ad illum comment.* 45. *litt. C. verſ. quod inciderit num.*169. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *caſu* 374. *n.*1. Petr. Greg. Syntagm. *iuris, lib.*33. *cap.*8. *num.* 6. *verſ. etiamſi in aliam ſpeciem hæreſis incidat.* Ludouic. à Paramo *de orig. S. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 4. *Rubric. de expedit. proceſ. in cauſa fidei n.*5. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.*8. *cap.*14. *quæſt.*1. *in fine:* vbi ſubdit quod relapſus in diuerſam hæreſim dicitur relapſus ſecundum iuris interpretationem, non autem ſecundum proprietatem, & etymologiam vocabuli. 1

Tota difficultas eſt, an ſit neceſſaria abiuratio generalis formalis comprehendens omnes alias diuerſas ſpecies hæreſis præter iam abiuratam, aut abiuratas, & videtur, quod non, vt voluerunt *in cap. accuſatus hoc tit.in* 6. Ioan. Menoch. *n.*3. *verſ. vel dicet n.*4. *&* 5. Archidiac. poſt *num.*2. *verſ ſed quod ſi tantum vnam ſpeciem abiurauit*, Gemin. 4. *num.* per totum, vbi poſt multa hinc inde adducta, hanc probat ſententiam contrariis reſpondens. Franch. *n.*3. Mandos *in addit.ad repert. inquiſit ſup. litt.B.* vbi dicit hanc melioribus rationibus fulcitam veriorem, & communiorem eſſe: Vmbert. Locatus *in iudic.inquiſit.in verb. relapſi n.*6. *verſ. ſit ergo vnicum articulum*, vbi teſtatur de veriore opinione Franc. Pegna *ad Eymeric. in direct. inquiſ. p.*2. *q.*40. *comment.*65. *litt.D. verſ. dicit Archidiaconus & ſeq.* vbi dicit hanc contrariam opinionem præualere licet perſpecta verborum proprietate aliam ſententiam veriorem affirmet Decian. *lib.*5. *cap.*56. *n.*2. legendus tamen. 2

Sed quod ſi aliquis ſimpliciter, & generaliter abiurauerit, tunc habeatur pro relapſo etiam quod incidat in diuerſam 3

Digitized by Google

hæreſis ſpeciem per verba text. *in d. c. accuſatus* §. *cum vero hoc sit. lib. 6. in verbis ibi, cum vero, qui in vna hæreſis ſpecie, vel ſecta commiſit, aut in vno fidei articulo, ſeu Eccleſiæ ſacramento errauit, & poſtmodum hæreſim ſimpliciter, vel generaliter abiurauit, ſi ex tunc in aliam etiam hæreſis ſpeciem, ſiue ſectam, alio articulo, ſeu ſacramento committat, volumus, vt relapſum in hæreſim iudicari*, ſic Gloſ. ibi, *in ſig. caſus in princ. & in fine verſ. nota 2. & in verbo ſimpliciter, & in verbo iudicari*, vbi reſpondet contrariæ opinioni Ioan. Menoch. *n. 3. verſ. item hic errauit in verſ. ſeq.* Archid. poſt *n. 2.* Ioan. Andreas poſt *n. 1. in verbo generaliter*, Gemin. *in ſummario*, item Gloſſa *in* §. *porro de capitul.* Rojas *ſingul.* 172. *n. 3. in fine*, Eymeric. *inquiſ. quæſt.* 40. *n. 5. & qu.* 55. *num.* 13. *verſ. cum vero, & n.* 14. *verſ. ſecundus quando, & quæſt.* 57. *num.* 4. *& p.* 3. *Rubric. de ſeptimo modo terminandi proceſſum num.* 184 Burſ. *conſ.* 7. *num.* 40. *lib.* 1. vbi de magis communi, Farinac. *de hæreſi quæſt.* 195. §. 1. *num.* 42. cum aliis legendus *à n.* 40. cum Schilacen. Simanc. Locato, Tabiena, Roſela, & aliis, & ſic Sanctarel. *de hæreſi c.* 42. *n.* 2. cum aliis Catena *de offic. inquiſ. tit.* 2. §. 5. *num.* 31. ex Eymeric. & Locaro, dicunt quod quando aliquis abiurat hæreſim formaliter, aut de vehementi tantum, & ſucceſſiuè generaliter provt mos eſt abiurat quamcumque aliam hæreſim, vt traditur in formulis impreſſis apud dictos Eymeric. & Locatum: ſi talis poſt abiurationem de formali incidat in vehementem ſuſpicionem cuiuſcumque hæreſis, ſiue ille, qui abiurauit de vehementi incidit in aliam hæreſim formalem tales iuris præſumptione iudicari relapſos.

4 † Et hanc præſumptionem non admittere probationem in contrarium *iuxta c. afferte de præſumpt.* vbi alia plura notabimus cum ſit iuris, & de iure: ita etiam docent hanc vltimam ſententiam Maſcard. *de prob. concl.* 863. Decian. *d. lib. 5. crim. cap.* 56. *n.* 2. *&* 13. *&* 14. cum aliis *in d. c. accuſ.* Barboſa *n.* 6. *&* 7. *& ſub n.* 1. vnde inferunt DD. huius ſententiæ, & referendi ex gloſſa *d. cap. accuſ.* §. *cum verſ. ſimpliciter per verba puto quod ſi abiuraſſet*, quod ſi reus de hæreſi vnam tantum hæreſis ſpeciem abiuraſſet, tunc non habeatur pro relapſo ſi ſic ſpecialiter abiurans in diuerſam hęreſis ſpeciem inciderit, & alia gloſſa *in d.* §. *porro d. c. accuſ.* vbi Ioan. Andr. *nu.* 8. *&* 9. Decian. *d. lib. 5. crim. c.* 47. *n.* 10. *verſ. quod quidem*, Menoch. *conſ.* 82. *à n.* 156. *lib.* 1. vbi pluribus hanc probat ſententiam contrariis reſpondendo Farin. vbi ſupra *d. qu.* 195. §. 1. *n.* 43. Barboſa *in d.* §. *cum num.* 8. cum Farinac. & aliis, & Sanctarelo *d. cap.* 42. *dub. vnico n.* 2. qui & iam hodie dicunt, & Farinac. *n.* 45. vſum, & praxim Tribunal. inquiſit. fore nempe, vt rei cuiuſque hęreſis abiurent generaliter quamcumque aliam ſpeciem hæreſis, & ſic iam fore ſedatam præfatam controuerſiam in praxi: nec contradicit formularium abiurandi poſitum à Paulo Garcia de quo *q.* 1. *f.* 35. *&* 38. vbi videtur abiurare ſpecialiter reus hæreſes commiſſas.

Ad ſecundam partem quæſtionis qualiter abiuratio fiat, vt ſic diſpoſitus reus abſolutionem mereatur; quia facilis eſt reſponſio ex adductis *ſub q.* 1. hic: vbi quando publica; quando vero ſecreta, ideo, & quia etiam Paulus Garcia *d. f.* 33. *&* 38 *in libello*, vulgo *Cartilla*, ponit formulam, qua coram inquiſitore abiurant rei de vehementi, aut de leui, promittendo non reincidere; imò, & perſequi omnes, quos ſciant hæreticos, &c. poſtquam impenditur illis abſolutio: ideo non eget pluribus aliis hæc inquiſitio. 5

Ad tertiam partem quæſtionis breuiter dico quod poſtquam pœnitentes abiurauerunt ſchiſma, ſi iterum reincidant, vt relapſi puniantur ex Anchar. *in c. firmiſſimè*, *n.* 3. *verſ. caueat hoc tit.* vbi Ioan. de Anania *n.* 3. *verſ. caueant tamen:* Farinac. nihil aliud addens de hæreſi *d. qu.* 195. §. 1. *num.* 8. ſed quia latè de ſchiſmate diximus *in ſuo tit. de ſchiſmaticis*, ex quibus colliges qualiter hæc doctrina procedat, & in quibus ſchiſmaticis; ideo ab hac diſputatione ceſſamus. 6

Ad quartam quæſtionis partem quid dicendum ſit de ſortilego, quoad relapſiæ pœnam, poſtquam abiurauit; & reſpondetur quòd qui primò abiurauit ob dæmonũ inuocationem, & poſtea de eadem inuocatione eſt confeſſus, vel conuictus quod ſi prima, vel ſecunda vice abiurauit tanquam hæreticus formalis ſit tunc habendus pro relapſo, vt quia v. g. crediderit dæmones poſſe cogere liberam hominum voluntatem, &c. ſecus, ſi tam prima, quam ſecunda vice abiurauit de vehementi: ita Simanc. *de Catholic. inſtit. tit.* 57. *num.* 9. *& in Enchirid. tit.* 60. *num.* 4. Carena *de offic. inquiſit. d. tit.* 2. *p.* 2. §. 5. *num.* 30. & hanc concluſionem declarat Farinac. *de hæreſi d. q.* 195. *num.* 11. *&* 12. cum Eymeric. Schilacen. Tabiena, & aliis legendus *num.* 9. *&* 10. vt tunc demum procedat, ſi ſic ſortilegus dæmones inuocauerit cum errore mentis, credens ſcilicet eos, ex ſua propria, & actiua poteſtate poſſe facere id quod inuocatur; ſecus ſi ſine errore mentis dæmones inuocet, 7

inuocet, non credens eos poſſe operari id ad quod inuocantur per illa quæ idem Farinac. dixit, *quaſt.* 181. *num.* 71. & in ſpecie *d. num.* 11. vt ſi concordando contraria diſtinxerit Schilacen. *de fide Cathol. cap.* 10. conſentit Pegna poſt alios ad Eymeric. *in direct. p.* 3. *Rubrica de ſignis*, per quæ Necromantici hæretici dignoſcuntur *comment.* 26. *verſ. ſed ſolus lapſus*; vbi ipſe Pegna, & Farinac. cum Tabiena *d. qu.* 195. §. 1. *num.* 12. idem *d. quæſt.* 181. *num.* 81.
8 † etiam declarant, vt tunc demum ſortilegus, & dæmones inuocans relapſus iudicetur ſi ſemel atque iterum dæmones inuocet (vt *ſuprà* inuocauerit) inuocatióque hæreſim ſapiat menifeſtam, ſecus ſi hæreſim non ſapiat, vt puta ad expugnandam mulierum pudicitiam, quia tunc vt relapſus non tradetur curiæ ſæculari.

9 Itaque Simanc. *d. Catholic. inſtit. tit.* 57. *de relapſis num.* 9. *& in enchir. tit.* 60. Rubrica *de relapſis num* 4. à quo non diſſentit Pegna *in addit. ad direct. in relata Rubrica de ſignis, comment.* 26. Farinac. *ſupra d. quæſt.* 195. §. 7. *num.* 6. *&* 7. ampliant prædictam concluſionem, vt ſortilegus dicatur etiam, qui primo loco abiurauerit, non tanquam confeſſus, aut conuictus, ſed de vehementi: nam, & tunc ſi poſtea de eodem lapſu confeſſus, aut conuictus reperiatur curiæ ſæculari ſit tradendus; ſic inquam quando de ſecundo lapſu apparet per ſortilegi confeſſionem, aut legitimam probationem, ſecus ſi non niſi per vehementem ſuſpicionem: non enim dicunt, vt tunc poſſit reputari relapſus & damnari poſſit, neceſſe ſit, vt ſaltem de vno lapſu plenè conſtet: alias quam per vehementem ſuſpicionem, iuxta quæ ſub *d. qu.* 1. dixi.

10 Quare DD *in d. cap. accuſatus hoc tit. per text. ibi in § ſanè*, dixerunt, quod non ſe debent intromittere inquiſitores, nec punire exercentes diuinationes, & ſortilegia niſi manifeſtè ſapiant hæreſim: nam tunc debent illos relinquere puniendos à ſuis iudicibus, ſic multis adductis Barboſa *in d.* §. *ſanè n.* 18. *&* 19. vbi cum Grilland. Eymeric. *p.* 2. *cap.* 41. vbi Pegna *comm.* 67. Simanc. Salcedo, Azeuedo, Riccin, Marta, Azor, Emman. de Valle, Delrius *diſquiſ. Magic. lib.* 5. *ſect.* 2. *ſub verſ. ſeptimo*: Sanchez cum aliis *in præcepta decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 92. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de ſuperſtit. c.* 19. *num.* 11. Farinac. etiam *in praxi crimin.* cum
11 aliis *quæſt.* 20. *à nu.* 79. † de diuinationibus, & ſortilegiis, ſcribunt plures relati etiam à Barboſa *in d.* §. *ſanè num.* 20. *&* 21. de quibus nos latè *in tit. de ſortilegiis*, notat tamen Barboſa cum multis ex gloſſa *in d.* § *ſanè verb ſaperent. & verb. manifeſtè*: quod inuocare dæmones, & eos conſulere, etiam ſine adoratione, & exhibitione honoris, eſt hæreticale, ſortilegium, & quod inquiſitores non poſſunt ſe intromittere ad cognoſcendum, an ſortilegia ſapiant hæreſim manifeſtam, *& in eadem gloſſa verb. puerum*, quod hæreticale eſt ſortilegium, quando aliquis rebaptizatur: de his, & aliis latè *in ſuo tit. infrà*.

Ad quintam quæſtionis partem, an re- 12
lapſus dicatur, qui poſt purgationem incidit iterum in hæreſim, & reſpondetur affirmatiuè per verba text. noſtri, *in d. verſ. illos*: vbi ad relapſiam æquiparat Pontifex abiurationem, & purgationem ab hæreſi, & per verba text. *in c. excommunic.* 1. §. adiicimus, ibi, qui ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, *ex cap. ſuper eo, hoc tit. lib.* 6. quodque ibi qui poſt abiurationem erroris, vel poſtquam ſe purgauerint proprij Antiſtitis examinatione, ſi deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe; ſæculari decernuntur iudicio, & præter antiquos in relatis iuribus: vbi gloſſæ Roſela *in ſum. verb. hæretic. n.* 17. Syluester §. 1. *n.* 15. *& n.* 19. *in fine*, Vmbert. Locatus *in iud. inquiſ verb. ſuſpicio n.* 7. Eymeric. *in direct. inquiſ. p.* 3. *n.* 150. *verſ. nec contendat, in Rubr. de ſecundo modo finiendi proceſſum in cauſa fidei*: vbi Pegna *comm* 38. *lit. E. verſ.* 1. *& ſeq.* Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquiſ. lib.* 3. *q.* 4. Rubrica *de expeditione proceſſus in cauſis fidei*: Sanctarellus cum aliis *de hæreſ, cap.* 42. *n.* 4. Carena *de offic. inquiſit. p.* 2. *tit.* 2. §. 5. *num.* 32. hoc ſic tenentes, quando reincidit in eandem hæreſim.

Et quia dubitant interpretes nunquid 31
doctrina noſtri textus & aliorum iurium procedat etiamſi poſtquam ſe purgauerit ab vna hæreſi, incidit in aliam diuerſam, & videatur quod ſic ex præfata æquiparatione, inter abiuratam hæreſim, & purgatam: Franc. Pegna *in addit. ad Eymer. d. p.* 3. *n.* 150. *in comment.* 38. *lit. E. verſ. primo, & ſeqq.* pluribus comprobando ait in hoc differre, abiurationem hæreſis, iuxta iam dicta *hic*, quòd licèt de illa dictum ſit contra alios iam relatos relapſum in diuerſam ſpeciem hæreſis ab alia, primò abiurata ſimpliciter, & generaliter iuxta veriorem dicatur verè relapſus: tamen non ſic in eo qui ſe purgauit, etiamſi incidiſſet in eandem hæreſis relapſiam, reddens rationem differentiæ de vtroque: ita Ludouic. à Paramo *de orig. S. Inquiſ. lib.* 3. *qu.* 4. *ſup. nu.* 5. Farinac. *de hæreſi qu.* 195. §. 1. *nu.* 30. legendus *à num.* 26.

vbi *num.*29. cum Locato, *verb. ſuſpicio n.*7. Campegio ad Zaynanchin. *de hæret. cap.*17. *litt. A.* Pegna *d. comment.*38. *ad Eymeric. verſ. eodem modo*, *& verſ. ſed quæret iam.* Vbi etiam declarat quando purgatio dicatur indita ex graui, vel leui, qui dicunt tunc demum poſt purgationem in hæreſim reincidendo, dicatur relapſus, ſi purgatio fuerit indicta propter vehementem diffamationem, ſeu ſuſpicionem; ſecus ſi pro leui, licet etiam tunc quando pro leui grauius puniatur, Hieronym. Gabriel. *conſ.*160. *à num.*13. *lib.*1. vbi tamen quod, nec relapſus poſt purgationem grauius punitur, ſi probatio fuit indicta ex non probabili ſuſpicione.

14 Quare poteſt dici quod ſi quis de hæreſi diffamatus ſe purgauerit, & poſtea iterum de alia hæreſi diffamatus ſit, non dicatur verè relapſus ad effectum textus noſtri, vt dictum eſt de abiurato incidente poſt in relapſiam alterius hæreſis, & ſic Vmbertus Locatus *in iudic. inquiſit. verb. relapſi*, *num.*5. *ante finem*, *verſ. eodem modo*, dixit in tali caſu conſulendum eſſe Papam.

15 Et ob id Campegius *in addition. ad Zanchin. de hæreſi d. cap.*17. *litt. A. verſ. & idem dicit*, vt refert Farinac. *d. quæſt.*195. §. 1. *num.*28. *&* 31. vt circa tradendum relapſum poſt purgatam hæreſim ſit Papa conſulendus, imò idem Campegius remittendo ſe ad Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 3. *quæſt.* 58. *in fine verſ. & eodem modo ſi quis diffamatus*, admittit poſſe declarari ab inquiſitore, cuius arbitrio remittitur, & leges Decian. *lib.*5. *crim. cap.*48. *num.*51. *&* 53. vbi agit de dubio quid de iam purgato in articulo mortis, petente hæreticos conſolatores.

16 Ad ſextam quæſtionis partem, quid de illa quæ poſt abiuratam hæreſim hæreticum receptauit, defendit, aſſociat, &c. & vt relapſus habeatur, docent communiter DD. per verba text. *in c. accuſatus*, § *ille quoque, hoc tit. lib.*6. cuius verba ſunt, *ille quoque de cuius lapſu in hæreſim ante abiurationem conſtiterit, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos receptet, deducat, viſitet, ſiue aſſociet, aut dona, vel munera, ſeu fauorem impendat, meritò ſit iudicandus relapſus:* Sic ibi Gemin. Franch. Ioan. Andr. & alij ex antiquis, Barboſa *in d. cap.* accuſatus *num.*10. *&* 11. cum Burſato, Menoch. Maſcardo, Azor, & Penia, quibus addo Farinac. *de hæreſi d. qu.*195. *ex n.*32. cum Simanc. *repert. inquiſit.* Vmbert. Locato *Eymeric. d. p.* 3. *quæſt.*40. *num.*6. *& quæſt.*55. *n.*3. *& in verſ. ille quoque, & num.*14. *verſ. tertius*, *& qu.*58. *n.*5. *verſ. quartus*, Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*56. Didacus Cantera *in quæſt. crim.* Rubric. *de hæretic. & cap.*1. *num.*58. *ad medium*, hanc tamen doctrinam poſt multos ab eo relatos *n.*33. 34. 35. *ad* 39. declarat, vt non procedat, quia relapſus non dicitur, qui primo abiurauit de vehementi, & poſtea hæreticos receptauerit, aſſociauerit, vel defenderit, niſi poſt abiurationem de vehementi ſuperuenerit concludens probatio illius hæreſis quam abiurauit, & quod nec relapſus dicatur qui poſt abiuratam hæreſim receptauerit, ſeu defenderit hæreticos diuerſæ ſectæ ab ea quam abiurauit tanquam receptator, & fautor hæreticorum, & iterum deinde reincidit in eandem fautoriam, & receptionem, vbi referens *n.*37. contrariam opinionem, dicens quod illa poteſt procedere arbitrio iudicis, & conſulto Papa, & quando quis pluries in hanc fautoriam incidiſſet † at Zanchinus de hæreticis. *c.*6. 17
Locatus *in ſuo caſu* 13. Carena *d.* §. 5. *p.* 2. *tit.*2. *num.*31. *verſ. hinc eſt*, dicunt quod relapſus dicitur qui poſt abiurationem vnicam de formali, receptat hæreticum, etiamſi receptatio ſit vnica, dummodo ſit facta ſcienter; quia verbum *receptet d. cap. accuſatus*, §. *ille quoque* verificatur etiam in vna receptatione *per l. mariti*, §. *quæſitum*, *ff. de adulteriis*, & inſuper ex Cantera *ad Rubric. de hæretic. in verſ. aliam habemus:* refert Carena *d.* §. 5. *num.*31. *verſ. addit*, quod ex receptatione, vel conuerſatione hæretici habita poſt abiurationem de formali talis reputetur relapſus † inſuper addens quòd licèt gloſſa *in d.* 18
cap. §. *ille quoque*, dicat quod fames in hoc caſu excuſat dummodo ſaltem ſit violenta, non fuit in facto receptum in noſtro Conſilio ſupremo Inquiſ. Hiſpan. in quo fuit relaxatus brachio ſæculari, vti relapſus quidam, qui cum fuiſſet, vti de genere Maurorum reconciliatus ex poſt fuit ad alios eiuſdem generis, & ſe excuſabat ex illa gloſſa quod fuit ad eos ex fame, qui caſus videtur differre à notato per gloſſam illam *in verb. non poſſit ibi puta propter neceſſitatem famis.* Quatenus per illam fautores hæreticorum non dicuntur illi qui hæretico in extrema neceſſitate, vel graui conſtituto, ob Dei amorem eleemoſynam præbent, non vt illi in hæreſim faueant, vt per Barboſam *ibi n.*12. Sanctarel. *de hæreſi cap.*10. *dubio* 2. *num.*18. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.*39. Nauarr. *in man. cap.*27. *num.*55. de quo diximus iam *ſub cap. præced.*

Ita pro complemento huius dubij addo cum Anchar. *in dict. cap accuſatus*, *hoc titulo*, *lib. 6. in notab. 6.* Franc. *num.* 1. Sanctarelo, *de hæreſi cap.* 42. *num* 6. *verſ. quamuis*, benè addat Carena, *dict.* §. 5. *numero* 33. quod ſi quis primo abiurauit de leui, quia non conſtabat de eius hæreſi, vel de vehementi ſuſpicione, & poſtea inueniatur conuerſationem habuiſſe cum hæreticis, vel alia feciſſe de quibus, *in dict. cap. accuſatus*, §. *ille quoque*, ſi pendente hoc ſecundo proceſſu prubetur, & conſtet eum tunc fuiſſe hæreticum, quando abiurauit de leui habendus ſit pro relapſo, quia apparet iam in primo abiuratione fuiſſe impœnitentem, nec voluiſſe veritatem fateri de quo iam *ſub quæſt.* 1. aliquid dictum eſt.

19 Ad vltimam partem quæſtionis de relapſo in fautoriam poſt abiuratam aliam iam dictum eſt, *ſub verſ. ad quintam*, reſolutiuè, quo ſuppoſito videtur dicendum ad praxim ex Calderino, *de hæretic. Rubrica de pœnis receptatorum*, *num.* 3. *& in Rubrica*, *de executione ſententiæ*, *num.* 6. vbi ex Concilio Toloſano quod allegat hos quidem receptatores, & fautores reincidentes, ſi moniti pœnitentes ſe emendare voluerint, iniuncta tali pœnitentia, quæ metus poſſit eſſe aliorum recipiantur, receptis tamen vltra iuratoriam aliis ſecuritatibus de amplius non receptando, & fauendo hæreticis: non enim tales vt relapſi ſunt iudicandi, licet aliud ſuadetur ex Concilio Tarraconenſ. relato ab Eymerico, *in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 7. & à Locato, *in iudic. inquiſit. verb. relapſi*, *num.* 5. *verſ. quidam autem ſunt relapſi*, qui non firmat hoc caſu tradendum eſſe reum iudici ſæculari, & hinc inde diſputans Franc. Pegna, *ad Eymeric. num.* 83. *verſ. ſed tota difficultas & ſeqq.* concludit pro negatiua opinione, quam dicit tutiorem & veriorem ſiue fautor, & impedimentum fuerit leue, ſiue etiam magnum, à quo non diſſentit Decian. *dict. lib.* 5. *crimin. cap.* 56. vbi, & ipſe indiſtinctè tenet, *ſub num.* 16. nullo modo hunc relapſum in fautoriam poſſe tradi curiæ ſæculari, niſi ex grauitate, aut repetitione multiplici aliud videatur Epiſcopo, aut inquiſitori, aut ex alia rationabili cauſa ex Campegio ad Zanchin. *cap.* 17. *littera A.* Decian. *dict. cap.* 51. *numero* 85. in quo arbitrando debet magna iudicum eſſe prudentia per doctrinam quam iam adduxi, *quæſtione* 1. ex Farinacio, *dict.* §. 1. *numero* 22. *&* 23. quatenus probat, vt nec relapſus dicatur quis niſi plene conſtet de vno lapſu priori vel poſteriori.

QVÆSTIO III.

An ſi quis coram ſubdelegato ab inquiſitore vti hæreticus abiuret, ſi poſtea in eandem, vel aliam hæreſim reincidat habendus ſit pro relapſo, ſi non conſtet de ſubdelegatione iudicis coram quo abiurauit. Et an iudices laici poſtquam hæreticus impœnitens negatiuus, aut relapſus ipſis eſt relaxatus teneantur punire eum abſque vlla reuiſione proceſſus, & abſque vlla mora. Et an pœnitentes negatiui dicantur idem quod pertinaces hæretici curiæ ſæculari tradendi vt comburantur. Et à qua die bona relapſi confiſcentur.

SVMMARIVM.

1 *Relapſus etiam dicitur, qui abiurans coram iudice delegato de cuius relegatione non conſtat in hæreſim reincidit, vbi de caſu* Comi, *&* Mantuæ.

2 *Iudices laici abſque vlla reuiſione proceſſus tenentur relaxatum ſibi hæreticum relapſum punire, etiam ſi ſcirent ſententiam inquiſitorum eſſe iniuſtam, & ſub num. 4. vbi quod tantum ſunt executores ſententiæ inquiſitorum, & 5.*

3 *Hæreſis crimen eſt merè Eccleſiaſticum.*

4 *Regium tribunal nunquam per viam violentiæ, nec alio prætextu cognoſcit de cauſis, fidei, au aliorum.*

5 *Iudex laicus tenetur præciſe exequi ſententiam inquiſitoris, & ad id poteſt per cenſuras compelli.*

6 *Pertinaces, & impœnitentes idem ſunt quoad punitionem ex hæreſi exequendam combuſtione per laicum iudicem & num. 9.*

7 *Hæreticus incorrigibilis eſt, qui non habet animum ſe conuertendi, ſed vult eſſe pertinax obſtinatus, & induratus.*

8 *Incorrigibilis hæreticus dicitur ille, qui*

ſemel,

ſemel, & iterum correctus errore ſuo perſiſtit, aut ad illum redit, & qui non obtemperat iudici in eo quod eſt vltimum mandatum ſuæ iuriſdictionis.

9 *Impœnitentes, & pertinaces traduntur curiæ ſæculari puniendi ſicut relapſi.*

10 Cap. 1. hoc titulo, lib.6. vbi de immuratione perpetua intelligitur numero 11.

11 *Clericus pertinax antequam tradatur laico iudici puniendus, eſt degradandus.*

12 *Pertinacia non præſumitur, niſi probetur eam probare fiſco incumbit.*

13 *Pertinax non dicitur, niſi pertinacia ſit obſtinata.*

14 *Pertinax dicitur durus, indocibilis, inuocabilis, obſtinatus nec paratus corrigi.*

15 *Pertinaces hæretici in quibus caſibus dicantur, numero ſequentibus* 16. 17. 18. 19. 20. *& num.*25. *&* 27. *vbi de praxi inquiſitorum, n.*28. 29.

16 *Impœnitentes hæretici ex quibus caſibus tales dicantur vſque ad num.* 20. *& num.* 25. *& de praxi ab inquiſitoribus ſeruanda vt prius conuertantur, num.*27. 28. 29.

20 *Hæreticus retractans ſuam confeßionem poſt ſententiam, & abiurationem vt temerarius potius videtur damnandus, & quando vt impœnitens tradatur reuocans brachio ſæculari, vide ſub num.*25. *&* 31.

21 *Impœnitens reputatur, qui confeſſus reconciliatur, ſi poſtea appareat quod non omnes ſuos errores, nec complices reuelauit.*

22 *Diminuti hæretici, qui dicantur, vt tradantur curiæ ſæculari vel non: ſolet enim præſumi ex obliuione non plenè confeſſos eſſe errores de quibus accuſati num.*23. *vbi de aliis, niſi doloſè negarent, num.*24.

26 *Abſolutus cenſetur hæreticus ab hæreſibus, quas confeſſus fuit, non vero ab illis, quas tacuit.*

27 *Inquiſitores qualiter debeant monere pertinaces, & impœnitentes vt conuertantur, etiam per theologos magiſtros, & cum quibus terminis.*

28 *Impœnitentes, & pertinaces, & ſi eo ipſo dicantur ſententiati, potius eſt vt de proceſſu prius, conſtet.*

29 *Pertinaces quando concremantur viui eſt eorum lingua alliganda.*

30 *Sententia formanda contra pertinaces, & impœnitentes*, remiſſiue.

31 *Confeßionem hæreticus reuocans à numero* 20.

32 *Confiſcationem bonorum patiuntur relapſi impœnitentes, & pertinaces.*

AD primam quæſtionis partem præmiſſis, quæ de poteſtate iudicis delegati docent DD. *ſub tit. de officio iudicis delegati*, & nonnullis à nobis traditis, *ſub tit. de iudiciis & foro compet.* & in facti contingentia contigiſſe caſum in ciuitate Com. tradit Cæſar Carena, *p.* 2. *de offic. inquiſit. tit.* 2. §.5. *num.*36. *verſ. puerum*, gloſſa, 7. *à num.*75. atteſtante de totius collegij, iuris conſultorum conſilio, D. ciuitatis, ac Reuerend. Epiſcopi, & Illuſtr. D. Ioann. Thom. ad Eſchalch. R. D. Senatoris, fuiſſe mulierem vti relapſam brachio ſæculari relaxatam, & combuſtam, ſicque fuiſſe iudicatum, & exequutum *Mantuæ*, in ſimili caſu qui ibi contigerat: ita ille aliquid, *ſub cap.* 4. *de indic. quæſt.* 14. vbi quod iudex ordinarius tenetur exequi ſententiam delegati. 1

Ad ſecundam quæſtionis partem ſuppoſito, *ex textu noſtro verſ. ſæculari iudicio*, quod hæretici relapſi, etiam ſi ad fidem conuertantur curiæ ſæculari traduntur, vt per Butrium, hic, *num.*1. Panorm. *nu.*1. Hoſtienſ. *num.* 9. Felin. *num.* 2. Barboſa, *num.* 20. cum Claro, *in* §. *hæreſis*, *num.*7. Simanc. *de Cathol. inſtitut. num.*57. *num.*10. Boſſius, *ſub tit. de hæretic. num.*19. Sanctarel. *de hereſi cap.*42. *num.*17. vbi etiam rationem adducit cur Eccleſia relapſos non recipiat, ſed tradat brachio ſæculari; de qua dixi iam, *ſub quæſt.*1. niſi ſponte veniret coram inquiſitore fatendo clare ſuum errorem iuxta modum relatum, *ſub d. qu.* 1. de quo idem Barboſa cum Paramo, Sanct. *d.cap.*42. *n.*18. Decian. *lib.*5. *crim. cap.*56. *n.*12. Pegna, Menoch. Locato, & aliis iam inquam in propoſito reſpondetur iudices laicos poſtquam hæreticus impœnitens, negatiuus vel relapſus ipſis eſt relaxatus teneri ad puniendum eum abſque vlla reuiſione proceſſus ſtatim, & abſque vlla mora, vt contra Barthol. *in l. Magiſtr. n.* 4. *ff. de iuriſd.* omni iudice defendunt latiſſimè Franciſc. Molin. *de brachio ſæculari, lib.* 1. *cap.* 8. per totum Salced. ad Diaz. *in praxi criminal. canonica*, *cap.* 14. per totum legendus, vbi addit quod apud Hiſpanos, qui teneret opinionem Bartoli haberetur pro impio, etiam ſi iudices laici ſcirent ſententiam inquiſitorum 2

torum eſſe iniuſtam; quia iudices laici non poſſunt vllo modo ſe intromittere
3 in cognitione hæreſis, † ita Scortia, ad Bullam Innocent. IV. *cum aduerſus*, anni 1243. vbi poſtquam dixit hoc ſic procedere, quia crimen hæreſis eſt merè Eccleſiaſticum, *in verſ. quærit*, reſoluit ad caſum noſtrum ex Baldo, & Iaſone, *in dict. l. Magiſtratus*, & ex Alciato Abbate Ancharran. Albertino, & aliis, & *ex illo Deuteronomij* 13. ibi, *qui autem ſuperbuerit nolens obedire ſacerdotis imperio ex ſententia iudicis moriatur*, ſic DD. *per textum in cap. vt inquiſitionis* 18. *hoc tit. lib.* 6. vbi Barboſa, *num.* 1. *&* 2. cum Carrerio Lucerna, inquiſitorum Simanc. & Azeuedo tenentes quod Principes, & iudices ſæculares tenentur litteras, & mandata inquiſitorum exequi, & nullatenus eorum officium impedire, ſub pœna excommu-
4 nicationis, † & ſic Carena, *de offic. inquiſit. dict. p.* 2. *tit.* 2. §. 6. *num.*44. addit quod, nec per viam violentiæ aliove quocumque prætextu nunquam enim cognoſcit tribunal regium de pertinentibus ad forum ſancti officij, & aliis relatis dixit, & atteſtatur Gaſpard. Rodriguez, de annuis reditibus, *lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 74. *verſ. nec ea quæ pertinent*, nec ſuper prætenſis, violentiis factis ab inquiſitoribus eius familiaribus iuxta deciſionem inſignem omnino videndam ſenatus Valent.apud D.Hieronymum de Leo, *deciſ.* 2. *per totam lib.* 1. de quo ego adduxi priuilegia Regum tribunali ſancti inquiſitionis conceſſa iam ſub alleg. fiſcal. contra prætorem Valiſoletan. *à num.*54. quam poſui poſt indicem, *de foro compet. & in* 2. *parte allegat. fiſcal. alleg.*13. & quoad quæſitum hic applicabis quæſtionem quam ſcripſi, *ſub cap. at ſi clerici quarti, de iudiciis*, *quæſt.* 14. vbi egi de illa, *an iudex laicus teneatur exequi proceſſum inquiſitorum abſque reuiſione*, vbi, *num.* 1. refero eos, qui dixerunt contrarium, & quod in cauſa hæreſis eſt tenendum omnino, ſed quid in ſortilegiis, & cauſis mixtis, ibi, etiam dicitur, & ad propoſitum noſtri caſus, quod iudex ſæcularis in cauſa hæreſis eſt merus executor, nec de proceſſu, aut ſententia, aut mandato inquiſitoris poſſit cognoſcere, nec de crimine, etiam ſi mortis, pœna imponenda ſit hæretico, quia totum hoc prudentiæ inquiſitionis relinquitur, ita vt locus non detur reuiſioni præter relatos docent Paccius, *collect.* 330. *in* 1. *edit.* cum multis Farinac. *in pract. crimin. p.* 3. *quæſt.*97. *num.*103. Sanctarellus, *de hæreſi cap.*40. *dub.*1. *nu.*24. Campeg. ad Zanchin. *de hæreſi cap.* 8. *litt. A.* Pegna, *in direct. inquiſit. p* 3. *fol.* 69. *verſ. ex hac aſſertione.* Zencd. *ad decret. collect.*55. *num.*2. Fuſcus, *de viſit. lib.*2. *cap.* 21. Rojas, *de priuilegiis inquiſit. num.*450. idem Barboſa, cum Suarez de Paz, Belluga, Villadiego, Barrelo, Miranda, Mendoza, Caſtro curia Philippica, & aliis, *in dict. cap. vt inquiſitionis num.* 3. † vbi, *num* 4. cum Fa- 5
rinacius, *dict. quæſt.* 97. *à num.*105. & *de hæreſi*, *quæſt.*186. *num.*162. cum multis per illum concludit quod ita tenetur ipſe iudex ſæcularis punire, & morti tradere hæreticum ſibi ab inquiſitoribus traditum ad idque per cenſuras Eccleſiaſticas puniri poſſit, quamuis dicat liquido ſibi conſtare ſententiam eſſe iniuſtam, & quod ad hoc poſſint inquiſitores, Principes ſæculi, & iudices laici cenſuris compellere, & pœnis docuerunt etiam Decian. *tractat. crimin. lib.*5. *cap.* 22. *num* 21. Bobadilla, *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 1. *num.*16. & alij, non enim cognitio hæreſis poteſt pertinere ad laicos cum ſit merè Eccleſiaſticum, cum infinitis probat idem Barboſa, *in dict. cap. cum inquiſitioni, num.* 7. *&* 8. imò addit quòd nec vi cognoſcant de facto hæreſis, & quod nec indirectè ſe valeant intromittere, ibi, *num.*9. *&* 10. cum Farin. *de hæreſi, quæſt.* 182. §. 5. *num.*74. Vmberto Locatu, & Eymeric. Petr. Barboſa, *in l.*3. *ff. ſoluto matrim. num* 37. ad quod leges, quæ dixi latiſſimè, *ſub quæſt.* 2. *cap fin. de iudiciis*: vbi an iudices laici de facto rei Eccleſiaſticæ poſſunt cognoſcere, & quod de hæreſi.

Ad tertiam quæſtionis partem an im- 6
pœnitentes negatiui dicantur idem quod pertinaces, & quia, *ſub Rubr. hoc tit.* diximus de pertinacia in hæreſi, & Farin. loquens de impœnitentibus, *de hæreſi, q.* 195. §.2. ibi, *num.*1. affirmet quòd pertinaces, & impœnitentes idem ſunt cum Tabiena, *in verb. hæreticus*, *num.*16. *in fine*, *verſ. & iſti pertinaces.* Decian. *in tract. crim. lib* 5. *cap.*55. *num.*1. & ibi, *nu.*2. cum Zanchino, Menochio, Vgolino, Cardinali Toleto, S. Thoma, & aliis, quod pertinax & impœnitens ſit, qui de hæreſi conuictus tenaciter errorem defendit, nec vult illum cognoſcere, vel deteſtari, & ad Eccleſiæ vnitatem redire: imò recuſat hæreſim abiurare, vel ſe purgare ad arbitrium inquiſitoris, aut Epiſcopi, & ibi, *numero tertio*, quod incorrigibilis hæreticus dicitur, qui non habet animum ſe corrigendi, ſed vult eſſe

pertinax

8 pertinax obſtinatus, & induratus † proptereaque incorrigibilis cenſeatur, qui ſemel, & iterum correctus, in errore ſuo perſiſtit, ſicque paria eſſe hæreticum pertinacem, & incorrigibilem, & dicat Menochius, *conſ.* 81. *à num.* 97. quod dicitur incorrigibilis, qui ad priora delicta reuertitur, etiam leuiora primis, dummodo ſint eiuſdem generis, & quod qui perſeuerat in delicto incorrigibilis dicitur item, & is qui non obtemperat iudici, in eo quòd eſt vltimum ſuæ iuriſdictionis, & per illum, *numero* 127. *&* 128. quod non dicitur incorrigibilis qui ſtatim ab inquiſitore vocatus comparuit; & quod ſola perſeuerantia non facit, quem incorrigibilem niſi præcedat monitio, noſque de materia incorrigibilitatis plenè locuti ſimus ad alios caſus, *ſub cap. eum non ab homine de iudiciis.*

9 Ideo quia etiam DD. agunt in ſimul de hæreticis pertinacibus, & impœnitentibus negatiuis, atque de relapſis, vt *ſub eadem quæſtione complexus eſt*, & latè Farinac. *dict. quæſt.* 195. §. 1. *&* 2. & Cæſar Carena, *ſub parte* 2. *titulo* 2. & iuxta quæ diximus de relapſis, *in textu noſtro*, etiam ſit regula, nempe quod impœnitentes, & pertinaces hæretici curiæ ſæculari traduntur, in terminis Hoſtienſis, *in textu noſtro, numero ſeptimo in fine, verſiculo. Et idem eſt de Clerico impœnitente.* Albertin. *in cap.* 1. *hoc titulo, lib.* 6. *in princip. à num.* 41. *in notab.* 9. *& num.* 54.
10 vbi præſertim reſpondet, *dict. cap.* 1. † vbi pro crimine hæreſis alternatiuè loquendo traditionem curiæ ſæculari, aut perpetuam immurationem pro hæreſi imponi debere, ſtatuit in illis verbis: *Cum pro hæreſi fuerit ſæculari curia relinquendus, aut perpetuo immurandus.* Nam præter quam quòd de intellectu, *dict. cap.* ad alium propoſitum circa degradandum illum priuſquam curiæ ſæculari tradatur, aut perpetuo immuretur in propoſito, videtur reſpondendum, quod licèt iuxta doctrinam illius, textus alternatiuam, quam etiam amplectuntur gloſſa, *ibi*, in figuratione caſus, *verſiculo pœna hæreſis*, iniuncto, *verſiculo ſi autem non inciderit*, & *verſiculo nota primo*, Archid. *poſt num.* 1. *in verb. immurandus*, & Franch. *num.* 2. tamen vt in clerico hæretico poſſit dari caſus immurationis, iuxtà illum textum agnoſcunt DD. inter quos etiam Simanc. *de cathol. inſtitut. titulo* 96. Rubric. *de pœnis numero* 86. *& titulo* 48. Rubri-
11 ca, *de pertinacibus numero ſexto*, † & alii quos ſequitur Farinacius, ſupra, *ſub numero quarto*, cum teneta textus, ille non implicet loquitur inquam de clerico hæretico, qui ſi pertinax eſt priuſquam tradatur iudici ſæculari eſt degradandus, & ſimiliter quando non mereatur pœnam vltimi ſupplicij, veniatque immurandus perpetuò, nec concremandus etiam prius ſit degradandus, iuxta benè declarata, *in d. alleg.* 31. *S. officij.*

Er quia longè tradiri à Farinacio, & 12
ipſe cum illis agunt de iſtis impœnitentibus, & pertinacibus, ego reſumendo ab illis apud quos latè leges, ſuppoſito quòd pertinacia, ſeu impœnitentia in dubio non præſumitur fiſcoque incumbat onus probandi eam: Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 48. *dict. Rubric. de pertinent num.* 24. Ioan. Lopez, *de alleg hæretical.* §. 9. Nicolaus Arelaten. *notab.* 20. Schilſc. *de fide cathol. cap.* 25. *num.* 2. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 18. *verſ.* 12. *num.* 18. † & quod 13
pertinax non dicatur niſi pertinacia ſit obſtinata, & cum incorrigibili perſiſtentia, *ex alleg per Carrer. de hæret. num.* 9. *poſt med.* Iacob. de Graff. *lib.* 2. *ſuarum dec. cap.* 18. *Rubr. de hæretic. num.* 8. † vbi propterea dixit 14
quod pertinax dicitur durus, indocibilis, & irreuocabilis obſtinatus, & non paratus corrigi ex allegatis per eum; iam reſolutiue qui ſint pertinaces, & impœnitentes in aliquibus caſibus ſcribimus, videbis quæ cum multis congerit Diana, *p.* 4. *tr.* 7. *reſ. & n.* 26. vbi de hæreticis impœnitentibus, & relapſis: vbi refert duas inſtructiones ad litteram Toletanæ anni 1561. & Hiſpalenſ. 1484. quibus inſtructionibus apparet in pœnitentes hæreticos, & negatiuos relaxandos ſine ſpe veniæ, vt de relapſis dicitur. † Primo vt tales ſint haben- 15
tes conſenſum contrarium catholicæ veritati; ita vt quicunque credant aliquam propoſitionem veram eſſe cuius contrariam ſcit eſſe catholicam, & quod tunc habent ſcienter opinionem contrariam catholicæ fidei quando ſumus in his, quæ quiſque catholicus explicite ſcire tenetur, & apud omnes publicè eſt diuulgatum; quia hoc ipſo pertinax hæreticus cenſetur: Simanc. *dict. tit.* 48. *n.* 3. Menoch. *lib.* 5. *præſ.* 7. *n.* 7. & Sanchez cum aliis in præcepta decalogi, *lib.* 2. *cap.* 7. *Rubr. de hæreſi, & apoſtaſia, num.* 29. dicit vt ſit pertinax qui in nondum ab Eccleſia diffinitis amplectitur eo animo aliquam partem vt Eccleſia contrarium definiente non acquieſceret.

Indeque iuxta dicta ſub Rubrica hic, 16
qu. 33. *&* 40. etiam pertinax, & impœnitens dicatur

dicatur qui aſſerit aliquam hæreſim cuius contrariam veritatem catholicam prius docuerat, etiamſi erret in his quæ quiſque ſcire non tenetur, niſi quando ex diuturnitate temporis, vel alia cauſa eſſet obliuio eorum quæ prius hætericus docuerit: Simanc. *in enchirid. Rubr.*11. *de pertinacib. n.*5.*& de cathol.d.cap.*48.*n.*10.*&* 11. Decian. *d.lib.*5.*crim.cap.*55. *nu.*1. *in fine, verſ. & ideo tenens errorem*, Menoch. *lib.*5.*præſumpt.*7.*à n.*8.vbi declarat quando daretur probabilis obliuio ex diuturnitate temporis, vel vitio memuriæ, vel ſoliditate, quibus caſibus dicit ignorantiam probabilem prodeſſe niſi ageretur de inſigni, & memorabili hæreſi, in qua nec etiam ex cauſis prædictis obliuio præſumeretur, ex Albert. *de agnoſcend. aſſert.quæſt.*30.*num.* 41.

17 Tertio vt ſint pertinaces, & impœnitentes hæretici, qui ſunt negligentes in informando ſe ab omnibus peritis de veritate eorum falſæ opinionis, & in legendo libros approbatos: Simanc. *de cathol. tit.* 48. *n.*12.*&* 16. Decian. *tract.crim.d.cap.*55.*lib.*5. *n.*5.vbi referens ad idem alios concordantes minime ſic indiſtinctè huc admittit niſi in caſu quo, quis malitioſe nollet vti diligentia conſulendi peritiores, ne fortè ab illis de errore conuinceretur, cogereturque illum errorem relinquere, non tamen alias, ſi paratus eſſet corrigi, & Menochius, *lib.*5.*dict. præſ.*7.*n.*11.*&* 14.pariter limitat niſi perſonarum, & errorum qualitas benigniorem interpretationem ſuaderet arbitrio iudicis.

18 Quarto, vt iurans ſe nunquam receſſurum à ſua opinione, quæ falſa eſt, & fidei catholicæ contraria pertinax, & impœnitens reputetur hæreticus, etiam quod per ignorantiam erret, quia ex tali iuramento ſuam temeritatem, & incorrectionem declarat: hoc non admittit Simanc. *d.tit.*48. *n.*21.*&* 22. dubitans de hac generalitate, & cum illo conſentiens Decian. *d. cap.*55. *nu.*6. dictam doctrinam admittit, quando ſic iurans cognito ſuo errore nollet emendari, eoque animo iuraſſet de nunquam recedendo à dicto errore, & an quod ſciret eſſe contrarium Catholicæ fidei; & licet Albert.*de agnoſcend. aſſert. cath. dict.qu.*30. *à n.*79. admittat iſtum ad pœnitentiam, qui proteſtatus fuit nunquam ſuos errores reuocare, Eccleſiæque reconcilietur; tamen Rojas, *de heret p.*2.323.*&* 324.dubitans de opinione Albertini, tum quia per talem proteſtationem firmam firma proteſtantis voluntas oſtenditur, tum etiamque peruerſi difficillime corriguntur, & tum etiam, quia talis pœnitentia præſumenda eſt potius, & ficta timore mortis quam zelo fidei, quapropter Farinac. *d. qu.*196. *de hereſi* §.1.*n.*5. dicit in hoc conſulendum eſſe Pontificem Romanum.

Item etiam vt dicatur impœnitens, & 19
pertinax hæreticus ille, qui inquiſitorem pecunia corrumpit, ne contra ipſum procedat, *repert. inquiſ.in verb. hereticus verſ. & primo*, Carter.*de heretic.n.*4. item quod talis præſumatur, qui impedit prædicationem, defenſionem atque doctrinam catholicæ fidei: Simanc. *de cathol.inſtit.d.tit.*48.*nu.*13. cum aliis; vbi tamen, quod hæc præſumptio non ſufficit ad condemnandum in pœnam ordinariam Menoch. *d. de præſ.*7. *lib.*5.*n.*12. imo, & impœnitens habendus erit, qui cum ſit ab inquiſitoribus damnatus ad abiurandum maximè de formali, vel de vehementi non vult abiurare: P. Maſſin, *in praxi S.Officij p.*9. *aſſert.*13. *primæ impreſ.* Carena, *de offic. inquiſit. d p.*2.§.3 *tit.*2. *n.*14. *verſ.*4.

Et quod ſit habendus hæreticus im- 20
pœnitens, qui retractat ſuam confeſſionem poſt ſententiam, & abiurationem ſuam aſſerens metu tormentorum ſe confeſſum, & ſe fuiſſe innocentem; dixerunt Calder. *conſ.*2. *de heretic.* Simanc. *de cathol.inſt tit.*13. *n.*25.*& tit.*60.*n.*8. Rojas, *de heret. p.*2.*n.*255. tamen Carena, *de offic. inquiſ.d p.*2.*tit.*2.§ 3. *d.n.*14. *ibi verſ quamuis*, firmat melius dicere eundem, Simanch. *in enchirid. num.* 9. *tit.* 29. *num.* 11. *& de catholic. dict. tit.* 13. *num.* 26. talem reuocantem ſuam confeſſionem, & dicentem ſe iniuſtè damnatum potius condemnandum vti temerarium, quam vti impœnitentem, & pœnis arbitrio iudicum mulctandum, & primam Calder. ſententiam ex multis comprobans, Farinac. *dict. quæſt.*196. *num.*20. & referens ſecundam eiuſdem Simanc. *in enchirid. dict. num.*11. ibi, *num.* 21. deinde *num.*22. 23.*&* 24. declarat procedere primam; niſi ſic reuocans confeſſionem pœnitens ad primam redierit confeſſionem, vel niſi iam fuerit adimpleta pœnitentia ante reuocatam confeſſionem, vel ſi probetur metus, aut error confeſſionis, ſic cum dicto Calderin. *conſ.*2. *in fine, verſ. ad id repert. inquiſ. verb. confeſſio verſ. nunc, & verb.vſura, ſub verſ.circa.* Simanc. *d.tit.*13. *de cathol.num.*26.*num.*27. *num.*28. vbi etiam quod ſane tunc, & innocentiam probare non potuerit Decian. *in tractatu crim. lib.* 5. *dict. cap.*55. *num.*14. alias inquam qui confeſſionem ſuam negat, aut affirmat factam metu tormentorum aliave de

cauſa, aut alias errore non probato eam vti erroneam reuocat talis, vt impœnitens brachio ſæculari venit tradendus, quia non verè, ſed fictè pœnitens reputatur, & in negatiua perſiſtens dicitur in pœnitentia, & purgatione deficere, indeque vt hæreticus ſit puniendus: ita relati.

21 Et inſuper vt hæreticus, qui de ſe confitetur, & pœnitens Eccleſiæ reconciliatur, ſi poſtea compertum ſit, quod non omnes ſuos errores, nec omnes complices reuelauit, reputetur impœnitens, & diminutus, & curiæ ſæculari tradatur docent Calderin. *de hæretic. Rubr. de materia proceſſus poſt. num.*7. Simanch. *de cathol. inſtit. tit* 48.

22 *Rubrica de pertinacibus, num.*27. *&* 28. † vbi hos diminutos hæreticos nuncupat, & ampliat etiam in illis hæreticis, qui non fatentur omnes circunſtantias, & qualitates grauiores, & *in enchiridium num.*29. *Rubr.*29. *de confeſſ. num.* 10. *& Rubrica* 61. *de impœnitentibus, num.* 4. *&* 5. Ioan. Rojas, *de hæret. p.* 1. *num.* 195. *& ſeqq.* vbi amplius quid de non confitentibus tempus commiſſi erroris vbi nihil dicit expreſſe, nec *in* 2. *part. eo dict. num.* & ſi aliquid confitente, ſed clarius videtur loqui, *in dict.* 2. *parte à num.* 235. *ad* 239. vbi quod accuſatus de pluribus erroribus, hæreticis de quibus legitime fuerit conuictus, ſi nonnullos confitetur, alios vero abneget tanquam negatiuus, & diminutus ſit relaxandus, legendus ad alios caſus, *à num.* 240. *aſſert.* 22. *& à num.* 247. *aſſert.* 23. Pegna, *ad Eymeric. in direct. p.* 2. *quæſt.* 34. *comment.* 19. *verſ. his poſſumus colligere, & ſequenti*, vbi concludit negatiuum, & diminutum debere cenſeri hæreticum, qui non omnes hæreſes, de quibus conuincitur, vel non omne delicti tempus fatetur.

23 Sed hæc ſic abſoluta doctrina quoad tradendum diminutè confitentem curiæ ſæculari; item Calderin. *tract. de hæretic. num.* 2. *&* 3. dicit fore in arbitrio inquiſitionis, tradendus ſit nec ne curiæ ſæculari ob non confeſſionem omnium ſuorum errorum, & complicum, & Simanch *de cath. d. tit.* 48. *nu.* 28. dixit propterea non facile damnandum hæreticum propter defectus, & diminutiones prædictas, tum quia facile obliuiſci poteſt talium circunſtantiarum, tum etiam quia is, qui ſe hæreticum fatetur fuiſſe, concludit ſe plurimas cæremonias hæreticorum feciſſe, non enim ait ſumma iure agendum eſſe cum his, qui ad fidem, & Eccleſiam catholicam redeunt; vbi quod ita etiam cauetur in quadam inſtructione Hiſpalenſ. *cap.* 13. *& in enchirid. d. tit.* 61. *Rubric. de impœnit. num.* 5. idem Rojas, *p.* 1. *num.* 197. vbi dixit non reputari diminutum confitentem, & pœnitentem eum qui confitens errores ſuos non confitetur omne errorum tempus; cum in tempore facile cadat obliuio: ſic cum eodem Simanc. ibi, & *p.* 2. *num.* 244. *&* 245. Pegna, *ad Eymeric. d.* 2. *p. quæſt.* 34. *comment.* 59. *verſ. ex his poſſumus*, idem affirmans; dum tamen delicta non ſint recentia, ſed antiqua ex quibus, aut ex diuturnitate temporis, vel alia cauſa infirmitatis, læſionis capitis, vel negotiorum multitudinis obliuio præſumatur ex Grammatico, quem allegat, *in deciſ.* 60. *num.*7. & hanc declarationem tanquam æquiſſimam omnino tenendam ſequitur Decian. *dict. lib.* 5. *cap.* 55. *num.* 10. *&* 16. & cum eo Farinac. *dict. quæſt.* 196. § 1. *num.* 17. *&* 18. † vbi quod non ita de facili huiuſmodi diminuti confitentes, & pœnitens damnandi ſint, niſi doceatur ex vehementibus indiciis quod doloſe occultent, & reuelare recuſent, cum præſertim abſque eo quod damnentur poſſint torqueri, & ſic idem Farin. *in materia tortura, quæſt.* 185. *de hæreſi num.* 133. cum multis, *ex d quæſt.* 196. *num.* 18. *verſ. ſed nunquid*, ait vt poſſit infligi tortura non confitenti omnes errores, & omnes complices, & Ludouic. à Paramo, *de orig. ſanctæ inquiſit. lib.* 3. *cap.* 9. *à numero* 193. pariter loquitur de hæretico non confitente omnes errores, & omnes ſocios, omne delicti tempus, vel circunſtantias aggrauantes delictum. 24

Ex his iam generaliter concludendum eſt reſolutiuè, quod hæreticus pertinax, & impœnitens dicitur, qui legitimè monitus adhuc in errore reſiſtit: & quod talis etiam dicitur, qui inquiſitori ſeu Epiſcopo ipſum monenti, & aliud aſſerenti credere noluit, vel ſi credere noluit theologo vel iuriſperito, ſi imo tamen moneatur in his, quæ ſunt damnata, vel expreſſe aſſerta ab Eccleſia, ſecus in non expreſſe damnatis, aut aſſertis, & qualiter amplius declaratur poſt Alfonſum à Caſtro, *de iuſta hæret. punit. cap.* 10. *col.* 3. Leges Decian. *in tract. crimin. d. cap.* 55 *num.*7. Fatin. *d. quæſt.* 196. §. 1. *ex nu. ad* 12. & Thom. Sanchez, *in præcepta decalogi lib.* 1. *cap.* 7. *Rubrica, & apoſtaſia nu.* 25. qui cum Torres, Valentia, Vaſquez & Sairo reſiſtit aſſertioni proximè dictæ dicendo eam ſibi non placere, eo concludit non eſſe pertinacem, nec hæreticum eum, qui exiſtimans non contrauenire Eccleſiæ, aut Pontifici defendit hæreſim, non acquieſcendo inquiſitoribus, epiſcopo, & viris doctis 25

doctis contrarium aſſerentibus, ſed tunc
talem temerarium eſſe, & moraliter pec-
care videbis, & applicabis, quæ adduxi
ſub d. Rubr. hic qu. 3. & 4.

26 Quod ſi dubites, nunquid an etiam
omnes hæreſes coram inquiſitore con-
fitens, & aliquas tacens, nihilominus
ab excommunicatione abſolutus rema-
neat reuera excommunicatus, & reſ-
pondetur quod ratione hæreſum quas
fuit confeſſus manet abſolutus, non ſic
ratione earum, quas tacuit, niſi imme-
mor fuiſſet illarum: nam ſi eſſet in bona
fide tunc à cenſura omnino remanebit
abſolutus, qui poterit à quocumque Sa-
cerdote abſolui de hæreſibus tacitis bo-
na fide, ita Sanchez *in præcepta decalogi
lib. 2. cap. 11. num. 9.* vbi etiam quid ſi ab-
ſolutus omnes hæreſes faſſus ſit non ta-
men omnes actus externos, quos circa
hæreſes exercuit liberè dixit, & quod
etiamſi publicas hæreſes confeſſus eſt
occultas autem tacuit, à quo iſtis in caſibus
abſolutionem petere debeant, vbi benè
declarat, & de hic inquiſiro tenuit Farin.
d. q. 196. §. 1. n. 18. ſub verſ nunquid.

27 Et circa praxim gerendi ſe inquiſitores
cum his impœnitentibus negatiuis, perti-
nacibus, & relapſis, eſt inquam vt diu
in carceribus detineantur, ſæpiuſque mo-
neantur vt conuertantur, quod ſi nolue-
rint pœnitere tradendi ſunt curiæ ſæcu-
lati, vt viui comburantur: Pegna *p. 2. in
direct. inquiſit. comment. 65. verſ. in his*, Fa-
rinac. cum aliis *d. quæſt. 196. à num. 4.* Ca-
rena *de offic. inquiſ. d. p. 2. §. 3. tit. 1. num. 15.*
qui ſic etiam docet non obſtantibus iis,
quæ in contrarium ab hæreticis allegan-
tur *ex Matth. 13. verſ. 30. ſinite vtraque creſ-
cere vſque ad meſſem:* circa quem locum
ait videndos eſſe Sixtum Senenſ. *in ſua 6.
bibliotheca ſancta lib. 6. annotatione* 60. Ioan-
nes Maldon. *in d. locum Matth.* & monen-
di ſunt inquiſitores, vt circa hos impœ-
nitentes benigne procedant, & plures
terminos aſſignent ad reſipiſcendum, vt
dixit Eminentiſſ. Cardin. Camporeus at-
teſtans ſic S.C. mandaſſe inquiſitori Tau-
rinenſi, vt nouum adhuc terminum
peremptorium aſſignaret cuidam hæreti-
co impœnitenti, non obſtante quod ei-
dem ab eodem inquiſitore alij tres ter-
mini fuiſſent aſſignati ſine vlla ſpe reſi-
piſcentiæ; Carena vbi *ſuprà*, imò ego in
praxi etiam pluries vidi monitos fuiſſe
hæreticos pertinaces tum per inquiſito-
res, tum per qualificatores ad id voca-
tos in inquiſitione Valiſoletana, & in
conſilio ſupremo S. Inquiſitionis ſic fuiſſe
mandatum vt exercerent inquiſitores
aliarum inquiſitionum, † & quamuis De- 28
cian. *lib. 5. crimin. cap. 55. num. 15.* dicat
ſine ſententia, & proceſſu impœniten-
tem eo ipſo eſſe iam iudicatum, quia
ipſa incredulitas condemnatio eſt, tu-
tius tamen erit, vt omnia ex proceſſu
appareant, & quod impœnitentes degra-
dentur, ſicut degradantur relapſi, ita ex
dictis vidi practicatum ſemper apud nos,
& tradit Farinac. *d. quæſt. 196. num. 30.* &
declarata monitione repetita cum mul-
tis, *quæſt. 195. num. 25.* vbi quod impœ-
nitens non eſt tradendus curiæ ſæculari,
niſi pluries benè monitus & requiſitus re-
cuſauerit venire ad fidem, & quod ſal-
tem ter ſit monendus à Theologis co-
ram aliquo ex inquiſitoribus: Paulus Gar-
cia in vulgo *Cartilla* dicit *fol. 31.* † & 29
addit ad praxim Franc. Pegna *ad Eymeric.
p. 2. comment. 62. verſ. in his pertinaci-
bus, & ſeq.* quod quando iſti pertina-
ces concremantur viui eorum lingua ſit
alliganda; ne ſi liberè loqui poſſint aſtan-
tes impiis blaſphemiis offendant: Farinac.
d. §. 1. quæſtion. 196. numero quarto in fine,
Decian. *d. libro quinto, crimin. capite 55. in
fine*, Princ. *verſ. & ideo iſti ſunt clerici,*
Ludouic. à Paramo *de origine ſanctæ inqui-
ſitionis libro tertio, quæſtione quarta, Rubri-
ca de expeditione proceſſus in cauſis fidei nu-
mero quadrageſimo,* † & de ſententia for- 30
manda contra pertinaces cum infinitis
idem Farinac. ſcribit *de hæreſi quæſtione
ſexcenteſima octuageſima prima, col. 1. in fine,*
& contra relapſum format illum Paul. Gar-
cia *fol. 31.*

Et de materia reuocantium ſuas con- 31
feſſiones abunde ſi hoc contingat ex in-
teruallo videndi ſunt Cantera *de hæret.
cap. 1. numero 70.* Diana cum aliis *p. 4.
tractat. 7. reſolut. 22. ferè per totam.* Seſſe
deciſ. 472. numero ſeptimo, volum. quarto,
Souſa *in aphoriſm. inquiſit. lib. 2. capite 48.
numero 22.*

Ad vltimam partem quæſtionis ſuppo- 32
ſitis, quæ dixi de confiſcatione bono-
rum criminoſi in ſancto officio de qui-
bus latiſſimè dixi in diuerſis *alleg. fiſcal.
ad textum in capit. vergentis infra proximè
hoc titul.* reſolutiuè dico vt cum certum
ſit bona relapſorum confiſcari ibi di-
ctum eſt, ac conſtat de confiſcatione
bonorum etiam contra verè reconcilia-
tos, & pœnitentes *ex ibi latè dictis ab
allegat. 17.* quod eſt minus, nunc ex
Ioan. Baptiſta Torn *in ſuis addit. ad deciſ. 50.*

Regni Salernitani, *num*.40. Catena, *de offic. inquiſit. dict. p.*2. *tit.*2. §.6. *ſub nu.*44. *in fine*, *ſub verſ. in huiuſmodi*; à die commiſſi delicti confiſcationem venire ſicque deciſum fuiſſe in Regia Cameta Neapol. 12. Maitij 1517. & quod ita veneiit in confiſcationem quædam domus, per ſex menſes ante primam abiutationem vendita ex bonis relapſi, quia relapſus ſemper præſumitur in eadem damnatione ex Paulo Gaicia, fol.43.

QVÆSTIO IV.

An aliquis poſſit, ſe ſub pœna relapſi obligare ad pœnitentiam peragendam. Et an ex non obſeruantia pœnitentiæ impoſitæ ab inquiſitoribus oriatur hæreſis ſuſpicio. Et an hæreticus ſponte comparens, & abiurans hæreſes ſi relabatur, habendus ſit pro relapſo ad effectum tradendi eum brachio ſæculari; & an pertinax dicatur hæreticus, qui momento tantum temporis conſentiat opinioni fidei contrariæ. Et an minor reconciliatus formaliter ſi poſt relabitur ſit pœna ordinaria puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiam peragere in ſancto officio nemo ſub pœna relapſi valet obligare ſe.*

2 *Hæreſis ſuſpicio oritur ex non obſeruantia pœnitentiæ ab inquiſitoribus impoſitæ; & quando pariat relapſiam.*

3 *Relapſus habetur, qui ſponte comparens, fatendo ſuos errores poſtea relabitur, ſi ſit maior 25. annis, minor vero reconciliatur ſi relabatur, n.*4. *&* 6. *de praxi.*

5 *Pertinax impœnitens, & negatiuus etiam dicitur, qui momento temporis talis fuit inuentus; vt ſi ſciens auctoritatem Eccleſiæ contrariam eſſe propoſitioni, quam aſſerit, & num. vt exemplificatur.*

6 *Minores hæretici pœnitentes, & relapſi ex praxi reconciliantur, nec relaxantur.*

1 IN expeditione harum quæſtionum breuiſſime me geram, cum ex alibi dictis poſſint ad longum diſputari, igitur ad primam reſpondeo ex communi opinione Doctorum de qua Pegna, *ad Eymer. p.*2. *comm.*146. *verſ. & quamuis*, Locat. *in ſuo indic. verſ. ad hoc nihil eſt*, *fol.* 460. Menoch. *conſil.*82. *num.*113. *lib.*1. congetens plurima in terminis huius materiæ Carena, *de offic. inquiſit. p.* 2. *titul.* 2. §.4. *num.* 24. quod nemo poteſt ſe obligare ſub pœna relapſi ad peragendam pœnitentiam ſibi impoſitam in ſancto officio inquiſitionis, non enim ob non obſeruatam pœnitentiam dicetur relapſus, quæ doctrina procedit ex eo quod nullus eſt dominus membrorum ſuorum; niſi quatenus leges permittunt per legem, *liber homo*, *ff. ad leg. Aquiliam*, de qua ratione plura dixi, *ſub cap.*9. *de iureiur.* & de hac difficultate dixi, *ſub alleg.*52. *fiſcal. p.* 1. *num.* 17.

Ad ſecundam partem etiam breuiter reſpondetur quod ex non obſeruantia pœnitentiæ impoſitæ ſiue illa non obſeruantia conſiſtat in omittendo, ſiue in committendo oriatur vehemens ſuſpicio hæreſis; vt ſi iniunctum fuerit reo, quod communicet bis in anno, & ipſe per plures annos non communicauerit, vel iniunctum fuerit, ne hæreticos amplius receptet, & ipſe aliquos poſtea receptauerit, nam quod tunc tales ſint habendi vti relapſi dicunt Calderin. diſtinguens, *in cap. litteras de præſumpt.* quem ſequitur, *repert. inquiſit. in verb. pœnit. verſ. ſed poſſet quæri*, Pegna, *d. comm.* 146. *verſ. ſed Calderinus*, Carena, vbi *ſupra* §.4. *num.*23. qui *num.*25. notat, *ex l. in bello §. factæ*, *ff. de cap. & poſt. reuerſ. & cap. cum iure*, *de offic. delegati*, quod allegandi ſe adimpleuiſſe pœnitentias ſibi iniunctas incumbit onus probandi, quoniam implementum pœnitentiæ eſt quid facti, & quia facta non præſumuntur, niſi probentur, & dixi, *in dict. alleg.*52. *fiſcal. num.*17. *&* 18. *de prædictis duabus quæſt.* 2

Ad tertiam quæſtionis partem, an hæreticus ſponte comparens, & abiurans 3
hæreſes, ſi relabatur habendus ſit pro relapſo ad effectum tradendi eum brachio ſæculari, & quia poteſt latè reſponderi, *ex iam ſub hoc noſtro textu, adductis*, in quo dubio reſpondeo ſub diſtinctione cum Carena, *de offic. inquiſit. cap.*2. §.5. *num* 36. *ſub verſ. dubium*, in fine, & *ex dictis ab eo dict. cap.* 2. *tit.* 18. §. 2. *num.* 12. quod ſit habendus vt relapſus ad effectum prædictum, ſi ſit maior viginti quinque annis, dicens quod ſine dubio puniretur apud Italum vt relapſus ſumittens ſe in hoc

factæ

ſacræ Congregationi, † & quod Torreblanca de delictis in quibus tacita, vel expreſſa dæmonis inuocatio interuenit *lib.*3. *cap.*123. *num.*10. qui viſus eſt tenere quod non ſit intelligendus in hæretico minore vigiuti quinque annis, qui ſi ſponte compareт, & reconcilietur, etiamſi poſtea relabatur non habeatur pro relapſo cum ſolita clauſula *citra pœnam relapſi*, quæ reſolutio ex iam per nos dictis ſub noſtro textu agnoſcitur.

5 Ad quartam quæſtionis partem, quæ etiam apparet reſoluta ſub noſtro textu, cum locuti ſimus de relapſia,& ſic in propoſito etiam teneo, vt pertinax impœnitens & negatiuus dicatur, qui etiam quod errores, & hæreſes affirmauerit cum voluntate non continuaſſe, & diuturno tempore, ſed ſolum momento rantum, quia eo ipſo quod quis ſciens auctoritatem Eccleſiæ contrariam eſſe propoſitioni, quam aſſerit pertinax dicitur, ſic cum Vaſquez, Torres,Cordoua, Thom. Sanch. *in ſumma lib.*2. *cap.*7 *num.*7. Azor *inſtit. moral.p.*1.*lib.*8. *cap.*9. *in* 1. *quæſt. verſ. pertinacia*, Canus *lib.*12. *de locis Theologic. cap.*9. *colum.*19. *verſ. ratio igitur*, Farinac. *de hæreſi quæſt.*195.§.1. *num.*19. & omnes per illam rationem, quam adducuut Greg. de Val. & Bañez infra relatus; quia pariter vnico actu poteſt quis habere conſenſum adulterij, & homicidij, item quia virtus infuſa vnico actu contrario in inſtanti tota amittitur, & ſpes, & charitas, ergo etiam fides; in terminis Lellius Zechus *in ſumma p.*1. *titul. de fide Rubric. de hæret. cap.*11. *num.*6. *verſ. dicitur autem pertinax*, Bañez *ad D.Thom.*2.2. *quæſt.*11. *art.*1. *verſ. ex hac*, vbi reprobat Syluestrum contrarium tenentem *in verbo hæreſis el* 1. §.2.

6 Ad vltimam quæſtionis partem viſis, quæ infra dico de hæretico excuſando propter minorem ætatem in eo ſi aduerſus *hoc tit. ſub quæſt.*2. nunc in terminis dico, quod minores reconciliati ex hæreſi formali propter eorum confeſſionem, & poſtea relabuntur ex miſericordia conſulto ſupremo conſilio inquiſitionis iterum videantur admitti ad reconciliationem pro illa vice, non obſtante relapſia: ita Diana ex noſtro experto in materiis procedendi in inquiſitionibus Hiſpanicis, quas ferè peragrauit in illis exercendo Dom. S.Vicente vita functus in noſtro Conſilio ſupremo prope noſtram tempeſtatem in ſuis manuſcriptis quos ferè omnes inquiſitores ad manus ſolent habere *cap.*9. §.3. vbi ſic ait, *ſi el relapſo eſta conuencido de relapſia por teſtigos auiendo ſido la primera vez ſolo conuencido por ſu confeſſion, aunque en rigor debe ſer relajado ſe deue atender mucho a la edad, y capaſidad del Reo al tiempo de la primera reconciliacion pues por lo menos ſiendo de los que abiuraron los errores que tubieron, menores las mugeres doze, y los hombres de catorce años conforme à la inſtrucion de Valladolid.* (ibi de los capaces) *parece que ſe deue vſar con ellos de miſericordia admittendoles ſegunda vez a reconciliacion conſultando ſiempre al conſejo*, Diana *p.*4. *tract.*7. *reſ.*30. *verſ. aduertendum*; & ſic impoſuimus manum die 13.Iulij in verſpera S.Bonauenturæ Eccleſiæ Doctoris:vtinam cum felici ſorte.

AD TEXTVM

In Capite Vergentis X. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Confiſcatio bonorum ex delicto hæreſis latiſſime ſub hoc textu* in lib. alleg. fiſcalium S. Officij *præcipuè ex* alleg. 18.

IN hoc textu, *& in cap. cum ſecundum leges hoc tit. lib.*6. Vbertimè agunt DD. de confiſcatione bonorum ex delicto hæreſis, quæ contra hæreticos fit à die commiſſi delicti, ſiue pœnituerint, & reconciliati fuiſſent, ſiue relapſi impœnitentes,aut negatiui pertinaceſque forent,& de hac materia ferè integrum tomum compoſuerimus ad textum noſtrum *ſub tit. de allegationib. fiſcalib. ſancti Officij, & de confiſcatione bonorum*, ideo non alia, quæ ſuperflua eſſent hic addimus quia ibi pleniſſimè vt ſcimus apud omnes magiſtros, & dictos exiſtimatum. 1

AD TEXTVM
In Capite Si Aduerſus X I. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Conſilium dans, & Patrocinium ad impediendam iuriſdictionem,* remiſſiuè.

1 PRo latioii doctrina textus noſtri adiunges repetentes ad textum *in cap. de offic. & poteſt.* iudicis delegaii, vbi qua pœna puniatur conſilium dans,& patrocinium ad impediendam iuriſdictionem, & quia aduocati patrocinando hæreticos ſuis ſcriptis impediunt officium S. Inquiſitionis, & vt fautores, & defenſores hæreticorum puniuntur, & quia de iſtis pluia diximus, quæ rectè hic valent applicari *ſub cap. ſicut* 8. *hoc tit.* ideo in præſenti ſolum agemus contra aduocatos hæreticos defendentes, & de praxi vſitata in inquiſitione Hiſpanica dandi reis de hæreſi aduocatos, & ad quos effectus, & occaſione hac dicemus aliquid de aduocato fiſcali S.Officij ſcribente contra reos de quo latè *ſub lib. alleg. fiſcal.* 1. *&* 2. *p. à quaſt.* 1. cum aliis.

QVÆSTIO I.

An aduocati ; admittantur in ſanctæ inquiſitionis officio ad aduocandum pro incarceratis hæreſis libellos, & interrogatoria facientes; & an notarij, ſiue procuratores, aut curatores, vt pro eis aliquid agant iudicialiter ; ſiue extraiudicialiter ; & an ſub aliqua pœna infamiæ aduocantes, & notarij ſcribentes in fauorem hæreticorum ; & quia in multis caſibus admittuntur aduocati, ſub quo modo debeant officium aduocationis notariatus, ſiue procurationis exercere nonnulli referentur, & quare aduocatus fiſcalis è contra pro ſancto officio inquiſitionis in quolibet tribunali S. Inquiſitionis, item, & in conſilio ſupremo creetur, cum de pleno ſit in cauſis hæreticorum, & ſine figura iudicij procedendum.

SVMMARIVM.

1. *Aduocati pro hæreticis quoad defenſionem admittuntur, & qualiter, num.* 2. *vbi videtur contra, & num.* 3. *& à num.* 4. *num.* 7. *vbi intelligitur, & num. ſeqq.*
2. *Aduocati hæreticorum, & ſortilegiorum quando ſint de hæreſi ſuſpecti.*
3. *Aduocatus, & procurator non debent interuenire pro aliquo hæretico petente, & num.* 5. 6. 7.
4. *Aduocatus datus de conſenſu inquiſitoris errans non damnat reum, ſi ipſe contradicat.*
5. *Aduocatus reo auxilium, conſilium, & fauorem præſtare nequit hæretico, etſi fuerit accuſatus de alio crimine.*
7. *Procurator, & aduocatus in nonnullis caſibus admittuntur pro defendendo incarcerato hæretico, ſi non conſtaret, de hæreſi, & admittatur de licentia inquiſitoris, & num.* 9. *vbi quod hodie procurator non datur.*
8. *Exceptiones hæretici incarcerati, & negantis ſunt communicandæ cum aduocato.*
9. *Procurator hodie in praxi non datur reo incarcerato pro hæreſi.*
10. *Curator pro minori incarcerato ex crimine hæreſis ſolet dari, coram quo proceſſus, informatur frequenterque nominatur litteratus, vbi de praxi S.Officij in actuando.*
11. *Notarius inquiſitionis ſecretus nequit facere actus pro reo de hæreſi, & numero* 12.
12. *Notary, & aduocati ſcribentes inſtrumenta, ſeu patrocinantes, eo quod priuentur, non ſunt irregulares officium exercendo poſt ſuſpenſionem inſtrumenta quidem non valent.*
13. *Aduocati Notary, & procuratores defendentes incarceratos pro hæreſi non admiſſi ab inquiſitore ſunt ſuſpecti de hæreſi contra quos inquiſitores poſſunt procedere, vt excommunicatos, numero* 15.

14. *Aduo*

14. *Aduocatus nullo modo poteſt accuſato de hæreſi præbere ſuum patrocinium niſi de licentia ſuperiorum, qui arbitrariè valet puniri.*

16. *Conſilium præſtantes hæreticis ſunt dicendi fautores, ac proinde de hæreſi ſuſpecti, & ſic conſulentes ipſo iure excommunicati.*

17. *Aduocatus nunquam datur ad ſuſtinendam aliquam ſpeciem hæreſis quæ verè hæreſis eſt non eſſe hæreſim, nam contraheret hæreſim ſi animo id faceret, nollens hæreticum puniri.*

18. *Aduocatus admittitur cum reus vult probare hæreſis crimen non commiſiſſe, & quando eſt dubium de facto.*

19. *Defenſiones dandæ ſunt cum aduocato, reo inquiſito de hæreſi, & neganti.*

20. *Aduocatus nunquam cum reo inquiſito ſolus queit ſtare, niſi præſente inquiſitore, notario, aut fiſcali.*

21. *Patrocinator literatus defendendo incarceratum credens non eſſe hæreticum, non dicitur fautor, ſecus ſi aliud ſciret, nec incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, & n.22.*

21. *Aduocatus non incurrit aliquam pœnam patrocinando pro hæretico, ignorans illum eſſe hæreticum, & cum illum defendit ex alia cauſa criminali, aut ciuili.*

23. *Aduocatus non prohibetur patrocinari pro eo qui licet fuerit hæreticus ſi tempore patrocinij iam non ſit hæreticus, aut velit redire ad fidem.*

24. *Aduocatus, aut procurator de iure, vt interuenire poſſit pro reo incarcerato in ſancto Officio, relinquitur arbitrio iudicis.*

25. *Aduocatus fiſcalis quare pro officio ſanctæ inquiſitionis creetur*, remiſſiuè *qui debet eligi vir probus, induſtrius, diligens fidei zelator, & iuris peritus verſatus in cognitione delictorum S.Officij, & num.26.*

26. *Conſiliarij laici non congruat, vt eligantur ad munus fiſcalis ſanctæ inquiſitionis, apud nos ſemper eligitur clericus iuriſperitus.*

17. *Fiſcalis aduocatus S. Officij quo ordine initiat, ac proſequitur proceſſum contra reos.*

1 OMnia hæc ex littera noſtri textus
apta ſunt vt diſſerantur per verba
ibi, *vobis aduocatis, & ſerinearijs firmiter
inhibemus ne hæreticis credentibus, fautoribus,
vel defenſoribus, eorundem in aliquo præſtetis
auxilium conſilium, vel fauorem, nec eis in
cauſis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus
ſub eorum examine veſtrum patrocinium
præbeatis, & pro ipſis publica inſtrumenta,
vel ſcripta facere nullatenus attentetis, quod
ſi contra præſumpſeritis ab officio veſtro ſuſpenſos
perpetua vos decernimus infamiæ ſubiacere*, hæc Pontifex Innocent. III. & ſic
DD. hic *& in cap. ſtatuta fin. hoc tit. lib.6.
ver. & abſque aduocatorum*: dixerunt quod
in crimine hæreſis quando contra hæreticum
proceditur aduocatus ſeu procurator
non admittitur: Syluester *in ſumm.
verb. hæreticus* §. 1. *num.* 14. *in fine verſ. decima
quarta*, Cattetius *de hæretic. num.* 114.
Simanc. *de Catholic. inſtitut. tit* 5. *num.* 1.
Clar. *in* §. *hæreſis num.* 17. *verſ. vltimus*, Decian,
in tract. crim. lib. 5. *quæſt.* 51. *num.* 13.
in princ. quare DD. antiqui, & Gloſſa
verſ. nota 2. Monach. *in princ. Gemin. nu.*2.
verſ. nota argumentum, Franchis, *num.*1. *&* 2.
Barboſa *num.*4. Calderin. *de hæretic. Rubric.
de his, quæ pertinent ad exequtionem officij
num.*19. Tabiena *in verbo hæreticus num.*1.
in princ. & in verb. procurator, vbi de procuratore
non admittendo *in crimine hæreſis*,
nec ad agendum, nec ad defenden-
dum, † & ratio inquam eſt, quia aduo- 2
cari hæreticorum poſſunt dici eorum defenſores
ſecundum Anchar. hic *num.* 2.
Ioan. de Anania etiam *num.* 2. pluribus
exornantes quod aduocando, & procurando,
quis dicitur præſtare auxilium, &
& fauorem delinquenti, & ſic Marin.
Delrio *de diſquiſ. magicis lib.*5. *ſect.*4 *verſ.
ſecundum eſt* dixit aduocatum hæreticorum,
& ſortilegorum eſſe de hæreſi ſuſpectum,
& Iacob. de Graffis *lib.*4. Suarez
deciſ. cap. 18. *num.*39. dixit iſto caſu aduocatum
hæreticorum contineri in Bulla
Cœnæ Domini ſub nomine *defenſorum*,
† & quod non admittatur aduocatus non 3
tantum de iure Canonico; imò, nec de
iure ciuili *per textum in l. arriani Cod. hoc
tit.* & per verba ibi tenet Decianus comprobans
*d. lib.*5. *crim. cap.*51. *num.*25. Farin.
*de hæretic. quæſt.*195. §. 3. *à num.*54. Legendus
ibi *numer.*63 vbi *num.*63. addit cum
Afflict. *in conſtit. Regni de hæretic. & patteren.
Rubric.* 1. *num.*43. vt multo minus poſſint
aduocatus, ſiue procurator interuenire
pro aliquo hæretico potente, qui de facto
propter eius potentiam à iudice Eccleſiaſtico
puniri non poſſit. † Tamen ſi 4
occurrit caſus præſtandi aduocatum reo,
poterunt inquiſitores, etiam cenſuris compellere
ſæculares aduocatos, vt alicuius
rei cauſæ patrocinium ſuſcipiant: Alfonſus
Narbon.

Narbon. *in Rocopil. lib.4. tit. 1. l. 20.* Gloſſa 22. *num.63.* vbi citat Bobadillam, & Decianum, Diana *p. 4. tract.8. reſ.9. in fine,* & Simanc. *de Catholic. inſtitut. tit.1. num.2. & 3.* & Diana ibi proximè docent quod ea, quæ aduocati allegant reo præſente perinde habenda ſint, ac ſi ab eo ipſo reo proferantur, niſi forte aduocatus errauerit, & reus intra triduum contradixerit, imò, & poſt triduum ſi reus contradixerit non eſt cur noceat ei in cauſa hæreſis error aduocati cum ſimpliciter hoc in iudicio agat.

5 Vnde etiam per textum noſtrum DD. ibi *vel factis*, docent vt aduocatus hæretico conſilium, auxilium, fauorem, & patrocinium præſtare non debeat, nec in iudicialibus, nec extraiudicialibus Hoſtienſ. hic *num. 2.* Ioan. And. *num.3.* Cardin. Zabarel. *col. 1. in verb. vel factis,* Anania *in princ. verſ. expone litteram,* Farinac. *d. §.3. nu 69.* exponentes *d. verb. vel factis,* pro quibus negotiis; & in tantum expoſitores hic ampliant vt aſſerant procedere ſic vt nec aduocati patrocinium præſtare poſſint pro hæreticis, etiamſi fuerint accuſati de alio crimine, vel in alia cauſa ex gloſſa hic *verb. auxilium*, quæ reſpondendo contrariæ opinioni declarat hanc ampliationem procedere in eo, qui poſt annum excommunicatus pro hæretico habetur ſecus ante annum, & ita de fautoribus, credentibus, & defenſoribus ſit intelligendum credo, aduerſus quos anni tranſactio multum operatur vt dixi *ſub d. cap. ſicut* 8. docent hanc ampliationem Canoniſtæ hic, vt videre eſt apud Hoſtienſ. *num. 1. verſ. de ſecunda vero,* & *num.2. vſque ad verb. ſub eorum,* & præſertim *in verb. in cauſis*, Ioan. Andr. *num.7. verſ. dic tamen & numero 3. verb. in cauſis,* Henric. Borc. *num.6. verſ. tamen*, Cardin. Zabarel. *num.3. col. 2.* poſt *verſ. opinio ad idem*, Anania *d. verb. expone*, qui omnes verba illa textus noſtri, *nec in cauſis*, extendunt ad omnes alias cauſas criminales vltra hæreſim, Farinac. *d. §. 3. num.65.* cum Carrerio, & ſumma Angelica, & cum eo Barboſa *in d. cap. fin. hoc tit. lib.6. d. num.4. in fine*, videndus Barboſa hic *num.4.* cum Hoſtienſe, Angelo, & aliis vbi ex Sanctarello *de hæreſi cap.11. num.13.* Toleto, & Syluestro refert non eſſe aduocatum defenſorem hæreticorum in hoc caſu ita vt propterea incurrat in excommunicatione Bullæ Cœnæ: vide infra *verſ. quare in fine.*

6 Nec ignoratur quod Ioannes Rojas videatur contrarium ſequi dum dixit *in ſingul. 169.* poſſe procuratorem interuenire pro reo carcerato pro crimine hæreſis etiam ſine mandato teſtans ſic cautum *in 1. inſtruct. Hiſpalen. cap.16.* & ex Alberico *in tract. de ſtatutis p. 4. quæſt.33.* atteſtante ſe defendiſſe inculpatos de hæreſi in conſiſtorio publico annullando proceſſum factum contra communitates per Papam Ioann. 22. imò refert Farinac. *d. §. 3. num.54. verſ. quamuis,* Oldradum *conſ. 220.* vt ante retulit Franc. Pancimbin. *tract. de lamiis num.78.* quod ipſe Romæ pro Dominis vice-comitibus, qui damnati fuerant de hæreſi per Ioan. Papam 22. & iniuſtè, petiit proceſſus annullari, quia non dicitur hæreticorum fautor, qui coram ſuperiore defendit.

Quorum modum dicendi ego admitterem ex alia communi, quæ docet in nonnullis caſibus admitti aduocatum, & procuratorem, etiam ad defendendum incarceratum pro hæreſi; ſi de illa non conſtaret, & res eſſet dubia: non enim tunc prohibetur aduocatus ſuſtinere partem negatiuam, ſi admittatur ad defendendum, de licentia iudicis, & inquiſitorum vt dicimus infra hic, ita Oldrandum ſic dicentem ſequitur Felin. hic *col. fin. verſ. in gloſſa penult.* vbi Franc. Pegna ad Eymeric. *in direct. inquiſ. p. 2. cap. 11. comment. 20. verſ. in hac difficultate,* Carrer. *in tract. de hæretic. numer.114. ante finem verſ. Ioan. de lignano,* Decian. *tract crimin. lib.5. c.51.n.15.* Farin. *d. quæſt.197. §.1.n.71.* etiam cum Franc. Ponzinibio *in tractat. de lamiis num.77.* idem Farinac. *num.73. verſ. limita 2.* vbi cum eodem Felin. Vmberto, Locato, Repert. inquiſit. Mandos, Simanc. Carrerio, Iacob. de Graffiis, Delrio, Deciano, & aliis docet quod non denegatur aduocatus, & procurator inquiſito, & carcerato pro hæreſi, quando dubium eſt an ſit hæreticus, & quod ei propterea dantur defenſiones, ſicque regulam procedere quando conſtat inquiſitum eſſe hæreticum, ſecus ſi de hoc non conſtat, & ob id iſto caſu vt inquiſitores debeant dare aduocatum inquiſito hæretico petenti, † & addit Simanc. *de Catholic. inſtit. titul.42. Rubric. de modo procedendi, & num.22.* quod reo neganti delictum datur aduocatus, qui pariter cum reo crimen negabit, eumque fuiſſe Catholicum affirmabit, & probabit, & *num.25.* quod pariter reo negante ſunt cum aduocato communicandæ exceptiones, & defenſiones rei, qui *titul.52. de procuratoribus num.2.* 7 8

num. 2. *&* 3. addit quod pro carcerato
negante ſe hæreticum admittitur procu-
rator, vt illum defendat, imò amplius
in Enchirid. dixit *tit.* 42. *Rubric. de aduocatis,*
quod iſto caſu reo non petenti, ab inqui-
ſitore dari debet aduocatus, & in aliis ca-
ſibus de quibus infra cum aliis Barboſa
hic *nu.*5. Sanct. *d.c.*11 *n.*24. Zerola in praxi
Epiſcop. *p.* 1. *verb. hæreticus* §. 15. vbi
benè.

9 Sed hodie in praxi non videmus dari
procuratores, ſed tantum aduocatos reis
ſancti officij, quia licet de vtroque dan-
do ab inquiſitoribus loquatur inſtructio
Hiſpalen. anni 1484. *num* 16. *verſ. ſi el
reo accuſado pidiere que lo den abogado y pro-
curador deben lo dar los inquiſidores*, niſi in
aliqua graui neceſſitate datur talis man-
dati poteſtas aduocato, qui illum defen-
dit, ſic cum Pegna, Simanc. & Rojas Dia-
na *p.*4. *tract.*8 *reſ.*9. vbi ad praxim ibi non
deſinam.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem an
notarij ſiue procuratores, aut curatores
pro reis hæreticis admittantur, quia de pro-
curatore aliquid iam eſt dictum hic, *à n.*1.
& quod in S. Officio ſoleat minori 25. an-
nis incarcerato pro crimine hæreſis dari
curator, coram quo actus fiunt præſente
reo iuxta modum, quem ponit Paulus Gar-
cia *in libello de ordine proceſſandi in S. Officio
vulgo Cartilla ex fol.* 14. *verſ. ſi el reo fuere
menor, & num.*19. *verſ. fueledicho,* vbi quod
frequenter nominatur à reo, qui ſit litte-
ratus: vbi *fol.* 20. *verſ. eluego* curatoria diſ-
cernitur, & incontinenti iurat minor de
dicenda veritate in præſentia curatoris,
coram quo leguntur confeſſiones rei, qui &
ratificatur cum aſſiſtentia illius breuiter
etiam *ex textu noſtro in verſ. ſcrimarius*, &
iterum *in verſ. pro ipſis publica inſtrumenta,
vel ſcripta nullatenus facere attentetis*, dicen-
dum eſt ſicut de aduocatis, vt non poſ-
ſint pro hæreticis facere in aliqua cauſa,
vel pro eis facientibus inſtrumenta, ſic
in terminis Abbas antiq. Hoſt. *nu.*1. *&* 2.
Ioan. Andr. *num.*1. *&* 13. *in verb. officio ve-
ſtro*, Anchar. ante *num.*1. *& num.*3. *verſ.
quarto*, Anton. de Butr. Cardin. Zabarel-
la, Marian. Socin. & Felin. & alij relati
à Farinac. *d.* §. 3. *quæſt.* 197. *in* 67. poſt
Calderin. Tabien. Simanc. Sylueſtro, Lo-
cato, & aliis Decian. *tract. crim. d. cap.*51.
*lib.*5. *num.*53. de quo extat conſtit. Inno-
cent. IV. edita anno 1254. incipit *nouerit
vniuerſitas verſ. item iudices*, quam refert
Franc. Pegna inter litteras Apoſtolicas, vbi
loquitur etiam in receptatoribus, defenſo-
ribus, & fautoribus hæreticorum quibus
ius non reddi in ea ſtatuitur cum iudi-
ces aduocati, & notarij officium eorum
non impendant, & quod idem ſtatuat alia
conſtit. Nicol. III. de anno 1281. incipit
Vniuerſitas de quibus Scortia, & nos dixi-
mus *ſub d. cap. ſicut hoc tit.*

Notandum vero eſt ad propoſitum hu- 11
ius dubij quod licet ex textu noſtro ad-
uocati patrocinantes pro hæreticis, & no-
tarij ſcribentes inſtrumenta pro ipſis pri-
uentur aduocationis, & notariatus officio
reſpectiuè, ſed non inde per hoc crimen
ſint irregulares officium exercendo poſt
ſuſpenſionem: Hoſtienſ. hic *num.*3. *verſ. ſed*
Anchar. *num.*3. *verſ. ſi autem*, poſt Marian.
Ioan. *n.*3. *in fine*, Zabarella *num.*4. *col.*2. *verſ.
quaro*, Anania *num.*4. *in fine verſ. quid autem*,
Farinac. *d. quæſt.*197. *num.*84. ſed quod in-
ſtrumenta facta à notario pro hæretico, &
etiam pro aliis poſt officij priuationem mi-
nime valeant ex hoc textu dicunt Hoſt.
And. Anch. Zabarel. & Anania.

Ad tertiam partem quæſtionis de pœna 12
infamiæ, & priuatione officiorum dicunt
DD. per vltima verba textus noſtri *in d.
cap. fin. hoc tit. in* 6. item. & relatæ conſtit.
de qua pœna infamiæ, & priuatiune ali-
qua *in d. cap. ſicut*, & alibi; & nonnulla *in
lib. alleg. fiſcal. S. Officy*: ideo non amplius
cum ibi, & per DD. relati abundè ſcri-
ptum ſit † itaque vltra pœnas noſtri tex- 13
tus ſunt etiam aduocati notarij, ſeu pro-
curatores defendentes reos hæreſis in ca-
ſibus, in quibus ad id non admittuntur,
ex licentia inquiſitorum, ſuſpecti de hæ-
reſi, ſicut contra eos vti tales poſſint in-
quiſitores procedere, quia comprehen-
duntur ſub nomine defenſorum hæreti-
corum: Farinac *d. qu.*197. §. 3. *n.*55. Sanctar.
de hæret. num. 21. *verſ. imò aduocati cap.*11.
Leonard. Duard ad Bullam Cœnæ Domi-
ni *lib.* 2. *Canone* 1. *quæſt.* 32. *num.*9. *verſ. hu-
ius criminis*, Paulus Chriſtinæus *deciſ. cu-
ria Belica volum. ſecundo, deciſ.* 34. *numero* 9. 14
† vbi quod nullo modo poteſt aduoca-
tus accuſato de hæreſi præbere ſuum pa-
trocinium, niſi de licentia ſuperiorum,
& quod ita iudicauit ſupremum Mechli-
nenſe Conſilium: Freitas ad Roder. *de
confeſſar. ſolicit. quæſtione* 23. *numero* 28. vbi
quod præbens conſilium inquiſito etiam
iuſtum inſcio inquiſitore arbitrariè pu-
niri debet, tradit Carena *de officio inqui-
ſit. p.* 2. *titulo* 4. §. 8. *numero* 75. & quod
ita practicetur in ſancto officio tradunt
Pater Pueron. relatus à Carena, & Scor-
tia *in conſtit. Pontiſic. Theor.*30. *num.*1. quod

ego ſemper vidi, vt fiſcalis, & inquiſi-
tor in inquiſitione Valliſoletana, & at-
teſtatur ſic Lucatus *in iudic. inquiſit. caſu*
15 10. inter caſus Placentiæ, † videbis quæ
congerit Barboſa hic *à num.*1. *ad* 11. vbi
ait etiam eſſe excommunicatos in Cœ-
næ Domini Bulla ex Vgolino ad illam *in
clauſula* 1.*num.*6. & ex Iacob. de Graffis
in deciſ. lib. 4. *cap.*18. *num.*39. & de pœna
infamiæ, & priuatione exercitij aduoca-
tionis cum antiquis ad textum hic pro-
bat Simanc. *in Enchir. d. titul.* 14. *num.*4.
& Farinac. cum multis ex antiquis *n* 56.
vbi *num.*57. *de pœna excommunicationis*, *&
num.*58. vbi procedere nedum ſi hæreti-
cos defendant, ſed etiam fautores idem
contra notarios.

16 Quare breuiter iuxta doctrinam textus
noſtri infero quod conſilium præſtantes
hæretico ſunt dicendi fautores hæretico-
rum, ac proinde de hæreſi ſuſpecti prout
ſunt fautores iuxta, quæ dixi *in cap. ſicut* 7.
hoc tit. cum aliis Farinac. *de hæreſi qu.*182.
benè Concil. Tarracon. apud Pegnam *p.*2.
in princ. conſtit. Innocent. IV. incipit ad ex-
tirpanda *verſ. quicumque vero*, alia Clem. IV.
quæ ſimiliter incipit inter litteras Apoſto-
licas pro ſancto officio *poſt direct. inquiſit.*
Cæſar Carena *d. p.* 2. *tit.* 4. §. 10. & quod
propterea vt ſic conſulentes ſint ipſo iu-
re excommunicati, & ſepultura Eccle-
ſiaſtica careant, docent Hoſt. *in ſumma
de hæretic. numero* 13. *verſ. quæ pœna*, Cal-
derin. *in tractat. de hæretic. cap.*5. *numero* 5.
vbi de præſtante conſilium, ſeu auxi-
lium vt fugiat, Decian. *tractat. crimin.
lib.*5. *cap.*51. *n.*46. & alij *ſub d. cap. ſicut hic.*

17 Ad quartam quæſtionis partem de mo-
do admittendi aduocatum ad defen-
dendum incarceratos de hæreſi, quia
quando clarè de delicto conſtat non ſunt
admittendi vt diximus, & ſic multo mi-
nus dentur defenſiones, nec admittatur
aduocatus ad ſuſtinendum ſcilicet ali-
quam ſpeciem hæreſis, (quæ verè hæreſis
eſt) non eſſe hæreſim: Hoſt. hic *num.*1. *ad
med. verſ. ſed ad defendendum hæreſim*: Hen-
riquez Boichc. *num.*3. *verſ. aut quæris*, Car-
rer. *de hæretic. num.*19. vbi quod contrahi-
tur hæreſis, per eum, qui pro hæretico ad-
uocaret animo hæreſim defendendi, & no-
lens hæreticum ita contra fidem, & ſa-
cramenta ſentientem puniri Farinac. *d.
qu.*197. *num.*70. in caſu tamen dubio, ſit aut
non hæreticus admittatur de licentia in-
quiſitorum, & qui debeat eſſe, & cum
qua qualificatione; ideo nonnulli referen-
tur alij caſus.

Et enim ſi quis inquiſitus vult oſten- 18
dere ſe non eſſe hæreticum dicit Carre-
rius *in tract. de hæretic. num.*114. *verſ. Ana-
nia & verſ. Ioannes Delignano*, quando ſo-
lum vult probare quod probata verba hæ-
reſim non ſaperent, & quia iocaſſe pro-
lata ſunt; & Iulij Clar. *in pract.* §. *hæreſis
num.*17. vbi quod admittitur aduocatus vo-
lens probare quod ex proceſſu non appa-
ret inquiſitum eſſe hæreticum, & Decian.
*in tract. crim. lib.*5. *cap.*20. *num.*20. *& cap.*37.
*num.*51. *& cap.*51. *num.*15. vbi quando ad-
uocatus defendit factum, quod dubitatur
an ſit hæreticum nec ne; de quo Farinac.
ſuprà cum aliis *num.*71. Legendus Eyme-
ric. *in direct. p.* 3. *Rubric. de defenſ. reorum
num.*117. vbi Pegna *in addit. comment.* 28.
lit. B. & lit. C. † vbi pariter dixit inquiſito 19
de hæreſi neganti dandas eſſe defenſio-
nes cum aduocato, idem Pegna ad tex-
tum noſtrum *in addit. ad eundem Eymeric. p.*2.
*cap.*11. *comm.*10. *verſ. in hac difficult.* Martin.
Delrio *inquiſ. Magic. lib.*5. *in* 2. *appendice q.*38.
† vbi declarat iſto caſu aduocatum nun- 20
quam permittendum eſſe, vt ſolus cum
inquiſito agat, ſed præſente, aut iudice
aut fiſcali, aut notario iuxta ea quæ dixit
Farinac. *in praxi quæſt.* 39. *num.* 14. *& à
num.* 112. idem *d. quæſt* 197. *de hæreſi ſub
num.*13. *in fine*, vbi refert pro hac limita-
tione Iacob. de Graff. *lib.* 4. Suar. *deciſ.
cap.*18. *num.*39.

Quare dicunt Nicol. Arelaten. *notab.* 21
45. Decian. *d. cap* 51. *crimin. lib.* 5. *num.*24.
Vgolin. *in tractat. de cenſ. Pontifici reſerua-
tis p.* 2. *in gloſſa fautores in princ. numero* 6.
verſ. hoc autem, vt non dicatur fautor, ſeu
defenſor hæretici, qui pro eo patrocina-
tur credens non eſſe hæreticum, & ha-
bere iuſtam cauſam, licet poſtea appa-
reat contrarium, quia ſola hæc creduli-
tas ipſum excuſat, ſecus ſi contra con-
ſcientiam illi patrocinaretur: Farinac. *d.
quæſt.*197. *num.*82. vbi ex eodem Vgolino
dicit aduocatum iſto caſu non incurrere
excommunicationem Bullæ Cœnæ Domi-
ni, & D. Vgolin. ibi *n.*7. in fine notat, vt
quam primo aduocatus cognoſcit ſe habe-
re iniuſtam cauſam à defenſione debet
deſiſtere vt comprobatur ex dicendis *qu.* 22
ſeqq. † & ſic Decian. *d. lib.*5. *crim. c.* 51. *n.*14.
Farin. *d. qu.*197. *n.*72. dixerunt aduocatum
non incurrere aliquam pœnam cum pro
hæretico patrocinatur ignorans illum eſſe
hæreticum, cum aliis multis idem Fari-
nac. *num.*66. Thomas Sanchez cum aliis
in ſumma lib. 2. *cap.*10. *num.*19. ex Sylue-
ſtro, Toledo, & Vgolin. addens quod
defen

defendens hæreticum in cauſa ciuili, vel criminali extra hæreſim, quam quis iuſtam credit non dicitur propriè defendere verè hæreticum, ſed proximum, niſi ſic defendat animo faciendi hæreſim ad dicta ſupra hic *in princ. verſ. vnde in fine*.

23 Itaque etiam infertur cum Ioan. Andr. hic *numero ſeptimo, verſ. quidquid ſupra dixerit*, Hoſtienſ. illum reprobando Carrer. & Afflictis, & Farinac. cum aliis *d. quæſtione* 197. *numero* 75. vt non prohibeatur aduocatus patrocinium præſtare pro eo, qui licet fuerit hæreticus non eſt tamen hæreticus tempore patrocinij, vel ſi eſt hæreticus vult redire ad fidem: Decian. *tract. crimin. d. cap.* 33. *num.* 51. *& d. cap.* 51. *num.* 17. *&* 18. Iulius Clarus *in praxi* §. *hæreſis num.* 17. vbi quod admittitur aduocatus volens probare quod inquiſitus eſt paratus redire ad Catholicam fidem.

24 Et ſic quia de aliis caſibus *quaſt.* 2. dicemus ratione quorum poterit aduocatus excuſare ab hæreſi incarceratos illos defendendo ſuis allegationibus iuxta quod permittitur in ſancto Officio inquiſitionis, nunc concludimus cum Afflict. *in conſtit. Reg. de hæreticis, & patranis Rubr.* 1. *numero* 43. ante fin. Decian. *crim. d. lib.* 5. *quæſtione* 51. *numero* 20. Farinac. *d. quæſtione* 197. *numero* 79. arbitrio iudicis remiſſum eſſe, an pro inquiſito hæretico poſſit interuenire procurator, & aduocatus.

25 Ad vltimam quæſtionis partem, quare aduocatus fiſcalis pro Officio S. Inquiſitionis creetur, vt reos accuſet, quia latè poteris colligere ex his quæ adduxi *ad textum in cap. Vergentis* 10. *hoc tit. ab alleg.* 1. vbi de officio fiſcalis in genere item, & quoad Tribunal inquiſitionis, vbi etiam dixi de origine, & dignitate aduocati fiſcalis, ideo reſumptiuè nunc dico vt aduocatus fiſcalis S. Officij eligendus debeat eſſe vir probus, ingenioſus, diligens fidei zelator, & iuriſperitus habens vtriuſque iuris perfectam cognitionem, vt iuridice munus ſuum apud inquiſitores exercere poſſit, & verſatus præcipuè in cognitione, & intelligentia delictorum ad ſanctum officium inquiſitionis expectantium, & de eorum pœnis, ac Bullis Apoſtolicis materiam ſanctæ inquiſitionis claudentibus, Simanc. *de Cathol. inſtitut. titul.* 53. *num.* 1. *& in Enchirid. tit.* 20. *numero* 2. Ludouic. à Paramo *de orig. inquiſ. quæſt.* 9. *à num.* 40. Regens Tapia in iure ute Regni Neapolit. *lib.* 2. *tit. de offic. aduocat. & procurat. fiſcal. in Rubric. à num.* 9. qui generaliter dixit eligendos in aduocatos fiſcales debere eſſe viros doctiſſimos probariſſimos, & diligentes, † ſubdens etiam quod ad hoc non eſſet congruum, vt eligerentur ad prædictum munus Regij Conſiliarij, & Cameræ Præſidentes, quorum eſſet probata doctrina, & omnibus probitas nota refert Catena *de offic. inquiſit. p.* 1. *titul.* 9. §. 12. addens ex hoc fortaſſe motam fuiſſe congregationem incipiendo eligere in aduocatum fiſcalem ſancti Officij Cremonæ vnum ex conſultoribus eiuſdem tribunalis, quod apud nos non practicatur eo quod ſemper eligitur clericus iuriſperitus à Domino inquiſitore generali, vt ſolent, cum ſit etiam Rege conſulto, aliter poſſent occurrere inconuenientia, quæ colliguntur ex Epiſtola, quam adſcripſi *in d. alleg. fiſcal. ante princ.* circa alias cauſas præter hæreticales in quibus aduocatus fiſcalis ſolet allegare contra Regiam iuriſdictionem aliud appetentem, vt etiam videbis ex caſibus à nobis defenſatis pro Roſtris, quorum nonnullos refero, *p.* 2. *allegat. alleg.* 5.6.7. item *alleg.* 13.14.15. *&c.* 26

27 Nota quod iuxta praxim quotidianam procesſandi reos hæreſis in ſancto Officio, fiſcalis primo denunciat reum, præſentat informationem, deinde habitis audientiis cum reo ſoliris in tempore petit recipi ad probationem, proſequiturque alias diligentias, quas ponit Paulus Garcia in forma proceſſandi in S.Officio *fol.* 1. *ex inſtruct.* 2. *anni* 1561. *& fol.* 15. vbi de accuſ. & reſponſ. *& fol.* 17. vbi de concluſione ad probandum, *& fol.* 22. vbi de petenda publicatione, qui nunquam concludit ibi, *fol.* 36. *ex inſtruct.* 39. vbi *fol.* 17. *B. &* 18. qualiter proceſſus debeant fieri in cauſis, quæ non ſunt hæreſis, *& fol.* 14. *B.* vbi quamuis reus plenè confeſſus ſit delicta, debet illum fiſcalis accuſare, & de quæſt. an fiſcus ſancti Officij poſſit appellare, & an valeat recuſari, quià iam dixi *ſub allegat. fiſcalibus, & ſub cap.* 4. *de foro compet.* non addimus plus interim ſunt videndi Cæſar Carena, & ab eo relati *de offic. inquiſit. p.* 1. *tit.* 9. *fol.* 45. cum Danza, Grammatico, Nauarro, Tapia, Riccio Botgiam, & aliis.

QVÆSTIO II.

Aduocatus, & procurator pro reo cum ille admittitur hæreticus ad defenſiones quibus debeat pollere, vt iuſtè aduocationis officium impertiatur, & an admittantur articuli tendentes ad defenſionem abſentium, & an valeat aduocatus pro hæretico incarcerato allegare innocentiam rei, minorem ætatem aliaſve cauſas excuſantes illum à delicto, ſeu illud minuentes.

SVMMARIVM.

1. *Defenſiones reo inquiſitionis non dantur quando hæreſis eſt notoria, ſiue delictum, ſecus ad probationem contrariam rationabiliter valent admitti, num. 2.*
2. *Defenſiones reo conceduntur aduerſus verba hæreticalia dubia, etſi conuictus ſit, quid ſi confeſſus ſit.*
3. *Defenſiones etiamſi non petantur à reo, debent concedi ab inquiſitoribus ex officio; ſi competant etiam in caſu torturæ.*
4. *Proceſſus, copia datur reo ſuppreſſis nominibus, & circunſtantiis teſtium, & facta communicatione cum aduocato, vt num. 6.*
5. *Defenſiones ſunt dandæ relapſis, ſi notorij non ſint, & pertinaces, ſed dubij, & quando aliqua propoſitio, eſt in controuerſia.*
6. *Aduocatus dandus eſt reo ab inquiſitoribus, cum aſſignantur ei defenſiones in foro inquiſitionis.*
7. *Aduocatus aſſignatus pro ſancto officio datur reo, niſi alium reus peteret præter deputatum, & de praxi Cremonæ.*
8. *Defenſiones dandæ ſunt reo hæretico, etiam quod alias ſit homo malæ vitæ.*
9. *Procuratores, & aduocati dandi in ſancto officio reis debent eſſe viri de hæreſi non ſuſpecti, fidei celatores, probi, legales, & in vtroque iure mediocriter verſati.*
10. *Aduocatus debet iurare de defendendo reum in cauſa iuſta, & quod detecta illius iniuſtitia cauſam deſerat perſuadendo illi, vt dicat veritatem, item de obſeruando arcana.*
11. *Aduocatus S. Officij iurando defendendo reum adimplendo ſuum munus non debet eſſe cauillosus, aut garrulus, qui reo non det conſilium iuxta praxim, num. 12.*
13. *Articuli tendentes ad defenſionem rei admittuntur non contumacis, vt ſub num. 14.*
14. *Procurator admittitur ad excuſandum reum abſentem, & quid ex praxi ſancti Officij, n. 15.*
16. *Aduocatus poteſt allegare cauſas minuentes delictum, ſeu illud excuſantes, vt exemplificatur, & n. 17.*
17. *Minor ætas num. 25. excuſat in hæreticis impœnitentibus, & pertinacibus, alias ſic nec 14. in his, qui ſunt doli capaces minores.*
18. *Minores 25. annis ex ſtylo admittuntur hæretici ad abiurationem formalem cum clauſula citra pœnam relapſi, & qualiter alij minores 14. & num. 20. vbi de praxi.*
19. *Minor, qui incidit in hæreſim ſi factus maior deprehenditur punitur, vt maior: non enim delictum hæreſis eſt momentaneum, ſed ſucceſſiuum.*
20. *Ira ſolet excuſare delinquentes in S. Officio ſi hæc proueniret iuſtè, in quo debet inquiſitor non eſſe credulus, & num. 21.*
21. L. ſi non conuitij Cod. de iur.
22. *Furor excuſat allegatus, ſi tempore delicti, quis erat furioſus in quo agnoſcendo debet eſſe nimis diligens inquiſitor, cum ſit frequens doloſa reorum in hoc fictio.*
23. *Furor non præſumitur eſtque probundus adhibitis medicis.*
24. *Furor de præſenti præſumitur durare, etſi aliquando ſanè loquatur reus, & ex qua duratione probetur.*
25. *Dormientes non delinquunt, niſi in culpa ante fuiſſent vt exemplificatur, & quoad hæreſim probatam ab eis debent inquiſitores diligentes eſſe in perſcrutando vitam illorum, & n. 26.*
27. *Ebrius ſi protulit hæreſim valet excuſari, cum non ſit iudicandus hæreticus, & num. 28.*
28. *Ebrietas triplex diſtinguitur, ad excuſandum, vel puniendum ebrium, qui hæreſim protulit.*
29. *Iocosè, aut relatiuè, ſiue lubrico linguæ hæreſim proferens mitius punitur, num. 30.*

30. *Rei*

30 *Recitatiue hæreſim narrans non dicitur illam tenere.*

31 *Aſſerens ſe facere velle aliquid quod eſt directe hæreticum, non eſt formaliter hæreticus.*

32 *Mulieres, & ruſtici excuſantur ab hæreſi in his, quæ earum capacitatem excedunt, & exemplificatur, quæ non excuſantur in poligamia, & ſortilegij delicto, & aliis num.* 33.

1 PRæmittendum eſt ex iam dictis ſo-
lere inquiſitores admittere reos in-
carceratos ad defenſiones, quibus ſe ab-
ſolui contendunt aut excuſari à delictis,
cumque non admittantur aliquando vel
quando notoriè, quis eſt hæreticus, aut
pertinax: Simanch. *de cathol. inſt. tit.* 11 *nu.* 1.
Farinac. cum multis, *in praxi quæſt.* 39.
à num. 13. *& de hæreſi, quæſt.* 183. *num.* 223.
Souſa, *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 2. *cap.* 29.
num. 8. & vt dictum *ſuprà* eſt, ſicut nec
aduocatus admittitur quando vult de-
fendere hæreſim, ſic nec reo dandæ ſint
defenſiones, qui vellet probare hæreſim
vti talem ab Eccleſia damnatam non eſſe
hæreſim: Farinac *de hæreſi quæſt.* 197. *nu.* 71.
cum aliis Souſa, *cap.* 219. *num.* 10. Pegna,
commentar. 10. *parte* 2. *direct. inquiſition.*
P. Maſſin. *in praxi p.* 10. *aſſertione* 190.
impreſſ. 2.

2 Quod ſi hæreticus non eſt notoriè ta-
lis, puta, quia verba hæretica ab eo prola-
ta ſunt dubia iuxta dicta, *quæſt. præced.* &
alibi, tunc vt non denegentur ei defen-
ſiones communis eſt ſtylus proceſſandi
in ſancto officio, ſicut nec denegantur
illi quando non eſt probatione conuictus:
Pegna, & Farinac. *ſuprà*, & Pegna, *ſuprà*,
comment. 28. *p.* 3. *verſ. dandus*, & etiam ſunt
dandæ, quando hæreticus eſt conuictus,
& non confeſſus, vt contra dicta, & per-
ſonas teſtium poſſit apponere, imo, & ſi
ſit confeſſus, & conuictus cum etiam
contra propriam confeſſionem poſſit, quis
aliqua deducere, Farinac. *dict. quæ-
ſtione* 183. *num.* 215. Souſa, *dict. cap.* 29. *n.* 4.
Caſtrus Palao, *in opere morali tract.* 4. *diſp.* 8.
3 *puncto* 6. *num.* 1. † in tantum quidem quod
etiam reo non petenti offeruntur ab in-
quiſitoribus defenſiones, & copiæ pro-
ceſſus, ac indiciorum vt ſuas defenſiones
facere poſſit etiam, ante torturam: nam
etiam, quoad hoc an ſit locus torturæ nec
ne auditur reus cum ſuo aduocato: Fa-
rinacius cum aliis, *dict. quæſt.* 183. *nu.* 211.
verſ. & *hæc ampliatio*, recepta eſt in ſu-
premo conſilio, & *num.* 213. Souſa, *dict.*
cap. 29. *num.* 5. *&* 6. † vbi quod copia pro- 4
ceſſus conſignatur reo more ſolito ſan-
cti officij ſuppreſſis nominibus, & cir-
cunſtantiis teſtium, & facti: Simanch *in
enchirid. viol. relig. tit* 35. *num.* 13. Catena,
de offic. inquiſit. p. 3. *tit.* 9. §. 1. qui *ſub num.* 6.
cum Farinac. *ſupra num.* 217. Souſa, *dict.*
cap. 29. *num.* 2. † Maſſino ſupra, declarat 5
etiam defenſiones eſſe dandas relapſis
dum tamen non ſint notorij, & perti-
naces, ſed dubij velintque probare non
eſſe relapſos, & vide Bordon. *de inquiſit.
titulo* 36. *de defenſ. reorum, num.* 7. *&* 8. vbi,
& ſi denegentur volenti permanere in
ſua pertinacia concludit, ibi, quod ſi
aliqua propoſitio eſt in controuerſia con-
ceditur illi defenſio, & de copia proceſſus
ei danda, *num.* 9. cum ſuo aduocato, &
procuratore.

Ad primam igitur iam reſpondendo 6
quæſtionis partem dicendum quidem eſt
quod cum aſſignantur in foro ſanctæ in-
quiſitionis reo defenſiones, tunc debeat
inquiſitor prouidere de aduocatu, & pro-
curatore, cum quibus reus communica-
uit proceſſum ſibi dati in publicationem,
vt videant offenſas, quibus infligitur
reus, qui imprimis præſtito iuramento de
fidelitate, & ſecreto, vt *infrà* dico hic
in fine, debent totis viribus, & conatu
reum ad veritatem fatendam inducere,
ita vt ſi cognoſcat cauſam reo eſſe iniu-
ſtam eam omnino deſerat, vt hic, *ſub
quæſt.* 1. dixi.

Igitur cum adſit in tribunalibus lau- 7
dabilis conſuetudo vt inquiſitores depu-
tent vnum aduocatum, & vnum procu-
ratorem reorum. Carena, 1. *parte tit.* 10.
§. 1. vbi, *num.* 3. dicit quod cum casus
acciderit in S. officio vocandi ſunt hi
ad munera præſtanda ab inquiſitoribus
deputati, & hoc idem regulariter; nam ſi
rei aduocatos, & procuratores poſtulent
præter deputatos à ſancto officio eis, vti-
que iuxta exiſtente cauſa ſatisfaciendum
fore, vt notat Pegna, *dict.* 3. *parte, com-
mentar.* 30. *verſiculo & concedo ſibi talem*,
& addit Carena, ob id ad petitionem in
ſancto officio Cremonæ ſæpe vidiſſe de-
putati in aduocatum ipſorum etiam ali-
quem ex DD. conſultoribus, qui poſtea
in illa cauſa abſtinet à congregatione,
& voto præſtando vna cum inquiſitori-
bus, ex Souſa, *in aphoriſm. lib.* 2. *cap.* 3.
num. 8. cum aliis idem Carena, *parte* 3.
tit. 9. §. 2. *num.* 8. vbi, ex Pegna, Souſa,
& P. Maſſin. quod cum his rei merita
proceſſus offenſiui ſibi publicati, † propter 8

 quod

quod iuxta praxim hodiernam communiter tradit a Farinac. *dict. quæſtione* 185. §. 10. quod dandæ ſunt defenſiones reo hæretico etiam quod alias ſit homo malæ vitæ : cum Siman. *in annot. ad Zanchin. cap.* 3. contra Campegium, *in add. ad dict. Zanch. de hæreſi cap.* 9. *litt. in verb. copia verſ. &* 1. & Decianum, *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 36. *num.* 4.

9 Igitur, qui dandi ſunt aduocati, & procuratores in ſancto officio debent eſſe viri de hæreſi non ſuſpecti, fidei zelatores, probi, legales, & in vtroque iure mediocriter verſati, vt iam dictum eſt, ac docent Eymeric. *in direct. num.* 127. *verſ. & ſic concederentur ſibi*, Pegna, ibi; *comm.* 28. *ſub litt. C*, Locatus, *in iudic. verb. aduocatus, num.* 1. *verſ. aduocatus etiam eis.* Simanchas, *de cathol. tit.* 5. *de aduocatis nu.* 3. *& in enchirid. violatæ relig. tit.* 42. *num.* 2. Farinac. *de hæreſi cum multis, dict. qu.* 197.
10 *num.* 73. † vbi addit quod aduocatus hæretici debet iurare cauſam illam iuſte, & bona fide ſe defenſurum, & detecta iniuſtitia illius illam deſerturum, & inquiſitoribus denunciaturum nemini cauſæ arcana reuelaturum reoque perſuaſurum, vt veritatem fateatur, & ſi nocens fuerat veniam petat ex dicto Simanc. nec diſſentit Decian. *in tractat. crim. dict. lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 51. vbi dicit non eſſe hoc de iuramento improbandum, & ſi nullibi in iure caueatur, & neſcio ex quo colligat cum ſit frequentiſſimum; vt omnes miniſtri tam ſanctæ inquiſitionis, quàm extra iurent benè, & fideliter ſe gerere in ſuis officiis peragendis, vt *infrà*, dicetur etiam, *ſub cap. excommunicamus*, 1. §. 1.

11 Qui etiam aduocatus debebit legitimis tantum modis defendere, ac tueri reum, & quod hoc continet eius iuramentum, de munere ſuo fideliter, & benè exercendo; quare dicit Cæſar Carena, *dict. parte* 1. §. 2. *num.* 7. vbi ex doctrina, *in l. proximè ff. de his*, quæ in teſtamento delentur, *num.* 5. *verſiculo item, nota quod iudex*, ait quod aduocatus in iuris allegationibus debet eſſe breuis, & in hoc ſequi modum quo tam fiſci aduocatus, & Vmbertus Locatus, *in iudic. inquiſit. in verb. procurator num.* 2. monet inquiſitorem, vt aduertat ne admittat aduocatum, ſeu procuratorem garrulum, & cauillosum, ſed potiùs iuſtitiæ amatorem,
12 Farinac. ſuprà, *num.* 77. † vbi quamuis Paramus, *de orig. inquiſ.* dixiſſet *num.* 40. vt dandus ſit aduocatus reo per inquiſitorem non tantum vt illum defendat, verùm vt cum eius conſilio reſpondeat: tamen illum in hoc vltimo non recipi vt ego etiam ſemper vidi nunquam ſcilicet reum ex conſilio ſui aduocati reſpondere iuxta praxim Paul. Garciæ, *in ſuo libello de ordine proceſſandi*: ex quo patet ſemper aduocatum exire, ab audientia, vt reus per ſe reſpondeat coram inquiſitore, & notario ſecreti.

Ad tertiam quæſtionis partem an admittantur articuli tendentes ad defenſionem abſentium, & quod admittatur 13
procurator ad excuſandum contumacem, & ad allegandum cauſas abſentiæ, docent Simanch. *de cathol. inſtitut. tit.* 52. *Rubrica de procurat. num.* 4. *& in enchirid. tit.* 43. *eo tit.* 43. Decianus cum aliis, *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 16. *& cap.* 37. *num.* 50. Franc. Pegna, *in addit. ad Eymeric. in direct. inquiſit. p.* 3. *comm.* 36. *num.* 139. *verſiculo huius autem excuſatoris partes.* Farinac. *de hæreſi dict. quæſt.* 185. §. 7. *num.* 101. qui, *quæſt.* 197. *num.* 74.
† dixit quod licèt pro hæretico non 14
admittatur procurator, & aduocatus ſiue præſens, ſiue abſens contumax ſit admittitur, tamen allegans cauſam abſentiæ ad quod applicabis aliqua, quæ dixi, *ſub tit. de accuſat. & ſub cap* 14. *de iudiciis*, & ſic in terminis de quo inquirimus; Cæſar Carena, *dict. p.* 3. *tit.* 10. §. 20. *à num.* 96. recenſens caſum de quodam ſortilego abſente; videtur concludere quod articuli tendentes ad defenſionem rei, & alterius contumacis admittuntur pro defenſione rei non contumacis, ex qua ſententia potius videtur contrarium tenere: quare non omittas legere DD. ſcribentes, *ad textum in cap. cum contumacia*, de quo dixi non pauca, *ſub alleg.* 9. *p.* 2. *fiſcalium*, & ſic poteris hic adiungere formularium quod adducit. Paul. Garcia, *in dict. ordine proceſſandi contra abſentem fol.* 47. *B*, vbi, *fol.* 52. de ſententia contra abſentem.

Vnde notandum eſt, quod ſi furioſus 15
poſtquam delinquit aufugit, & ignoratur, vbi ſit Pater, vel conſanguinei, valent admitti ad probandum illius furorem, quia quamuis in criminalibus non admittatur procurator pro reo abſente, iuxta quæ dixi, *in cap.* 14. *de iud.* latè Farin. *in praxi q.* 99. cum multis ſed quando de delicto impunibili tunc procurator admittitur pro abſente ad probandam dictam impunibilitatem, & hoc de iure probat Cæſ. Carena exemplis,

exornans,

exornans *d.* 3. *p. tit.* 9. §. 15. *ex num.*70. Legendus, qui *num.*77. arbitratur hoc non eſſe practicandum in ſancto officio in quo fraudes hæreticorum ſunt infinitæ dici non poſſe in omnibus caſibus admitti niſi prius conſulta ſuprema Congreg. Eminent. Cardinal. ſupremæ inquiſitionis in tota Republica Chriſtiana, & apud nos Hiſpanos conſulto D. Inquiſitore generali, & Dominis de eius Conſilio, vt ſæpiſſimè vidi conſultos in caſibus difficilibus.

16 Ad quattam quæſtionis partem an valeat aduocatus pro hæretico incarcerato allegare innocentiam minorem ætatem aliaſve cauſas excuſantes illum à delicto, ſeu illud minuentes ex dictis iam dicendum eſt poſſe: quare communiter DD. de hoc inſtituto S. Inquiſitionis loquentes præcipuam rationem conſiſtere in probanda ionocentia incarcerati, vel per euidentiam facti quod demonſtrat rem ſe aliter habere, vel indirectè probando negatiuam coarctatam loco, & tempore quoad ſe ipſum, vel quoad teſtes, & inſuper probando actus Religioſos ipſius incarcerati vti cum Iulio Claro, Cantera, Simanch. & P. Maſſin. probat Cæſar Carena *d. p.* 3. §. 3. *à num.*9. legendus, & cum ad rectè hoc agnoſcendum deſeruiant iudice, quæ adduxi latè *in cap.* 11. *& cap. penult. de probat.* vbi de negatiua coarctata, &c. ideo de hoc caſu non plus, & vt etiam declarat Bordon. *de offic. inquiſ. cap.*36. cum eodem Carena *nu.*24. ex Lucas de pœna Paris de Puteo, Decio, Menoch. Alciato, & aliis etiam *à num.*71. vbi de modis, quibus hæreticus formalis conuictus probabit ſuam innocentiam, vbi latè leges.

17 Quoad minorem ætatem, quæ ſæpè ſolet allegari ad fauorem reorum, & quia DD. per textum *in l.* 5. §. *impubes, ibi ætas enim excuſationem meretur, ff. de pœn.* cum pluribus Farinac. *de pœnis temper. in praxi quæſt.*92. cum aliis Carena *ſup. ex num.*20. § 6. de qua excuſatione ad minorandas delictorum pœnas infra dicemus de delictis puerorum, ſed quoad præſentem materiam in cauſa hæreſis reſpondetur quod quamuis Seſe *deciſ.* 476. *tomo* 4. dicat minoribus inlæſa maieſtate diuina pœnam non minui, dicantque relati à Farinac. *in praxi quæſt.*92. *à num.*109. minores 25. annis & etiam 14. aliquando fuiſſe multatos pœna legis naturalis, at illos intelligendos forè ſcribit Cæſar Carena *d.* §. 6. *n.*24. *&* 29. de minoribus hæreticis pertinacibus, & impœnitentibus quia tales etiam pubertati proximi, dum tamen ſint doli capaces non debent ex ſua minori ætate commodum reportare: debent enim pœna ordinaria puniri, ſecus in minori hæretico pœnitente, qui melius ratione ætatis minoris debet puniri: Farinac. cum aliis *d. quæſt.*92. *num.*180. *& qu.*194. *num.*32. Souſa in Aphoriſm. *lib.* 3. *cap.*12. *num.*21. Simanch. *de Cathol tit.*129. *n.*54. *&* 58. Decian. *in tractat. crimin.* 1. *p. lib.*3. *cap.*12. *num.*25. *& lib.*5. *cap.*37. *numero* 564.

† & ſic idem Catena *in* 2. *p. etiam tit.* 1. 18
aduertit minores 25. annis hæreticos pœnitentes ex ſtylo ſupremi Tribunalis admitti ad abiurationem formalem cum clauſula citra pœnam relapſi, & etiam cum Tyraquello, vbi loquitur de caſu ſequenti etiam, & quamuis *ex inſtruct. Valiſol. relata num. ſeq in fine*, Paramo *lib.*3. *qu.*4. *num.*17. & ante illum Pegna *in direct. p.*3. *comm.*40. *n.*162. indicare videantur pueros ante annum 14. & fœminas ante 12. poſſe abiurare non tamen publicè, ſi doli capaces fuerint tamen Diana *p.*4. *tract.*7. *reſ.* 25. *verſ. nota in fine*, putat hanc ſententiam raro ab inquiſitoribus deducendam eſſe: inde cum Souſa in Aphoriſm. *lib.* 3. *capit.*40. *numero* 4. ait: maſculi ante 14. annis fœminæ ante 12. non abiurant, niſi raro, etiamſi ſint dolo capaces.

Quod ſi contingat, vt aliquis in minori 19
ætate incidat in hæreſim, & in ea deprehenditur in minori ætate, vt non ſit mitius puniendus ratione minoris ætatis dicitur, ratio eſt præter alias, quas adducit Simanc. *d. cap.* 29. *num.*59. quia hæreſis crimen non eſt momentaneum, ſed ſucceſſiuum quod in quocumque loco, & quacumque ætate reperitur in eo, cum, & in ea delinquere dicatur, vt latiſſimè probat Farin. cum multis *de hæreſi qu.*197. *num* 10. Carena vbi *ſuprà num.* 27. explicans alias aliter ſentientes intelligi de delicto momentaneo commiſſo tempore minoris ætatis addens *num.*30. cum Menoch. *de arbitr. caſ.* 356. *à num.*43. vt licet in aliquibus aliis Tribunalibus aliter viſum fuiſſe iudicatum, etiamſi pœnitens minor fuerit, non tamen practicari in ſancto officio inquiſit. vbi nihil commune habet ſeueritas aliorum tribunalium cum miſericordia Tribunalis S. Officij, qui ibi *num.* 28. *& in addit.* 2. *p.* ait vt ſicuti minoribus in hæreſi formali cum ad cor redeunt nec pertinaces ſunt pœna minoratur ſic, & minoratur eiſdem minoribus

in

in hoc ſancto officio in aliis delictis ad hoc Tribunal ſpectantibus aliter inquam procedet in eo qui minor hæreticus factus eſt, & maior adhuc perſeuerat, quia vt ait Bord. *ſuprà*, qui in minori ætate fuit incredulus, talis erit factus maior, quando ante hæreſim non rettactauit,
20 qui pœna ordinaria erit puniendus, † &
ſic ad praxim viſum eſt nobis cum Diana *p. 4 tract. 7. reſ. 33. verſ. nota etiam*, ex Bulla Martini V. Pegna, Paramo, & aliis ponere verba inſtruct. Valliſolet. ann. 1488. §. 12. ibi: *los menores de edad de diſcrecion an ſi hombres come mugeres no ſean obligados à abiurar pablicamente ſaluo deſpues de los dhos años de diſcrecion que ſon 12. en enbra y catorce en varon, que an ſi ſe entienda el cap. de las ordenaciones de Siuilla, que en eſto diſponen, que ſiendo maiores de dhos años abiuren de lo que hicieren en menor edad ſiendo doli capaces.*

21 Ita inquam, & furor ſolent excuſare hos delinquentes de iracundia, ſi magna fuit, quia inebriat animum vt faciat mitius delictum puniri generaliter patet *ex doctrina textus in l. 2. Cod. de abolit.* Tyraquel. *de pæn. temp. caſu* 1. *à nu.* 1. cum multis Farinac. *in eo tract. quæſt.* 91. *à numero* 1. Carena *ſuprà* §. 7. *à num.* 31. vbi ſub duplici modo admittit cum Gaylio, Souſa, Pegna, & aliis primo quod ſi ira prouenit ex cauſa iuſta vtique pœnam minuit in ſancto officio, non ſi ex iniuſta exemplificans in blaſphemante in ludo, ſecundò quod inquiſitor non debet eſſe admodum facilis ad credendum talem ex-
22 cuſationem deſumptam ex ita, † & quam-
uis videatur contra hæc textus *in l. ſi non conuitij, Cod. de iniuriis*, ille inquam, intelligitur de iniuriis tertio factis quæ pœnitentia non remittuntur ſine ſatisfactione partis, aliter in delictis contra ſolum Deum, qui pœnitentia placatur, vt ex doctrina Albertini *de aſſert. Cathol. qu.* 27. *num.* 12. apparet, & ex Cyno *in d. l.* legendus in terminis Farinac. *de hæreſi qu.* 179. *num.* 63. *&* 64. cum multis Bord. *d. cap.* 36. *num.* 33. non excuſans ſi proueniat ex iniuſta cauſa veluti ex ludo per illa quæ dixit *cap.* 10. *numero* 26. qui ibi, *d. cap.* 36. *numero* 54. cum Souſa *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 2. Albertino *quæſtione* 36. *numero* 18. Pegna *p.* 30. *comment.* 17. Farinac. *quæſt.* 179. *de hæreſi num.* 42. ſcribit vt non ſit formaliter hæreticus, qui ob magnam perturbationem, & iram protulit hæreſim; quia ira impedit animum, ne ſciat cernere verum, non enim proferens verba protetit ſcire continere hæreſim, & eſſe contra aliquam veritatem de fide definitam.

Furor quod excuſet ſi tempore delicti, 23
quis erat furioſus patet, quia fati infelicitas eum excuſat à qualibet pœna: Farinac. cum multis in praxi *quæſt.* 94. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 376. *num.* 8. nonnullos caſus adducens cum multis legendus eſt Carena *d. p.* 3. *tit.* 9. §. 15. benè diſtinguens, ſed quia vidi in inquiſitione Valiſoletana plures reos ſe fingere dementes, cauſaſque ob id retardatas ſicuti, & crebrius contingit, in omnibus tribunalibus debet quidem quilibet inquiſitor in audientiis talibus, reis dandis diligentes & perſpicaces eſſe in inueſtigando, an furor ſit verus, aut ſimulatus, vt in indiuiduo admonet inquiſitores Archidiac. *in cap. filij num.* 11. *hoc tit. lib.* 6. Eymeric. *p.* 3. *num.* 98. vbi Pegna *comment.* 22. etenim vt pœnas euaderent multos furorem ſimulare referunt Tyraquel. *de pænis temp. caſu* 2. Farinac. *d. quæſt.* 94. cum aliis Cæſar Carena *d.* §. 15. *num.* 69. cum Vbeſembec. *in Paratit. ad. l. corn. de ſicar.*
num. 25. *ver. nam recordor*, † vbi addit quod 24
cum furor non præſumitur, *fin. ff. de ſucc. ab inſt. l. filium ff. de acquir. hæredit.* ſit probandus ex dictis, & factis inſanis *l. quidam ff. de condit. inſtit.* ex inordinato memoriæ ſtatu, & ex inſania antecedenti Alex. *conſ.* 54. *in f. vol.* 1. adhibitis medicis DD. *in l.* 1. *de bonor. poſſeſſ. furioſi* quem probationis furoris modum probandi latius proſequuntur Farinac. vbi *ſuprà numero* 50. *&* 51. Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 45, & alij apud illos, & addone Anton. Gomez. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *nu.* 7. cum aliis additionator Hayllon. Farinac. *ſuprà numero* 8. *&* 11. Pegna *d. comment.* 22. & Carena cum aliis quod licet in habente lucida interualla præſumatur crebrius deliquiſſe cum furore tamen non excuſari à pœna dicunt illum, qui vulnerauit eum cum quo inimicitiam habebat, & ſtatim ſe abſcondit, vel ad Eccleſiam confugit Bordon. 24. *d. capit.* 30. *num.* 44. Bordon. *d. titul.* 36. *numero* 50. cum Pa-
riſio Couar. & Rota vbi etiam † quod 25
furor de præſenti præſumitur in futurum durare, & quod licet quandoque videatur ſanè loqui, id tamen verum ſit ſolum apparenter ex gloſſa *in capit. dilectus de ſponſ.* & quod præſumitur durare ſi probatur adfuiſſe per annum, vel etiam menſem cum Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſput.* 8. *num.* 17. *verſ. quando*, Cou.

p. 2.

p.2. cap.2. num.6. & num.37. ait Bordon. quod prouocatio aduerſatij minuit pœnam, eo quod ioducit ad iracundiam, & quia præſumitur ſe potius defendere quam malè ſentire.

26 De dormiente, & ebrio hæreſim proferente quoad exculpationem, igitur qui ſic dormientes delinquunt non puniuntur de iure, niſi in culpa ante fuiſſent vt puta, quia ſciebant ſe ſolere de nocte ſurgere, & arma capere nec clauſerunt hoſtiom, vel ſi poſt ſomnum tatum habuiſſent delictum commiſſum, Zachias nouiſſime, *in ſuis quæſt. medice. legalibus lib.2. tit.1. quæſt.12. de dormientibus*, & noctambulis per totum; vbi plures refert Præſes ab Auo, *in tractat. reatuum quæſt.23. à num.43.* vbi benè Souſa, *lib.3. cap.36. num.4. & 5.* Farinac. *in praxi quæſt.63. num.70. & 75.* cum aliis Pegna, *in direct. comment.17. verſ. de dormientibus* Carena alia referens ex Tyraquelo, & Farinac. *quæſt.98. à num.62. p.3. titul.9.§.9. à num.37.* vbi, *num.39. ex Patrib. Conimbricen. in lib. Ariſtot. de ſomno, & vig. cap.7.* monet in materia dormientium inquiſirores, quod ſi grauantur de prolatione hæreſum, quamuis in hoc non poſſint puniri diligenter tamen aduertant ad mores, & vitam huiuſmodi dormientium, quia noctè, quis in ſomnis ea ſolet proferre, quæ de die in mente contrectauit, & ſub hac aduertentia Bordon. ait, *dict. cap.36. numero 55.* cum Hurtado, *2. 2. diſputat.83. ſect. 3. §. 29.* relata à Diana, *parte 5. tract.13. reſol.17.* † vt qui probat ſe dormiſſe vel fuiſſe ſemidormientem, quando protulit hæreſim non ſit iudicandus formaliter hæreticus, quia tunc cum caruetit ratione non potuit intelligere hæreſim à ſe prolatam eſſe contra fidem; imo quod Hurtado aſſerit, vt qui dicit dormiſſe, & probet quamuis ſimolatè non ſit iudicandus hæreticus, niſi temerarie Bordonius, *de inquiſit. cap.36. num.58. ex gloſſa diſt. 6.*

27 De ebrietate etiam patet: non enim ebrius iudicandus eſt cum hæreſim profert formaliter hæreticus, quia non habuit talis rationis vſum, quo potuiſſet ſcire ſe errare contra fidem; iodeque ſit tantum materialiter hæreticus eo quod ebrius furioſo comparatur, *leg. omne delictum, §. per vinum, ff. de remil.* qui ſicut non ſit formaliter hæreticus, nec pariter talis cenſendus ſit ille, qui in ebrietate hæreſim dixit Bordon. vbi ſuprà, *dict. titulo 36. num.51.* Carena, *dict.*
parte 3. tit.9. §.10. † vbi diſtinguendo 28
triplicem ebrietatem, ait, *à num.40.* ex multis probans vt maxima ebrietas, quæ in totum tollit rationis iudicium excuſare integre ebrium à tota delicti pœna, quod ſi ebrietas tantum ſit magna excuſetque à tanto, tamen non à toto; ſic cum Farinac. *in praxi, quæſt.92. num.1.* dicens cum Gregor. Lopez, Souſa, & Menoch. *de arbitr. caſu 326. num.7.* huiuſmodi ebrios pœna extraordinaria eſſe puniendos, modo grauius, modo leuius pro modo ebrietatis, & ſic Zachias latiſſimè, *ſub lib.2. tit.1. quæſtione 11.* probat nulliter excuſari à pœna ordinaria, eum qui Hilaris tantummodo redditur ex ebrietate qui nec ei diminuit nec tollit rationis vſum, ac iudicium; & quia de ebrietate plura nos dicimus, & DD. ad textum, *in cap. à crapula de vita, & honeſt. cleric.* ideo nec amplios loquimur.

De lubrico linguæ, inaduertentia, ac 29
de eo, qui iocoſe loquutus fuit, aut relatiuè breuiter etiam dicendum eſt, vt qui lubrico linguæ, & inaduertenter hæreiſca verba protulit non ſit vt hæreticus puniendus ſed mitius, ita Souſa, *cap.13. per totum lib.2.* Aphoriſm. inquiſ. de quibus latè dixit Carena, *in 2. parte tit.1.* & remiſſiuè, *dict. 3. parte titul. 9. num. 35.* vbi, *num.36.* ex Pegna, *comment. 17. parte 3,* monet contra eos, qui verbis ad res profanas ſacra ſcriptura abutuntur vt videant Simanch. *de catholic. inſtitut. tit.59. num.17. & 18.* vbi oſtendit, & veterum, & ſuis temporis exemplis hos maximè à Deo puniti inſania mentiſque alienatione de illa abutentes: nonnulla *ex Tridentin. ſub ſeſſ. 5.* Barboſa, cum multis, vt iam alibi adduxi, & ſic ex Farinacio, *de hæreſi, quæſtione 179. numero 40.* Catena, *de hæreſi tit.1. parte 2. num.48.* Albertin. *quæſt. 36. num.11.* Souſa, *lib.1. cap.13.* Sanctarello, *de blaſphem. cap.14. dub.2.* probat Bordon. *dict. cap.36. num.53.* vt excuſetur ab hæreſi formali ille qui iocoſe probatur hæreſes protuliſſe, & quod ſufficienter aliquis probatur, ac dicitur nimium verboſus, & ſcurilis ad probandam ioci qualitatem quando pro tali habetur in
loco vbi moratur, † & *num.56.* vt nec ſit 30
damnandus ille, qui recitariue probat vt dixerit hæreſim, quia is non dicitur aſſerere, nec illi credere, ſed ab alio dictum aliis manifeſtare, vt alibi dixi neque

comœdias agentem repræſentando factum hæreticum iudicandum eſſe hæreticum ex Hurtado ſupra docet, etiam Bordon. qui & *num.* 57. ſcribit non eſſe hæreticum formalem, nec talem cenſendum illum, qui verba hæreticalia profert per modum imperatiui, aut optatiui, *vt maledictus ſit, cadat è paradiſo*, &c. quia non proferuntur per modum aſſertionis, & credulitatis contra fidem; ſed ex quadam indignatione: ait tamen talia verba conſtituere illum Blaſphemum, & de hæreſi vehementer ſuſpectum: † imo ſcribit, *num.* 58. ex Carena,
31 *dict. tit.* 1. *de hæreſi num.* 4. cum Azeuedo quod aſſerens ſe velle facere aliquid quod eſt directè hæreticum non eſt formaliter hæreticus, quia hæreſis non conſiſtit in faciendo, ſed in credendo rem à ſe prolatam eſſe veram licet contra fidem: dicunt tamen ex facto hæretico oriri ſuſpicionem hæreſis, quæ hæreſis formalis non eſt.

Et quod muliebris ſexus, & ruſticitas
32 excuſent à pœna hæreſis, imo & ab hæreſi in his, quæ eius capacitatem excedunt, & ſunt difficilis cognitionis non ſpectantia ad eorum ſtatum quoad cognitionem actualem docent Farinac. cum aliis, *dict. quæſt.* 179. *num.* 14. Simanc. *de cathol. inſtit. tit.* 17. *num.* 21. Souſa, *lib.* 3. *cap.* 36. *num.* 1. Carena, *dict. parte* 3. *tit.* 9. *num.* 47. Bordon. *dict. cap.* 36. *num.* 39. & 40. de quo latè dixit idem Carena, *p.* 2. *tit.* 1. † qui omnes, & alij non excuſant
33 iſtos in delicto polygamiæ, ſortilegiis cum admixtione chriſmatis vel olei ſancti, confractionis ſacræ imaginis, & ſimilibus, quia nullus eſt quamuis, ſimplex ſit, qui non ſciat minime licere habere plures viros, vel vxores ſortilegia illicita, & ſanctorum imagines eſſe adorandas, Zanardus, *de hæreſi, parte* 2. *de pœnis minuend. cap.* 12. *verſiculo prima*, & quod ſic nec in crimine blaſphemiæ de quo aliquid, *in Rubrica, & in capite cum Chriſtus*, quia nullus quamuis ruſticus præſumitur ignorare blaſphemiam eſſe illicitam, & iure nemini occulto prohibitam. Carena contra Clarum, ſuprà, *numero* 48. vbi quod ſimiles non excuſantur, ſed tenentur abiurare de vehementi, & poſſunt fuſtigari & ad triremes mitti, & pro doctrina applicabis quæ de iſtis adduxi, *ſub titulo de delictis conteſt. quæſt.* 15.

QVÆSTIO III.

An ex repulſa teſtium, ex recuſatione inquiſitoris, ſiue fiſcalis, ex præſcriptione temporis tranſacti, ex iuſſu ſuperioris, ex amote, ex conſuetudine delinquendi, aliiſve de cauſis valeat incarceratus pro hæreſi ſe defendere excuſando hæreſim, ſeu pœnam ipſius ordinariam. An ex bono euentu propoſitionis, an poſſit reus in ſancto officio renunciare ſuis defenſionibus, ac debeant inquiſitores eo non obſtante ex officio facere reo competentes. An ex multitudine delinquentium minuatur hæreſis pœna quoad ſingulos aut aboleatur. An poſſint defenſiones denegari reo ante, vel poſt ſententiam; vel an in caſu quo non declaret reus quales defenſiones ſit facturus. Et quam ſententiam debeat inquiſitor proferre, & ſi reum ad ſe defendendum non admiſerit.

SVMMARIVM.

1 *Defenſiones reo competunt viſo proceſſu offenſiuo contra ſtylum Romæ à legato,* à locato.

2 *Repulſa teſtium maxima eſt rei defenſio contra adductos à fiſcali ſancti officij.*

3 *Teſtes duo ſaltim neceſſarij ſunt ad condemnandum reum deponentes de hæreſi formali qui debent eſſe exceptione maiores, vt num.* 5.

4 *Teſtis delictum, quo eius depoſitio debilitatur eſt opponendum ſpecialiter vna cum loco, & tempore, quo fuit patratum.*

5 *Conſpiratores teſtibus ſingularibus poſſunt euacuari, quorum aſtutia ſolet eſſe calliditate plena in quam inquiſitores debent eſſe diligentes.*

6 *Teſtes falſi in ſancto officio, iuxta praxim non puniuntur talionis pœna, ſed extraordinaria.*

7 *Recuſari fiſcalis nequit niſi fuerit iudex ſimul, & inquiſitor, niſi ex magna cauſa, & inimicitia examinata in conſilio ſupremo, & n. 8.*

8 *Suſpicionis cauſa ad conſilium deferuntur ne fidei cauſa differatur: vbi de inſtructione Hiſpanica.*

9 *Praſcribi nequit hareticalis punitio nullo vnquam tempore quominus procedatur contra hareticum viuum, aut defunctum, & ſi aliter circa eius bona ſecus in aliis delictis aduerſus qua 20. annis, praſcribitur n. 10.*

11 *Iuſſus ſuperioris in cauſis fidei non excuſat reum: quid in ſortilegio, numero 12.*

12 *Sortilegij delictum ex humundo oſſa ad illum conficiendum non excuſat famulum exhumantem de iuſſu Domini: vbi cum diſtinctione, n. 14.*

13 *Amor furori comparari valet, & numero 14. vbi quid de furore amoris verba hareticalia vel, qua idololatriam ſonant proferente.*

14 *Sortilegia ex amore confecta ſolent minori pœna puniri: vbi de abiuratione, ſed inquiſitores debent eſſe diligentes contra ſimilem allegationem ſortè doloſam.*

15 *Conſuetudo peccandi in ſancto officio aggrauat pœnam, & de praxi, num. 16. & 17.*

16 *Teſtificationes, & proceſſus omnes etiam ſopiti cumulantur in ſancto officio ad puniendum grauius reum hareſis.*

17 *Fiſcalis ſancta inquiſitionis debet accuſare reum de quocunque delicto, & etiam de ſuperuenienti.*

18 *Defendi poteſt reus per aduocatum ex cauſa nullitatis, & qua dicantur tales cauſa ex defectu iuramenti, & citationis facti proceſſus coram recuſato, &c.*

19 *Delatoris ſeu accuſatoris mortui excuſatio in ſancto officio non ſufficit, quia inquiſitor ex officio tenetur proſequi.*

20 *Excuſatione ex mutatione ſtatus de laico in clericum allegata ab aduocato, non liberat reum ſancti officij.*

21 *Iudaus ſuſcipiendo baptiſmum dolo vt liberetur adhuc punitur.*

22 *Pœna, & ſi ex bono euentu minuatur in delictis fallit in hæreſi.*

23 *Defenſiones, & ſi renunciari nequeant in delictis mortis, at in ſancto officio ſi renuncientur tenetur inquiſitor ſinere labi tempus quod competebat ad eas, & num. 24.*

24 *Inquiſitor ex officio tenetur ſcrutari defenſiones, qua reo competunt, non obſtante renunciatione illarum.*

25 *Defenſiones reo non dantur in crimine hæreſis notorio.*

26 *Delinquentium multitudo ſolet minorare pœnam vt carnificina euitetur, vbi de praxi decimationis, & n. 27. vbi, quid in hareſi, num. 28.*

28 *Comburi, & deſtrui aliqua ciuitas ex delicto hareſis pracifo ſcandalo, & quid ſi bella timerentur, & ſubleuationes.*

29 *Defenſiones reo deneganda non ſunt niſi conuicto, & confeſſo, quando hæreſis non eſt defenſibilis, & n. 30.*

30 *Confeſſo, & conuicto competere ſolent multa aduerſus confeſſionem, & teſtes.*

31 *Defenſiones danda ſunt reo, etiam quod non declaret, quales ſibi competant.*

32 *Sententia ab inquiſitore proferenda in reos inquiſitionis debet eſſe iuxta iuris regulas inſtructiones ſancti officij, & Bullas Apoſtolicas.*

VT ad has omnes difficultates reſponſum congruum præſtetur, imò, & ad relatas *quæſt. 2.* hic præmittit Locatus, quod copiæ indiciorum reo dandæ non ſunt de hæreſi inquiſito niſi expedito proceſſu offenſiuo, & defenſiuo: idem Locat. *in iudiciali inquiſit. in verb. proceſſus ne, verſ. Venetiis tamen, & num. 6. verſ. habet tamen*, conſuetudo vbi teſtatur ſic Romæ vidiſſe ſeruari in officio ſanctæ inquiſitionis verum quoad proceſſum defenſiuum opinionem Locati quod ſcilicet debeat prius complere, quam dentur defenſiones reo, tamen Farin. *de hæreſi quæſt. 185. §. 14. n. 224.* opinionem Locati quo ad hoc non admittit dicendo vt non poſſit reus ſuas defenſiones facere niſi prius viſo proceſſu offenſiuo quod in praxi noſtræ inquiſitionis Hiſpanicæ, & iuxta iuris regulas ex Paulo Garcia in libello de ordinando proceſſu in ſancto officio, fol. pater, vt ſemper vidi; tacitis autem nominibus teſtium receptorum contra eos, item, & nomine accuſatoris, vt iam dixi, *quæſtione præcedenti*. 1

Vnde iam ad primam, & alias quæſtionis partes datur reſponſum quoad oppoſitionem in teſtes ex his, quæ de iure 2

dixi, *ſub cap. teſtimon.* 55. *de teſtibus*, vbi
plene de criminibus, & defectibus, qui
poſſunt in teſtes opponi ex quibus, &
ex multis aliis dictis contra teſtes ſingu-
lares, & contra teſtes de auditu, *in cap.
tam litteris* 33. *de teſtibus*, & aliis in iuri-
bus illius tituli, ac de aliis poteris plenè
ad propoſitum reſpondere, ſed in termi-
nis breuiter dico, quod maxima defen-
ſionis ſpecies eſt repulſa teſtium fiſci in
tribunali ſanctæ inquiſitionis excipiendo
contra eorum dicta, & examen de quo
abunde poſt Farin. de teſtibus cum infi-
nitis ab eo relatis, & à nobis, *in toto tit. de
teſtibus*, ac teſtibus cogendis apparet, &
ex dictis à Bord. *de offic. inquiſ. cap.* 36. *ex*
3 *n.*61. † vbi ait requiri ad condemnandum
reum de hæreſi ſaltim duos teſtes, qui de-
ponant de hæreſi formaliter rei, & eſt ve-
ra inquiſitionis praxis.

4 Et ſic pro vera intelligentia omnium,
quæ ibi dicta ſunt, & ad caſum hic con-
uenit duo notari: vnum eſt non ſufficere
oppoſitionem generalem factam teſtibus
eſſe tamen opus quod ipſum delictum,
ex quo teſtium fides debilitatur ſpeci-
fice exprimatur vna cum loco, & tem-
pore, quo fuit patratum: Iulius Clar. *in
praxi quæſt.* 53. *verſ. in hac autem, & verſ.
caueant autem*, vbi ponit praxim aduo-
catorum in huiuſmodi exceptionibus con-
tinentibus crimina teſtium apponendi
5 clauſulam citra animum iniuriandi. † Al-
terum quod conſpiratio de qua maxime
pertimeſcendum eſt in ſancto officio, &
cui inquiſitores ex proprio officio totis vi-
ribus & toto conatu occurrere debent
eo quod ſit delictum conſpiratio proba-
tionis difficilis admodum vſitata à male-
uolis, cum nulli alij de ea ſciant fortè
niſi ipſimet conſpiratores verſuti, ac cal-
lidi; Ludouic. Gilhauſen. *in arbore crim.
cap.* 6. *p.*1. §. 21. *num.*1. Carena, *de offic.
inquiſit. p.*3. *tit.* 9. §. 4. *num.* 14. 15. *&* 16.
qui, & Maſcard. *de probat. tom.* 1. *concluſ.*
420. *per totam.* Præſes ab Auo, *in praxi
in verb. procurator, num.*38. addunt huiuſ-
modi conſpirationem probari per teſtes
ſingulares etiam conſpiratores ipſos, &
etiam ſi iuraſſent conſpirationem non
reuelaturos, & quod teſtes aduerſus hæ-
reticum debeant eſſe exceptione omni
maiores, ne eorum fides minuatur, ſi duo
tantum ſint probat ex communi DD. Bor-
don. *dict. cap.* 36. *num.* 65. ſufficereque,
vt teſtes ſint concordes in ſpecie hæ-
reſis, etſi diſcordent in tempore, & lo-
6 co, † & ex pluribus Diana, *parte* 4.
tractatu ſeptimo, reſolution. 16. dicit, ac
concludit quòd licèt ſecundum aliquos
falſi teſtes pœna talionis ſint punien-
di, verius ſit in praxi, vt alia potius ex-
traordinaria, ad quod applicabis, quæ
dixi de hac pœna, & ſubſcriptione,
in Rubr. de accuſ. & in cap. 1. *de coll. deteg.*

Ad ſecundum de recuſando inquiſi- 7
tore, aut fiſcali, quia ad punctum dixi ge-
neraliter plura, *ſub cap.* 4. *de foro compet.
quæſt.* 16. vbi de illa an inquiſitores ſan-
cti officij, & fiſcalis illius poſſint recuſari,
& aliquid *quæſt.* 8. *num. fin.* dixi generali-
ter de quolibet fiſcali; vbi quod in Ca-
talaunia ſolum recuſari valet fiſcalis, qui
votum habet in cauſa, & quia ſecundum
veriorem DD. ſententiam Apoſtolici in-
quiſitores poſſunt, vt ſuſpecti recuſari.
Eymeric. *in* 3. *p. direct. nu.*120. vbi Pegna,
comm. 3. *verſ.* 30. *verſ. cæterum*: Simanch. *de
catholic. inſtit. tit.* 17. *num.* 51. *verſ. magna
reorum defenſio eſſe poterit*: Souſa, *in Apho-
riſmis inquiſit. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 5. Farin.
de hæreſi cum multis, quæſtion. 185. *num.* 236.
idem Simanch. *in Enchirid. viol. Religion.
Rubrica* 47. Caſtro Palao, *in opere morali
tract.* 4. *diſput.* 8. *puncto* 8. *num.* 1. tamen
ad prædictam recuſationem legitimè fa-
ciendam, dico potiſſimum animaduer-
tunt, & Carena cum illis, & Pegna, 3. *p.
tit.* 9. §. 17. *à num.* 85. vnum ſcilicet requi-
ri cauſam grauiſſimam, & inimicitiam
capitalem; ita vt quælibet inimicitia non
ſufficiat, iuxta quæ etiam adduxi, *ſub tit.
de accuſ. cap. repellantur* 7. alterum quod
quamuis de iure cauſæ ſuſpicionis eſſent
per arbitros decidendæ, iuxta quæ dixi,
ſub dict. cap. 4. *de foro compet. quæſt.* 23. *&* 27.
† ſed ne negotia fidei differantur, cauſæ 8
ſuſpicionis ad ſupremum tribunal ſint de-
ferendæ prout apud nos Hiſpan. obſeruari
liquet, ex in *tract. Madrilana*, quam re-
fert idem Pegna, ſuprà, *verſ. adque hac
ſententia*: videndi ſunt Scaccia, *de iudic.
lib.* 1. *cap.* 67. *num.* 7. iuncto, *cap.* 6. *num.* 13.
& 16. vbi reſpondet cum multis diſtin-
ctionibus affirmatiuè, Bernard. Comenſ.
in lucerna inquiſit. verſ. recuſatio, numero 1.
Diana cum Tabiena, & Paramo, *p.* 7.
tractat. 8. *reſol.* quidquid in contrarium
dixiſſet Roxas, *ſing.* 100. *& de hæretic.
parte* 2. *num.*435. cum Menochio, *lib.* 1.
conſ. 94. *num.* 12. & in terminis hoc du-
bium determinat instructio Toletana,
1561. *num.*52. ibi: *Si alguno de los inqui-
ſidores fuere recuſado por algun preſo, ſi
tubiere collega y eſtubiere preſente, de-
beſe abſtener del conocimiento de aquella
cauſa*

cauſa y auiſar al conſejo y entanto no proceda en el negocio aſta que viſtas las cauſas de ſoſpecha el conſejo probea lo que conuenga y lo meſmo ſe hara quando todos los inquiſidores fueren recuſados : videndus etiam Bordon. *de offic. inquiſit. cap.* 36. *ex num.* 13. vbi ponit cauſam inimicitiæ, conſanguinitatis excommunicationis, &c.

9 Ad illud de præſcriptione in cauſa hæreſis, ſuppoſitis quæ dixi *in alleg. fiſcal. S. Officij* 4. *ſub pag.* 45. dum egi de illis an confiſcatio bonorum ob delictum valeat aliquo temporis ſpatio per exceptionem elidi, ſeu an actiones fiſcales per vſucapionem, aut præſcriptionem extinguantur, & quare legibus ciuilibus per quadriennium, ſiue quinquennium tantum valuit vt præſcriberentur contra fiſcum bona hæreticorum cum in aliis non fiſcalibus deſideretur longum aliud tempus, ſiue longiſſimum, & an vt procedi valeat contra hæreticum facultas extinguatur aliqua præſcriptione, vbi quia dixi *num.* 29. *verſ. ad vltimum*, quod hæreticalis punitio nullo vnquam tempore præſcribitur quo minus procedatur contra hæreticum viuum, aut defunctum etſi aliter contingat circa eius bona vt ibi dixi, ac de præſcriptione in aliis delictis, ex qua differentia de quo etiam *ſub alleg.* 38. *&* 39. cum Sanchez, Simanc. Pegna, & aliis, & in terminis Bordon. *de offic. inquiſit. cap.* 36. *n.* 20. vbi quod contra hæreſim nunquam præſcribere poteſt reus, nec denunciator, vtique vero ait contra alia delicta inferentia hæreſis ſuſpicionem ex his, quæ refert idem *capite* 30.
10 *num.* 4 † & ſic quamuis regulariter in aliis delictis poſt lapſum 20. annorum non poſſit vlterius procedi, ſic vt reus contra quem proceditur poſſit dicto ſpatio 20. annorum tranſacto ſe tueri : Farinac. cum multis *in praxi quæſt.* 10. *num.* 1. DD. *in c.* 1. *de except.* Cæſar Carena *de offic. inquiſit. p.* 3. *tit.* 9. §. 5. *ex num.* 17. vbi *nu.* 18. cum Sanchez *in præcepta decalogi lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 43. Souſa *in Aphoriſm. inquiſit. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 1. Simanc. *de Cathol. inſtitut. tit.* 18. *num.* 14. Pegna *comment.* 92. *verſ. his ita poſitis*, qui contra hæreſim nunquam præſcribi docent, quia durante vita hæretici, & etiam poſt mortem ſemper, & quandocumque poſſit in eum animaduerti, & addunt Pegna, Sanchez, Souſa, & Farinac. *de hæreſi quæſt.* 190. §. 9. per totum legendus, vt ea tantum præſcriptione poſſint aduocati vti in ſancto Officio cum ſcilicet agitur de vindicandis à fiſco bonis poſſeſſis ab hæredibus illius cuius memoria damnata fuit ex magis communi DD.

Ex iuſſu ſuperioris nunquid queat reus 11
inquiſitionis excuſari, & aliis omiſſis, quæ in materia reſtitutionis ſolent DD. attingere de illo, qui furatur iuſſu alterius, nunc ad propoſitum aliis omiſſis dicendum eſt, quod, cum caſus noſter ſit de genere prohibitorum, & ſic omiſſis nonnullis diſtinctionibus, quod iuſſus ſuperioris excuſat in leuibus patrantem, non ſic in delictis grauibus : Farin. *qu.* 97. *in praxi cum aliis à n.* 9. cum Claro Gilhauſ. *in Ramuſculo* 3. *à num.* 195. *de offic. inquiſit. tit.* 9. *p.* 3. §. 16. *ex num.* 78. *num.* 8.. in terminis cum Souſa *in Aphoriſm. inquiſit. lib* 3. *cap.* 15. *num.* 8. ait nec ipſum Principis Iuſſum excuſare in his, quæ ſunt contra Catholicam fidem; cum in rebus iniuſtis non ſit illi obtemperandum *cap. Dominis* 11. *quæſt.* 3. ibi oportet obedire magis Deo, quam hominibus latiſſimè Farinac. *in praxi d. quæſt.* 97. *à num.* 25. vbi pluribus exornat, niſi Iuſſiu Principis eſſet dubia : Farinac. *numero* 44. Souſa *cap.* 35. *num.* 9. quia ſubditus, quamuis dubitet an res ſibi præcepta ſit licita, tenetur obedire : Molina *de iuſt. diſput.* 113. *tom.* 1. Sanchez cum aliis *in ſumma tom.* 2. *lib.* 6. *capite* 3. Suarez *de Relig. tom.* 4. *capite* 15. *numero* 20.

Vnde euenit quid dicendum ſit de fa- 12
mulo, qui Iuſſu Domini vadit ad cæmeterium, & ibi oſſa defunctorum Domino defert ad conficiendum ſortilegium, quia ſi talis Dominus famuli eſt vir potens, qui minatur mortem, & eſt ſolitus minas exequi, tunc delictum dicti famuli aliquantulum mitius erit puniendum : ita Iul. Clar. *in praxi* §. *fin. quæſt.* 60. *verſ. ſolet dubitari* : Gramm. *voto* 38. vbi atteſtatur ita ſeruaſſe curiam Neapolit. in quodam famulo, qui de mandato cuiuſdam Domini ſui viri potentis fragmenta lapidis adamantini poſuit in quadam cratera vt Comitiſſam venenaret, Farinac. alios allegans *d. quæſt.* 97. *à num.* 11. & iterum *numero* 168. *&* 170. Gilhauſen. *ſuprà num.* 180. *verſ. quæ omnia*, quod ſi Dominus ille non erat vir potens, vel ſi potens mortem non minauit famulo, quod puniendus ſit famulus pœna ordinaria, tunc vt nullam excuſationem ei præbeat iuſſus Domini, ſcribunt Carena, vbi *ſuprà num.* 80. *in fine*, Farina. cum aliis *d. n.* 168. *&* 170. vbi quod quidquid dicant DD. in praxi indiſtinctè ſeruatur in atrocioribus

puniri famulos pœna ordinaria, niſi cum iuſſu Domini acceſſerint minæ in perſona ſolita minas exequi, & quia delicta huiuſmodi ſortilegij ſunt atrociſſima.

13 Ex amore nunquid delictum hæreſis excuſetur, aut minuatur, & quia amor furori comparari poteſt *ex cap. cum in iuuentute de præſumpt.* vbi aliquid dixi: Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 98. *à num.* 77. Giurba *in conſ. crim.* 47. *num.* 38. 14. 18. 35. & ambo cum infinitis, qui inter cauſas minuendi pœnas allegetur ab omnibus ſicut in ſortilegio amatorio vi amoris facto ex Oldrado *conſ.* 210. quem ſequuti ſunt Farinac. *ſuprà num.* 88. Tyraquel. *de pœnis temper. cauſa*, ita vt Zanard. *cap.* 12. *verſ. quarto dico in ſumma de pœnis minuen-*
14 *dis*, † ibi, & ideo ſi quis propter amorem dixerit facientem ſortilegia hæreticalia ob amaſiæ amorem non ſolum minori pœna multandum, ſed etiam leuiori abiuratione plectendum, quod vltimum non admittendo Carena dicit *d. p.* 3. *tit.* 9. §. 11. *num.* 53. *in praxi*, potius tales ſortilegos, cum ſortilegia ſunt hæreticalia, & qualificata vidiſſe non ſemel abiuraſſe de vehementi, referens ex Simanch. *de Catholic. inſtitut. titul.* 17. *à num.* 42. dicente vt qui furore amoris verba dixit hæretica, vel quæ idololatriam ſonant non ſit vt hæreticus puniendus, ſed ad praxim præcauere debent inquiſitores de dolo, qui poteſt interuenire in allegante amoris cauſam, minus puniendum delictum hæreſis.

15 Ex conſuetudine delinquendi poteſt aduocatus deſumere argumentum, quia ſi non crebrò, ſed ſemel tantum, aut bis aliquis deliquiſſet non eſt cur deſinat ab aliquo pœna excuſari; nam ſicut fiſcus poteſt ex multiplicatione delicti ad arguendum, ſic è contra aduocatus rei ad illum defendendum vt dixerunt Farinac. *de pœnis temp. & delictis quæſt.* 23. *num.* 32. Tyraquel. *eo tract. cauſa* 51. Souſa *in Aphoriſm. inquiſit. lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 10. Præſes ab Auo *in ſuis quæſt. reatium qu.* 23. *à num.* 54. vbi ponit ex arreſtis Baris, & Sabaudiæ ac Mediolani nonnulla: quare Conat. *lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 7. Menoch. *de arbitr. caſu* 29. *num.* 19. Farinac. *d. q.* 23. *num.* 8. *&* 11. & Catena *de officio inquiſit. d.*
16 *p.* 3. *titul.* 9. §. 13. *à num.* 58. † concludit praxim eſſe bonam ſenatus Mediolani qua mandatur iudicibus criminalibus, vt in relationibus definitiuis cauſarum reorum apponerent atteſtationes omnium delictorum eorundem, quia ſiue punita, ſiue præſcripta, ſiue à Principe condonata operantur argumentum pœnæ in delicto, de quo fit relatio, & ſic in ſancto officio inquiſitionis nimis eſt ea vſitata praxis vt fiſcalis accumulari petat omnes proceſſus inceptos, ſiue futuros, ac teſtificationes quorumcumque delictorum, vt inquiſitoribus conſtet, quam pœnam acriorem debeant infligere reis aſſuetis in delinquendo, de qua Paul. Garcia *in libello de ordine procedendi in ſancto Officio fol.* 14. *B.* ibi: *Aduierta el fiſcal que auiendo proceſſo o proceſſos determinados, o ſin determinar contra el reo ſe han de accumalar con el pendiente y el ha de hacer mencion de ello en ſu accuſacion para agrauar conforme à la inſtruccion* 66. & ibi, *fol.* 16. *in princ. verſ. en qualquier*, dicitur vt fiſcalis accuſet reos de reuocationibus, quas fecerint ſuarum confeſſionum, & etiam de quibuſcumque culpis, quæ ſuperuenerint, quod fit ad maiorem reorum pœnam infligendam pro extenſione circa exculpationem ex conſuetudine peccandi, adiunges quæ latiſſimè ſcripſi *ſub cap. fin. de conſuetud.* ibi, *quæſt.* 1. *vbi de illa an conſuetudo diuturna in peccando augeat pœnam, & an pœna ſit minuenda, vbi à patrato ſcelere multum temporis intercesſerit, & quæſt.* 2. an conſuetudo delinquendi augeat pœnam delinquenti quando, & quo modo; vbi de aliis ad propoſitum, quæ ſunt ad ſaturitatem legenda.

Et circa alias cauſas, quibus valeat aduocatus reum defendere addo quod ex 17
cauſa nullitatis proceſſus allegata poteſt etiam defendi, ſi ſit diminutus in ſubſtantialibus veluti ſi querela, & accuſatio non ſit poſita, vel ſi teſtes ſub iuramento non ſint examinati; & in aliis veluti ſi illi non eſſent denunciatæ defenſiones, iuxta quæ adduxi latè *ſub tit. de accuſ. & tit. de teſtibus, & in cap.* 1. *de litis conteſt.* & quia has, & alias referunt DD. *in cap. dilecti* 6. *de iudic.* ideo leges, quæ ibi dixi *ſub quæſt.* 10. 11. *&* 12. vbi quod vocandus eſt reus id eſt, citandus ad querelam probandam, iuxta quæ de citatione dixi latiſſimè *ſub capit.* 1. *de cauſa poſſes, & propriet. in cap. penult. de foro comp.* aliqua etiam *ſub Rubrica de iudic. & in d. capit. dilecti*, Syluest. *verb. iudex* 1. *quæſtione quinta*, Coriolan. *de iudic. regular.* §. 6. qui vocant ſubſtantialia iuris de iure naturali, ſeu gentium vt eſt iuramentum quod datur querelanti.

Teſtibus

18 Teſtibus, & reis caſus omiſſione nul-
lum eſt iudicium: Nauar. & alij, quos ci-
tat Bord. *de offic. inquiſit. d. cap.36. ex nu.17.*
vbi *num.19.* dicit ex defectu cuiuſlibet de
quatuor prædictis proceſſum reddi nul-
lum, & quando non conſtat de corpore
delicti permanentes, & quando proceſ-
ſus ſit per iudicem recuſatum iuxta *d.
cap.4. de foro compet.* vbi *quæſt.40. de illa an
iudex recuſatus poſſit recuſari*, &c. *vel ſi fa-
ctus contra Eccleſiaſticum ſit coram iudice
ſæculari*, ad ea quæ dixi *in cap. at ſi cle-
rici* 4. cum aliis *de iudice*, *& in cap. qua-
liter* 17. ibi, *& in cap.4. &* 5. *de foro com-
pet.* & quando proceſſus formatus eſt con-
tra formam reſcripti: *cap. cum dilect.* 22.
de reſcriptis, vbi aliquid dixi, vt ſicut
nullus ſit proceſſus fabricatus à non com-
petent. ex dictis per eum *etiam capite 6.
numero* 44.

19 Quod ſi alleget aduocatus accuſato-
rem, aut denunciatorem mortuum eſſe
non inde reum excuſari poſſe in ſancto
Officio inquiſitionis, quia nihilominus in-
quiſitor ex officio tenetur inquirere hæ-
reticos, & de hæreſi ſuſpectos, ac pro-
inde contra illos procedere DD. per tex-
tum *in cap. vt officium hoc tit. lib.6.* ex aliis
probat Bord. vbi ſupra *num.21. d. cap.36.*
20 † qui etiam *num.22.* ait quod etſi alleget
aduocatus mutationem ſtatus rei, id eſt
quod de laico factus eſt Eccleſiaſticus
(excepto Epiſcopo cuius cauſa ad Papam
ſpectat) vt infra diximus in ſancto Offi-
cio, poſſunt nihilominus cognoſcere de
clerico, ſiue laico hæretico, aut ſuſpe-
cto, aut de aliis delictis: eſt gloſſa *in cap.
quod autem* 7. 32. *qu.1. verſ. pœnitentiæ*, Cla-
rus *quæſt.51. num.19.* Viuum *in communibus
verſ. accuſari poteſt*, Ruinus *conſ.13. num.2.*
21 Bordon. † concludendo quod Iudæus, qui
ſuſcepit Baptiſmum poſt delictum ad in-
quiſitionem ſpectans dolo, & fraude cau-
ſa effugiendi pœnam non inde libere-
tur ab illa, etſi Baptiſmus excuſet iux-
ta quæ dixi *ſub Rubrica hic*, *& in cap. ſi-
cut 9. de Iudæis*: ibi legenda, vbi de pri-
uilegiis Baptiſmi quoad redimendas cul-
pas, & pœnas etiam in foro externo.

22 Ex bono euentu nunquid hæréſis ex-
cuſari poſſit, & quia multi dicunt ex bo-
no euentu minus delinquenti pœnam vt
notant: Farinac. *in praxi crim. quæſt.98. à
num.173.* Gilhius Ramus *reatuum capit. 3.
num.93.* ex eo inquam quia in delictis at-
tenditur exitus, ſed non intentio: Farin.
179. quod in hæreſi fallit, & in ſuſpicio-
ne illius cum ceſſat prædicta ratio cum
hæreſis, & illius ſuſpicio ex intentione
dignoſcatur Souſa *in Aphoriſm. inquiſ. lib.3.
cap. 36. num.16.* Carena *de officio inquiſit.
§.14. num. 62. & 60.* aliud referens, &
confirmatur ex plenè dictis de hæreſi for-
mali, & ſuſpecta *in Rubrica*, *& in cap. cum
Chriſtus*, *& cap. ſicut cum aliis*, *& ex di-
cendis.*

Ad tertiam quæſtionis partem an poſ- 23
ſit reus in ſancto officio renunciare de-
fenſionibus, & dicendum eſt quod in
cauſa criminali maximè cum ageretur de
pœna mortis afflictiua nequeat reus de-
fenſionibus renunciare: Gomez *de poteſt.
homin. in ſe ipſum lib.1. cap.17. & 18.* per
totum Guttierrez *de iuram. confirm. p. 3.
cap.10.* Galarat. *de renunciatione tom. 2. re-
nunt. 34. à numero 14.* Fran. Auiles *in cap.
Prætor cap. 3. in gloſſa, el deſcargo num. 4.*
Clar. *in praxi §. quæſt. 49. verſ. quæro nunc*,
ex eo quod defenſiones competunt de
iure naturali, nulluſque ſit Dominus
membrorum ex gloſſa *in cap. quoniam con-
tra de prob. cap.9. de iureiur.* vbi dixi latè
l. liber homo ff. ad. l. aquil. & alia conge-
rens Carena *d. p.3. tit. 9. §. 19. à num.90.*
quod eſt ſi termino defenſionum poſſit
renunciari quod aliud eſt, & ob id Fa-
rinac. de hæreſi cum aliis *quæſt.185. §.15.*
ex gloſſa *in cap. fin. de hæretic. lib.6. n.226.*
quod licet in crimine hæreſis delationes
ſint reo concedendæ, ſint tamen illæ am-
putandæ, & breuiores concedendæ ex
Ioan. Monacho *in d. cap. fin.* tamen con-
ſulit Carena iudicibus, & inquiſitoribus,
vt ſinant labi tempus totius termini iam
aſſignati, & Bordon. *d. cap.36. num.9.* ait
quod in conceſſione defenſionis danda
eſt copia proceſſus ſuppreſſis nominibus
teſtium ipſi reo vt ſe defendere poſſit
cum ſuo aduocato, vt dictum eſt *quæſt.1.
& 2.* & Paul. Garcia *ſuprà in d. libello de
forma proceſſandi fol.16. B. verſ. e luego*, ait
*que lo que ſe ha de leer al abogado ha de ſer
callando lo que toca a terceros y complices
iuxta inſtruct. 24.* qua etiam cauetur, vt
volens reus confiteri, debet exire foras
aduocatus.

Quibus ego addo, quod etſi reus re- 24
nunciaſſet defenſionibus, nullas volens
facere, adhuc inquiſitor vt dixi eas ex
officio facere, quas ſcrutetur reo com-
petere, & ſic Farinac. *de hæreſi qu.175.
num.221.* cum Simanch. *in addit. ad Zanch.
cap. 6.* contra Campeg. dicunt vt defen-
ſiones ſint dandæ, & inditiorum copiæ
reo pro hæreſi, etiam quod iudex proce-
dat ex officio, & hoc eſſe verum, etſi
etiam

etiam Decianus ex Campegio neget *in*
tractat. crim. lib. 5. cap. 36. num.4. verſ.4.
25 *& verſ. 7.* † ſed limitant idem Decian.
num.4. verſ. ſexto: Farinac. cum Carer. *ex*
alleg. à Campeg. cap.9. lit. D. ad Zanchin. d.
quæſt.185. §. 15. num.223. quando crimen
hæreſis eſt notorium, tunc enim dicunt
non eſſe reo dandas defenſiones, ad quod
faciunt, quæ latiſſimè dixi *de notorietate*
in delictis, *in cap. euidentia de accuſat.* hic
applicanda.

26 Ad quartam quæſtionis partem, an ex
multitudine delinquentium poſſint inqui-
ſitores abolere, aut minorare pœnas, &
quod de iure ſoleat minui pœna dicunt,
Farinac. *in praxi d. quæſt.96. à num.1.* Ty-
raquel. *de pœnis temper. cauſa 47. numero 1.*
Gilbaus Ramus *cap. 3. à num. 157.* ex eo
quia ſi vniuerſitas integra ex propoſito
concurreret ad occidendum vnum, eſſet
quidem durum omnes plecti vt ſcripſit
Alberic. *in l. Rixa num.5. verſ. quid enim ſi*
vna ff. ad l. Iulian. de ſicar. & ſic ait Care-
na *d. tit.9. §. 12.* inde introductum quod
vt carnificina euitetur, & metus ad om-
nes, pœna vero ad paucos veniat ſit de-
cimatio recepta, vicedecimatio, tregi-
matio, vt in bello quotidie practicatur dum
mandat Princeps ex viginti militibus
27 fugitiuis quinque ſolos ſuſpendi, † ſed
idem Farinac. *de hæreſi quæſt.197. num.32.*
Souſa *in Aphoriſm. lib.3. cap.53. à num.1.*
& Carena *num. 55.* dicunt in crimine hæ-
reſis hoc locum non habere in quo cum
maior eſt delinquentium numerus eo
maior pœna debetur præſertim principa-
libus, & auctoribus niſi ex tali argumen-
to timeretur de ſcandalo.

28 Verum quod præciſo ſcandalo, & po-
pulorum ſtrage poſſit condemnari, com-
buri, & deſtrui aliqua ciuitas, aut Ca-
ſtrum in hæreſim lapſum; de mandato
tamen Papæ ſcribit Bordon. cum Decia-
no, Graffio, & aliis *d.c.36. ex n.40. & 42.* vbi
ait in his cautè agendum fore, & non niſi
præmiſſis quibuſcumque mediis ad occur-
rendum huic malo, præſertim vero dixit
eſt abſtinendum ab indictione belli, quia
ſolent ſequi maiora ſcandala, & ſtrages ſi-
ne aliqua emendatione magiſque indu-
rentur corda eorum hæreſiſque potenter
ſerpat, vt experientia docuit magiſtra: &
explicans Carena *ſub num.57.* cum Loſeo
de iure vniuerſitatis p. 4. cap.1. à num.1. ait
dici autem ciuitatem delinquere cum de-
lictum fit conuocato Concilio, & cum
aliis requiſitis, & Menoch. *de arbitr. caſu*
598. agit de pœnis, quibus poteſt, & de-
bet plecti delinquens ciuitas, & iuxta
has diſtinctiones intelligunt DD. addu-
cti textum *in cap. præſidentes hoc tit. lib.6.*
vbi Canoniſtæ textum *in cap. commeſſatio-*
nes 1. diſt. 44. cap. quoties 13.1. quæſt.7. cap.
non poteſt 32. 33. 44. Gloſſa *verbo multitu-*
do cap. 2. de tempor. ordin. vbi refertur car-
men illud, *ob populum multum crimen per-*
tranſit inultum, quando ſcilicet timetur
ſcandalum, & ſtrages populorum, vt col-
ligitur etiam *ex cap. vt conſtitueretur 22.*
diſt. 50. capit. ordinationes quæſt.1. capit. ipſa
pietas 23. quæſt.4. cap. latores de clerico ex-
communic. Graffius p. 2. lib.3. cap.28. num.30.
Decian. *lib.5. crim. cap.50. num.5.* Farinac.
d. quæſt.197. num.32. & illud *2. Reg. cap.28.*
numero 16. cecinit autem Ioab Buccì-
na, & retinuit populum ne perſequere-
tur fugientem Iſraël, volens parcere mul-
titudini.

Ad quintam quæſtionis partem, an 29
poſſint denegari defenſiones ante, vel
poſt ſententiam, aut in caſu quo non de-
clarat reus quales defenſiones ſit factu-
rus, & ad primum dubium non eſſe de-
fenſiones denegandas reo accuſato de hæ-
reſi antequam ſit confeſſus, vel conuictus:
ita Henricus Boira *in cap. ſi aduerſus hoc*
tit. num 4. vbi Anania *num.9. in fine repert.*
inquiſit. in verb. defenſiones, verb. cuilibet an-
te condemnationem dandus eſt locus ad de-
fenſionem, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.11.*
Rubrica de defenſione reorum num.1. vbi quod
defenſionis facultas prohiberi non debet
inquiſitis de hæreſi, nondum tamen ple-
nè conuictis: Farinac. *de hæreſi 185. §. 14.*
num. 114. vbi ait contra eundem Cam-
pegium ad Zanchin. Carrer. Eymeric. La-
catum, & alios, nec denegandas eſſe etiam
confeſſo, & conuicto, etiam poſt ſen-
tentias; ita *num.115.* dum tamen ſit de-
fenſibilis hæreſis † addens *ex repert. in-* 30
quiſit. Pegna Paramo, & aliis adhuc in
hoc caſu teneri inquiſitores ex officio in-
quirere, quas defenſiones poſſit habere
reus, imò quod quando reus eſt confeſ-
ſus, & conuictus adhuc multa poſſint
opponi aduerſus confeſſionem, & aduer-
ſus teſtes, & Franc. Pegna *ad direct. p. 3.*
Rubrica de defenſ. reorum comment. 28. n.117.
lit. A. verſ. primo, & ſeq. dixit expreſſè
vt non obſtante propria confeſſione de-
beant offerri reo defenſiones, & multo
quando reus non eſt confeſſus, ſed ſo-
lum conuictus ad hoc vt ſi velit poſſit,
& contra teſtium perſonas, & contra
dicta opponere quidquid voluerit; de quo
videbis, quæ ſcribit Bordon. *de confeſſ. rei*
cap.34.

cap. 34. idem remiſſiuè *cap.* 36. *num.* 25. vbi *à num.* 20. agit de quæſtione quomodo in ſancto Officio valeat reus defendere ſe in teſtes opponendo, quod ſine difficultate recolliges *ex dict. per nos in c.teſtimonium* 55 *de teſtib.& de accuſ.in c.*10.*& aliis.*

31 Et quod etiam dandæ ſint defenſiones reo, & copiæ inquiſito de hæreſi, etiam quod non declaret qualem velit facere defenſionem dixit Farinac. *de indic. & tortura in praxi cum multis qu.*39. *n.*79. *&* 80. idem *de hæreſi d.qu.*185. §.14. *n.*220. *in terminis*, etiam de hæreſi agendo: Simanch. *in annotationibus ad Campeg.* contrarium tenentem in additionibus ad Zanchin. *in tract. de hæretic. cap.* 9. *lit. D. in verb. copia verſ. rurſus cum reus.*

32 Ad vltimam quæſtionis partem, quam ſententiam debeant proferre inquiſitor in cauſa hæreſis, etſi aduocatus pro reo interuenire non poſſit, reſpondeo vt illam præſtet iuxta iuris regulas, inſtructiones ſancti Officij, & Bullas Apoſtolicas: non enim iudex valet reis accuſatis facere iniuſtitiam; imò tenetur iuſtam proferre ſententiam: ſic DD. *in textu noſtro*, quidquid gloſſa in contrarium teneat, ibi Hoſt. *num.*1. *verſ. de ſecunda parte*, *& ſub num.*2. Ioan. Andr. *num.*7. *Bock. num.*6. Anchar. *num.*4. Anth. de Butr. *num.*9. verſ. in aliis Abbas poſt *num.*3. *verſ. Hoſtienſis*, Marian. Socin. *num.*6. *in fine*, *& num.*7. Cardin. Zabarel. *col.*2. *num.*3. *verſ. quid ſi contra, & ſeq.* Anania *num* 8. *in fine*, *& num.*9. Farinac. *quæſt.*197 §. 3. *nu.*85. *de hæreſ.* cum Afflict. *in conſt. Regni de hæretic. & pactarenis Rubr.*1. *poſt num.*43. & latè deſumitur ex his, quæ dixi *ſub cap.*1. *de ſentent. & de re iudicata*, & alibi.

QVÆSTIO IV.

An ſententia abſolutoria lata fauore vnius ex correis puta Principalis, mandatarij proſit mandanti, & conſultori: & an ſententia ſit nulla ex quo aduocati, & defenſores peterent terminum ad probandum pro reo ſi denegaretur, & quæ praxis in ſancto Officio adſit circa admittendos reos ad probandum, & quomodo appellandum ſit in cauſa fidei, & an defenſiones prætextu alicuius iuris, aut conſuetudinis valeant tolli reis ſanctæ Inquiſitionis, & an reus, qui non vult vt fiant pro ipſo defenſiones dicatur eo ipſo confeſſus, aut conuictus de delicto quod negauit in proceſſu.

SVMMARIVM.

1. *Sententia abſolutoria pronunciata ſuper facto prodeſt abſenti non ſi ſuper perſonu, etſi ſunt præſentes mandans, & madaturius ambo abſoluuntur, vel condemnantur, ſi vnus ſit confeſſus, alter non ſolus ille abſoluitur, vt n.*2.
3. *Sententia lata in Tribunali ex quo aduocato rei inquiſitionis fuit denegatus terminus ad probandum, etſi nulla non ſit, & ſaltim iniqua.*
4. *Praxis admittendi reos in S.Officio ad probandum, & de interrogatoriis, ac aliis cumulandis proceſſui iuxta inſtructionem inſinuatur.*
5. *Inquiſitores debent eſſe diligentes, vt fiant reorum defenſiones.*
6. *Appellatio, quæ competit omni iure habet locum in cauſis fidei ab interlocutoria non à diffinitiua, & quare.*
7. *Appellatio non ſolum denegatur hæreticis, ſed etiam condemnatis pro fautoria, receptatione, defenſione hæretici.*
8. *Appellatio friuola non admittitur in ſancto officio etiam in caſibus in quibus alias admitteretur.*
9. *Appellatio in inquiſitione Hiſpanica quoties competit ad ſupremum Hiſpanicum Conſilium.*
10. *Appellationis iudex in S.Officio quomodo ſe debeat regulare in cauſa, & tranſportatione proceſſus.*
11. *Defenſiones prætextu alicuius iuris reo ſancti Officij non auferuntur legitimè.*
12. *Reus S. Officij nolens ſe defendere ſedente iudice pro tribunali; videtur delictum fateri, ſecus ſi remiſſio facta ſit extraiudicialiter.*

AD primam quæſtionis partem ſuppoſitis, quæ latè adduxi de abſolutoria ſententia, & eius effectibus *ſub c.*15.*de iudic. à qu.... & ſub tit. de accuſ.* iam nunc ad quæſtionem noſtram ſub diſtinctione reſpondebitur ſcilicet quod vel in ſententia fuit pronunciatum ſuper facto puta dicendo non fuiſſe commiſſum aliquod delictũ, & quod tunc proſit abſenti docent Decian. 1

tract. crim. lib. 9. c. 33. Farin. *de conſ. qu.* 134.
num. 33. Guazin. *de defenſ. reorum defenſ.* 2.
cap. 8. *num.* 12. Menoch. *de arbitr. caſu* 351.
à num. 12. *& caſu* 352. *num.* 12. vel non fue-
rit pronunciarum ſuper facto, ſed ſuper
perſona dicendo talem inquiſitum abſo-
luendum, quia non commiſit delictum,
de quo grauatur, & quod tunc ſenten-
tia lata fauore iſtius vtique non poſſit ab-
ſenti, docent relati, & Caballinus *de*
2 *brachio Regio p.* 4. *num.* 156. † vbi benè di-
cens etiam quod ſi ambo puta manda-
tarius, & mandans ſint præſentes, am-
bo abſoluuntur, vel condemnantur, etſi
vnus ſit confeſſus, alter negatiuus hic abſol-
uitur, & ille damnatur, ſin autem vnus
ſit abſens, & alter præſens contra illum per-
ficitur proceſſus, & damnatur poſtea præ-
ſens, ſequitur Cæſar Carena *de offic. inquiſ.* 3.
p. tit. 9. *n.* 10. *in fine*, dicens quod ita obſer-
uat paſſim iudiciorum *crimin. praxis*.
3 Ad ſecundam partem quæſtionis an
ſententia ſit nulla, ex quo aduocati, &
defenſores petierunt terminum, ſi dene-
garetur, & ſuppoſitis, quæ dixi *ſub quæ-
ſtione* 3. proximè, & ante quod in crimi-
nibus potius reis ſunt dandæ defenſio-
nes in omni tempore, niſi notorietas ob-
ſtaret; ideo reſolutiuè videtur videndum
ex doctrina Carenæ *d. capite* 9. *ſub* §. 15.
numero 76. quod etſi ſententia non ſit
nulla, non ſit negandum manifeſtè ini-
quam eſſe, ex quo denegatus fuit ter-
minus, & contra diſpoſitionem iuris ac
quotidianam praxim: non enim ſenten-
tia notoriè iniuſta vel nulla dicitur ſen-
tentia referens ſic fuiſſe in Senatu Me-
diolan. concluſum 22. Nouembris 1619.
faciunt quæ latè, dixi *ſub d. cap.* 1. *de ſent. &*
& re iudic. & alibi.
4 Ad tertiam, quæ praxis in ſancto Offi-
cio adſit circa admittendos reos ad pro-
bandum, & quia ex dictis *ſub d. quæſt.* 12.
& 3. hic ſatis liquet ſolum ponam ver-
ba inſtructionis de hoc loquentis, &
Pauli Garciæ praxim *in libello de ordinan-
do proceſſu in ſancto Officio fol.* 23. *B.* ibi:
*Los dichos, SS. Inquiſidores le mandaran dar
copia y traſlado de la dicha publicacion y que
a tercero dia alegue y reſponda y alegue con-
tra ella con parecer de ſu letrado lo que con-
uenga y con el dicho traſlado, & v. g. dos
o tres pliegos de papel que pidio y ſe le en-
tragaron ſeñalados de mi el preſente nota-
rio amoneſtado que lo mire bien y diga la
verdad fue mandado voluer a ſu carcel, paſ-
ſo ante mi N. notario*, & facta communi-
catione publicationis à reo cum aduo-
cato aduocatus tenetur etiam reddere
tribunali copiam publicationis, & accu-
ſationis, *y los apuntamentos que le vbie-
re dado el reo ſin quedarſe con coſſa algu-
na ni la ha de communicar con nadie ni tra-
tar con el reo mas que lo que toca a ſu
defenſa, ex inſtruct.* 36. idem Paul. Gar-
cia *fol.* 24. vbi *fol.* 25. præſentat reus in-
terrogatorium defenſionum, quas com-
pilauit eius aduocatus, quod manda-
tur ab inquiſitoribus poni in proceſſu,
† & quod erunt diligentes, vt fierent 5
diligentiæ illius interrogatorij, *& fol.* 26.
qualiter reo detur notitia per dominos
diligentias factas iam eſſe ipſius rei, quæ
ipſi non ſunt legendæ nec copia illa-
rum illi præſtanda, etſi à reo petatur ſibi
dari *ex inſtruct.* 39. notificantur fiſcali, qui
nunquam concludit *ex inſtruct.* 39. alia
ponit videnda idem Paulus *diuerſis in locis
d. ſui libelli*.
Ad quartam quæſtionis partem quo- 6
modo appellandum ſit in cauſa fidei,
quia de natura appellationis vt eſt de-
fenſio competens omni iuri naturali, &
Diuino dixi latè, *in Rubric. & titulo de
appellat.* ſed quod in materia hæreſis illa
non concedatur à ſententia diffinitiua
communiter Doctores tractantes mate-
riam ſanctæ inquiſitionis vt habetur *in
capit. vt inquiſitionis hoc tit. lib.* 6. vbi Ca-
noniſtæ, & per illum cæteri Barboſa cum
pluribus *numero* 6. ibi negando admitti
appellationem à diffinitiua licet admitta-
tur ab interloqutoria, & de ratione ſpe-
cialitatis apud inquiſitores dixi *in alleg.
fiſcal. p.* 2. *ſub alleg.* 9. vbi diſperſim de hac
appellatione admittenda, vel non; quid
pro abſentibus contumacibus, quod ſi filij
velint appellare, ſupplicare, vel vti reme-
dio nullitatis ibi abundè dixi ex quibus
plenè de intellectu *d. cap. vt inquiſit.* quoad
hunc caſum ad quem benè inueſtigan-
dum Farin. *de hæreſi cum infinitis d. qu.* 185.
§. 15. *per totum à num.* 227. † vbi non ſolum 7
denegatur condemnatis pro hæreſi, ſed
etiam pro fautoria, defenſione, recepta-
tione hæretici, iuxta quæ latè dixi *ſub cap.
ſicut hoc tit.* vbi *n.* 229. quod non eſt admit-
tenda appellatio friuola in crimine hære-
ſis etiam in caſibus in quibus eſſet admit-
tenda, † & quod relapſi condemnati ap- 8
pellare non poſſunt ibi, *n.* 231. *& n.* 230. de
appellatione interpoſita ab hæredibus de-
functi hæretici de qua *ſub d. alleg.* 9. vbi
de aliis.
Et quia in noſtra in noſtra inquiſitione
Hiſpanica quoties appellatio admittitur 9
ab

ab inqniſitoribus interponitur ad Conſilium ſupremum S.Inquiſitionis generalis ideo vt ſcias quid de iure in aliis prouinciis practicetur, leges cum infinitis: Farinac. *d.* §. 15. *numero* 240. vbi quando de Epiſcopo fiat ad Papam, vel ad Metropolitanum; vbi ex Locato, Deciano, Eymerico, Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 6. *Rubrica de appellat. à numero* 3. vbi etiam ponit noſtram Hiſpaniæ praxim, qui *ſub* 241. cum Zanchino, Eymeric. & aliis ſcribit de modo quo iudex in crimine hæreſis interpoſita appellatione ſe regulare debeat in reſponſione Apoſtolorum, ac in præfixione termini ad redeundum pro Apoſtolis, & quando appellatione pendente poſſit ad vlteriora procedere, & an vero ſilere debeat, & de tota hac materia, & practica commendat legendos Vmbertum Locatum *in iudic. inquiſ. in verb. appell. à n.*2. Campeg. ad Zanchin. *de hær. cap.*9. *lit.B. verb. aggrauamine appellare*, Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 3. *Rubric. de appell. à num.*121. vbi Pegna *comment.*31. qui latiſſimè explanant.

10 Ad quintam quæſtionis partem an defenſiones prætextu alicuius iuris, aut conſuetudinis valeant tolli reo inquiſitionis, & quia ad ſaturitatem de regula iuris ſuper hoc dixi *ſub cap.*1. *de cauſa poſſeſſionis, & propriet.* vbi an Princeps poſſit tollere citationem, aut appellationem ſiue defenſionem, & alibi; iam nunc breuiter, & in terminis negat Bordon. *d. cap.*36. *num.*46. quia defenſio eſt de iure naturæ, benè verum eſt appellationem denegari contumaci pertinaci, &c. iuxta, quæ recolliges *ex d. alleg.*9. *fiſcali*: vbi leges imò, & ſic intelliges *ex latè dictis in hoc textu*, vbi de concedendis reo ſanctæ inquiſitionis omnibus legitimis defenſionibus quare plenius non inſiſtimus; ad quæ adiunges, quæ dixi de clauſula appellatione remota *in cap.* 4. *de foro comp. cap.*41. & alibi magis latè *ſub tit. de appellat. & accuſation.*

11 Ad vltimam quæſtionis partem videtur reſpondendum cum Bacardo ad Clarum *quæſt.*49. *num.*64. & Cæſar Carena *de offic. inquiſit. p.* 3. *tit.* 10. §. 29. *ſub num.*95. quod ſi reus nolens ſe defendere remittat ſe pietati inquiſitorum, tunc ſi talis remiſſio facta ſit à reo ſedente pro tribunali iudice, inducere confeſſionem, nec intelligi reuocatam; ſicut nec iudex neceſſitetur ad eam reuocandam, etiamſi gratiam, & miſericordiam non faciat, ſecus autem ſi hæc remiſſio ſit facta extraiudicialiter, & quod ita ſit deciſum atteſtatur, vt refert Carena, Anna Senior *cap.*1. *de Vaſſal. decrepitæ ætatis num.*57. in ſimili remiſſione facta Curiæ, Baronius in Regno à S.C. & addit Carena ex his, quæ dixit *d.* 3. *p. in tit. de confeſſione reorum*, quod hæc confeſſio quoniam tacita eſt non ſufficeret ad condemnandum: cum quibus vltimam impoſui manum huic cap. die 22. Iulij 1666. in feſto ſanctæ Magdalenæ.

AD TEXTVM

In Capite Cum ex iniuncto XII. hoc tit. & Cap. Sicut XIII. & in §. Quia vero, Cap. Excommunicamus, ſeq. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Prædicandi munus, & nec illud quilibet exerceat ſine Epiſcopi licentia, & qualem circa hoc habeant Epiſcopi in Religioſos, & de aliis* remiſſiuè, *n.*2. 3. *&* 4.
2. *Religioſi prædicare volentes in ſuis Eccleſiis num teneantur petere benedictionem ab Epiſcopo*, remiſſiuè.
3. *Vicarius ſede vacante non prædicandi licentias valeat ſuſpendere, & ordinare: ne aliquis regularis amplius prædicet*, remiſſiuè.
4. *Prædicatores plectendi vt hæretici aliquando*, ſub quæſt. 1.

QVIA ſupra de Iudæis *in capite quam ſit laudabile*, dixi de indulgentiis conceſſis his, qui 1
prædicant infidelibus curando eos ad fidem conuertere, & nunc iura hæc loquantur contra eos, qui conantur laici prædicare, aut contra prædicantes ſine licentia ſuorum ſuperiorum: ideo breuiter ſuppoſitis iis, quæ dixi iam *ſub cap. ſicut de audientibus eos, qui hæretica ſua prædicant, aut ipſos laudant ſub cap. ſicut* 6. *hoc tit.* iam ad aliqua ſpecialia deſcendimus de officio prædicandi in genere, & quod non fiat ſine licentia Epiſcopi, quia plura congerit ex multis videndà Barboſa *in paſtorali allegat.* 75. idem ſuper Trid. vbi DD.

ſeſſ. 24. de reform. cap.4. & de ætate ad prædicandum : Narbona *anno* 30. *quæſt.*4. & de examine prædicatorum Quaranta *verb. prædicator*, & de eleemoſyna eis præſtanda : Naldus *in cap. Eccleſiaſticis* 12. *quæſt.*2. & de poteſtate Epiſcopi in prohibendo ne religioſi prædicent idem extran. exiit qua ſemina §. *longè*, & §. *rerum de verb. ſignificatione*, *& in Clem. dudum de ſepult.* & quòd regulares pro concionibus debeant ab Epiſcopo examinari: Diana *p.* 4. *tract.*4. *reſ.*22. & an peccent prædicantes ſine licentia Epiſcopi : idem Diana *p.* 8. *tract.* 7. *reſ.* 1. & an Epiſcopus valeat examinare religioſos, qui velint prædicare in alienis Diæceſibus : Dian. *p.* 9. *tract.*9. *reſ.* 42. & an regulares poſſint prædicare in ſuis conuentibus, aut Eccleſiis abſque petitione benedictionis: Dian. *p.*11. *tract.* 2. *reſ.* 1. *& reſol.*5. vbi rectè de Bulla Pij & Greg. XIII. & an debeant ab Epiſcopis examinari, ſi velint prædicare, idem *tract.*2. *reſ.*29.

1 Et an regulares, ſi velint prædicare in ſuis Eccleſiis extra tempus quadrageſimæ, & aduentus ; teneantur petere benedictionem Epiſcopi : Diana *p.* 7. *tractat.* 12. *reſ.* 24. & an regulares prædicantes in ſuis Eccleſiis non petita ab Epiſcopo benedictione poſſint ab eo puniri, hodie affirmatur ex conſt. Greg. XV. incipit *inſcrutabili*, idem *reſ.* 25. vbi *reſ.* 26. vbi an idem poſſit Vicarius ſede vacante, vbi quod non, quia vicarius non ſuccedit in iuriſ-
2 dictione delegata Epiſcopi, † & an Vicarius ſede vacante poſſit ſuſpendere, & ordinare ne aliquis regularis amplius prædicet, vbi longè exemplificans, & an Epiſcopi poſſint ſuſpendere licentias regularibus prædicandi ſolum in caſibus à iure expreſſis, ibi: *reſ.* 27. *&* 30. ad aliam ipſe Diana *p.* 6. *tract.* 8. *M. reſ.*20. vbi, & an liceat prædicare excommunicatis, & interdictis DD. *in cap.*43. *de ſent. excommun.* vbi cum multis Barboſ.

3 Sed quia ſub his iuribus hæc, & alia valeant tractari abundè cum ſint iura nimis apta, at quia noſtri inſtituti in hoc tractatu eſt ſolum agere de prædicatione, & de prædicatoribus, qui ſimile officium aſſumendo vt hæretici valeant puniri iuxta materiam noſtri tituli, quam ex profeſſo tractamus iam ſolum ad hæc diſcernenda tantum *ſub qq. ſeqq.* attendimus.

QVÆSTIO I.

An laici aſſumendo officium prædicandi ſint tanquam hæretici, ſeu ſuſpecti puniendi, & an conuenticula ſecreta facientes ad eundem effectum : An ſuperiores regulares poſſint concedere licentias vt in oratoriis ſuis prædicent laici, & num laicis permittatur diſputare de fide: Et an poſſit Epiſcopus ſuſpendere cum condemnatione ad pœnam pecuniariam Theologum, qui dum publicè prædicaret, propoſitionem hæreticam, vel ſuſpectam prædicauit, & de praxi inquiſitorum in hac parte: Et an licentia prædicandi religioſo data ſub ea conditione, vt ante ſuſceptum ordinem diaconatus prædicare non poſſit de iure ſit valida : Et quid in hac parte de Ieſuitis adhuc non exiſtentibus in ſacris.

S V M M A R I V M.

1. *Laici ſunt omnino incapaces tractandi res ſpirituales, n.7.*
2. *Prædicandi munus eſt ſpirituale.*
3. *Prædicandi munus aſſumentes à prælatis non miſſos : Innocent. III. reprehendit, & alij Pontifices in aliis conſtit. & puniunt excommunicatione, & num.7.*
4. *Impietas non eſt pallianda ſpecie pietatis.*
5. *Prædicatio eſt munus priuilegiatum.*
6. *Prædicare nullus poteſt, qui non ſit examinatus, & approbatus.*
7. *Sacerdotes ſine licentia prædicantes excommunicantur, & ſic laici fortius punientur volentes munus prædicandi exercere, qui ſunt ad minus corrigendi, ſi hæreſim non prædicent, n.8.*
9. *Collegia cenſentur illicita, niſi probentur licita.*
10. *Conuenticula occulta celebrantes damnantur à Pontificibus, qui ea non reuelantes excommunicant aliiſque pœnis obligant, & n.11.*
11. *Conuenticula occulta hæreticam prauitatem,*

tem, aut conſpirationum ſuſpicionem generant.

12 *Viſitare parrochias ſemel in anno tenetur Epiſcopus, in qua eſt fama hæreticos habitare, vel improbos viros, compellendo ſi oportet vicinos, vt iurent ſi quos hæreticos ſciuerint, aut conuenticula facientes, vbi de punitione.*

13 *Laici ſacerdotes, non autem merè laici, poſſant de licentia prælatorum Religionum prædicare in ſuis priuatis oratoriis, ſi docti ſint.*

14 *Laici de fide diſputare nequeunt, niſi deficientibus Eccleſiaſticis, & immineret populorum ſubuerſio, per hæreticos, & ſub num. 15.*

15 *Auguſtus voluit ſecretiores cauſas Religionis aperto foro diſputari.*

16 *Prædicator theologus fuit pœna pecuniaria mulctatus, quia prædicauit propoſitionem hæreticam à qua appellauit, ſed qualiter fiat qualificatio in praxi, num. 17. vide n 19.*

17 *Prædicatæ propoſitiones hæreticæ, aut temerariæ examinantur à qualificatoribus theologis ſancti officij, poſt quod examen, qua praxis ab inquiſitoribus obſeruetur 18.*

18 *Prædicatorum prædicantium propoſitionum hæreticarum quale examen fiat ex mandato inquiſitorum circa ſcrutandos papyros, & libros, quos habent prædicatores, ex praxi ſancti officij inquiſitionis.*

19 *Prædicator theologus, de quo, num. 16. liberatur ab hæreſi, qui declarauit in ſequenti prædicatione ſine mora ſenſum ſuæ propoſitionis prædicatæ, & num. 20.*

20 *Pertinacia, quæ ad hæreſim requiritur, exigit per actum poſitiuum contradictionem eorum, quæ conſtant eſſe de fide, & eum, qui ſic contradicit non eſſe corrigi paratum.*

21 *Prædicans hæreſim, & ſi dicat ob vanam gloriam, aut propter temporale punitur vt hæreticus.*

22 *Dulcinus hæreſiarcha magnus, fuit traditus curiæ ſæculari non obſtante excuſatione, ex eo quod ſcienter contra fidem fuit locutus.*

23 *Regularis nullus queit prædicare ſine licentia ſui prælati, & præhabita Epiſcopi benedictione.*

24 *Prædicandi licentia ſub conditione, vt in effecta petens non prædicet, niſi poſt diaconatum ſuſceptum valet abſque eo quod obſtet regula*; actus legitimi, nec diem, nec conditionem ſuſcipiunt, *vt à num. 25. & nu. 26. vbi de intellectu.*

25 *Actus legitimi non recipiunt conditionem, quando eſt contra naturam actus, ſecus ſi non ſit.*

26 *Prælatus queit licentiam prædicandi ſuſpendere ab eo datam.*

27 *Verba ſub conditione non ſemper faciunt conditionem, ſed modum ſignificant.*

28 *Forma requiſita in actu poteſt eſſe duplex, vna ſubſtantialis, qua omiſſa vitiatur actus, alia effectualis, quæ non vitiat.*

29 *Conditio, quæ non opponitur ſubſtantiæ, ſed executioni, actum non vitiat.*

30 Cap. adiicimus 16. quæſt. 2.

31 *Ieſuitæ ordinati prima tonſura valent prædicare ex conceſſione Pauli III.*

AD primam quæſtionis partem, quia 1
vt diffuſe dixi, *ſub titulo de iudiciis,*
& foro competent. ac in aliis pluribus capi-
tibus, *lib. 1. & 2. decret.* laicos omnino eſſe
incapaces tractandi res ſpirituales, & ſa-
cras, † & prædicandi, cum munus ſit 2
ita ſpirituale, vt agnoſcitur, ac reſolu-
tiuè dictum eſt, *in dict. cap. 10. de iudæis,*
imo, & *ſub titulo de ſimonia*, de hoc offi-
cio aliquid dictum ſit, & ne pro illo
aliquid exigi poſſit, niſi modo, ibi, di-
cto in ſuſtentationem, & præmium la-
boris, vt ſimoniæ crimen non incurra-
tur: ideo iam in propoſito nunc breui-
ter an laici prædicantes ſint tanquam
hæretici vel ſuſpecti puniendi. † Nam 3
cum Papa Innocent. III. *in conſtitut. quæ*
incipit ea eſt; reprehendat denique illos,
qui à prælatis non miſſi ſibi temere aſ-
ſumebant officium, & munus prædi-
candi quamuis eſſent laici, ideſt, nullo
Eccleſiaſtico ordine inſigniti; vt etiam
patet, *ex textu noſtro, & dict. §. quia,*
in capite excommunicamus, & in Bulla
Gregor. IX. & *cap. ſicut in vno cap. qui-*
cumque hoc titulo, lib. 6. nec non ex Bulla
Nicol. III. & Innocent. III. quas expla-
nat Scotia, *in conſtitut. Pontific. Epit. 6.*
theor. 12. & 13. impoſita contumacibus
excommunicationis pœna, & *ex leg. ne-*
mo, Codice de ſumm. Trinit. & fide Cathol.
† Ne ſcilicet ſpecie pietatis palliaretur 4
impietas, † & cum prædicatio dicatur 5
munus priuilegiatum, *cap. quod Dei ti-*
morem de ſtatu Monachorum; vbi gloſſa,

 † ac

6 † ac nullus prædicare debeat, qui non ſit examinatus, & approbatus, *cap. oportet*, 8. *quæſtione* 1. *& diſtinction.* 43. *cap.* 1. & Conci'. Later. ſub Leone X. *ſeſſ.* 11.

7 At quia contra prædicantes ſine licentia, hoc eſt ſacerdotes, pœna excommunicationis impoſita eſt, *in dict. §. quia dict. cap. excommunicamus*, cum commi- natione alterius ſi inſiſtat videtur; vt licet, *in textu noſtro*, *& dict. cap. ſicut* 14. qui de laicis prohibitis prædicare loquuntur nullam pœnam infligant, vt debeat eſſe maior, propter differentiam ita magnam, quæ adeſt inter laicum incapacem, & ſacerdotem qui, & ſi doctus non ſit adhuc non videtur prohibitus in contextura, noſtri textus omnino legenda, & conſideranda, quæ illuſtrem doctrinam excitat ex ſacris litteris: vbi, *in* §. 1. idem ſignificat, cum prohibeat laicis etiam quoquo modo corrigere ſacerdotes, etiam ſi doctores non ſint: argument. eorum, quæ latè de correct. fraterna adduxi, *ſub cap. nouit.* 13. *de iudic. à quæſtione* 17. vbi quibus competat corrigere peccatores cum multis ſe-

8 quentibus. † Tamen video nullam ex textu noſtro pœnam adiici aliam laicis prædicantibus, quam quod reprehenſione digni ſint; quod intelligo, niſi laici prædicantes, hæreſim docerent, vt infra dico.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem conuenticula facientes; prohibet enim textus noſter expreſſe, ibi, *quidam laici merito arguendi quod occulta conuenticula celebrant*, & præhabitis, quæ poſſunt applicari de collegiis illicitis, quæ talia præſumuntur, niſi probentur licita: DD. per textum, *in leg. collegium* 8. *ff. de hæred. inſtit. leg. omnia* 11. §. 14. *ff. de offic. Præfecti Vrb. l. ſub* 8. *ff.* de extra ordin. crim. *leg. mandatis*, 1. *digeſt. de collegiis, & corporibus*, & quod illis, nec omnia, & omnibus, iure permiſſa ſint: Nouella, 123. *tit.* 6. *de ſanct. Epiſcop. cap.* 36. *in omnibus*, & præmiſſis inquam, quæ Canoniſtæ in

10 propoſito noſtri textus docent. † Nunc breuiter etiam ex Bullis apoſtolicis reſpondeo quod D. Pontifex Innocent. III. in relata Bulla, quæ incipit, *ea eſt*, & Nicol. III. *in Bulla* 2. §. 10. & Greg. IX. *Bulla* 3. §. 7. damnant meritò celebrantes occulta conuenticula vt factum eſt in textu noſtro, imo D. Gregor. plectit excommunicatione ſcientes has occultas conciones, & non reuelantes, & *in dict. cap. excommunicamus*, §. *adiicimus*, vult Pontifex ciues poſſe cogi in parrochiis ad iurandum an nouerint in Parrochia celebrantes huiuſmodi conuenticula; vel à communi fidelium vita, conuerſatione, & moribus diſſidentes, † & eos qui no- 11

luerint iurare vult eo ipſo tanquam hæreticos habendos; de quo, ibi, DD. ac Scortia, *de conſtitut. Pontif. Epitom.* 5. *theorema* 12. ex Bulla Innocent. IV. *citata conſtit.* 9. §. 31. *& conſtit.* 18. §. 3. dicens teneri huiuſmodi conuenticula hæreticæ prauitatis vel certè conſpirationum ſuſpicionem generare, *per textum, in cap. ſi quis*, 79. *diſt. & cap. conſpirationum* 11. *quæſt.* 1. Etenim Chriſtus Dominus, vt conſtat, *ex hoc textu*, odit tenebras, & iuſſit prædicari omni creaturæ in lumine, & ſuper tota.

Itaque, *ex dict. §. adiicimus*, colligitur 12

Archiepiſcopum per ſe, vel per alias idoneas perſonas debere ſemel in anno Parrochiam viſitare, in qua eſt fama habitare hæreticos, & aliquos improbos viros, vel ſi expedit vt totam viciniam compellant iurare, & ſi quos hæreticos ſciuerint vel conuenticula vel vita, & moribus deſidentes à communi vita, & moribus fidelium eos Epiſcopo indicent, & Epiſcopus vocet ad ſe accuſatos, qui, niſi ſe purgauerint ab obiecto reatu, vel ſi poſt purgationem relabantur in priſtinam perfidiam puniantur canonice, ſi vero obſtinate renuerint iurare ex hoc ipſi tanquam hæretici reputentur: ſic Barboſa, ibi, *dict. §. adiicimus poſt, num.* 44. in præmiſſo.

Ad tertiam quæſtionis partem an ſu- 13

periores regulares poſſint concedere licentias, vt in oratoriis ſuis prædicent laici; igitur affirmare videntur Baldellus, *tom.* 2. *lib.* 1. *diſp.* 21. *num.* 13. & eius verba referens Diana, *part.* 9. *tract.* 7. *M. R.* 68. in ſequentibus alloquentes nomine ſacerdotis, cuius rogatu permittitur laicis prædicatio; omnis ille videtur, qui habet iuriſdictionem ſpiritualem in loco, in quo prædicatio eſt facienda quales ſunt etiam ſuperiores Religioſi pro ſuis oratoriis, & Eccleſiis, vnde quod Epiſcopus non poteſt illis prohibere cominus permittant aliquos laicos alioqui ſufficientes interdum diſſerere de rebus diuinis, & prædicare in ſuis oratoriis; cum hæc permiſſio, & conceſſio illis competat de iure communi, *ex cap. mulier diſt.* 23. & ideo non poſſit Epiſcopus contradicere laico, ne ſic prædicet in

oratoriis religioſis de licentia ſuperiorum, quam poſſit contradicere ipſimet religioſis; quamuis in rigore loquendo tantum poſſit exigere ab huiuſmodi laicis, vt petant ab ipſo benedictionem ad hoc vt prædicent, quam poteſt id exigere ab ipſis religioſis iuxta Trid. *ſeſſ.5. cap.2. de reformat. & dict. ſeſſ. 24. cap. 4.* & ab vtriuſque æqualiter poſſit exigere, vt prius faciant profeſſionem fidei) ita præfati, quod ego intelligo de laicis hoc eſt ſacerdotibus ſæcularibus, non quidem de mere laicis quibus nullo inquam modo competere valet prædicandi licentiam ex dictis.

14 Ad quartam partem quæſtionis num laicis permittatur diſputare de fide, & quia latè ſcripſi de hoc dubio, ſupra, *de ſumma Trinit. & fide catholica*, nunc ſolum addo Barboſam, cum aliis, *ſub cap. quicumque 2. hoc titulo, lib. 6.* & quia, *ex textu noſtro, dict. cap. excommunicamus, §. quia:* vero comprobat Scortia, cum multis ab eo relatis, & ex Bulla Greg. IX. anno 1234. quæ incipit, *rex epitom. 9. theorem. 31.* ideo euenit vt cum eo addamus alias Bullas, & Concilia id comprobantes: vnam nempè: Nicol. III. *Bulla 2. §. 20.* & Alex. IV. *in dict. cap. quicumque*, & Concilium Lateranenſe, ſub Leone X. *ſeſſ.11. Concil. Trid. dict. cap.2. ſeſſ.5. de reform. & dict. ſeſſ. 24. cap. 4. de reformatione, & dict. leg. nemo 4. Codic. de ſumma Trinit. & fide catholica Cod. Theodo-*

15 *ſiani*, † nam ſicut nec Aguſtus voluit religionis cauſas ſecretiores apertè foro diſputari, vt tradit Suet. *cap. 9.* de quo pluribus diſputat S. Anton. *2. p. ſumm. tit. 12. cap.2. §.2.* Eymeric. & Pegna, *in direct.* & poſt Syluest. Valentiam, Nauarr. Caietan. & alios Farinac. *de hæreſi, quæſt.178. num.108.* inde eſt, vt nec laicis etiam litteratis id permittatur, ita vt nec honoris, & exercitii in circulis; nam Canon prohibens eſt intelligendus formaliter, & quod peccabit alias, ſi id vetitum ſibi ſciat, quæ prohibitio eſt impoſita ſub pœna excommunicationis: & addit Scortia, cum multis hanc non eſſe latam, ſed ferendam ſolum ipſe Sanchez Nauarr. Caſtro, Albertin. & alij, *in dict. cap. quicumque*, excipiunt caſum ſcilicet neceſſitatis, ſi non eſſet Eccleſiaſticus doctus, qui hæretico populos ſubuertente reſiſteret, vt admittunt Theologi, & an liceat de rebus fidei diſputare dixi, *ſub dict. quæſtione quinta*, & agit poſt alios Ægidius Trullenc. *in ope-re morali, parte prima, lib. 1. de fide dub. 9.*

Ad quintam quæſtionis partem, an poſſit Epiſcopus cum pœna pecuniaria ſuſpendere Theologum, qui cùm prædicaret, propoſitionem hæreticam prædicauit, mouet hanc quæſtionem Franc. Tonduros, *1. parte, quæſt. benefic. cap. 34.* qui narrando caſum de quodam theologo, qui prædicando propoſitionem hæreticam dixit, quod fuit vltra ſuſpenſionem à munere prædicandi inſuper condemnatus pœna pecuniaria à qua appellauit, & ſolum diſputet an appellatio admittatur, ſuſpendatque executionem; ſuper quo poſſumus hic adiicere plura, quæ diximus de effectibus appellationis interpoſitæ à ſententia excommunicationis, alteriusve cenſuræ, † nos inquam iuxta praxim quam ſemper vidimus nunquam de pœna pecuniaria aliquam condemnationem audiuimus impoſitam prædicatoribus laicis ſacerdotibus, ſiue religioſis, ſed tantùm, quod poſtquam à theologis qualificatoribus ſancti officij, de quibus iam, *ſuprà*, diximus, *in cap. cum Chriſtus, & cap. ſicut*, ſi hæretica cenſurata ſit aliqua propoſitio prædicata, datur cuidam commiſſario, & notario ſancti officij quoddam formularium confectum ab ipſis qualificatoribus ſecundum quod in eodem loco, & cathedra, vbi eam propoſitionem hæreticam protulit, in alio die feſtiuo retractet talem propoſitionem prædicatam, de quo ipſe commiſſarius, & notarius ſancti officij atteſtantur impletum fuiſſe Dominis inquiſitoribus. † Et iuxta Paul. Garciam, *in dict. libello de ordine proceſſandi, in ſancto officio, ex fol. 75.* ponitur forma recognoſcendi, inſtructione propoſitionum, quæ in illis inueniuntur, & qualem cenſuram qualificatores ſuper illas præſtent ſingulis, poſt quod de tali cenſura datur copia reo cur non leguntur cenſuræ datæ à qualificatoribus; ita vt ſine illis detur talis copia reo cum certificatione notarij, in quot foliis, poſt quod qualificatores videbunt reſponſum rei ad ſingulas propoſitiones ſiue verbo, aut ſcripto, ita ſi recognoſcant egere reſponſa qualificatione noua, ita facient: nominat reus certos patronos, facto ab illis iuramento de adimplendo officio, qui ſi petant copiam propoſitionum, & reſponſionum, danda eſt illis cum integro papyro, à quo extractæ fuerunt, poſt quod Patroni dicunt quòd reus vni, aut

aut alij ſiue omnibus propoſitionibus ſatiſfecit, quo tacto poſtremo de talibus propoſitionibus, qualificationibus, & reſponſionibus verbo, aut ſcripto ac etiam patrooorum vltimam ſuam cenſuram præſtant declarantes ſi reus ſatiſfecit, necne, vel ſi adhuc manet aliqua ſuſpicio, firmamque ponunt cum die, menſe, & anno.

19 Sed idem Tondutus in ſpecie caſus iam poſiti, *in dict. cap. 34. ſub num. 4. verſ. ſecundo*, liberat ab hæreſi dictum canonicum theologum, eo quòd dicit quòd ipſe confeſtim in proxima ſequenti prædicatione declarauit errorem ſuæ propoſitionis, quam declarauerat iuxta mentem, quam S. Romana Eccleſia tenet, & profitetur: nam cum hæreſis in pertinacia conſiſtat, vt dixi, ſuprà, *in Rubrica*, & ſuprà, *ſub cap. ſicut*, & aliis, ac docent Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 178. *ex num.* 16. Cæſar Carena, *de offic. inquiſ. p.* 2. *tit.* 1. *de hæreſi*, §. 2. *num.* 10. Souſa, *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *&* 2.
20 maximè, *num.* 3. † vbi dicit pertinaciam quæ ad hæreſim requiritur exigere per actum poſitiuum contradictionem eorum, quæ conſtant eſſe de fide, & eum, qui ſic contradicit non eſſe corrigi paratum, & ſic tales prædicatores crebro benigne facta retractatione, quam ſemper ferè faciunt ex corde ſubmittendo ſe cenſuræ ſancti officij, & Eccleſiæ correctioni ſolent ab inquiſitoribus corrigi, aliterque foret ſi ſe pertinaces exiſterent defendendo, vt protulerant propoſitiones, ſicut ſonant, abſque eo quod velint cenſuræ qualificatorum aſſentiri, vt ex integra materia, de qua agimus, colligitur.

21 Et confirmatur ex eo, nam, qui hæreſim profitetur, & prædicat etiam quod dicat non credere hæreſim, quam prædicabat, ſed ſic prædicaſſe propter aliquod commodum temporale, propter vanam gloriam, aut quid ſimile, adhuc quia profeſſus hæreticus erat, vt talis debuit puniri, ex doctrina Calderini, *de hæreticis in Rubrica, de hæreticis credentibus, ſub num.* 1. *verſiculo hæreticus eſt: &*
22 *num.* 6. † vbi propterea teſtatur Dulcinum, qui fuit magnus hæreſiarcha, fuiſſe traditum curiæ ſæculari non obſtante excuſatione prædicta, vt ſequitur Farinac. *de hæreſi, quæſt.* 179. §. 4. *num.* 49. ex eo quod ſcienter, & ſerioſe contra fidem locutus fuit, licet in animo non ſic crederet prout loquebatur.

Ad ſextam quæſtionis partem ſuppo- 23
ſita doctrina generali; ex Trident. *dict. ſeſſ.* 5. *cap.* 2. *in* §. *Regulares*, quod ſine licentia ſuorum prælatorum nullus regularis poſſit prædicare, cum quaſe debet præſentare, quilibet coram Epiſcopo Diæceſis, vbi degit, à quo ante quam prædicare incipiat debet petere benedictionem, *ex dictis*: iam nunc ad propoſitum difficultatis idem Farinac. Tondutus, *dict.* 1. *p. quæſt. benefic.* 49. *ex num.* 4. ponendo dubium, † vtrum valida eſſet licen- 24
tia cuidam regulari à ſuo ſuperiore ad prædicandum conceſſa, ſub ea conditione, vt in effectu prædicare non poſſet, niſi poſt ſuſceptum diaconatus Ordinem, qui, *à num.* 5. reſpondens dixit validam fuiſſe talem licentiam, nec reuocari debuiſſe, quia regula generalis eſt, quidquid poteſt fieri purè poteſt fieri etiam ſub conditione, *ex princ. inſtitut. de empt. & vendit*, §. *omnis ſtipulatio inſtitut. de verb. obligation. lege ſecunda, digeſtis, de in diem adiectiion.* vt notauit Dynus, *in capite actus, de regula iuris, libro ſexto.*

Et boc abſque eo quod obſtet actus 25
legitimos non recipere diem, nec conditionem iuxta aliam iuris regulam, *l. actus, ff. de regul. iur.* nam dicit hoc intelligendum fore quando dies, & conditio eſt contra naturam ipſorum actuum, ſecus quando conditio, vel dies non eſt contra ſubſtantiam, vel naturam illorum, tunc enim, ait cum Cagnolo procedere aliam regulam contrariam, quod quid poteſt fieri pure, poteſt & ſub conditione, & quia conditio illa quod regularis prædicare non poſſit, niſi poſt ſuſceptum Diaconatus ordinem non eſt contra, ſed præter naturam actus; nam licet clerico in ſacris non conſtituto prædicatoris munus concedi poſſit, vt ex mente ſacræ Congregationis Concilij, refert Barboſa, *in deciſione Apoſtolic. collectione quingenteſima nonageſima ſecunda,*
num. 6. † Tamen non eſſe inconueniens 26
quod ſuperior regularis ad quem ſpectat dare licentiam prædicandi poſſit illum ſuſpendere ad certum tempus, vel ad certum caſum, cùm hoc non repugnet naturæ conceſſionis, † & præterea quia 27
verba, *ſub conditione*, non ſemper faciunt conditionem, ſed ſæpe ſonant in modum videlicet quando actus in ſe perfectus eſt eique adiicitur aliquid quod ſemper reſpicit tempus ipſius actus iam perfecti, *ex lege prima, Codice de his,*

his, quæ ſub modo legis vel fideicommiſſ. relinq. Canoniſtæ, *in capite verum de conditionibus appoſitis*, vbi ſic gloſſa declarat, & *lege ea conditione, Codice, de reſcind. vendit. lege, quoniam* vbi Bald. *de reſolution. Perin. lege cum nos, Codice, de donation. lege Mæuia, digeſtis manum. teſtament.*

28 Vnde infert idem Tondutus, *à numero* 10. *dict. cap.* 49. quod cum licentia prædicandi ſit pure conceſſa, & illius executio dilata ad tempus, quo religioſus diaconarum aſſumpſerit, verba illa, *ſub conditione*, potius legem datam religioſo ſignificare, quam conditionem; & actum approbationis remanere purum, & ſi eius executio dilata ad tempus diaconatus ſit, ex Tyraquello *de retract. conuen. §.* 2. *gloſſa* 1. *num.* 76. vt benè explicando Petr. Gregor. *alleg.* 31. *à numero* 12. hoc ampliat, *à numero* 23. vt locum habeat etiam, ſi adiecta fuiſſet clauſula, *& non aliter, nec alio modo, numero* 24. *&* 25. ampliat etiam: nam quando talis clauſula reſpicit actum perfectum poteſt conſiderari duplex forma: vna ſubſtantialis cuius omiſſio vitiat actum, qui impedit illius perfectionem, alia vero ſit forma effectualis, quæ quamuis requirat effectiuè tamen illius omiſſio non vitiet eius validitatem, & nec noceat adiectio conditionis quando talis conditio appoſita fuit executioni, & non ſubſtantiæ actus, & ita ait in caſu propoſito contigiſſe, in quo licentia prædicandi putè data fuit; ita tamen quod effectualiter ante ſuſceptum ordinem diaconatus facultatem illam exercere non poſſet, probans, *ex dict. l. mæuia, ibi, libertas ſub conditione ſuſpenſa digeſt. de man. teſtam.* & ex Decio, *in d. l. actus legitimi.*

30 Vnde ad vltimum inquiſitum de Ieſuitis, quia dubitatum ante fuerit, an qui ſacerdotio, aut aliis duobus ſacris ordinibus ordinatus non fuiſſet aſſumi poſſit, ne vt prædicet, & Nauarr. *conſ.* 2. *de tempor. ordin.* alias, *conſ.* 7. *ſub titulo, de officio ordin. in nouiſ.* tuetur affirmatiuam partem reſpondens, *cap. adiicimus, decimo ſexto, quæſtione ſecunda*, dicenti, ne aliquis præter ſacerdotes domini audeat prædicare, vt procedat ſcilicet in eo, qui propria, & ordinaria auctoritate prædicare præſumit, qualem

32 quidam auctoritatem haberet curati, † & Barboſa hic, *numero quarto*, loquens etiam de Ieſuitis, & dicendo non dubitare de ſententia Nauarri: ſiquidem veritate fulcitur, quod tradit Henriquez, *in ſumma lib. ſeptimo, cap. vigeſimo octauo, §. octauo, in textu, & commentar.* quod Paul. III. Societati Ieſu indulſerit, vt ipſius regulares valeant prædicare; licet ſacris initiati non ſint, niſi enim ius contradiceret in caſu particulari priuilegio Paul. III. conceſſiſſet Ieſuitis, hæc Barboſa quod quidem eſſet iam, ſpeciali conceſſione Pontificia, & inſignitis ſaltim prima tonſura; & cum his non plus late finem impono huic textui cum aliis de hoc puncto agentibus in veſpera feſtiuitatis S. Iacobi totius Hiſpaniæ vniuerſalis Patroni, anni 1666.

AD TEXTVM

In Cap. Excommunicam. XIII. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

QVIA ſub prima contextura textus noſtri idem decidit Pontifex, *in cap. 1 infra*, condemnando omnes ſpeciales hæreſes, ac earum inuentores hic generaliter, ibi exprimendo nonnullas, & hæreſiarchas, qui eas tenuerunt, & ibi videatur locus oportunior ad exprimendas eas antiquiores quæ refutatæ fuerunt à Patribus, & DD. Eccleſiæ; ideo in quantum ad hoc, & ad pœnam excommunicationis, ibi, dicetur. 1

In §. Damnati.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis qui eſt executor ſententiæ executorum, debet eam exequi etiam in cauſa mortis abſque remiſſione.*

2 *Confiſcantur reorum bona, & applicantur laica, ac Eccleſiaſtica cum differentia*, remiſſiue.

3 *Degradatur clericus hæreticus realiter; in minoribus verbaliter deponitur, & abſens; etſi melius ſit vt degradetur antequam curiæ ſæculari tradatur.*

1 ET quia doctrina Pontificis hic ea nempe eſt, quod damnati de hæreſi (hoc eſt vt comburantur) tradi debeant brachio ſæculari debita pœna puniendi, de quo brachio; & per quæ delicta dictum late ſit ſuprà, *in cap. ad abolendam hoc titulo*, *& hic*, vt ibi notat Barboſa cum infinitis, *numero 3.4. & 5.* quod iudex ſæcularis in cauſa hæreſis eſt merus executor, ſicut nec de proceſſu, nec de ſententia aut mandato inquiſitoris, nec de crimine hæreſis, propter quod ei remittitur puniendus cognoſcere poſſit, etiam ſi mortis pœna imponenda ſit ex Roxas, Zanchino, Simanch. Zenedo, Paz, Curia Philipp. & Farinac. *de hæreſi, quæſt.186. num.162.* & aliis, vt iam, *ſub d.cap. ad abolendam*, tradidi ideo ad ibi, dicta te remitto.

2 Et quia etiam Pontifex dicit debita pœna fore puniendos, & quæ ita ſit, infra, *ſub dict. cap. excommunicamus, decimo quinto, §. primo, dicamus*, & quod reorum bona, ſi ſunt laici, confiſcantur iuxta, quæ latiſſime dixi, *ſub cap. vergentis per totum, & ab allegat. decima octaua*, & ſi fuerint bona clericorum veniant applicanda Eccleſiæ, à quibus ſtipendia perceperunt, ac de iſta confiſcatione contra clericos, & applicatione etiam latiſſime dixerim, *ſub dict. cap. vergentis, allegat. quadrageſima prima*, vbi actum eſt de illis quæſtionibus, *an bona hæreticorum clericorum confiſcentur ob hæreſis crimen non ſolum patrimonialia; verum etiam omnia alia, quæ dependent à fructibus ſuorum beneficiorum, & cui applicentur. Et an ſi hæreticus fuerit monachus alicuius Eccleſiæ prælatus eius bona confiſcari valeant. Et an bona clerici hæretici habentis ſtipendia à pluribus Eccleſiis diuidantur inter ipſas. Et an iudex Eccleſiaſticus confiſcans bona ignoranter neſciens ſcilicet bona eſſe Eccleſiæ incurrat excommunicationem, de qua in Clem. II. hoc tit.* ideo nihil plus addimus cum ibi plene dictum ſit.

3 Cumque hic, *in verſiculo prius*, *à ſuis ordinibus degradatis*, notent DD. clericum hæreticum prius degradandum, vt iudici laico poſtea tradatur animaduerſione debita puniendum, Barboſa hic, *numero ſexto*, cum Zenedo, & Sanctarello, dicente in minoribus ordinibus conſtitutos degradari tantum verbaliter, & non realiter, antequam morti tradantur. Et quod clericus abſens verbaliter degradatur, & per ſententiam relinquitur iudici ſæculari, & tantum quod ſine alia actuali degradatione etiam pœna mortis à iudice laico puniri poterit addendo melius eſſe vt prius degradetur actualiter, & de his plene à nobis dictum ſit, pro intellectu textus, *in capite primo, de hæreticis, lib. ſexto*, de quo, *ſub dicto capite ad abolendam*, aliquid, *& in dicto capite vergentis, ſupra, allegat. quinquageſima prima, in ſequentibus quæſtionibus, an clerici qui ob crimen hæreſis aliud ve enorme ad triremes perpetuos, immurationem, incarcerationem, aut exilium perpetuum condemnantur veniant prius degradandi realiter, aut verbaliter, ſeu ſufficiat ſola depoſitio, aut ſuſpenſio, ab ordinum executione, & beneficio*, &c. ideo ad ibi, dicta te remitto, & inſuper ea, quæ dixi, *ſub capite cum non ab homine, decimo de iudiciis*: vbi de clerico incorrigibili degradando vt puniatur.

Ad, §. Qui autem.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Suſpectus de hæreſi ſi ſe non purgat excommunicatur ad arbitrium ſuperioris, & de excommunicato per annum.*

2 *Inſordeſcentia in excommunicatione multa requirit, & num. 3.*

3 *Inſordeſcenti per annum in excommunicatione non prodeſt abſolutio conceſſa à Papa in impetrationibus gratiarum, & collationis, beneficiorum, niſi Papa ſciret hunc inſorduiſſe per annum.*

4 *Inſordeſcentiæ annus in excommunicatione debet eſſe continuus.*

5 *Iniurias oportet tolerare Chriſti exemplo.*

6 *Purgare ſe omittens intra annum excommunicationis ex ſuſpecta hæreſi debita animaduerſione plectitur, vt fit in clerico de fornicatione ſuſpecto renuente*

renuente ſe purgare.

7 *Purgatio canonica eſt oſtenſio innocentiæ de crimine.*

1 EX contextura hic apparet Pontificem decidere, quod ſi ſuſpectus de hæreſi ſe non purgat ad arbitrium ſuperioris excommunicatur, & quoad hanc partem quia latè dixi de ſuſpectis de hæreſi quales ſunt fautores, & alij de quibus, & eorum purgatione, *in cap. ſicut, hoc titulo*, latè vbi, & de pœna excommunicationis illis indicenda inter alias pœnas, quæ ipſis infliguntur, quas ibi aſſignaui, & aliquid de compurgatione, *ſub cap. ad abolendam:* vbi quando contingat; nec de excommunicatis per annum aliquid diximus hic diſceptandum, vt in proprio loco quoad hanc materiam relictum fuerit, iam nunc de his excommunicatis contumacibus agemus, ad verba ibi, *ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur*; ad quæ verba ne iam dicta repetantur diffuſe, vt moris noſtri eſt ſignanter applicando quæſtiones ſequentes de quibus egi; *ſub cap. 1. de iudiciis, ibi, quæſt. 32. an excommunicatus ex cauſa fidei, qui comparet elapſo anno ſit admittendus ad reſpondendum*, & ibi, *quæſtione 33. ſequenti, an inſordeſcens per annum in excommunicatione puniatur ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis*, iam ad aliqua quæ deficiunt hic procedemus, & quia iam etiam alibi actum eſt de tempore requiſito ad inſordeſcentiam item, & de pertinacia requiſita ad eam & de nonnullis effectibus inſordeſcentiæ.

2 Ideo licet multa requirantur, vt quis dicatur inſordeſcere in excommunicatione ad effectum, vt ſuſpectus habeatur de hæreſi priueturque beneficiis, ſed principaliora ſunt duo primum quòd perſeuerantia, ſit cum animi pertinacia, quæ includat contemptum clauium Eccleſiæ, vt cenſuit Rota in Oſcen. Archidiacon. 16. Maii 1507. apud Farinac. *conſ. 132. num. 7. p. 1. recent.* ex quo infert Barboſa, *nu.* 13. cum eadem Rota in alia Oſcen. Archid. 11. Iunii 1602. apud Farinac. *d. tom. 2. conſ. deciſ.* 181. *num.* 2. ad docendum de inſordeſcentia eſſe opus docere excommunicatum habuiſſe notitiam excommunicationis ſecundum quod poſt annum, ſeu aliud tempus præfixum ad inſordeſcentiam moneatur prius vt reſipiſcat, Marc. Ant. Genuen. *in practical. Eccleſiaſt. quæſt. 712.* & Barboſa cum eo hic *num.* 14. vbi cum Rol. Nauarr. Rebuff. Henriquez, Sayro, Auila, & Nicolao Garcia, dixit aduertendum perſi- 3
ſtenti per annum in excommunicatione non prodeſſe abſolutionem, quæ datur à Papa in impetrationibus gratiarum, & collationis beneficiorum ad effectum gratiæ conſequendæ, niſi Papa ſciret hunc inſorduiſſe per annum in excommunicatione, vti ex Auila adduxit Sanctarel. *de hæreſi, cap* 4. *num.* 7.

Et quoad *verſicul. per annum*, communiter docent DD. illud annum debere eſſe continuum indeque annum, quo quis ob peccatum hæreſis permanſit in excommunicatione debere eſſe continuum dixerunt Archidiac. *in cap. cum contumacia hoc titulo, num.* 6. Franch. *num.* 2. Gemin. *num.* 9. Seraphin. 128. *quæſtione à num* 4. vbi ſic ait declaraſſe ſacr. Congr. Concil. & ſic cum Rebuffo, Vgolino, Pegna, Sanctar. *in dict. cap.* 4. *num.* 6. & cum Couarr. Nauarr. & aliis docet Barboſa hic, *num.* 15. vt non ſufficiat, ſi quis extiterit per ſex menſes in excommunicatione, & deinde obtenta abſolutione cum reincidentia poſt abſolutionem ſteterit per alios ſex menſes, vt cum aliis etiam tenet Ricciul. *de iure perſ. extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib. quarto, cap.* 8.
† Qui, & aſſerunt totum annum debere 4
eſſe continuo elapſum, quæ reſolutio confirmatur ex his, quæ dixi, *in cap.* 11. *de temp. ordin. quæſtione* 4. *ex num.* 3. vbi quod triennium ad hoc vt Epiſcopus poſſit ordinare eius familiarem debeat eſſe continuum, vbi leges, vt ad hæc applices.

Et ſic Gregor. IX. *in ſua conſtit.* 3. *edita anno* 1236. incipit, *excommunicamus*, ibi, *in* §. 3. *ſuſpecti quoque*, (dicit) niſi propriam oſtenderint innocentiam ſunt excommunicati, etſi in ea per annum ſteterint ex tunc velut hæretici condemnentur, quæ eſt propria, *ad* §. *noſtrum*, & ſic ſuper ea Scottia, *in conſt. Pontific. Theorem.* 28. *Epitom.* 9. confirmat, *ex textu noſtro, in* §. *qui autem, &* §. *adiicimus*, & ex Honorio, *in Bulla has leges*, §. 7. ex Innocent IV. *Bulla* 18. §. 3. & ex Lucio Pont. *in dict. cap. ad abolendam*, §. *qui vero ſupra hoc tit.* & Alex IV. *in dict. cap. cum contumacia, hoc tit. lib.* 6. *ex Concil. Trid. dict. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reform.* §. *in cauſis quoque, ex auth. Gaſſaris Cod. de hæret.* & poſt Archid. & alios, *in dict. iur.* Zanch. *de hæretic. cap.* 9. Locatus, *in opere iudic. verbo excommunicati, repert. inquiſit. verb. excom-*

municare, §.*ſuſpectus*, Eymeric. *in direct. inquiſ.* 2. *p. quæſt*.47. ibi: Pegna, *comm*.72.
5 Vgolin. *tab*.1. *cap*.14. §.3. *à nu*.3. † & quia
rectè dixit Rufinus, *lib*. 1. *invect*. eſſe quidem glorioſum iniurias Chriſti exemplo patienrer tolerare ad vnam hæreſeos notam, qui ferat, vel diſſimulat Chriſtianum non eſſe. Ob id idem Scortia, *dict. theorem*. 28. concludit illum numerum quod, qui intra annum hæreſis ſuſpicione non ſe purgant, debita animaduerſione plectuntur, vt fit etiam in elerico de fornicatione ſuſpecto, renuente ſe purgare, *in cap. tua de cohabitatione clericorum, & mulierum*, & addit Scortia, *ex tota cauſa*, 2. *quæſt*. 5. *& ex titulo, de purg. canon.* vbi DD. quod canonica purgatio eſt oſtenſio innocentiæ de crimine obiecto, quæ aliquando fit per iuramentum infamati rei coram ſuo iudice, aliquando etiam per iuramentum teſtium compurgatorum, quorum numerus, & dignitas in iure dicitur, 2. *quæſt*.5. *cap. omnibus, & cap. inter cap. cum dilectus de purg. Canon*. & de forma ſententiæ compurgationis, & de compurgatoribus quoad praxim S.inquiſitionis, Paulus Garcia de ordine proceſſandi, *in S. officio, fol*. 69. *ad* 72. legendus.

QVÆSTIO I.

An qui ex crimine, aut ex cauſa ciuili præter cauſam fidei excommunicatus fuit, & permanſit vltra annum continuè excommunicatus, ſit vt hæreticus damnandus. Et an dicatur permanere in excommunicatione eum, qui petiit abſolutionem, & obtinuit ſupplicationem ſignari; ea non expedita: vbi de alio caſu, & an generaliter ita inſordeſcens in excommunicatione ſit de hæreſi ſuſpectus. Et an hæc ſuſpicio ſit leuis vehemens, vel violenta?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus per annum ex cauſa fidei, aut hæreſis perſiſtens, vt hæreticus habeatur, vbi de ratione, & num*.2. *& quid de excommunicato ex alio delicto, aut cauſa, ex n*.3. *& an leuis ſit ſuſpicio, num*.14. *&* 15.

2 Trident. ſeſſion. 25. cap. 3. & numero 3.

3 *Excommunicatus per annum videtur contemnere claues Eccleſiæ, ſuffragia, & ſacramenta.*

4 *Excommunicatus ex alio crimine ſiue cauſa ciuili contumax per annum condemnatur, vt ſuſpectus de hæreſi: excommunicatus autem ex cauſa fidei punitur vt hæreticus, & hoc modo componuntur modi dicendi, DD. nu*. 5. 6. *&* 7.

8 *Abſolutionem petens ſi obtinuit ſupplicationem, ea tamen non expedita, videtur liberatus ab effectu excommunicationis, etſi mutata voluntate alios malos actus fecit, incurret nouam excommunicationem, & n*.9. *& num ſit in arbitrio? n*.10.11.*&* 12.

9 *Excommunicatus ſi diligentias fecit pro abſolutione obtinenda, quam non obtinuit non dicitur inſordeſcere in excommunicatione: & numeris ſequentibus.*

10 *Clauſula*, teque abſoluentes, *in reſcripto gratiæ, aut iuſtitiæ quod operetur in excommunicato ſi poſtea per annum ſit contumax, numero* 11. 12. 13.

14 *Inſordeſcens in excommunicatione per annum ex alia cauſa præter hæreſim dicitur tantum de hæreſi ſuſpectus, & qua ſuſpicione, numero* 15. *&* 16.

15 *Excommunicatus per annum ex alio crimine quam hæreſis ſit leuiter ſuſpectus, ſi monitus permanet, ſit vehementer ſuſpectus, etſi adhuc perſiſtat ſit violenter, ſi tunc tranſacto inſiſtat; numero* 16. *& ſi vocatus ab inquiſitoribus, vt ſubterfugiat iudicium non comparet, tanquam hæreticus condemnatur: numero* 17. *& num*. 18.

17 *Suſpicio leuis incipit eſſe vehemens ſi citatus ſit contumax, & ſi perſeueret per annum iam eſt præſumptio violenta, ex qua oritur præſumptio iuris, & de iure per quam hæreſis crimen ſufficienter probatur.*

18 *Excommunicatus per annum, etſi declaratus vt hæreticus compares, & de nouo audiendus ad compurgandum ſe à delicto, non vt recuperet bona confiſcata.*

AD

1 AD primam quæſtionis partem communis videtur eſſe reſolutio vt is qui propter cauſam ad fidem ſpectantem eſt excommunicatus, & per annum in tali excommunicatione permanſit, debet vt hæreticus haberi, ex ea inquam ratione, quia quando excommunicatio eſt lata pro crimine inferente priuationem ipſo iure perſiſtens in excommunicatione per annum iuris præſumptione videtur fateri crimen ob quod excommunicatur, *ex capit. rurſus* 11. *quaſt.* 3. & Hoſtienſ. hic *num.*7. *&* 8. Ioan. Andr. *num.*8. Panorm. 11. Socin. 14. Anchar. *num.*4. *&* 5. Anania *num.*6. Butrius *numero* 17. Barhoſa *ſub num.*10. tenen huiuſmodi excommunicatum propter crimen hæreſis, & per annum in excommunicatione permanentem, ipſo iure, abſque alia ſententia condemnatoria ſit habendus vt hæreticus, ſequitur Vgolin. *de cenſ. tab* 1. *cap.* 14. §. 3. *quaſt.*12. vbi Pegna *comment.* 29. §. *quod ſi is*, Simanc. *de Cathol. inſtitut. tit.* 2. *num.*9. Rojas *ſing.*60. *num.*3. Sanctarel. *de hæreſi cap.*4. *numer.* 1. Zened. *lib. pract. quaſt.*15. Scaccia *de iudic. cauſ. lib.*1. *cap.*98. *num.*36. Clar. Salced. Couar. & Menoch. quos citar Barboſa.

2 Et comprobatur ex verbis Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. ibi: *excommunicatus, quicumque ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta, & communionem fidelium non recipiatur, ſed ſi obdurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit.* Cuius decreti fundamentum docent DD. fuiſſe:

3 † quia prædictus excommunicatus, & claues Eccleſiæ, & ſuffragia & ſacramenta contemnere videtur; & ideo in ſuſpicionem veniat quòd malè de illis ſentit, ac per hoc ſuſpectus efficiatur de fide,

4 † & quia inter aliqua, quæ notat cum multis, ab eo relatis intellectum Concilij: Leander *de cenſ. diſp.*17 *tract.*... *qu.*7. & quod eius doctrina locum habet in excommunicato quocumque, & ita ſiue talis ſit ob cauſam criminalem, ſiue ciuilem; ideo quoad clariorem doctrinam textus noſtri, oportet è viſceribus id agnoſcere ad effectum, vt quia pertinax tanquam hæreticus puniri debeat, ſic permanens contumax per annum.

5 Etenim contra prædictum intellectum Concilij videntur alij reſpondere nempe, vt excommunicatus ex alio delicto præter hæreſim permanenſque per annum in excommunicatione, non ſit habendus, nec condemnandus tanquam hæreticus: Barhol. hic *ex d. Trident.* cum Abbate hic *num.*7. Grillando, Couar. Duen. Rebuff. Maranta, Eymerico, Zechio, Majolo, Genuenſ. Fuſco, Perez, Graſſio, Salcedo, Azeuedo, & aliis idem hic *nu.*11. *& ſic ex* d. Barboſa refert alibi Diana *p.*4. *tract.*7. *reſ.*18. *verſ. ſed ego:* quod contumax per annum in excommunicatione inſordeſcens ſuſpectus habetur de hæreſi pro crimine, etſi ſecus pro cauſa ciuili idem dixerunt DD. quos refert Sanctarel. *de hæreſi cap.*4. *num.*5. Sayro *de cenſur. lib.*1. *cap.*10. *num.*4. Gonzalez *in Reg.*8. *clanc. gloſſa* 15. *num.* 106. vbi aſſerit ita deciſum fuiſſe à ſacra Rota *in vna Segouienſi inſordeſcentiæ* 5. *Iunij* 1598. coram Seraphino reiiciens Menoch. & Salcedum, quos Caſtrus referendus citauit.

Imò, quia, & alij dixerunt relatam doctrinam Trident. procedere etiam in exſordeſcente pro cauſa ciuili; Caſtrus ſcilicet Palao *in ſumma tom.* 1. *tract.*4. *diſp.*4. *p.*2. *num.* 5. Farinac. & Menochius ab eo relati, quia contumacia vniformis eſt, imò vt maior videatur in cauſa ciuili, vtpotè leniori, & quæ regulari terminus retardare poſſit excommunicatum à comparendo, & Salcedo ad Diaz *in practic. crimin. Canon. quaſt.*18. *verſ. primo quod non ſolum:* Marius, Alberius *de cenſ. tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 8. *cap.* 3. *verſ. tertia propoſitio,* 6

† ego complectendo hic vtramque ſententiam; quia tam contumax extra cauſam fidei excommunicatus, aut ex delicto, aut cauſa ciuili eo ipſo male ſentire de fide cenſeretur, & de poteſtate Eccleſiæ: ideo dico eam conſtitui differentiam inter excommunicatum, & contumacem ex cauſa hæreſis, & fidei Catholicæ, quod talis tanquam hæreticus ſit condemnandus, excommunicatus autem contumax ex alio delicto, ſiue ex cauſa ciuili tantum, ſit habendus, vt ſuſpectus de hæreſi, vt dixit Souſa *in Aphoriſm. inquiſit. lib.*1. *cap.*17. *num.*6. quod perſeuerans per annum in excommunicatione non ex cauſa fidei non hæreticus reputatur, ſed ſolùm leuiter ſuſpectus, & iuxta hunc modum ſunt interpretandi DD. dicentes generaliter quod quilibet inſordeſcens in excommunicatione, ſit de hæreſi ſuſpectus, vt ſunt Eymeric. Pegna, Locatus, Scaccia, Genuenſis, Zechius, Zenedus, Fuſcus, Grauant. Vgolin. Simanch. Couar. Gutiertez, Farin. Campeg. Campanil. Zerola, Zanard. Marius, Italic. Sanctarel. Ricciul. Cardin. Bellarm. 7

& alij antiquiores, quos videtur ſequi Carena *de offic. inquiſit. p. 2. titulo* 8. §. 4. *ex num.* 15.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an videatur permanere in excommunicatione ille qui petiit abſolutionem, & obtinuit ſupplicationem ſignari ea non expedita, & Rota *in d. Oſcenſ. Archidiacon.* 16. *Maij* 1603. cenſuit non poſſe dici perſeueraſſe in excommunicatione, etiam, ex ſimplici mutatione voluntatis in ea non expedienda; & hoc quamuis poſt petitam abſolutionem excommunicatus fecerit alios actus illicitos, & damnoſos, quia iſti operantur vt de nouo dicatur excommunicatus; non autem quod tollatur actus præcedens petitæ abſolutionis, imò addunt Ricciul. *de iure perſ. exiſt. extr. grem. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 9. *&* 10. Sanctarel. *de hæreſi cap.* 4. *nu.* 3. *&* 4.

9 Barboſa *hic num.* 13. *in fine*, † vt ſic etiam non poſſit dici perſeuerare in excommunicatione, & conſequenter inſordeſcentiam contraxiſſe eum, qui fecit diligentias pro obtinenda abſolutione, & obtinere, vel aliquo impedimento impeditus non potuerit comparere.

10 Vnde infertur ad aliam diſputationem quod erit dicendum an ſi contra aliquem v.g. ſi lata excommunicationis ſententia, & antequam lapſus ſit inſordeſcentiæ annus impetret ab Apoſtolica ſede reſcriptum aliquod ſiue gratiæ, ſiue iuſtitiæ in quo adſit clauſula *teque abſoluentes*, dictus annus inſordeſcentiæ taliter dicatur interruptus quod eo elapſo verè talis non poſſit dici per annum inſordeſcens in excommunicatione, & ex dictis *num. præced.* videtur reſpondendum prodeſſe impetranti, tamen video eundem Cæſarem Carenam reſpondere, vt non poſſit *d. tit.* 8. §. 7. *à num.* 34. ita quod elapſo tali anno excommunicatus ille poſſit à iudice declarari inſordeſcens, primò ex eo quòd abſolutio datur cum clauſula *ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum*; cum actus gentium non operentur vltra eorum intentionem, ex vulgatis iuribus.

11 Secundo, quia abſolutio illa eſt verbalis, & de ſtylo, & datur quibuſcumque etiam, ſi non pœniteant, vt ex Hoſt. & Felin. dixit Valer. *de different. vtriuſque fori in verb. abſolutio differ.* 2. *num.* 5. & inde vt non poſſit abſolutio illa operari quod pertinacia tollatur ab excommunicato. † Tertiò, quia dicta clauſula

12 non tollit excommunicationem, ſed impedimentum proueniens à dicta excommunicatione tantum ſuſpendit, quo vſque gratia ſuum ſortiatur effectum, vt poſt multum dixit Ricciulus *d. lib.* 4. *cap.* 9. *per totum* vbi egit de dicta clauſula, & ibi *numero* 4. & ſic firmat Carena *ſuprà num.* 37. ſaluo meliori iudicio, vt non poſſit tolli ex dicta clauſula caſus anni ad effectum incurrendæ inſordeſcentiæ irrequiſiti.

Vnde ego quoad caſum *num. præced.* adductum exiſtimarem pendere à iudicis arbitrio nunquid, qui petiit abſolutionem, & obtinuit ſupplicationem ſignari, ſi illam de facto non expediuit, adhuc tranſacto anno, vt contumax poſſit reputari ex inſordeſcentia; quia etſi reuera aſſignata gratia eius effectus videatur, at quia potuit illam petere, & vt ſignaretur, vt ſe liberaret ab inſordeſcentia, videtur ex ſua inquam malitia non integrè pœnitere. 13

Ad tertiam quæſtionis partem an generaliter ita inſordeſcens in excommunicatione ſit de hæreſi ſuſpectus, in quo dubio communiter docent DD. iam adducti quos ſequitur Barboſa *hic ſub nu* 11. *&* 12. iam relati quod etiam, qui fuit excommunicatus ex alia cauſa præter hæreſim, tranſacto anno, etſi non condemnandus tanquam hæreticus; ſit tamen habendus de hæreſi ſuſpectus, cum malè ſentire videatur de fide & Eccleſiæ poteſtate, vt dictum eſt *ſub verſ. ad primam*, & ob id non addimus alia. 14

Ad vltimam quæſtionis partem, an prædicta ſuſpicio ſit leuis, vehemens, aut violentia; & vt ſit leuis in inſordeſcente in excommunicatione ob aliam cauſam, quam hæreſis, docent communiter DD. allegati inter quos Couarru. *in cap. alma mater* 1. *p.* §. 7. Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 17. *num.* 4. Eymeric. *in directˀ. p.* 2. *q.* 47. vbi Pegna Salced. *ad Diaz d. capit.* 118. *num.* 1. *verſ. tertio:* Marius Alterius *de cenſ. tom.* 1. *lib.* 2. *diſputat.* 8. *capit.* 3. *verſ. circa hoc decretum:* Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. cap.* 68. *numero* 8. Farioac. cum aliis *de hæreſi quæſtion.* 192. *numero* 13. alij allegati per Sanctarell. *de hæreſi cap.* 4. *num.* 4. qui *num.* 5. Salced. *d. num.* 12. *verſ. quarto:* Farinac. *numero* 16. addunt ſufficere ad abiurationem de leni, vel Canonicam purgationem indicendam quam ſi ſubire, quis noluerit tanquam hæreticus condemnari poſſit, ſed Cæſar Carena *d. p.* 2. *tit.* 8. *num.* 25. *in fine*, hoc admitti de iure: verum ſecus ſi conſuetudine. 15

Tamen

16 Tamen ſi quis leuiter ſuſpectus eſt de fide, & ob eam cauſam citatus, vt reſpondeat; ſin autem intra terminum ſibi aſſignatum negligit reſpondere, fiet vt illa leuis ſuſpicio tranſeat in vehementem: ſi autem in illa negligentia per annum perſeuerauerit, tunc iam illa ſuſpicio vehemens tranſit in violentam, iuxta doctrinam textus *in cap. cum contumacia hoc tit.* Diana *p. 4. tract. 7. reſ. 18. in verſ. verum circa finem*, qui ait quòd vt hæreticus eſt condemnandus ex Scaccia *de iudic. d. lib. 1. cap. 98. nu 4.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 374. num. 10.* Farin. *d. q. 192. n. 14.* & alij penes ipſos.

17 Verum ſi quis ſuſpectus de hæreſi, & hac de cauſa vocatus ab inquiſitoribus iudicium ſubterfugiens comparere noluerit; & idcirco ob contumaciam declaretur excommunicatus in eaque contumacia, & excommunicatione, contumax per annum remanear, tunc per ſententiam poterit hæreticus pronunciari, & vt talis puniri per textum *in d. cap. cum contumacia*, de quo latè dixi *in 2. parte alleg. fiſcal. S. Officij ſub alleg. 9.* vbi gloſſa dixit *in verb. vehemens*, quod ſi ſuſpicio hæreſis eſt contra aliquem, ſi citatus fuit contumax, ſuſpicio incipit eſſe vehemens, etſi perſeueret per annum, tunc iam ſit præſumptio violenta, & quia ex textu *in cap. excommunicamus, hoc tit.* vbi Hoſtienſ. *num. 2.* ex hac perſeuerantia in excommunicatione oritur præſumptio iuris, & de iure per quam hæreſis crimen ſufficienter probatur, & etiam notauerunt hic Anania *n. 6.* Anchar. *n. 4.* Ioan. Andr. *n. 3.* Butrio *n. 7.* & 12. Pegna *in direct. 3. p. q. 49. verſ. quod ſi is*, Scaccia *de iudic. capit. 98. num. 36.* Farinac. *d. quæſt. 192. à num. 14.* Marius Alter. *de cenſ. tom. 1. lib. 2. diſp. 8. cap. 8. verſ. quarta propoſitio*, Sanctarel. *de hæreſi capit. 4. dubio 5. concluſ. 1. & 2.* cum aliis.

18 Quod ſi talis excommunicatus elapſo anno comparuerit velitque probare ſuam innocentiam, vt antequam ſit declaratus hæreticus admitti debeat ad iudicium; docuerunt Scaccia *d. lib. 1. de iudic. cap. 28. num. 95.* Pegna *d. p. 3. in direct. comment. 174.* Sanctarel. *ſuprà num. 3.* Marius Alter. *de cenſ. tom. 1. lib. 2. diſp. 8. cap. 3. verſ. quod ſi etiam elapſo anno*, imò quod talis excommunicatus audiendus ſit, etſi compareat poſtquam fuit hæreticus declaratus, & eius ſtatua combuſta: dixerunt Pegna *3. p. comment. 76. verſ. adueniente autem, & verſ. poſtremo illud:* Carrat. *de execut. ſent. cap. 1. num. 278. & 180.* Sanctarellus cum aliis *num. 3. in fine*, Carena *d. titulo 8. p. 2. num. 23. & 24.* quod vt dixi *ſub allegat. 9. fiſcal. p. 2.* & alibi *ſub 1. p.* intelligitur quatenus, vt audiatur comparens, ad compurgandum delictum non ſic poſt annum, vt recuperet bona iam confiſcata ibi: *num. 18. 19. à num. 21. & num. 27. d. alleg. 9.* vbi de pluribus, quæ hic valent applicari.

QVÆSTIO II.

An inquiſitores valeant ſine diſtinctione proceſſare, & iudicare, inſordeſcentes per annum in excommunicatione, & an prius debeant moueri, atque citari, vt proceſſus valeat. Vbi de praxi, & de pœnis contra inſordeſcentes, & num comprehendant etiam fautores. An abſolutio ab excommunicatione in foro conſcientiæ tollat inſordeſcentiæ effectum; & qualiter ſe debeant gerere confeſſarij cum exſordeſcentibus.

SVMMARIVM.

1. *Inſordeſcentes in excommunicatione debent ab inquiſitoribus citari vt reſpondeant de fide, n. 2.*
2. *Inquiſitores proceſſum faciunt contra ſuſpectum de fide.*
3. *Excommunicatus inſordeſcens per annum ex alio crimine, aut cauſa præter hæreſim non proceſſatur ab inquiſitoribus ex conſuetudine etiam Romanæ inquiſitionis: non enim iſti dicuntur ſuſpecti de fide, ſed tantum ex inſordeſcentia ratione obedientiæ eſt proceſſandum à proprio iudice, vt num. 4. & 5. vbi quid ſacra Congreg. decreuit, & de praxi Hiſpanica, n. 6.*
5. *Cremonæ inquiſitor fuit mandatus à ſacra Congregatione ne procederet contra inſordeſcentem in excommunicatione niſi prius conſulto vniuerſi orbis ſenatu S. Inquiſitionis.*
6. *Hiſpanica inquiſitio non procedit contra inſordeſcentes per annum ex alia cauſa, quam hæreſis.*
7. *Excommunicatus per annum debet prius citari vt compareat ad ſe compurgandum*

dum impedimentumque allegandum antequam vt ſuſpectus de hæreſi declarari valeat.

8. *Abſolui petens intra annum non dicitur inſordeſcens in excommunicatione.*

9. *Excommunicatus inſordeſcens ſi facilè capi non poteſt debet citari ſpecificè ad reſpondendum de fide, & ad ſe purgandum de ſuſpicione.*

10. *Annus inſordenſcentia in excommunicatione debet eſſe continuus, qui incipit à die declarationis, vel ſententia, aut notorietatis, ſicut ante mortuus excommunicatus nequit vt ſuſpectus condemnari.*

11. *Excommunicatus ex cauſa hæreſis tranſacto anno vt hæreticus puniri valet, ſed requiritur ſententia declaratoria.*

12. *Inſordeſcens per annum in excommunicatione, etſi vt hæreticus puniendus ſit, non tantum verè hæreticus eſt, num.* 13.

13. *Dictio* veluti *non identitatem, ſed ſimilitudinem ſignificat.*

14. *Pœna aduerſus inſordeſcentem in excommunicatione eſt imponenda pro modo, & qualitate ſuſpicionis nam leuiter ſuſpectus dimittitur ſolum cum pœnis ſalutaribus, vbi quid de vehementer ſuſpecto, & qua menſura, n.* 15.

15. *Torquendus non videtur de leui tantum ſuſpectus, aliter contra vehementer ſuſpectum, qui debet cogi ad abiurandum de vehementi.*

16. *Inſordeſcentia ſuſpicio poteſt eſſe leuis ſuper quo agnoſcendo relinquitur iudicio iudicis.*

17. *Fautores, & receptatores ex inſordeſcentia excommunicati poſſunt vt ſuſpecti notari.*

18. *Suſpectus leuiter quo ordine citatus vt reſpondeat reputabitur hæreticus.*

19. *Abſolutio excommunicati ex cauſa inſordeſcentiæ in foro pœnitentiali ex æquitate illi prodeſt ne puniatur in foro externo, ſecurius tamen eſt vt curet abſolui externè coram teſtibus, vt notario, vt n.* 20. *&* 21.

22. *Confeſſarius qualiter ſe gerere debet interrogando excommunicatum inſordeſcentem, vt illum admoneat, & abſoluat imponendo congruam pœnitentiam.*

1 AD primam quæſtionis partem turba plurima DD. ex allegatis *ſuprà* dixerunt ex quacumque cauſa inſordeſcentem debere ab inquiſitoribus citari ad reſpondendum de fide, & contra omnes poſſe procedere, dixit etiam Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. Rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 31. eo quod eadem contemptus ratio militat in quocumque excommunicato, in excommunicatione permanente, & etiam in excommunicato ex cauſa ciuili propter maiorem clauium contemptum, cum hic minus debeat retardare ad comparendum coram iudice quam reus cauſæ criminalis in qua agitur de pœna coporali ex dictis iam *quæſt. præced.* ac conſiderarunt Ricciulus *lib.* 4. *de iure perſ. cap.* 7. *num.* 18. *verſ. qui nemo maior:* Salced. ad Diaz *d. cap.* 18. *num.* 12. *verſ. primo quod non ſolum*; quod ſequitur etiam præter illos Barboſa *hic num.* 17. nam poſtquam dixit excommunicatum ex alio quam hæreſis crimine, in quo non vt hæreticus, ſed ſolùm vt ſuſpectus habetur; quia malè cenſetur de fide ſentire, & de poteſtate Eccleſiæ: addit propterea, vt inquiſitores poſſint procedere contra eum, & inquirere quid de fide ſentiant: ex Simanc. Sanctarel. & Guttier. indéque neceſſum eſſe † quòd in 2
caſu in quo agitur contra excommunicatum tanquam contra ſuſpectum de hæreſi fiat proceſſus ab inquiſitoribus ſuper hæretica prauitate deputatis, *ex conſtit. Pij V.* de qua meminerunt Ricciulus *d. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 13. Seraphin. *deciſ.* 1285. *num.* 3. *&* 4. ſic Caſtrus Palaus *in ſumma tom.* 1. *tract.* 4. *diſput.* 4. plures Sanctarel. *de hæreſ. cap.* 4. *num.* 5. Sayrus *de cenſur. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. Gonzalez *in Reg. Cancellar. gloſſa* 15. *num.* 106. vbi aſſerit ita deciſum fuiſſe à Romana Rota *in vna Segovienſ. inſordeſcentiæ* 5. *Iunij* 1598. coram Seraphino; vbi reiiciuntur Menoch. & Salcedo, & Geniens *in praxi Epiſcopali, cap.* 68. *num.* 8. aſſerit inquiſitores procedere contra inſordeſcentes per annum in excommunicatione, non ex cauſis fidei ad imponendam pœnitentiam ſalutarem, & abiurationem de leui.

Tamen etſi hoc verum ſit; at quia ex 3
conſuetudine inquiſitores, vltra cauſam hæreſis, nec ex cauſa ciuili, non ſolent procedere in prædicto caſu alterius ſcilicet criminis, etiamſi inſorduerint in excommunicatione per annum; quia, vt ait Souſa *in Aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 6. perſeuerans per annum in excommunicatione, non ex cauſa fidei, non hæreticus reputatur, ſed ſolùm ſuſpectus, & quod ex conſuetudine Romana non procedunt inquiſitores contra huiuſmodi excom

excommunicatos, & ſic Cæſar Carena *d. tit.* 8. *p.* 2. §. 4. *ſub num.* 18. cum Pegna, Zechio, Lazario, & aliis, tenet & Pegna *comment.* 72. *verſ. excepta*, Scaccia *de iudic. lib.* 1. *numero* 36. vbi quòd ipſe nunquam vidit, nec audiuit contra taliter excommunicatos, & inſordeſcentes procedi, vt ſuſpectos de fide, & ſic dict. Lazar. *de monitoriis, ſect.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 20. & 21. refert quòd Emin. Cardin. Aragonius litteras dedit vice Epiſ. Placent. de ordine ſacræ Congreg. ſub die 30. Septemb. 1606. quibus eidem vicario mandauit non eſſe procedendum ſub nomine ſancti Officij inquiſitionis contra aliquem ex inſordeſcentia, ex eo quòd non patuit execut. & cenſuris Rotæ Romanæ, & ſimilium, ſed tantum ſuper inſordeſcentia prouenientе ex inobedientia excommunicationis, & cenſurarum impoſitarum ab ipſo ſanctæ inquiſitionis officio: Berg. *decıſ.* 33. *p.* 2. *numero* 61. *in fine*: vbi quod ita Epiſcopo Ferrar. fuit de anno 1585. reſcriptum.

5 Et quid ita etiam ſacræ Congregat. de anno 1617. reſcripſerit R. P. Inquiſitori Cremonæ, ne contra inſordeſcentes procederet niſi prius conſulto ſupremo in his Romanæ inquiſitionis ſenatu in omnibus caſibus particularibus, vt dixit Belloch. de caſibus reſeruatis *p.* 2. *quæſt.* 4. *numero* 216. & Cæſar Carena *d. numero* 18. *verſ. & ita*; *in fine*, addit in aliquibus caſibus ſtante contumacia maxima, ſcire in tribunalibus aliquibus ſancti officij inquiſitos fuiſſe hoſce inſordeſcentes; conſulto tamen prius ſupre-

6 mo vbi, tribunali, † at Diana *in d. p.* 4. *tractat.* 7. *reſolut.* 18. *verſ. verum*, in medio reſoluit, vt quidquid ſit de relatis opinionibus; in noſtra vero inquiſitione Hiſpanica inquiſitores tantum procedere in inſordeſcentes ex cauſa fidei: nec ego vnquam vidi practicatum, ſed non improbarem quod ſcita cum magno ſecreto ab inquiſitionibus contumacia, & qualitate rei, ipſe reus vocaretur etiam ſecretè, vt interrogaretur quid ſentiat de fide, eſto quod perſeuerauerit tanto tempore, & iam monitus in excommunicatione.

7 Ad ſecundum an prius debeat commoneri, ac de praxi dico breuiter ſuppoſitis, quæ dicta ſunt hic, & *ſub quæſt.* 1. igitur Sanctarel. *num.* 2. *d. cap.* 4. cum Zanchino, Tabiena, Pegna & aliis Barboſa hic *ſub numero* 10. circa finem, docent quòd ad hoc vt tanquam hæreticus condemnetur debet citari ad ſe purgandum de ſuſpicione quod ſit hæreticus, quia nempe per annum inſorduit in excommunicatione, imò & Menoch. *de arbitr. caſu* 416. *numero* 69. ſcribit iudicem antequam condemnet prædictum tanquam hæreticum debere illum citare ad comparendum, & allegandam cauſam, quare non debeat declarari excommunicatus: nam qui per annum permanſit in excommunicatione, non poteſt declarari tanquam ſuſpectus de hæreſi, ſi probet ſe fuiſſe legitimè impeditum, & ita non potuiſſe ſe præſentare: Salced. *ad Bernard.* Diaz *in praxi Canon. capite* 116. *numero* 12. & Nauarr. † dixit idem dicen- 8
dum ſi infrà annum petit abſolutionem *ſub hoc titulo conſ.* 7. quæ doctrina eſt apta vt coniungatur cum ea quam latè ſcripſi *ſub capite primo, de iudic.* videndi etiam cum aliis Farinac. *d. quæſtione* 192. *de hæreſi à numero vigeſimo ſeptimo*, & cum Sanctarello, & aliis Carena *d. titulo* 8. §. 5. *num.* 21.

Et addit Diana ex Pegna, & Souſa *d. reſolut.* 18. *in fine*, *p.* 4. *tractat.* 7. 9
& Simanc. *d. Catholicis d. titulo* 14. *numero* 4. quod vt prædictus excommunicatus tanquam hæreticus condemnetur ſi facilè capi non poteſt debet ſpecificè citari ad reſpondendum de fide, & ad purgandum de ſuſpicione ex inſordeſcentia orta, & quod quamuis citatio vna fortè ſufficiat *in d. caſu*, tutius eſt vt triplex præmittatur, & quod ille annus debet eſſe continuus, vti iam *ſub quæſtione* 1. dictum eſt, addit vero Diana quod toto illius tempore debet eſſe cum poteſtate comparendi, † & quod an- 10
nus incipit à die declarationis, vel ſententiæ, vel notorietatis, & quod ſi fortè ante annum moriatur non condemnatur vt hæreticus, nec eius bona confiſcantur niſi ex teſtibus eſſet plenè conuictus.

Pro complemento huius dubij dixi 11
primo notandum quod talis ob hæreſis crimen, vel illius ſuſpicionem excommunicatus, & in excommunicatione per annum perſeuerans ipſo iure abſque alia ſententia habendus eſt pro hæretico, & provt decidirur *in authent.* Gazaris *hoc titulo*, quam ab Eccleſia fuiſſe approbatam poſt Hoſtienſ. Abb. Socin. Butr. Ionn. Andr. Ancharran. & Ananiam, quos allegat, & approbat Sanctarell. *d. capite* 4. vbi tamen quod requiritur declaratoria ſententia ſecundum

Scacciam *de iudic. d. capite* 98. *numero* 10. Pegna *d. p.* 3. *m* 13. *modo terminandi proceſſum* : ſequitur Carena *d.* §. 5. *tit.* 8. *p.* 2. *num.* 20.

12 Secundò quòd licèt prædictus inſordeſcens puniendus ſit vt hæreticus, non tamen verè hæreticus ſit; vti probauit latiſſimè Farinac. *d. quæſt.* 192. *numero* 19. ibi legendus cum aliis, ei præſtat rationem Carena *d. tit.* 8. §. 5. *numero* 22. cum Pegn. 3. *p. comment.* 49. *ſub litt. A.* quia iura dicunt talem condemnandum veluti

13 hæreticum, † & quod dictio *veluti* non identitatem, ſed ſimilitudinem ſignificat, & importat ad tradita de hac dictione per Barboſam cum multis *dict.* 417. *numero tertio & quarto*, & totum colligitur *ex texta noſtro in verbu* ibi: *ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterit (veluti) hæreticas condemnetur.*

14 Ad tertiam quæſtionis partem de pœnis contra inſordeſcentes, & num comprehendant, etiam ſautores, & hic adiectis quæ de pœnis poſita ſunt *ſub cap ſicut 6. hoc tit.* contra ſuſpectos de hæreſi, vbi quod pro modo delicti, & qualitate perſonæ iam nunc breuiter dico in caſu noſt o imponendam eſſe pœnam aduerſus inſordeſcentem pro modo, & qualitate ſuſpicionis, quia leuiter ſuſpectus dimittitur cum ſolis pœnis ſalutaribus: ſi vero ſit ſuſpectus vehementer poſſit condemnari grauioribus pœnis, & in ſpecie pecuniatiis vt atteſtantur Simanc. *d. Catholic. inſtit. tit.* 25. *num.* 5. Scaccia *de iudiciis cap.* 98. *numero* 19. etiam ex Genuenſe, in praxi Archiepiſcop. Neapolit. *cap.* 68. *numero* 8. Cæſar Carena *de officio inquiſit. p.* 2. *titulo* 8. §. 9. *numero* 47. vbi cum Menochio *de arbitr. caſu* 416. *per tot.* dicit hoc plurimum pendere à iudicis arbitrio, ita tamen vt de more S. Tribunalis inquiſitionis ſalutares pœnæ iniungantur, quæ doctrina, & reſolutio ſit certa ex verbis textus noſtri ibi niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonæ, &c.

55 Quare cum poſſit imponi. pœna vſque ad torturam, & abiurationem, ideo etiam breuiter dicendum vt pro leui tantùm ſuſpicione non ſit torquendus talis excommunicatus ſuper intentione, ſed vt tantum abiurare debeat de leui, ac dimittatur cum pœnitentiis ſalutaribus vt dixit ſupra Genuenſ. veluti ſi per annum perſeuerauerit in excommunicatione non ex cauſis fidei, quod ſi probet iuxta §. *noſtrum in verſ. propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerit,* circa hæreſim ob cuius ſuſpicionem erat citatus, licet ſit abſoluendus ab illa hæreſi; tamen ob ſuſpicionem contemptus clauium Eccleſiæ vehementem, vt præuia tortura ſuper intentione cogendus ſit ad abiurandum de vehementi, colligunt Scaccia *de iudic. d. capite* 98. *numero vigeſimo nono, verſ. docet tantum*, Simanchas *de Catholic. d. titulo vigeſimo ſeptimo, numero quarto & quinto*, Carena *ſupra* §. *ſeptimo, numero quadrageſimo*, † vbi ait 56
negari non poſſe quin aliquando ſuſpicio illa ob inſordeſcentiam poſſit eſſe leuis relinquendo id rectiſſimo iudicis arbitrio, alia tradit hic applicanda *ex nu.* 38. *ad* 46. quæ ferè ex iam dictis apparent explanata.

Vnde quia Pontiſex *in* §. *noſtro* loquitur de illis, qui fuerint ſola ſuſpicione notati, ac de ſola ſuſpicione in genere ſunt poſita exempla latè *ſub d. cap. ſicut* hic ideo breuiter dicendum eſt eandem ſuſpicionem §. *noſtri* poſſe intelligi de fautoribus, deſenſoribus, & receptatoribus hæreticorum, ac quoquo modo ſanctum officium inquiſitionis impedientibus, & recuſantibus ſe purgare in terminis: Souſa *in Aphoriſm. inquiſit. libro* 1. *capite vigeſimo ſeptimo, numero primo & ſecundo*, Pegna *ad Eymeric. in direct. inquiſit. p.* 3. *comment.* 172. Diana *d. p.* 4. *tractat.* 7. *reſ.* 58. *ſub verſ. verum in verb. idem dicendum* : vbi firmat hoc clarè probari ex doctrina textus *in capite cum contumacia hoc titulo lib.* 6. de quo textu plura adduxi *in allegat. fiſcal. ſancti Officy p.* 2. *allegat.* 9. & ex ea ratione quam prius adduxit Eymeric. *in direct. p.* 3. *quæſtione* 47. 57
† quia ſi quis ſuſpectus eſt leuiter de fide, & ob eam cauſam citatus vt reſpondeat ſi intra terminum aſſignatum negligit reſpondere: illa lenis ſuſpicio tranſit in vehementem, ſi autem in illa negligentia per annum perſeuerat, ſuſpicio vehemens tranſit in violentam *ex d. cap.* & ſic quod vt hæreticus ſit condemnandus, iuxta quæ *ſub quæſt.* 1. *& in hac* 2. iam eſt dictum. 58

59 Ad quartam quæſtionis partem an abſolutio ab excommunicatione in foro conſcientiæ tollat inſordeſcentiæ effectum, etſi ad materiam, de qua agimus, fori ſcilicet externi hæc inquiſitio de foro interno videri poſſit impertinens, at quia Carena de illa agit *d. p.* 2. *titulo* 8. *de offic. inquiſit.* §. 6. non deſinam

hic

hic breuiter dicere quòd ſi agatur de
inſordeſcente per annum, ex cauſa qui-
dem hæreſis fortè abſolutio rei nullum
operetur effectum, tum ob quæ latè dixi
in capite fin. quæſtione 1. *de constitut.* vbi de
poteſtate abſoluendi per Iubilæum Pon-
tificum generale, cuius quæſtionis aliqua
poteris hic applicare : vnde idem Care-
na diſtinguendo, ac loquendo in caſu
inſordeſcentiæ ex alia cauſa præter hæ-
reſim, vt ſi loquamur ſecundum iuris
rigorem ſine vlla difficultate vt abſolu-
tio in foro conſcientiæ non tollat effe-
ctum inſordeſcentiæ, quia abſolutio in
foro conſcientiæ non ſuffragatur in fo-
ro externo cùm iudex in tali foro exter-
no non prohibeatur punire delicta ſubla-
ta in ſacramento pœnitentiæ, iuxta ca-
noniſtas *in capit. fin. de accuſat.* vbi ali-
quid dixi, & quod hoc confirmetur ex
praxi ſummorum Pontificum ; quo in
Bullis Iubilæorum ſemper apponunt clau-
ſulam quod abſolutio à cenſuris virtu-
te Iubilei non ſuffragetur, nec proſit
pro foro externo vt ſcripſit Suarez *tom.*5.
in 3. *p.* D. Thom. *de cenſur. diſputatione* 7.
ſect. 5.

20 Ex æquitate tamen ceſſante partis op-
poſitione, quæ inſtaret excommunica-
tum declarari inſordeſcentem abſolutio-
nem prædictam in foro conſcientiæ pro-
deſſe, ac operari poſſe quod iudices non
debeant, ſic abſolutum declarare inſor-
deſcentem, nec in effectus inſordeſcen-
tiæ incidiſſe poſſitque admitti ſic abſo-
lutus in iudicio, ac extra iudicium, ac
ſi non eſſet excommunicatus probant:
Valer. latè, & ab eo relati de different.
iuris vtriuſque fori *in verb. abſolutio* 2. *verſ.*
præterea, vbi dixit talem abſolutum in fo-
ro conſcientiæ quando nullus adeſt ac-
cuſator poſſe in iudicio admitti vt ſit
actor, ac ſi non eſſet excommunica-
tus, & quod cum taliter abſoluto po-
teſt iudex diſſimulare, nec eum habe-
re pro irregulari, ſi celebret, nec etiam
in foro externo ibi multa alia adducens,
& Suarez *vbi ſuprà ſect.* 5. *numero* 23. *in*
fine, addit ſic abſolutum in foro con-
ſcientiæ non poſſe puniri in foro ex-
terno vti inobedientem mandatis Eccle-
ſiæ, & contemptorem cenſurarum : Ca-
rena *d.* §. 6. *ex numero* 27. *&* 31. ex Va-
ler. *ſupra verſ. poſſet tamen*, qui videtur
aliqualiter admittere non de iuris rigo-
re, ſed de æquitate, & hoc valet de-
ſeruire ad materiam textus de qua la-
tiſſimè dixi *in capite intelleximus* 7. *de iu-*
diciis, vbi de admittendo, necne ex-
communicato in iudicio, † additque Ca- 21
rena ex Valer. *verb. excommunicatio dif-*
fer. 1. *numero* 3. *contra Calderin. in consti-*
tut. 2. *de teſtibus*, quod licet poſſit quis
probare ſe fuiſſe abſolutum in foro con-
ſcientiæ ex atteſtatione confeſſarij, ſe-
curius fore, vt ſic abſolutus curet ſe ab-
ſolui à confeſſario coram notario, & te-
ſtibus, vt ſic euitetur ſcandalum, & pe-
riculum, & vt ſecurius valeat in foro
externo probare ſuam abſolutionem, iux-
ta communem Doctorum, ſic Carena
numero 32. *d.* §. *ſexto*, quod fieri valet
cum excommunicatus poſſit etiam ex-
tra forum pœnitentiale ab excommuni-
catione ſola abſolui, ſine difficultate
opinionum.

Ad vltimam quæſtionis partem rela- 22
tis hic, quæ *ſuprà* adduxi *in capite ſicut*
ſeptimo, hoc titulo, qualiter ſe debeat gere-
re confeſſarius cum fautoribus *quæſt. fin.*
verſ. ad vltimam, nunc iam ad difficul-
tatem breuiter reſpondetur, quod præha-
bita conſideratione à confeſſario in agnoſ-
cendo diligenter, an inſordeſcens in ex-
communicatione Catholicè ſentiat de
cenſuris Eccleſiæ, & inſuper penetran-
do quod inſordeſcens errorem in intel-
lectu non habet, debeat illum interro-
gare de cauſa inſordeſcentiæ, etſi in eo
tempore claues Eccleſiæ contempſerit,
prout de iure præſumitur, vt probat Ricc.
de iure perſ. exiſt. extra grem. Eccleſ. lib. 4.
capite 7. *numero* 17. & mox (ſublata ta-
men ſemper cenſura à iudice, qui eam
tollit vel ab illius delegato) tunc con-
feſſarius debeat monere pœnitentem
quàm timenda ſit excommunicatio, cùm
per eam fidelis à corpore Chriſti ſepare-
tur, *capite nihil* 11. *quæſtione* 3. ac de fa-
milia Chriſti tranſeat in familiam dia-
boli, cuius ſit viliſſimus ſeruus *capite audi*
11. *d. quæſtione* 3. tandem ſatisfactionem
pœnitenti iniungendo congruam quali-
tati, & circunſtantiis prædictæ inſordeſ-
centiæ : Carena alia cumulans *d. p.* 2. *de*
offic. inquiſit. titulo 8. §. *fin. ſub numero* 48.
& 49. aliquid conducibile *numero* 33. &
cum his abſoluitur textus noſtri §. in veſ-
pera feſti ſanctæ Marthæ anni 1666. Pa-
tronæ noſtræ Parrochiæ Auſtuticenſis.

AD TEXTVM

In §. Moneantur, cum §. Volumus huius textus.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Negligentes in perſecutione hæreticorum ſiue laici iudices, ſiue Epiſcopi puniuntur.*

1 DE materia *horum* §§. præter ordinarios quos abundè Farinac. refert cum aliis, etiam de materia S. Inquiſitionis agentibus, ipſe plenè de hæreſi *quaſt.* 182. §. 2. *à num.* 15. dum agit de negligentibus in perſecutione, correctione, ſeu punitione hæreticorum, & eorum pœnis, idem *ex num.* 24. etiam de Epiſcopo negligente in puniendo hæreticos deponendo, cumque contra omnes Principes, & poteſtates ſæculares, *& in d. §. moneantur*, ſit ſermo, *& in d. §. volumus*, contra Epiſcopum negligentes in expurgando de ſuis Prouinciis, & diæceſi hæreticos, & hæc materia extendatur ad inquiſitores iudices per Bullas ſpeciales contra hæreticam prauitatem; ideo de illis, ac de aliis officialibus ſanctæ inquiſitionis negligentibus in adimplendis propriis officiis etiam agemus.

QVÆSTIO I.

Domini temporales an ex officio ſine aliqua monitione, & requiſitione ab Eccleſia teneantur terram ab hæreticis expurgare, & ſub qua pœna: Et an Epiſcopus negligens ſit deponendus abſque vlla præuia admonitione ſui ſuperioris: Et an Domini temporales negligentes ſint ſuſpecti de hæreſi, dicanturque hæreticorum fautores, an idemque dicendum ſit de inquiſitoribus ad quos ſpecialis cognitio de hoc crimine ſpectat.

SVMMARIVM.

1. *Poteſtates ſaculares ſub excommunicatione, & amiſſione temporalium tenentur expellere hareticos de Prouinciis ſuis, & num.2. & ciuitates incurrunt pœnas ſi negligant, ſub n.3.*
2. *Authent.* ſi vero *Cod. de hareticis cum conſtitution. Martin. V. incipit*, inter cunctas.
3. *Poteſtates ſaculares vt incurrant pœnas ex negligentia expellendi hæreticos de ſuis terris ſunt prius monendi.*
4. *Poteſtates negligentes expellere hæreticos, qua pœna librarum auri puniebantur.*
5. *Poteſtates, & rectores ciuitatum non fugando hareticos dicuntur eorum fautores, idem de aliis officialibus ac publicis perſonis.*
6. *Epiſcopus negligens in puniendo hæreticos eſt deponendus à Pontifice: tamen fallit, vt num.7. in quo non requiritur præuia monitio ſicut in laicis poteſtatibus, & n.9.*
7. *Epiſcopus deſinens perſequi hæreticos propter timorem, aut ob vitanda ſcandala, nec dicitur eorum fautor, nec pœnas incurrit: vel ſi ex ignorantia neſciens aliquem eſſe hæreticum.*
8. *Capitulum ſede vacante negligens ex ignorantia expellere hæreticos non punitur.*
10. *Fautores hæreticorum exiſtimantur negligentes in perſequendo hæreticos, & num.11.*
11. *Domini temporales negligentes in perſequendo hæreticos non ſolum ſunt fautores imò, & præſumuntur hæretici, qui, & plus puniri debent, quam ipſi hæretici, & n.14.*
12. *Domini temporales recuſantes hæreticos apprehendere ſunt ſuſpecti de hæreſi.*
13. *Iudices negligentes in puniendis hæreticis ſunt de hæreſi ſuſpecti.*
14. *Epiſcopi Prælati, & Principes non corrigentes hæreticos, nec eos punientes dicuntur eorum defenſores, contra Archidiaconum, & alios, idem de aliis iudicibus, qui plus puniri debent, vt ſub n.11.*
15. *Inquiſitores negligentes in perſecutione, & punitione hæreticorum expurgandoque prouincias ſuſpecti ſunt de hæreſi, qualiterque debeant teſtificationes, & alia ſecreta inquiſitionis ad id perquirere, alias puniuntur priuanturque à ſuis officiis.*

16. Fidei

16. *Fidei cauſa ſi in tuto non eſt, nec hæreſes extirpantur Regna, & Dominia nequeunt diutius in pace conſiſtere, & conſeruari.*

17. *Principes tuti non ſunt ex hæreſis veneno, & hæreticorum peſte, quorum acies in prælatos præcipuè dirigitur.*

18. *Tribunal S. Inquiſitionis aduerſus hæreſes fuit inſtitutum remedium.*

19. *Principes Reges Magiſtratus, & alij condentes leges per quas impeditur officium S. Inquiſitionis in fautoria incurrunt.*

20. *Inquiſitores poſſunt compellere Reges cenſuris ad modificandas, & reuocandas leges impedientes Tribunal, & Officium S. Inquiſitionis.*

21. *Inquiſitores, aut Epiſcopi nequeunt compellere negligentes Dominos temporales in extirpandis hæreticis niſi conſulto prius Conſilio ſupremo Romanæ inquiſitionis, & inquiſitione Hiſpanica noſtro Conſilio ſupremo.*

1 VT ad has quæſtiunculas reſpondeamus, dixi neceſſarium forè inſerere verba: *d. §. moneantur, & d. §. volumus,* primi quidem ſunt vt ſequuntur; *Si verò Dominus temporalis requiſitus, & monitus ab Eccleſia terram ſuam purgare neglexerit, ab hæretica fœditate excommunicationis vinculo innodetur, etſi ſatisfacere contempſerit infra annum hoc ſignificetur ſummo Pontifici, vt ex tunc ipſe Vaſſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos, & terram exponat Catholicis occupandam, &c.* verba *d. §. volumus,* ſunt ſeqnentia: *ſi quis enim Epiſcopus ſuper expurgando de ſua Diœceſi hæretica prauitatis fermento negligens fuerit, vel remiſſus cum id certis indiciis apparuerit ab Epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit, & poſſit hæreticam confundere prauitatem:* vtrobique ordinarij ſcilicet Innocent. Abbas Ioann. Andr. Hoſtienſ. Anchar. Marian. Socinus, Anania, Felin. & antiquiores alij.

2 Et quoad primam partem de poteſtatibus ſæcularibus ſunt etiam verba *auth. ſi vero Cod. hoc tit.* cuius verba idem Farin. repetit *ſub d. num.* 15. & extat alia conſtitutio Federici Imperatoris, quæ incipit Gazaros, *verſ. ſed ſi Domini temporales, & conſtit. Martin. V.* edita de anno 1418. incipit, *inter cunctas, verſ. & nihilominus,* & præter alios Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 53. *num.* 1. vbi Franc. Pegna *in addition. comment.* 78. *lit. A.* accuratè explicans, quam magnam curam debent habere Principes in expellendis hæreticis; vbi ex Concilio Toloſano ponit pœnas, quas incurrunt Domini temporales hæreticorum fautores, qui in ſuis terris illos morari paſſos conuincuntur, aut diffamati reperiuntur: Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 23. *Rubrica de Dominis temporalibus à num.* 1. vbi etiam loquitur de Imperatore Regibus, Ducibus, Comitibus, aliiſque Principibus negligentibus in perſecutione hæreticorum, vbi refert duas ſtatutas conſtitutiones Regias, videndi Calderinus de hæretic. Rubrica de poteſtate, & officio cuiuſlibet Rectoris *num.* 7. *&* 19. *verſ. ſupra dicta:* Vmbertus Locatus *in Tribunali inquiſitor verb. Domini temporales num.* 1. *&* 2. *& in verb. fautores repert. inquiſit. verb. Dominus Caſtri,* Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 11. Thomas Sanchez *in præſcriptis decalogi lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. *verſ. nec ſolum.*

Et quòd monitio præcedere debet ad 3
hoc vt Domini temporales, ſiue rectores ciuitatum incurrant pœnas noſtri textus ſi negligant expurgare hæreticos à ſuis prouinciis patet ex littera; imò ait Pontifex *in cap. ad abolendam hoc titul. §. cum ciuitas,* quòd ciuitates negligentes in puniendo hæreticos, ſunt priuandæ dignitate Epiſcopali, per verba ibi: *Ciuitas autem, quæ his inſtitutis dixerit reſiſtendum, vel contra commonitionem Epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes aliarum commercio ciuitatum, & Epiſcopali ſe nouerit dignitate priuandam:* gloſſa 1. *ibi in figuratione, caſus verſ. & ciuitas,* ibi Huſt. *num.* 11. Ioan. Andr. *in ſummario,* Anchar. etiam *in ſummario, & n.* 8. Anton. de Butr. *num. . verſ. ciuitates, & num.* 12. *verſ. nota primo,* Abbas *poſt num* 1. *& in figur. caſ. verſ. & ciuitates,* Marian. Socin. *in ſummar. & num.* 13. *in* 12. *notab.* Cardinalis Zabar. *in §. ciuitas num.* 1. *verſ. nota caſum,* & Anania *in* 1. *&* 2. *ſummario, & num.* 9. *verſ. nota quod delictum negligentiæ,* Hoſtienſ. *in ſumma §. qualiter deuitetur num* 6. *verſ. ciuitas autem,* Farinac. *de hæreſi d. §.* 2. *nu.* 33. *quæſt* 182. & Thom. Sanchez *d. cap.* 10. *num.* 10. *verſ. nec ſolum,* quod Princeps recipiens in ſuo Principatu, & ſtatu hæreticos incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.

Et ſic iuxta ius ciuile, cautum eſt quod 4
rectores, & moderatores prouinciarum, & ciuitatum ſi eſſent negligentes in imponendo pœnas ſtatutas hæreticis denarum librarum auri pœna mulctantur, & inſuper exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt per textum expreſſum *in l. qui-*

cunque in fine, *verſiculo ſcientibus*, *Codice hoc titulo*, & quoad ius Canonicum dixit Ioannes de Anania, *hic in* §. *credentes*,
5 *& num.* 15. † quod publici officiales, & poteſtates terrarum non fugando, & non capiendo hæreticos dicuntur eorum defenſores: idem ſi illos non perſequantur dixerunt contra quoſlibet officiales, & alias publicas perſooas Ioan. Andr. *in cap. quicumque num.* 5. & ibi, Gemin. *nu.*6. *hoc tit. lib.* 6. & ſic etiam Thomas Sanchez ſcripſit, *dict. lib.* 2. *in præcept. decalogi*, *à num.* 12. *de inquiſitoribus*, & aliis miniſtris ſancti officij, necnon etiam terrarum gubernatoribus negligentibus capere hæreticos, & eos reſpectiuè punire, an & quando ſint excommunicatij alia, *infrà*, inuenientes.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter, per iam proximè dicta reſpondetur, *ex dict.* §. *volumus*, iuxta relata verba illius hic, *num.* 1. quod Epiſcopus negligens in puniendo hæreticos eſt deponendus, ex gloſſa, ibi, *verb. indiciis*, Abbas, *antiqu. num.* 3. *in fine*, Hoſtienſ. *num.* 28. Ioan. Andr. *num.* 24. Anton. de Butr. 44. Panorm. *in ſummario verſ. Epiſcopus negligens*, & *num.* 3. Marian. Socin. *num.* 1. *verſiculo nono*, & *vltimo*, & *num.* 67. Anania, *in ſummario & num.* 5. Felin. *in ſummario*, Cardin. Zabarela, *num.* 1. *&* 2. Farinac. *dict.* §. 2. *quæſt.* 182. *dict. num.* 24. vbi ait quod plures ex relatis aduerterunt non poſſe deponi niſi à Pontifice, & quod debeant eſſe diligentes in expurgando hæreticos, etiam quod in ea reperiantur inquiſitores, ex Hoſtienſ. *in ſumm.* §. *qualiter*, & *num.* 7. Calderin. *in tractat. de hæretiç. Rubrica de his quæ pertinent* ad executionem officij, *num.* 6. Vmbert. Locatus, *in iudic. inquiſit. in verb. Epiſcopus*, *num.* 4. *verſ. Epiſcopus negligens*, Repert. inquiſit. *verb. degradatio in fine*. Simanch. *in enchirid. violatæ religionis titulo* 6. *Rubrica de Epiſcopis*, *num.* 3. Gundiſal. *de hæretic. quæſt.* 7. *num.* 19. Franc. Pegna, *in addit. ad Eymeric. direct. inquiſit. p.* 1. *comm.* 2. *ad cap.* qui alios, *hoc tit. verſ. Epiſcopi ergo*: vbi dixit Epiſcopos negligentes diæceſim ſuam ab hæreſibus expurgare, non ſolùm ſeuerè puniendos, ſed etiam ab Epiſcopali dignitate remouendos per textum noſtrum; Graffiis, *lib.*4. Suar. *deciſ. cap.* 18. *num.* 21. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 25. *num.* 8. *& cap.* 14. *num.* 11. Barboſa, *in clem.* 1. *hoc tit. num.* 40.

7 Tamen ſi Epiſcopus vel inquiſitor omiſerit procedere contra hæreticos non odij gratia, amoris, vel leuiori cauſa, ſed propter timorem, vel propter euitanda ſcandala & non incurrat non dicatur eorum fautor, nec incidat in excommunicationem Bullæ Cænæ Domini ſecundum gloſſam, *in clem.* 1. *in verb. obtenta hoc tit.* vbi Anchar. §. *ſanè num.* 11. cum aliis Farinac. *de hæreſi*, *quæſt.* 186. §. 9. *num.* 149. qui, *num.* 150. *ex dict. clem.* §. *rerum*, ponderando, *verb. ibi*: *& conſcientiam ſuam*, & cum Pegna, & aliis, *p.* 3. *ad Eymeric. quæſt.* 24. *comment.* 73. dum dicunt procedere negligentes contra hæreticum non incurrere prædictas pœnas ſi procedere deſiſtunt ex ignorantia neſcientes ſcilicet aliquem eſſe
hæreticum, & hoc † idem procedere 8
capitulo ſede vacante, ſi ex ignorantia neglexerit hæreticos expurgare, aut punire cum Zabarel. & Bonif. *de vitalim. in dict. clem.* Farinac. *ſuprà*, † & quod in 9
caſu Epiſcopi negligentis non videatur requiri præuia monitio, ſicut in aliis negligentibus laicis videtur tenendum, *ex dict.* §. *volumus*: ideo quod iſti, & inquiſitores aliique iudices Eccleſiaſtici magis ex officio ad extirpandos hæreticos teneantur, quam illi ſi ex indiciis ſcilicet probetur eorum negligentia.

Ad tertiam quæſtionis partem an qui- 10
dem iſti ſuſpecti de hæreſi, ac fautores exiſtimentur ex tali negligentia, & ſuppoſitis quæ latiſſimè dixi, *ſub cap. ſicut* 7. *hoc titulo*, vbi de iſtis fautoribus, & ſuſpectis de hæreſi iam breuiter reſpondemus affirmando: nam quod laici Principes, Rectores, & Magiſtratus ſint ex eo ſolùm fautores, & defenſores hæreticorum, & eſt de mente omnium, quos adduxi, *ſub num.* 1. & addunt ex doctrina textus, *in cap.* 2. *hoc tit.* & per totam ad illum à Franc. Pegna, *in addition. ad direct.* Eymerici, *p.* 2. *comm.* 2. *verſ. ſi de Epiſcopis*, *& ſeqq.* Iacob. de Graffiis, *lib.*4. Suar. *cap.* 18. *num.* 20. *verſ. qui habent iu-*
riſdictionem, † quod tales Domini tem- 11
porales negligentes eorum ſtatum ab hæreſi purgare non ſolùm dicantur fautores hæreticorum, ſed etiam quod præſumuntur hæretici, & quod plus puniri debeant quam ipſi hæretici: Farinac. *dict.* §. 2. *dict. quæſt.* 182. *num.* 16. qui & *num.* 21. cum dicto Pegna, Menoch. *de præſ. lib.* 5. *præſ.* 6. *num.* 51. addunt quòd idem procedit, in cæteris Magiſtratibus, & officialibus Reipublicæ negligentibus in puniendo, & extirpando, & fugando hæreti

hæreticos, ſic vt ſint fautores, & ſuſpecti, verum, & quod præſumantur hæretici, & quod plus puniri debeant quam ipſi hæretici ex doctrina, *d. cap.*2.

12 Vnde ſequitur etiam quod ſi Domini temporales recuſant hæreticos apprehendere ſint ſuſpecti de hæreſi; imò vt præſumantur hæretici, *ex dict. cap.*1. repetunt Pegna, *vbi ſuprà*, Farinac. *dict.* §.2. *num.* 18. & ante eum poſt Caterium
13 Menoch. *dict. præſ.* 6. *num.*31. † & quod etiam iudices negligentes in puniendis hæreticis ſint etiam ſuſpecti de hæreſi conſtat ex allegatis 1 *per repert. inquiſit.* in verbo, *fautores*, verſiculo & *ſic concluditur.* Zanchin. *de hæreſi cap.* 11. Lælius Zechius, *in ſumma p.*1. *tit. de fide cap.*11. Rubrica, *de hæreſi num.* 13. *verſiculo ſexta concluſio:* vbi ampliat, quod vt fautores hæreticorum incurrunt excommunicationem.

14 Et quoad prælatos, & Epiſcopos licet voluerint Archidiacon. *in dict. cap. quicumque hoc tit. num.* 4. *verſ. & ſuas*, & *num.*5. & Ioan. Andr. ibi, *num.*4. *in fine*, & *num.* 5. Gemin. *num.* 9. *verſiculo dicit etiam*, quod ipſi non corrigentes, ac punientes hæreticos non poſſint dici eorum defenſores, ac idem vt repetit, Farinac. *dict.* §.2. *num.*17. & 25. dixerint quod Principes non corrigentes, & non punientes hæreticos non dicantur eorum defenſores tamen tam de iſtis quam de iudicibus, Rectoribus, Magiſtratibus dicendum eſt, vt *ſuprà*, & ſimiliter de Epiſcopis, & prælatis Eccleſiaſticis quia ſi iſti fuerint negligentes in expurganda diœceſi ab hæreſibus non tantum ſint ſuſpecti de hæreſi; imò, & præſumantur hæretici, & quod plus puniri debeant, quàm ipſi hæretici vt comprobat pluribus reſpondens contrariis Pegna, *in addit. ad Eymeric. in direct. dict. p.*2. *comm.* 2. ad textum *in cap.* quia alios, *hoc titulo*, *verſiculo ſi de Epiſcopis*, Lælius Zechius, *in ſumma p.*1. *tit. de fide, dict. cap.*11. Rubrica, *de hæreſi, nu.*13. *dict. verſ.*6. Farinac. *dict.* §.2. *num.*16. *d. qu.*182. *de hæreſi.*

15 Et ex abundanti pro materia, *noſtri* §. volumus idem eſſe dicendum de inquiſitoribus negligentibus in extirpando, & purgando proprias prouincias ab hæreticis, & in commonendo ſuis Epiſtolis, & teſtificationibus inquiſitores aliarum inquiſitionum, ſi fortè in ſuis territoriis degant teſtificati: nam hac cura de qua etiam admodum vtitur conſilium ſupremum inquiſitionis, vidi practicatum, ac eueniſſe plures effectus bonos incarcerando infinitos hæreticos Iudæos punitoſque, quod probatur efficaci ratione: nam cum iſti ſint iudices ſpecialiter deputati à ſummis Pontificibus magis iam quam Epiſcopi aliique Prælati præcipuè in inquiſitione noſtra Hiſpanica, videtur ex maiori inquam ratione fore iſtos puniendos, atque priuandos à ſuis officiis ſi negligentes inueniantur in curando, inueſtigando, & laborando pro expurgatione, & extinctione cuiuſcumque hæreſis, & hæreticorum quorumlibet, pro quo faciunt ſequentia, cum Pegna, *in direct. p.* 3. *commentar.*158. §. *caueant.* † vbi quod ſi cauſa fidei in tuto non 16
ſit, & hæreſes non extirpentur, Regna, & Dominia nequeunt diutius in pace conſiſtere, & conſeruati & ob id dicit Carena, *in antepræludio de offic. inquiſit.* §. 3. ob hæreſes imperia, & Regna à Deo auerſa multis comprobans, *à n.*27. qui inter alia de grauitate hæreſis criminis dicit, *num.* 38. & 39. ciuitates ob hæreſim ſine dubio, *dare contra Deum vocem ſuam.* † Nec tutos quidem eſſe Prin- 17
cipes ab hoc hæreſis veneno, & hæreticorum peſte quod videant omnes eorum acies in Prælatos Eccleſiæ dirigi, quia in diſſolutione Reipublicæ hæretici à prælatis Eccleſiæ ordiuntur dum omne ius, & poteſtatem ſeſe ab eis auferre profitentur, & ex poſt etiam Principis, & Magiſtratus poteſtatem eneruant, ſic probans ex Scharpio hæretico, *quæſt.*2. *de antichriſto*, relato à Patre Contzen. *lib.*6. *ſuæ politicæ*, §. 6. † & 18
ad has hæreſes extirpandas probat Carena, ibi, §.4. vnicum remedium fuiſſe inſtitutum ſanctæ inquiſitionis, & inquiſitorum aduerſus hæreſes, quæ gladio, & igne potius damnari debent cum facilius hæretici vincantur, quam ſuadeantur ex illo Tertull. *aduerſus gnoſticos, cap.*11. ibi: *ad officium hæreticos compelli non allici dignum eſt: duritia vincenda eſt, non ſuadenda hæreſis*; & ex aliis bonis auctoribus.

Pro complemento huius quæſtionis 19
quoad Principes, & magiſtratus aduerto in prædictam fautoriam de qua hic incidere Principes Reges, duces, Marchiones, & alios ſupremos Magiſtratus, qui leges condunt, vel condiras mandari præcipiunt nec reuocant per quas ſancta inquiſitio impediatur, vel debilitetur: optimè Bobadilla, *in politic. lib.*2.

libro ſecundo, capite decimo ſeptimo, de la iuriſdicion Eccleſiaſtica caſu 66. num. 107.

20 † vbi ait quod inquiſiiores poſſunt per cenſuras compellere Reges prædictos, & principes ad modificandas, & reuocandas dictas leges, vt exemplificat Carena, *de offic. inquiſit. parte ſecunda, tractatu* 4. *§. primo, numero decimo*, & confirmatur ex his, quæ latiſſimè dixi, *ſub cap. Eccleſia, ſancta Maria de conſtitut. quæſtione quadrageſima ſeptima, verſiculo ad vltimam*, vbi, *an inquiſitores poſſint cogere dominos*, &c.

21 Tamen notanda ſunt duo pro limitatione quod non valent inquiſitores procedere, nec Epiſcopi contra Dominos temporales, & magiſtratus negligentes in expurgandis hæreticis niſi conſulto ſupremo tribunali inquiſitionis, vt notauit Pegna, *commentar. ſeptuageſimo octauo, parte ſecunda, verſiculo ac in puniendis*, Carena, *ſupra, numero octauo*, loquentes ambo de ſupremo tribunali Romanæ inquiſitionis; quod ego intelligerem, apud nos de noſtro ſupremo tribunali Hiſpanico cui ſe ſubmittunt maxima cum reuerentia Potentiſſimi, & Piiſſimi Reges noſtri, ex Vaſei Verb. *in Chronic. Hiſpanic.* & Marta, *de iuriſdict. parte prima, capite vigeſimo ſeptimo, numero nonageſimo primo*, quæ refert Solorzan. *de iure Indiar. lib.* 3. *capite... numero nonageſimo ſecundo*, vbi, *item Rex Caſtellæ antequam fiat Rex iuramento ſpeciali ſubiicit ſe & totum ſuum dominium ſanctiſſimo ſereniſſimo inquiſitionis tribunali*; repetit Cæſar Carena, *p.* 1. *tit.* 3. *num.* 12. vbi, *à num.* 1. agit de præſtantia huius ſupremi Conſilij in Regnis Hiſpaniæ. Alterum notatu dignum, quòd cenſura lata, *in Bulla Cœnæ, can.* 1. contra fautores hæreticorum non habet locum contra Dominos temporales, vel Magiſtratus negligentes in capiendo excommunicatum inſordeſcentem in excommunicatione per annum, vel ſortilegum, &c. quia iſti non ſunt hæretici, ſed tantum de hæreſi ſuſpecti ad dicta latè, *ſupra hic, in §. præcedente*: ita Sanchez, *in ſumma dict. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 14. Suarez, *de cenſ. diſput.* 25. *ſect.* 2. *num.* 14. Carena, *dict. titulo quarto, §. primo, numero nono*, idem *infrà §. decimoſecundo, numero octuageſimo nono.*

QVÆSTIO II.

An inquiſitores poſſint procedere contra Magiſtratus eorum mandatis non obedientes. Et an tam Domini tempotales quam etiam Rectores, & conſules debeant iurare quod Eccleſiam contra hæreticos adiuuabunt; & ſub qua pœna ſi recuſauerint; ac de formulario talis iuramenti. Vbi quæ debeant facere Rectores, & officiales vt non reputentur negligentes. Et an ad id, ad quod perſonæ publicæ teneantur etiam priuatæ.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores poſſunt procedere aduerſus Magiſtratus non obedientes eorum mandatis.*

2 *Magiſtratus non obtemperans inquiſitorum mandatis, eſt ſuſpectus de hæreſi, ſic vt poſſit apprehendi, & iuriſdictione ſua priuari, tenentur enim litteras & mandata inquiſitorum ſine mora exequi illorumque officia non impedire, & numero ſexto.*

3 *Principes Dominique temporales, etiam Rectores, & conſules debent iurare quod Eccleſiam contra hæreticos adiuuabunt.*

4 *Iuramentum de adiuuando Eccleſiam contra hæreticos, vt non præſtetur hodie niſi in terris, vbi hæreſes pullulant, hæreticique habitant ſecundum aliquos, aliter alij, quid in praxi à num.* 5.

5 Cap. vt officium de hæretic. lib. 6. §. ſtatuimus.

6 *Magiſtratus recuſantes obedire mandatis inquiſitorum vltra infamiam, & priuationem vt hæretici poſſint puniri videtur.*

7 *Magiſtratus poſſunt cogi per cenſuras Eccleſiaſticas ad iurandum, quod ſeruabunt conſtitutiones contra hæreticos, vt cauetur pluribus conſtit. Pontificum.*

8 *Magiſtratus debent iurare de perſequendis,*

*ſequendis , & exterminandis hære-
ticis.*

9 *Iuramenti formula item de proceſſa formando contra Rectores ciuitatam recaſantes illud præſtare pro defenſione Eccleſiæ : remiſſiue , & numero* 10.

11 *Iurandi forma per Dominos ac Magiſtratus præſtanda in manu inquiſitorum more Hiſpanico , num.* 12. 13. 14. 15.

16 *Rectores , & officiales publici quid facere debeant , vt non reputentur negligentes in defendendo Eccleſiam contra hæreticos* , remiſſiue.

17 *Perſonæ priuatæ ſi ſint negligentes in fagando hæreticos non puniuntur niſi requiſitæ faiſſent , quæ tunc poſſint paniri tanquam fautores , & numero* 18. 19.

19 *Perſonæ priaatæ ex præcepto correctionis fraternæ tenentur corrigere , & retrahere hæreticos , & reaelare inquiſitoribus ſub pœna excommunicationis.*

20 *Inquiſitores qualiter inuigilare debent pro capiendis , & puniendis hæreticis , ad exemplum Arcadij , Honorij , & Theodoſij Imperatorum , ac Caroli Magni.*

1 AD primam quæſtionis partem quod
poſſint procedere inquiſitores ad-
uerſus Magiſtratus non obedientes eo-
rum mandatis apertè colligitur ex doctri-
2 na, *noſtri* §.1. † quia Magiſtratus, qui non
obtemperat inquiſitorum mandatis eſt
ſuſpectus de hæreſi , ſic vt poſſit appre-
hendi & iuriſdictione ſua priuari eo
quod recuſet auxilium præſtare ad tra-
dita per Rebuff. *tom.* 1. *ad leg. Galliæ tit.
de litteris requiſ. in princ. num.* 10. Menoch.
de præſumpt. lib 1. *præſ.*6. *num.*31. Diana, *p.*4.
*tract.*8. *reſol.*65. vbi infert teneri litteras,
& mandata inquiſitorum ſine mora exe-
qui , & illorum officia nullatenus impe-
dire , vt docuerunt Mendez de Caſtro,
*in praxi Luſit. lib.*2. *cap.*1. *num.*16. Bobadil-
la, *in polit. lib.*2. *cap.*17. *num.*81. Azeuedo,
*in l.*15. *tit.*1. *lib.*4. *Recop. num.*7. Simanch.
*inſtit. catholica tit.*13. *num.*9. Lucerna inqui-
ſitorum , *verb. impedientes num.*1 . & com-
probatur ex adductis, *ſub cap. ſicut hoc tit.*
contra impedientes quoquo modo S. offi-
cium, & *ſub quæſt. præced.* vide, *infrà verſ.
quare.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem an
tam Domini temporales , quam etiam
Rectores , & Conſules debeant iurare
quod Eccleſiam contra hæreticos adiu-
uabunt , &c. & affirmandum per verba
textus , *in cap. ad abolendam , hoc tit. §. ſta-
tuimus* , ibi , *ſtatuimus inſuper , vt Comites,
Barones , Rectores , & Conſules ciuitatum , &
aliorum locorum iuxta commonitionem Epiſco-
porum præſtito corporaliter iuramento promit-
tant quod fideliter , & efficaciter cum ab eis
fuerint requiſiti Eccleſiam contra hæreticos , &
eoram complices adiuuabunt bona fide iuxta
officium & poſſe ſuum ; ſi verò id obſeruare
noluerint honore , quem obtinent ſpolientur,
& ad alios nullatenus aſſumantur , eis nihilo-
minus excommunicatione ligandis , & terris
ipſorum interdicto Eccleſiæ ſupponendis:* ita Pon-
tifex : quod adſtruunt , & comprobant
verba , *noſtri §. moneantur* , ibi : *poteſtates
quibuſcumque fungantur officiis præſtent pu-
blice iuramentum quod de terris ſuæ iuriſdi-
ctioni ſubiectis vniuerſos hæreticos pro viri-
bus extermiaare ſtudebunt , ita quodam mo-
do quis fuerit in poteſtatem ſiue perpetuam,
ſiue temporalem aſſumptus hoc teneatur ca-
pitulum iuramento firmare* ; vtrobique gloſ-
ſæ , & DD. antiqui ordinarij , Abbas
Socin. Zabarela , Ioan. Andreas , &
alij.

Qui , & Hoſtienſ. *num.*10. *in verbo ſa-* 4
cramentum , dixerunt hodie de conſuetu-
dine hoc iuramentum non præſtari vel
negligentia Epiſcoporum , vel & verius,
quod hoc iuramentum non ſit præſtan-
dum niſi in terris , ſiuè prouinciis in qui-
bus fama eſt hæreticos habitare non au-
tem in aliis , † ſed reuera Cardinal. 5
Zabarela , hic contra illos ante , *num.* 1.
ſcripſit hoc iuramentum eſſe præſtan-
dum in quibuſcumque terris , etiam non
ſuſpectis de hæreſi , cùm textus gene-
raliter loquatur , & *in §. ſi vero , in princ.
à num.* 1. latè de Materia , ad quod ſunt
etiam verba textus , *in capite vt officium,
§. ſtatuimus* , (ibi ;) *vt poteſtas , capitaneus,
ſeu Rector , vel conſules , ſeu quiuis alij
qui ciuitati præſunt iurent præciſe atten-
dere inuiolabiliter , & obſeruare , ac fa-
cere à ſuis ſubditis obſeruari conſtitutiones
contra hæreticos , &c. A ſede Apoſtolica
promulgatas quas qui iurare noluerit , & ſer-
uare vt infamis , & tanquam hæretico-
rum fautor , ac de fide ſuſpectus , officio,
& honore ſui Regiminis ſpolietur , nec vlte-
rius in aliquam dignitatem , vel officium
publicum aſſumatur* , vbi gloſſa , Monachus,
probus , Andr. Geminiani , & Franch.
adnotarunt.

Quare Barboſa , *in cap. niſi aliqua* 11. 6

Digitized by Google

hoc tit. lib.6. num.16. verſ. ac de fide ſuſpe-
ctus officio, &c. cum Simanch. Lucerna
inquiſit. Pegna, Menoch. & Rebuffo,
tenet per verba, ibi, quod Magiſtratus,
qui non obtemperat inquiſitorum man-
datis, & præſtare auxilium recuſat, poteſt
apprehendi, & iuriſdictione ſua priuari,
& quod eſt ſuſpectus de hæreſi, tenetur
inquam litteras, & mandata inquiſitorum
hæreticæ prauitatis celeriter exequi, &
illorum officium nullatenus impedire, &
apud relatos Gemin. Franch. & alios re-
petitur, *in d. §. ſtatuimus*, quod contra mi-
niſtros iurare recuſantes, & de hæreſi
ſuſpectos poteſt inquiri, & procedi de hæ-
reſi, & quod talis pœna infamiæ, & pri-
uationis non imponitur ipſo iure, ſed per
ſententiam, imo, & quod iſtos recuſantes
iurare videantur vt poſſint dici hæretici
manifeſti, vti videntur admittere Cano-
niſtæ, *in cap. ſuper quibuſdam de verb. ſign.*
vbi Hoſtienſ. *nu.*1. Ioan. Andr. *nu.*3. Zaba-
rella, *num.* 1.

7 Et ſic Farinac. plures adducens, *de*
hæreſi quæſt. 182. §. 2. *num.* 22. adducit
conſtitutiones, quas, & Fran. Pegna, &
alij de hoc ſcribentes vnam Innocent. IV.
8 anni 1253. incipit, *ad aures voſtras*, vbi
quod Magiſtratus cogi poſſunt per cen-
ſuras Eccleſiaſticas iurare de ſeruando
conſtitutiones contra hæreticos editas, &
conſtit. Federici Imperat. incipit: Gaba-
ros, *verſ. ſtatuimus*, † vbi quod Rectores
ciuitatum, & Magiſtratus debent iurare
de perſequendis, & exterminandis hæ-
reticis, & aliam conſtit. Innocent. IV. an-
ni 1252. incipit, *ad extirpanda*, vbi pari-
ter ponitur forma iuramenti, de quo pro-
xime, & ex director. inquiſit. Eymeric.
9 *p.3. à num.7. vſque ad* 37. † vbi ponit de
forma procedendi contra officiales tem-
porales, & Magiſtratus eoſque compel-
lendi ad præſtandum tale iuramentum, ac
etiam de modo illos puniendi in caſu,
quo recuſent iuramentum præſtare, &
eadem *p.3. quæſt.*32. vbi an inquiſitor poſ-
ſit cogere ciuitatum rectores ad iurandum
de defendenda Eccleſia contra hæreticos,
& *quæſt.*13. vbi de iuramento à Dominis
temporalibus præſtando in initio officij
de extirpandis hæreticis: Decian. *in tract.*
crimin. lib. 5. *cap.* 51. *num.* 11. Vmbert.
Locat. *in iudic. inquiſit. in verb. Magiſtra-*
tus, Repert. Inquiſit. *verb. Dominus Caſtri*,
Simanch. *in enchirid. viol. titulo* 21. *Rubrica*
de Principibus, *num.* 7. & 8. Campeg. *in*
addit. ad Zanchin. de hæretic. capite 31.
in verſiculo ceſſat, & *capite* 37. *litt. A.*
verſiculo extra fundamentum.

Vnde ego aſſentiendo quod & ſi con-
ſuetudine tale iuramentum non ſoleat 10
exigi à prætoribus in initio ſui officij,
vt debet ex iuribus adductis in quo
male quidem faciunt inquiſitores, &
Epiſcopi in terris; Vbi alij inquiſitores
non degunt, & ſuppoſita forma iuran-
di de qua dixi, *ſub cap. ego N. de iureiur.*
iam nunc ponam relatam à Pegna, &
Hoſtienſ. vbi ſupra, *ad litteram*, ſicut
Cæſar Carena deſumpſit, *de offic. inquiſit.*
tit. 4. §. 4. *num.* 32. quam tranſcripſit à
Paulo Garcia, *in libello proceſſandi in*
ſancto officio inquiſitionis folio mihi 73. 74.
ipſius Pauli Garciæ.

Forma Iurandi à prætoribus, & Mi-niſtris iuſtitiæ in initio ſuorum offi-ciorum in ſanctis Tribunalibus inqui-ſitionis Hiſpaniæ moraturis in eiſ-dem ciuitatibus, vbi adeſt Tribu-nal, quæ ponitur, vt ſic alij Chriſtiani Principes zelo fidei idem conentur vt exigatur, vulgari ſer-mone.

Nos Fulano corregidor de la Ciudad N. 11
y Fulano ſu lugar teniente, y fulano, y
fulano Regidores, y fulano, y fulano, al-
guaziles por amoneſtacion, y mandado de
los ſeñores Inquiſidores, que reſiden en
eſta dicha ciudad, como verdaderos Chri-
ſtianos, y obedientes à los mandatos de
la ſancta Madre Igleſia, prometemos y
iuramos por eſtos ſanctos Euangelios, y
ſancta vera Cruz, que tenemos ante nue-
ſtros oios y tocamos con noſtras manos,
que tendremos la ſancta fee Catholica
que la ſancta Madre Igleſia de Roma,
tiene y predica, y que la haremos
tener y guardar à todos otros qualeſquie-
ras perſonas ſugeſtas à nueſtra iuriſdi-
ction, y la defenderemos con todas nue-
ſtras fuerzas, contra todas las perſonas
que la quiſieren impugnar, y contradecir,
en tal manera que perſigiremos à todos
los hereges, y ſus creientes, y fauore-
cedores, receptadores, y defenſores, y
los prenderemos y mandaremos prender,
y los accuſaremos, y denunciaremos ante
la ſancta Madre Igleſia, y ante los di-
chos ſeñores Inquiſidores, como ſus miniſtros,
ſi ſupieremos de ellos, en qualquier manera,
mayormente lo iuramos, y prometemos quan-
do cerca de eſte caſſo fueremos requeridos.

Otro

12 *Otro ſi iuramos, y prometemos que no cometeremos, ni encargaremos nueſtras tenencias, ni otros officios publicos de qualquier calidad que ſean à ningunas delas dichas perſonas ni otras ningunas, à quien fuere vedado, o impueſto por penitencia por vueſtras mercedes, o por otros qualesquier inquiſidores ni a ningunas perſonas que el derecho por razon del dicho delito prohibe, y ſi los tubieren no los dexaremos vſar dellos, antes los puniremos, y caſtigaremos conforme à las leies de eſte Reino.*

13 *Otro ſi iuramos y prometemos que ninguno dè los ſuſodichos recibiremos ni tendremos, en nueſtra familia, compania, ni ſeruicio, ni en nueſtro conſeio, y ſi por ventura lo contrario hicieremos, no ſabiendo, cada y quando que à nueſtra noticia viniere las tales perſonas ſer de la condicion ſuſodicha, luego los alancaremos.*

14 *Otro ſi iuramos, y prometemos, que guardaremos todas las preheminencias; priuilegios y exempciones y immunidades dadas y concedidas à vos ſeñores inquiſidores, y a todos los otros officiales Miniſtros y familiares del dicho ſanto officio y los haremos guardar à otras perſonas.*

15 *Otro ſi iuramos y prometemos que cada y quando que por vos los dichos inquiſidores, o qualquier de vos nos fuere mandada executar qualquier ſentencia o ſentencias, contra alguna o algunas perſonas de los ſuſodichos ſin ninguna dilacion lo haremos y cumpliremos ſegun, y de la manera que los ſagrados canones y leies que en tal caſo hablan lo diſponen y que aſſi en lo ſuſodicho como en todas las otras coſas que al ſanto officio de la ſanta inquiſition pertenecieren, ſeremos obedientes à Dios, y à la Igleſia Romana, y à vos SS. Inquiſidores y a vueſtros ſucceſſores, ſegun nueſtra poſsibilidad, aſsi, Dios nos aiude, y eſtos ſantos quatro Euangelios, que con nueſtras proprias manos tocamos y ſi los contrarios hizieremos, Dios nos lo demande como à malos Chriſtianos, que à ſauiendas ſe periuran. Amen.*

16 Ad teriiam quæſtionis partem, quæ autem debeant facere Rectores, & officiales publici, ad hoc vt non reputentur negligentes in perſecutione hæreticorum, ex iam dictis, *ſub capite ſicut*, & hic valet intelligi, & in terminis leges conſtitut. Innocent. IV. editam anno 1252. incipit, *ad extirpanda*, apud Pegnam, inter litteras Apoſtolicas, idem *in addit. ad Eymeric. in direct. inquiſit. p. 2. quæſt. 63. comment. 78. litt. D*, Toletus, *de instruct. ſacerdot. lib. 4. cap. 5. num. 3.* Calder. *de hæretic. Rubrica de officio, & poteſtate, cuiuſlibet Rectoris per totum, & in Rubrica de his, quæ pertinent ad executionem officij numero quarto, verſiculo ſecundo, occaſione Rectorum*, & leges alios conſtit. Alex. IV. editam anno 1259. incipit etiam *ad extirpanda*, & Clement. IV. editam anno 1265. incipit, *ad extirpanda*, regiſtratas à Pegna, *folio trigeſimo octauo, & ſexageſimo.*

Ad vltimam quæſtionis partem quia dicta huc vſque, *quæſt. 1. & in hac 2.* procedunt in publicis perſonis, & poſſint occurrere caſus, propter quos inquiſitores deſiderent obligare particulares, & priuatas perſonas ad expurgandos hæreticos è terris, & prooinciis, ideo argumentando ex pluribus, quæ adduxi, *ſub capite nouit de iudiciis de obligatione denunciandi hæreticos*, & aliquid, *ſub hoc titulo*, nunc reſolutiue reſpondetur quod iſti priuati, ſi ſint negligentes in fugando, capiendo, & puniendo, hæreticos non dicuntur eorum fautores; quia hoc facere ſpectat, ad iudices, & officiales publicos, non autem ad ipſos: Anania, *in textu no. §. credentes num. 15. verſ. ſed priuata perſona.* Archidiacon. & Ioan. Andreas, *in cap. quicumque, hoc tit. lib. 6.* & ibi Gemin. *num. 10.* Calderin, *de hæretic. credent. n. 16.* Vmbert. Locat. *in iudic. inquiſit. in verb. fautores verſ. primo.* Simanch. *de cathol. inſtit. titulo 15. Rubrica de credentibus, num. 13. & in Enchirid. titulo 16. de fautoribus, numero 3.* Eymeric. *in direct. inquiſitor. parte ſecunda quæſtione 53. num. 3.* vbi Pegna, *in addit. comment. 78. litt. F*, Farinac. *dict. quæſt. 182. §. 2. num. 28.* 17

Quod ego intelligerem quoad correctionem iudiciariam, dum tamen priuatæ perſonæ requiſitæ non eſſent ab Epiſcopo, aut ab inquiſitoribus; tunc enim per dicta, *in cap. ſicut hoc tit. contra fautores*, reuera poſſent puniri tales negligentes, & requiſiti tanquam fautores per ibi dicta; quia vt videtur ſtatutum in Concilio Narbonenſ. per Pegnam, *ad Eymeric. 2. parte quæſt. 53. comment. 78.* per verba Concilij, ibi, *ſed nec illi ſunt immunes à crimine, qui cum ſe illis offert oportunitas loci, & temporis, ac facultas hæreticos, ſeu prænominatos rebelles capere capientesque iurare nequiter prætermittunt maxime ſi de hoc fuerint à capientibus, ſeu ſapere volentibus requiſiti*, non enim, vt 18

ait ſumma Angelica, *in ſumm. verſiculo hæreſis, numero vigeſimo quarto, verſiculo ſunt priuatæ*, excuſantur ex dicta gloſſa negligentia priuatæ perſonæ, quod eſt contra Pegnam dicentes, nec requiſitas incidere in fautoriam, ſi negligentes ſint.

19 Secus tamen foret quoad corrigendos, & retrahendos hæreticos ab hæreſi, quia tunc virtute præcepti correctionis fraternæ teneretur ad id quælibet priuata perſona per præciſa verba textus, *in cap. 2. hoc tit. ibi qui enim alios cum poteſt ab errore non reuocat ſe ipſum errare demonſtrat.* de quo præcepto locutus ſum latiſſime, *ſub 2. parte textus, in cap. nouit. de iudiciis, per dicta, ibi, quæſt. 20. 30. & 34.* vbi de correctione circa hæreſem; & quamuis priuatæ perſonæ non teneantur de delictis hæreticos obuiare, tenentur tamen ſub pœna excommunicationis hæreticos reuelare ſecundum eundem Pegnam, ſic intelligentem, & limitantem, *parte 2. comment. 2. verſ. ſi de Epiſcopis fol. 91.* & quia Thomas Sanchez, *in præcepta decalogi cum aliis, lib. 2. cap. 10. numero 15.* dixerit priuatas perſonas non dici fautores hæreticorum ex ſola omiſſione capiendi hæreticos, ſi ſcilicet requiſitæ non fuerint, ac declaret prædictam concluſionem non procedere in quinque caſibus reductis ad proxime relatum, quos repetatque Fatin. *d. §. 2. ex num. 18.*

20 Pro complemento obligationis, quam habent Chriſti fideles ſanctum officium inquiſitionis adiuuare, ad propulſandos hæreticos; eo quod ſit Chriſtianæ Religionis fundamentum; etenim ſacræ fidei, cenſores (hoc eſt inquiſitores) peruigilare debent tanquam in ſpecula, ne animorum contagia in reipublicæ perniciem ſerpant, quorum veluti exemplum præciſe viſum eſt in Arcadio, Honorio, & Theodoſ. Imperatoribus, qui, *in l. 6. de his, qui ſuper religione contendunt in Cod. Theod.* ſanxerunt vt fideliſſimi quique quaſi in ſpecula conſtituerentur, qui hæreticos inueſtigarent, & deprehenſos traderent ſeueriſſime puniendos; Et in Carolo Magno teſte Paulo Æmilio, *lib. 3.* habetur ſanctum Arcanumque dilectiſſimorum virorum Concilium ſine procuratione inſtituit, qui cæteris ignaris Regnum circuirent, notarentque perditæ religionis homines; tum re in Concilio agitata, & ſtabilita nihil ſuffraganibus comprehenſos imperabat eos vltimo ſupplicio plecti, adeo, vt ſæpe prius vocari conſpicerentur, quam intelligerentur rei, quo exemplo quid mirum vt inquiſitores, Reges, Principes, aliique Magiſtratus in defendendo ſanctum officium inquiſitionis ſint ac debeant eſſe diligentiſſimi videndus Scortia, *epitom. 10. theorem. 38. ad Innocent. IV.* nec multum addam his proximè dictis, iam finem imponamus textui hic die 31. Iulij in feſto S. Ignatij Loyolæ fundatoris religionis Societatis Ieſu, omnibus modis venerandæ, ac laudandæ.

AD TEXTVM

In §. Catholici noſtri Capite.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Cruce ſignati pro terra ſancta expurganda gaudebunt priuilegiis.*

2 *Familiares & Miniſtri ſanctæ inquiſitionis ſucceſſerunt cruce ſignatis pro terra ſancta, ſic multis exemptionibus à Regibus Hiſpaniæ ſunt indulti*, remiſſiue.

3 *Familiares, vt conueniantur coram inquiſitoribus, cùm debeant priùs probare ſe tales, & de iuramento ab eis præſtito in initio receptionis*, remiſſiue.

Nobis viſum eſt verba §. referre, vt ſic materiam nouam hic aſſignemus, cùm non ſit alius locus, *ſub noſtro tit.* nec in decretalibus Gregor. IX. etſi, *ſub lib. 6. huius tit.* poſſet, inquam, tractari: præcipuè, *ſub cap. 11. & 12.* & *ſub clem. 1. & 2. §. hoc titulo.* Etenim Pontifex Innoc. III. ſic alloquitur, *Catholici verò, qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſe adſtrinxerint, illa gaudeant indulgentia illoque ſancto Priuilegio ſint muniti, quæ accedentibus in Terræ Sanctæ ſubſidium conceduntur*; ex quibus verbis ſe ſe offert locus, † opportunus ad agendum de familiaribus ſancti Tribunalis inquiſitionis, qui, vt probauimus latè, *in libro allegation. fiſcalium ſancti officij, dict. cap. vergentis, tit.*

tit. noſtri, *ſub Epiſtola ſcripta ad Philippum IV. Regem Hiſpaniæ*, *iam nunc vita functi*, *ex num.* 62. conſtat quod familiares ſancti Officij ſucceſſerunt in locum cruce ſignatorum pro terra ſancta, *& à n.* 73. vbi referuntur ad id Bullæ Pontificum; & inſuper ibi referamus plures Regias ſchedulas, quibus familiares, & Miniſtri S. Inquiſitionis indulgentur à Regibus noſtris Hiſpanicis exemptionibus, priuilegiis, atque immunitatibus, tum realibus, tum perſonalibus: de quibus plurima etiam ſcripſi *in* 2. *p. allegat.* 13. 14. 15. 16. & in aliis, ex quibus & ex *alibi* dictis, poſſemus hic abundantiſſimè loqui, ideò illis ſuppoſitis nunc *in corpore* ſolùm ſcribemus de officio quorumlibet familiarium, & miniſtrorum ſancti Officij, qui ſub vexillo cruce ſignatorum debent contineri ad prædictis muniis fruendum & de quæſtionibus dixi *ſub cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. ſub quæſt.* 42. 45. 58. 59. & de alia *in cap.* 2. *de iudiciis quæſt.* 22. vbi contra principes ſtatuentes, ne familiares ſancti Officij gaudeant priuilegiis, ſub quibus ad materiam nimis longam poteris tranſitum facere, quas quidem quæſtiones aſſignaui remiſſiuè *ſub d. lib. alleg. fiſcal. ante p.* 3. in ſummario ibi poſito de quæſtionibus alibi tractatis, pertinentibus ad iuriſdictionalia competentiarum ſancti Officij, ob quod non eas tranſcribo.

3 De familiaribus S. Officij, præter quæſtiones referendas *infrà*, adiunges ſequentes, *familiares S. Officij vt conueniantur coram inquiſitoribus, an debeant priùs probare ſe tales eſſe, &c.* dixi *in cap. fin. de præſumption. quæſt.* 3. *& an neceſſarium vt iuramentum, quod fit in ſancto officio ſit tactu Euangelij*, & ſub qua forma dixi *ſub cap.* 4. *de iuretur. quæſt.* 2. & an *miniſtri ſancti Officij teneantur iurare de benè adminiſtrando in d. cap.* 4. *quæſt.* 4.

QVÆSTIO I.

An ſicut Cruce ſignati, familiares ſcilicet ſancti Officij inquiſitionis gaudent indulgentiis, ac immunitate à iuriſdictione laica; ita & alij miniſtri, quales ſunt notarij tam ſecreti, & alij extra, Theſaurarius, carcerarius, aduocatus reorum, nuncius, & alij laici deſtinati pro officio S. Inquiſitionis adiuuando ac inſeruiendo.

SVMMARIVM.

1. *Familiares ſancti Officij dum recipiuntur iurant coram inquiſitoribus denunciare hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos: aliter dicentur fautores, poteruntque ab inquiſitoribus puniri, ſuntque diuerſis indulgentiis Pontificiis aggratiati, num.* 2.
2. *Familiares ſancti Officij tempore interdicti poſſunt Diuinis officiis intereſſe: etſi obierint, poſſunt in Eccleſia ſepeliri, num.* 3. *&* 4.
3. *Miniſtri ſancti Officij, præter familiares, gaudent eiſdem priuilegiis ac iidem familiares.*
4. *Familiares ſancti Officij eligendi debent eſſe viri probi, & pacifici; item & vxorati: quorum vxores puritatem ſanguinis etiam debent probare, numero* 5. 6.
6. *Familiares in Regnis Arragoniæ, & Valentiæ, qui eligendi ab inquiſitoribus,* remiſſiuè.
7. *Familiares quot ex lege Regia poſſint aſſignari pro qualibet ciuitate & oppido, & num.* 8. *&* 9. *vbi de cautela præſtita prætoribus, ne admittant alios vltra numerum vt gaudeant indulgentiis S. Inquiſitionis.*
10. *Familiarium, & officialium ſancti Officij inquiſitionis quoad competentiam iuriſdictionis qualiter defendendi ſint,* remiſſiuè *per exempla.*
11. *Epiſcopi, & inquiſitores de ſuis familiaribus cognoſcunt.*
11. *Officiales miniſtri ſancti Officij plus incorporati ſunt inquiſitoribus, quàm familiares, & de ſingulorum officio, num. ſeqq.*
13. *Notarij ſancti Officij à ſecretis, alias cancellarij quale munus ſit in exercitio, qui iurant de ſecreto ſeruando cum recipiuntur, quorum creatio ſpectat ad D. Inquiſitorem generalem.*
14. *Notarij alij ſanctæ inquiſitionis quale munus cum vicariis vulgo* commiſſarij *exerceant, & qui debeant eligi.*
15. *Theſaurarius ſancti Officij vulgo* receptor *quale officium exerceat circa bona recondenda & quòd debet eligi vir probus, & diues dando fideiuſſorem, apud quem bona confiſcata cuſtodiantur. qui de Regis mandato ſoluit ſalaria inquiſitoribus, & miniſtris, n.* 16. *&* 17.

16. *Receptor ſancti Officij nequit negotiari cum pecunia apud eum confiſcata, qui debet eligi Chriſtianus Veteranus, numero 17.*

18. *Cuſtos carceris qualem obligationem habeat in ſancto Officio inquiſitionis inuiſendo cubicula incarceratorum de obſeruando ſecretum, & de pœnis quibus plecti valet deficiens in benè ſe gerendo iuxta iuramentum à ſe praſtitum cùm recipitur, & n. 19.*

19. *Cuſtodes carcerum ſancti Officij tenentur etiam de leuiſſima culpa, & grauiter punientur, ſi rem cum mulieribus incarceratis habeant, vt exemplificatur.*

20. *Cuſtos carceris vulgo* de la pœnitentia *non ſic rigide eſt obnoxius pro implendo cuſtodiam, ſicut cuſtos alter, carceris ſecreti.*

21. *Aduocati, & fiſcalis ſancti Officij quale munus*, remiſſiuè.

22. *Nuncij ſancti Officij munus quale.*

23. *Inquiſitorum, conſultorum, commiſſariorum, & iudicum bonorum confiſcatorum S.Officij priuilegia, & munus*, remiſſiuè.

CVmque familiatium S.Officij obli-
1 gatio, quam iuramento confirmant
coram inquiſitoribus dum litteras vulgo
titulo familiaritatis obtinent, ſit quod denunciabunt hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, ſicut ſi non denuncient, fautores dicentur hæreticorum per adducta *in §. praced. & in c. ſicut hoc tit.* ita vt tales deficientes in hoc poſſint ab inquiſitoribus puniri, Guido Flacidius *in ſuis q.q.* 10. quas refert Carena *de offic. inquiſit. poſt fin.* plures adducens, *& lib.* 2. §. 8. *num.* 35. *&* 36. vbi cum aliis dicit obligationem quam habent familiares ex officio denunciandi illos, & ob id ad ſimilitudinem cruce ſignatorum, pro terra ſancta gaudeant diuerſis priuilegiis Pontificiis, de quibus Ludouic. à Param. *de origin. inquiſit. lib.* 2. *titulo* 1. *cap.* 4. vbi de indulgentiis quas lucrantur,
† & quod tempore interdicti poſſunt di-
2 uinis officiis intereſſe, etſi obierint poſſunt
in Eccleſia ſepeliri, vti ſcripſit P. Maſſin. *in praxi ſancti officij* 1. *p. f.* 10. verſ. *indulgenze che a quiſitano* 2. impreſ. Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 3. *quaſtione* 127. *& ſeq.* vbi Pegna *comment.* 176. *vſque ad* 180. plures ſommorum Pontificum conſtitutiones ſuper hac materia enumerat, quas in Bullis Apoſtolicis pro ſancto Officio poſt tale director. imprimi curauit, ideo ad cæteros miniſtros, & officiales deueniemus.

Et generaliter quod alij *ſuprà* nomi- 3
nati inquiſitione, gaudeant eiſdem priuilegiis, & indulgentiis Pontificum expreſsè relati dixerunt, & alij, quos citat Cæſar Carena *p.* 1. *titulo* 14. §. 6. *&* 7. vbi quod hæc priuilegia ſpiritualia extenduntur etiam ad omnes alios miniſtros ſancti Officij, vbi latiſſimè idem Eymeric. & Pegna *in locis iam adductis*; quod alia verò priuilegia externa tam iuriſdictionis, quàm tributorum abundè liquet ex adductis *in pracitatis quaſtionibus*, ſub præmiſſo, quapropter tam familiares, quàm alij miniſtri debent eligi habiliores ad officia ſua exercenda iuramento præſtito etiam de obſeruando ſecreto.

De familiari eſt clara conſtitutio 4
Ioan. XXII. incipit: *exigit ordinis veſtri religio*, impreſſa in litteris Apoſtolic. pro ſancto Officio *poſt direct. inquiſit. fol.* 63. *in verbis* ibi: *diſcretioni veſtra per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus neminem familiarem:* niſi eiuſdem Eccleſiæ fidelem, ac deuotum, & laudabilis conuerſationis, & vitæ quomodolibet præſumatis; & Simanchas *de Cathol. inſtitut. tit.* 41. *num.* 15. ait quod eligendi ſunt viri boni & pacifici, vt patet *l.* 20. *titulo* 1. *lib.* 4. *recopilationis*, ibi: *los que vbieren de ſor proueydos por tales familiares ſean hombres llaños y pacificos, &c.* de qua lege per plures gloſſas
ibi Narbona & gloſſa 4. & † quod ex qua- 5
dam Epiſtola ſupremi ſenatus in Regnis noſtris non eligantur in familiares niſi vxorati, de hoc vltimo certum eſt niſi fiat de non vxorato cum diſpenſatione Domini inquiſitoris generalis, ad quod vtrumque ſunt Epiſtolæ 24. *Martij* 1604. *& de atate* 25. *annorum Octob.* 8. *anni* 1627. *& ex alia Maij* 1634. quod familiares vidui, aut qui nondum fuerant vxorati non ducant vxores niſi prius fiant informationes puritatis vxorandæ.

Quare vt latè dixi *ſub cap. Eccleſia ſan-* 6
cta Maria de conſtitut. ſub quaſt. 58. *&* 59. agendo de familiaribus S.Officij etiam in Regno Aragoniæ, & Valentiæ latè de qualitate, & bonitate familiarium recipiendorum, & quod ſine dubio ſit vt poſſint inquiſitores illorum habere familiam armatam, & ſub quo temperamento armis vtantur explanando *Clem.* 2. §. *porro hoc titulo*, vbi leges breuiter cum Pegna 3. *p. direct. comment.* 105. *verſ. quibus autem*, Zanardo in ſumma diuinorum præceptorum 1. *p. cap.* 6. *de inquiſitore quaſt.* 37.

&

& Carena *ſupra* §. 1. *&* 2. *à num.* 1. *ad.* 4. dicit nec ſcceleratos viros nec alienigenas eligendos eſſe in S. Officij familiares, etſi eligerentur (niſi reſpectu alienigenarum eſſet magna cauſa)

7 Er ne defraudetur iuriſdictio realis ex annumeratione familianum in locis, & ciuitatibus, inde factum eſt vt tot familiares debeant ab inquiſitoribus conſtitui quot ſufficiant ad munus ſuum obeundum, plures in ciuitate,& oppidis magnis, quam in populis inferioribus, quorum licet non ſit à iure ſtatutus certus numerus poſitumque eſſet in ſuprema diſpoſitione ſupremorum vniuerſalium inquiſitorum, & ſacr. Eminentiſſ. Congr. de vrbe, ſic vt dicat Carena *ſupra* §. 3. *ex num.* 5. *in ciuit. Crem.* ſtatutum fuiſſe *vſque ad* 40. arbitrans in villis cuiliber vicario foraneo hoc eſt (commiſſario ſancti Officij aſſignati duos iuxta fundamentum) *l.* 3. *Cod. de ſportulis*, vbi Gothofred. *in notis verb. executoris excuſatio*, notat duos executores ſingulis iudicibus fuiſſe attributos, *& ex novel.* 82. *cap.* 7. ibi: *vno quoque tamen iudice duobus exceptoribus vtente*, vbi Gothofr. *in notis eiſdem* animaduertit nomen *exceptorum* quod *in d. l. executorum*, addens quòd ſi foret in Caſtro aliquo non leuis conſiderationis vt plures etiam familiares, quàm duo poſſent conſtitui, arbitrio ſacr. Congr. & Reuer. inquiſit.

8 Vnde, optimo quidem iure, & medicantur inquiſitores abuti licentia conceſſionis numeri exceſſiui ſicuti licentia conceſſionis armorum, quæ immoderata negatur iuxta dicta *ſub d.quæſt.* 58.*&* 59. *in d. cap. Eccleſia de conſtit.* ideo operæ pretium eſt hic aſſignari iuxta concordatam cum Conſilio ſupremo Caſtellæ, & Rege noſtro, ac Domino inquiſitore de qua, & qualiter intelligatur dixi latiſſimè, quoad gaudendum familiares ne coram aliis iudicibus Regiis conueniantur in criminibus exceptis nonnullis grauiſſimis *ſub d. allegat.* 13. *p.* 2. *fiſcal. ad. l.* 20. *titulo* 10. *lib.* 4. *recopil. ex numero* 17. ſuper qua latiſſimè ſcripſit Narbona, & alij quos *ibi*, adduxi, nunc quoad numerum familiarium locorum viſum eſt ad inquiſitores Hiſpanicos aſſignare verbis illius legis vulgaribus, vt ſint attenti in non excedendo ibi: *que en las inquiſitiones de Seuilla, Toledo, e Granada aia en cada Ciudad de ellas cinquenta familiares, y no mas, y en la villa de Valladolid quarenta familiares, y en la Ciudad de Quança y Cordona otros quarenta familiares, y en la villa de Llerena, y en la Ciudad de Calahorra veinte, y cinco familiares en cada vna de ellas, y en los otros lugares de el deſtricto de dichas inquiſitiones en que aia tres mil vecinos ſe nombren aſta diez familiares en cada lugar, y en los pueblos de aſta mil vecinos ſeis familiares, y en los lugares de aſta quinientos vecinos quatro familiares, y en los lugares de menos de quinientos vecinos donde pareciere a los inquiſidores que ay neceſſidad dos familiares y no mas y ſi fuere puerto de mar y lugar de quinientos vecinos a bajo votro lugar de frontera aya quatro familiares*, ad quod leges quæ ex multis adiungit Narbona *gloſſa* 2. *per totam*, & *gloſſa* 3.

Er inſuper ne extra numerum poſſit 9 adeſſe fraus Prætoreſque locorum eam agnoſcant deſinatque gaudere indultis quilibet familiaris, qui fortè non ſit de numero, vt *infra in d. lege* ſic cauetur. *En cada deſtricto de inquiſition ſede a los Regimientos copias del numero de familiares, que alli ha de auer para que los corregidores lo entiendan y puedan reclamar quando los inquiſidores excedieren de el numero y que anſſi meſmo ſe de la liſta de los familiares que en qualquier corregimiento ſe probe en para que los corregidores ſepan como aquellos ſon los que han de tener por familiares, y que al tiempo que en el lugar de alguno de aquellos familiares ſe probeyere otro los inquiſidores lo hayan ſauer al corrigidor o iuſticia ſeglar en cuio deſtricto ſe proueyere para que entienda contra aquel ha de tener por familiar y no a otro encuyo lugar ſe probeyere y tambien para que ſi ſupiere que no concurren en el tal probeydo las calidades aduierta al inquiſidor, y ſi neceſſario fuere al conſejo de la inquiſition, &c.* latiſſimè Narbona cum multis, & ad curioſa *in d. l. tota gloſſa* 5. vbi de neceſſitate ſcribendi familiarem electum in copia, vel matricula ciuitatis, & illius intimatione Prætori, &c.

Er quia *ex d. l. Regia* 20. *titulo* 1. *lib.* 4. 10 *Regia*, per plures gloſſas ſequentes agit etiam Narbona de foro in iudicialibus quo fruuntur familiares, & ego *in d. allegat.* 13. pro intellectu illius legis quamplura adduxerim, & quemadmodum forus competat inquiſitionis cæteris officialibus, & miniſtris, ac plures ſchedulas, ac decreta referam *ſub d. Epiſtola ad Regem Philip. IV. per totam*, narrando nonnullos competentiarum caſus, & inſuper quoad inquiſit. Aragon. & Sicilianam, ac Indorum nonnullas ſchedulas, & de-

creta

cetera *ibi* videnda, ac *ſub d. alleg.* 13. ideo nunc ad caſus arduos tam miniſtrorum inſeruientium ſecreto inquiſitionis, quales ſunt *proximè* referendi, quam familiarium cruce ſignatorum, adiunges, quæ iuridice defendi in illa congregatione magna Matriti omnium conſiliorum vocata aula *de competencias*, ab anno præterito 1658. *in d. 2. p. alleg. fiſcal.* in cauſa aſſaſſinatus *allegat.* 5. in cauſa homicidij proditoris *allegat.* 6. & in cauſa cuiuſdam familiarij inuento cum inſtrumento ſulfureo, præter enarratas *in d. Epiſtola*, & *in d. alleg.* 13. 14. 15. *&* 16. *p.* 2. in quibus omnibus, & quoad forum Arragoniæ, & Valentiæ *in d. cap. Eccleſia S. Mar.* vbi cum latitudine in relatis *quæſt.* 58. *&* 59. ac alibi ob quæ non alia de familiaribus S. Inquiſitionis appingimus: videndi etiam Simanch. *de Catholic. inſtitut. titulo* 41. *numero* 15. *&* 19. Villadiego *in polit. cap.* 5. §. 20. *numero* 147. Carleual. *de iudic.* cum multis *lib.* 1. *titulo* 1. *diſputat.* 2. *quæſtione* 6.
11 *ſect.* 6. *à numero* 508. † adducens rationes quare Epiſcopi, & inquiſitores de ſuis familiaribus cognoſcunt, quas & ego adduxi *ſub d. allegat.* 13. *ex numero* 31. vbi quod de miniſtris ſecreti in criminalibus, & ciuilibus iudicant, & quare *ſub d. allegat. ex numero trigeſimo quinto*, *&* *ſub d. Epiſt. ad Regem*, vbi vt fiſcalis ſupremi Conſilij defendi caſus obtentos vt aſſignaui in illa ſub tempore Regis Philipp. IV.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem ſuppoſito, *vt proximè* dictum eſt officiales, & miniſtros ſecreti gaudere immunitate in omnibus cauſis, etiam in agendo ne iudicentur ab aliis iudicibus laicis, ſiue Eccleſiaſticis, ne ex eo quis diſtraheretur ab exercitio ſuorum officiorum; & à iudicatura tribunalis ſanctæ inquiſitionis ſubtraheretur quod eſſet nouiſſimum iuxta Bullas, quas adduxi Pontificias *ſub d. allegat.* 13. *ex d. numero* 35. eo quòd iſti miniſtri ſunt potiùs incorporati cum inquiſitoribus, quàm familiares: ideo iam nunc ſolùm explanabitur, quid ſibi velit quodlibet officium aliorum officialium, & miniſtrorum & de eorum obligatio-
13 ne, † igitur notarij ſecreti ſancti officij alias Cancellarij, dico reſolutiuè, munus iſtorum eſſe diligenter, & fideliter ſcribere acta ſancti Officij, recipere denunciationes coram inquiſitore, vel eius vicario, inſtrumenta ad hoc tribunal ſpectantia recipere, & alia peragere, quæ Cancellarij in ſimilibus facere conſueuerunt, quorum præcipua pars eſt ſeruare ſecretum quod promittere debent cùm aſſumuntur in ſancto officio ſub pœna periurij & excommunicationis latæ ſententiæ, actuare proceſſus reorum hæreſis, quorum creatio ſpectat in inquiſitione Hiſpanica ad D. inquiſitorem Gene-
ralem † aliorum verò notariorum, qui ſo- 14
lent actuare extra cum commiſſariis ſanctæ inquiſitionis creatio eſt Tribunalis inquiſitorum, ſub quorum territorio degunt, factis priùs puritatis informationibus alia tradit videnda Cæſar Carena *d. p.* 1. *de offic. inquiſit. numero decimo ſecundo*, §. *vnico*, cum P. Maſſin. *in praxi p.* 9. Farinac. Peña Zanchino, & aliis plura alia hîc poteris applicare, quæ adduxi de Cancellariis, & notariis Curiæ Romanæ *ſub capite* 5. *de officio vicar. à quæſtione* 1. 2. 3. 4. *&* 5. de modo eligendi iſtos notarios locorum aſſignant *Epiſtola Conſilij* 24. *Martij* 1604. quòd primò ad tale officium debent eligi, qui iam ſunt familiares, vel clerici vicini locorum, vbi adeſt commiſſarius ſi fieri poteſt.

Theſaurarius igitur adiunctis hic ad 15
vniuerſalem tractationem quæ adduxi latè *ſub titulo de officio Sacriſtæ*, *&* *Theſaurarij Cathedralium*, iam nunc reſolutiuè dico, quòd iſtorum officium in Tribunali ſanctæ inquiſitionis eſt miniſtrare, & recaudare bona, ne per manus inquiſitorum ſubminiſtrentur, & in inquiſitione noſtra Hiſpanica in quolibet Tribunali eligitur vnus, qui ſit vir probus, locuples, quique ſciat rationes conficere, & referre, quique fideiubeat de reſiduis perſoluendis, qui alio nomine vocatur *receptor*, apud quem bona confiſcata in ſancto Officio cuſtodiuntur, qui-
que † de mandato Regis ſoluit ſalaria 16
miniſtris ſanctæ inquiſitionis: Simanch. *de Catholic. inſtit. titulo* 43. *de officio receptoris*, Carena *ſupra titulo* 13. qui alia adducunt de non negotiando cum pecunia ſic apud eum confiſcata: de quo receptore adiunges, quas adduxi *ſub titulo allegat.* 11. vbi egi de illis; *an ſuſceptor* (vulgò *el receptor*) *dum tenetur de euictione ſequatur forum rei vel cauſam trahat ad forum iudicis fiſci*, an *venditio à ſuſceptore facta rei alienæ nomine fiſci valeat*, an *ſi ſuſceptor fiſci emat rem aliquam ex pecunia fiſcali*, *ſuo proprio nomine*, *&* *vt ſibi appropriaetur*, *nihilominus dominium acquiratur fiſ-
co*, † imò præcipitur in certis Epiſtolis 17
quod receptor negotiaturus extra locorum habeat ſalaria, *iuxta inſtructiones fol.* 3.

&

& quod nullus eligatur Chriſtianus nouus in locum tenentem Receptoris, & quod ille nominet tenentes eius locum ad Recaudandas pecunias reditus, &c. quædam *Epiſt.26. Ianuary* 1578. qui receptor debet eſſe diligens quoad introitus audientiæ *de afuera* 12. *Martij* 1578. *el qual ſe ha de hacer cargo*, alia 29. *Auguſti* 1629.

18 Cuſtos carcerum vulgò *el alcayde* qui iurat de obſeruando ſecreto debet quidem eligi probus vir, & diligentiſſimus cùm in eius cuſtodia nitatur omne ſecretum inquiſitionis, debet, inquam, etiam eſſe fideliſſimus, ita vt nunquam vllo modo permittat nec vt aliquis cum incarcerato alloquatur, & multo minus quòd nec habeat papyrum, & atramentum ad ſcribendum perſcrutando de mane, & veſperè latera, & intima cuiuſque cubiculi, qui & poteſt frangere panem, & pullos ne in illis adſint lima aliaque ferramenta abſcondita ad rumpendos carceres vt notauit de aliis carcetibus ſæcularibus præſes ab auo *in ſuis quæſtionibus reat.* 13. *à numero primo*, Farinacius cum infinitis *in praxi crimin. de carceribus*, *& carceratis quæſtione* 31. Simanch. *de Catholic. inſtitut. titulo* 41. de quorum iuramento præſtando eſt *Clem.* 1. §. *porrò hoc titulo*, vbi ordinarij videlicet iurando præfatam diligentiam, & ſollicitudinem, & ne aliquis in ſecreto cum incarcerato alloquatur, quod in his, quæ incarcerato tradentur nullam fraudem facient, ſiue ex ordinatione communi, ſiue ex patentum liberalitate carcerato conſignentur niſi aliud ei ab Epiſcopo, vel inquiſitore fuerit ordinatum: Simanc. *titulo* 16. *numero* 10. Pegna latè *comment.* 109. *verſ. cuſtodes autem carceris*, *& comment. antec. verſ. ſiue vnus* imò *in d.Clem.*1. *à numero* 119. *verſ. nota*, ſcribit Pontif. Vitalin.

19 † quòd hi cuſtodes carcerum tenentur etiam de leuiſſima culpa cum teneantur ad eorum cuſtodiam eo modo quo ſe gerere ſolet diligentiſſimus paterfamilias, de qua idem Farin. *d. quæſt.* 31. *à numero* 14. Præſes ab auo *ſupra Carena de officio inquiſitorum d. p.* 1. *titulo* 15. vbi poſt alia, & referendo doctores *numero* 8. qui de iſtis plenè agunt *num. fin.* admonet ne cum mulieribus incarceratis rem aliquam turpem agant commemorans ex S. Congregat. quendam punitum fuiſſe addictum triremibus per ſeptennium, & in noſtra inquiſitione Valiſoletana fuit alter eo quod munera accepit permittens colloqui per papyrum ad triremes damnatus poſt multum tempus incarcerationis, qui ſtatim fuit vita functus, non. † ſic rigide fit cum cuſtode qui vulgo appellatur *de la penitentia* niſi ibi reconciliati ſua culpa aufugerunt; 20
& ad hoc pro longiori materia poteris hic adiungere, quæ longe ſcripſi de effractoribus carcerum de eorum pœna, ac de lictoribus *in* 1. *p. allegat. fiſcal. allegat.* 52. 53. 54. idem *num. ſeq. in fine*, & quia circa cuſtodes carcerum ponit quoddam formularium inter inquiſitorem, & Epiſcopum Pontifex *in Clem.*15. *ſanè hoc titulo*, quod apud inquiſitionem Hiſpanieam non obſeruatur, niſi ex modo dicto ideo pro materia latiori poteris hic applicare, quæ ibi DD. congerunt, vbi Barboſa *numero* 24. *&* 25. cum Simanch. Zanchino, Zechio, Eymeric. & Pegna † de aduocatis iam, & de officio fiſca- 21
li dixi *ſupra latè ſub capite ſi aduerſus hoc titulo*, † & ſic poſtremo de nunciis, quo- 22
tum officium eſt fideliter & ſub iuramento de ſecreto legationes, & mandata inquiſitorum diligentiſſimè adimplere per citationes, per recollectionem Epiſtolarum, & proceſſuum, quæ ponuntur, aut recaudantur *de la eſta feta* in quo fideliſſimi debent eſſe alias acriter puniendi, & ſic pro ampliori tractatione recurres ad ea, quæ de iſtis ſcribit Farinac. *in praxi quæſtione* 32. & ſic de aduertentiis quoad aduocatos poſui in quodam manuſcripto ſeptem, & quoad carcerarios poſui alias 26. vbi plenè cautum eſt quid ſpectet ad eorum officium cuſtodiæ, carcerum, & reorum.

De officio inquiſitorum eorum, electione, item de conſultoribus eorum ad cauſas fidei ſententiandas, & de vicariis eorum vulgò *Comiſſarios del ſanto officio*, ac de iudice bonorum confiſcatorum; quia alibi in alio tract. ſigillatim agitur, & inſimul de indulgentiis, ac priuilegiis inquiſitorum aliorumque miniſtrorum, & familiarium ſancti Officij, iterum leges Farin. *de hæreſ. tota qu.*187. *per plures* §§. propter adducta *ſuprà hic in* §. *admoneantur*, Cæſar Carena *de offic. inquiſ. p.* 1. *tit.*5. vbi de origine S. Inquiſitionis, *& de offic. inquiſ. & titulo* 6. *&* 7. & de Vicariis Generalibus Epiſcoporum, & Vicario generali inquiſitorum, *& tit.*8. *de conſultoribus*, *& Congr. S. Officij*, & de modo ac forma vocandi in illis, & de omnibus iſtis tàm conſultoribus quàm vicariis S.Officij, & de iudicibus contra hæreticos poſt illos Bordon. *de offic. inquiſitionis cap.*38. 39. *&* 40. Et de 23

indultis ac prærogatiuis *inquiſit.* idem Carena *d. tit.* 5. §. 23. & relatis diuerſis in locis ſuorum operum, & ad ſingularia in fauorem fidei extra ea, quæ iure communi diſceptantur: Ioan. Rojas *per* 214. *ſingul.* vbi de forma iudiciali in S.Officio inquiſitionis, & quatenus ſpectat ad priuilegia inquiſitorum ipſe Ioan. Rojas poſt ſecundam partem de hæreticis ponit 40. priuilegia quæ inquiſitoribus ſunt conceſſa, vt verius & rectius poſſint ſe gerere in tractandis cauſis fidei orthodoxæ, quæ ſigularia atque priuilegia, imò, & illa quæ competunt miniſtris, & familiaribus ſancti Officij, etſi diſperſim ad plures difficultates reſponſum præbuerimus: tamen quia continget vt non omnes libros noſtros habeant, Deo volente forte de nouo congregabimus, & exornabimus.

AD TEXTVM

In §. Credentes huius textus.

PRÆMISSVM.

QVIA latiſſimè de credentibus hæreticorum eorumque pœnis cum clara diſtinctione ſcriptum eſt *ſupra ſub capite ſicut* 8. *hoc titulo*, ideo ad ibi dicta te remitto.

Ad §. Quia vero.

D hoc dictum eſt *ſupra in cap. cum ex iniuncto, &c.*

Ad §. Adiicimus huius textus.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopi debent de ſuis prouinciis viſitando hæreſes expurgare, & hæreticos expellere, publicando edicta per Diæceſes ad illos capiendos, & informationes ſecretas faciendo remittendas inquiſitoribus, & n.*4.
2. *Conuenticula occulta reprobata.*
3. *Accuſati qualiſ ſe debeant purgatione monſtrare, etſi recuſent abiurare, num ſint relapſi*, remiſſiuè.
4. *Inquiſitores qui ſuffecti ſunt loco Epiſcoporum qualem diligentiam debeant præſtare in extorquendis hæreticis.*
5. *Inquiſitor ſolet aſſignari à Conſilio ſupremo, qui viſitet aliquando diæceſim edicta legendo, & affigendo, informationeſque capiendo, quas tradit inquiſitoribus exiſtentibus in tribunali vt examineni dando vocem fiſcali.*
6. *Reuelandi, & denunciandi S.Officio reos hæreſis obligatio:* remiſſiuè.
7. *Secreti ſeruandi obligatio*; remiſſiuè.
8. *Solicitantes in confeſſione denunciandi ſunt S. Tribunali inquiſitionis*; remiſſiuè.

QVATENVS ex hoc textu poterat dici latè de obligatione, quam habent Epiſcopi viſitandi per ſe, aut ſuos viſitatores ſingulis annis proprias Diæceſes ad expurganda peccata, & de hoc aliquid dixerim *ſub tit. vt ſede vacante*, ne aliquid innoueiur cum duobus aliis, ſed propria hic ſedeat materia de expurgandis hæreſibus diligentia Epiſcoporum de iure, & apud nos hoc potius ſit munus inquiſitorum, qui ſolent aliquoties peragrare Epiſcopatus publicando edicta, informationeſque ſecretas capiendo coram ſuo notario ſecreti, quas poſtea cum ſuis teſtificationibus defert ad propriam inquiſitionem, vbi per inquiſitores coram notario videntur ad hoc, vt ſi viderint aliquos reos eſſe dignos punitione data voce fiſcali proceſſus contra ſingulos fiant; ideo de hac tantum viſitatione hic oportebit aliquid ſcribere. 1

Et quoad occulta conuenticula de quibus hic, dixi *ſub cap. cum ex iniuncto* 16. 2

Item quia hic agitur, *verſ. ipſe autem Epiſcopus* de purgatione, qua ſe debent accuſati monſtrare, ac iurare recuſent in priſtinam relapſi fuerint perfidiam Canonicè puniantur, ac de compurgatione & abiuratione dictum ſit *ſub c. ad abolendam aliquid in§.qui autem*, hic ideo non plus. 3

Igitur textus iſte ſolum ponit curam, quam debent habere Epiſcopi, & per hoc inquiſitores in quorum locum ſunt ad cognoſcendum de hæreſibus, ad text. *in cap. accuſat.* §. *ſanè*, §. *de quæſtionib.* §. *ſi vero, cap. ſtatutum* 9. *cap. ne aliqui* 10. *c. vt officium* 11. *& ibi* §. *verum*, *&* §. *compeſcend. cap. inquiſ.* 16. *cap. per hoc cap. vt inquiſitionis hoc tit. lib.* 6. *& in Clem.* 2. §. *verum*; & talis cura reſpectu viſitandi 4

viſitandi ſingulis annis loca hæreſibus in-
feſtara iuxta *verſ.* ibi : *Bis, aut ſaltem ſemel*
in anno propriam paræciam, in qua fama fue-
rit hæreticos habitare, & ibi tres, aut plures
boni viros teſtimony, vel etiam (ſi expedire
videbitur) *iurare compellat, quod ſi quos ibi-*
dem hæreticos ſeuerit, vel aliquos occulta con-
uenticula celebrantes, ſeu à communi conuer-
ſatione fidelium vita, & moribus diſſidentes eos
Epiſcopo ſtudeat iudicare, &c.

Ex quibus verbis campus latus ſe offe-
5 rebat, tam circa hanc viſitationem fa-
ciendam,quàm circa obligationem reue-
landi, & denunciandi ; ſed quia de pri-
mo ; ſolet inquiſitor, qui exiit ad viſitan-
dum,inquirendum, ac informationes reci-
piendas conuocato populo ſub cenſuris
ad certam diem, & horam inter ſolemnia
Miſſæ perſonis adiunctis, etiam vicino
rum locorum alias ignobilium in oppido
nobiliori ſic de nobiliori,& populoſo lo-
co tranſeundo ad alium locum, & ſic de-
inceps ſeſſiones faciendo ad relatas dili-
gentias conſequendas incipere à lectura
edicti per ſuum ſecretarium, aut vicarium
commiſſarium,in quo mandatur ſub cen-
ſurarum, & anathematis pœnis, ac aliis,
vt quicumque ſciens de delictis hære-
ticis, aut ſapientibus hæreſim cuiuſ-
cumque ſectæ aducisùs fidem Catholi-
cam denuncient ipſi inquiſitori, ac reue-
lent, vt aſſumptis teſtificationibus pro-
ceſſus inſtruatur, modo iam dicto, ideo,
etſi hæc poſſit deſiderari vt ſcriberetur ad
longum ſormularium talis edicti, illud
omittimus eo quod longum eſt.

6 Solùm, quæ ad plura poſſent hic mo-
ueri reſtabat agere de obligatione reue-
landi denunciandi, atque manifeſtandi
hæreticos ſuſpectos, vel inquiſitori vi-
ſitanti, aut S. Tribunali inquiſitorum, ſeu
Epiſcopo, & applicando hic materiam de
correctione fraterna, quæ multum con-
ducit, & quam adduxi latè de monitoriis
circa reuelandas res occultas *in cap. ad no-*
7 *ſtram, de iureiurando*, † & de obligatione
ſecreti ſeruandi *ſub cap.... de teſtibus*, nunc
pro expeditione edictorum quoad reue-
landos hæreticos duxi applicandas quæ-
ſtiones ſequentes poſitas *ſub cap. nouit de*
*iudiciis in 2. p. à quæſt.*17. vbi latè de cor-
rectione fraterna, vbi *quæſt.* 31. de illa dixi
an quando edicta præcipiunt denunciare deli-
cta aliqua ſit præmittenda correctio fraterna,
etiam in delicto hæreſis, & ibi *q.*32. *an edicta*
S. Inquiſitionis iuſte ad alia delicta præter hæ-
reſim extendantur, & ibi *quæſt.*33. *an ſi quis*
ſciat aliquem commiſiſſe delictum in edicto
contentum quod probabile eſt, teneatur in tali
caſu denunciare, & ibi *qu.*34. *an denuncians*
ſine monitione hæreticum, aut errantem ex igno-
rantia vincibili craſſa ſupina ita teneatur præ-
mittere correctionem fraternam, vt illam omit-
tens non ſolum peccet, verum, & teneatur
reſtituere, & ibi : 38. *an ſint aliquæ perſo-*
næ, quæ non teneantur denunciare nec obligen-
tur ratione edictorum, aut mandatorum pecca-
ta occulta manifeſtare, & *quæſt.* 39. *an hæc*
edicta, ſeu mandata, aut monitiones generales
poſſint dici ſtatuta, & quanto tempore durent,
vt quis ex eorum obligatione teneatur denun-
ciare.

Et quia hac occaſione poſſet hic ad- 8
iungi tractatus de obligatione denuncian-
di confeſſarium ſollicitantem in confeſ-
ſione pœnitentem de quo plura ſcripſere
moderni iuxta intellectum Bullæ Greg. XV.
ſtrictiùs,quam aliæ bullæ de prædicta obli-
gatione loquentis,vt patet ex illius littera,
quam refert Diana *p.*4. *in fine*, inter alias
Bullas ad caſus S. Inquiſitionis ſpectantes
ſuper qua latiſſimè ſcribunt ſummiſtæ nu-
per,& idem Diana *p.*4. *tr.*7.& 8. ac in di-
uerſis reſolutionibus ſuorum operum Ægi-
dius Conink *de ſacram. pœnit.* & Ægidius
Trullenc. *in opere morali lib.*1. *diſp.*2. Scor-
tia ad dictam Bullam, & aliam Innocen-
tij, & infinitos recolligens Leander *ſub*
Sacramento de pœnit. per totam diſput.... ac
etiam ex noſtris nouiſſimè Cæſar Carena
p. 2. *tit.* 1. & Bordon. *de offic. inquiſit. ſub*
tot cap. 10. *hæreſ. infraque* à nobis agen-
dum ſit *ſub tit. de pœnit. de remiſſionibus*; ideo
nunc tantum libuit hic referre titulos
quæſtionum, quas alibi poſuimus *vt in d.*
*cap. nouit, de iudic. quæſt.*40. vbi de illa ; *an*
ſi ſperetur correctio pœnitens debeat denuncia-
re confeſſarium, & in aliquo caſu fœmina te-
neatur illum denunciare ante impletum tem-
pus inquiſitorum : & quid in aliis caſibus,
*& quæſt.*41. *an ſi non publicetur edictum te-*
neatur fœmina confeſſarium ſolicitantem de-
nunciare ſub pœna excommunicationis, & an
teneatur denunciare ſolicitationem commiſſam
ante promulgationem Bullæ Greg. XV. & alio-
rum Pontificum, & quid de aliis caſibus
edicti, & eius praxi ; *& an neceſſaria ſit*
edicti promulgatio, ex quibus plenè ad ma-
teriam edictorum per quæ in S. Tribuna-
li inquiſitionis occulta delicta hæreſis,
ſiue ſuſpicionis non incongruè littera
noſtri §. innodatur, & ſic non addimus
alia.

⁂⁂⁂

Ad §. Fin. huius textus latè, & propriè dictum eſt ſupra hic ſub §. moneantur.

⁂⁂⁂

AD TEXTVM

In Capite Sicut in vno XIV. hoc titulo iam ſupra latè dictum eſt ſub Capite Cum ex iniuncto XII. hoc titulo.

⁂⁂⁂

AD TEXTVM

In Cap. Excommunicamus XV. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Hæreſiarcha, quis dicatur, & qua pœna puniatur.*
2. *Hæreſiarcharum nomina & ſecta plures recenſentur ſub n.3.4.& 5.*
4. *Hæreſes plures ſine nomine hæreſiarchæ fuerunt quarum aliquæ recenſentur, & num.5. aliæ.*
5. *Hæreſes octo recenſentur Berguandorum, & Beguinarum Alemaniæ.*
6. *Hæreſiarchæ plura ſolent dicere, aut facere ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie.*
7. *Regna ſine vera Religione diu ſubſiſtere nequeunt vt exemplificatur.*
8. *Hæreſiarchas omnibus modis debent Epiſcopi, & inquiſitores affligere qualiterque vt pœniteant inſtignantes.*

IN hoc textu, & in capite excommunicamus 13. huius tituli, in princip. eadem materia explanatur quatenus ſpectat ad hæreſiarchas, & quia ſub hoc cap. nonnulla nomina hæreſiarcharum expreſſit Pontifex Innocent. III. in ſequentibus verbis: *Excommunicamus, & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Gazarios, Patharenos Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Toſepinos, Arnaldictas; Speronitas, & alios quibuſcumque nominibus cenſentur; facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipſum. Damnati vero per Eccleſiam ſæculari iudicio relinquantur animaduerſione debita puniendi; clericis prius à ſuis ordinibus degradatis, &c. qui autem de prædictis poſtquam fuerint deprehenſi redire noluerint ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur: credentes autem eorum erroribus hæreticos ſimiliter iudicamus.* 1

2 Ex qua contextura quoad credentes hæreticorum, qui dicantur, & qua pœna feriantur, cùm dictum ſit *ſub capite ſicut latè hoc titulo*, vbi de aliis fautoribus & quæ differentia ſit inter ipſoſmet credentes hæreticis, iam nunc ſolum iudicaui conſonum ex d. Iſidoro relato *in capite quidam autem hæretici trigeſimo nono, penult. vigeſimo quarto, quæſtione tertia*, recenſere cum Gratiano ibi ſectas hæreticorum, qui eas excitauerunt vſque ad tempus Iſidori, aliquas referendo recentiores cum nomine, & ſine illo, vt iſtis intellectis poſſis intra te cogitare quantis hæreſiarchæ viis ſubuertere intendunt.

SECTÆ

SECTÆ VERO HÆRETICORVM quot ſint, & vnde nomina acceperint Iſidorus 8. lib. Etymolog. cap. 5. *determinat dicens quot ſint ſecta hæreticorum CXXXIX.*

QVINAM autem hæretici, qui de Eccleſia receſſerunt, ex nomine autorum ſuorum nuncupantur: quidam vero ex cauſis quas eligentes inſtituerunt.
Raba.l.2. de inſtit.Eccleſ. c.18.

Simoniaci, dicti à Simone Magicæ artis perito: cui Petrus *in Actis Apoſtolorum* maledixit pro eo quod ab Apoſtolis Spititus ſancti gratiam pecunia emere voluiſſet. Hi dicunt creaturam non à Deo, ſed à virtute quadam ſuperna creatam.
Ant. l. 11. c. vlt. Pan. l.5.c.3.4.5. *Simoniaci* Act.8.

Menandrini à Menandro Monacho Mago diſcipulo Simonis nnncupati: qui mundum non à Deo, ſed ab Angelis factum aſſeruit.
Menandrini al. Menandrini.

Baſilidiani à Baſilide appellati: qui inter reliquas blaſphemias Ieſum paſſum abnegauit.
Baſiliadini.

Nicolaitæ dicti à Nicolao Diacono Eccleſiæ Hieroſolymorum, qui cum Stephano, & cæteris conſtitutus eſt à Petro qui propter pulchritudinem relinquens vxorem dixerat, vt qui vellet ea vteretur: verſa eſt in ſtuprum, talis conſuetudo vt inuicem coniugia commutarentur, quos Ioannes in Apocalypſi improbat dicens, ſed hoc habes, quod odiſti facta Nicolaitarum.
Nicolaitæ. Apoc.2.

Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſe ita appellare voluerunt, animam naturam Dei eſſe dicunt: Bonum & malum Deum ſuis dogmatibus fingunt.
Gnoſtici.

Cerpocratiani à Carpoctate quodam vocantur: qui dixit Chriſtum hominem fuiſſe tantum, & de vtroque ſexu progenitum.
Carpocratiani.

Cerinthiani à Cerintho quodam nuncupati: Hi inter cætera circumciſionem obſeruant, mille annos poſt Reſurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant vnde & Græcè χιλιαςας Latinè Millenarij ſunt appellati.
Cerinthiani. *Mellenarij.*

Nacaræi dicti, qui dum Chriſtum, (qui à vico Nacaræus eſt appellatus) filium Dei confiteantur omnia tamen veteris legis cuſtodiunt.
Nacaræi.

Ophitæ à colubro nominati ſunt, coluber enim Græcè ὄφις dicitur enim colunt ſerpentem, dicentes ipſum in Paradiſum induxiſſe virtutis cognitionem.
Ophitæ.

Valentiniani à Valentino quodam Platonico ſectatore vocati, qui αἰῶνας id eſt ſecula, quædam in origine Dei creatoris induxit, Chriſtum quoque de Virgine nihil corporis aſſumpſiſſe, ſed per eam quaſi fiſtulam tranſiſſe aſſeruit.
Valentiniani.

Apelitæ, quorum autor Apeles fuit, qui creatorem Angelorum neſcio, quem glorioſum ſuperioris Dei faciens Deum legis Iſrael illum ignenm affirmans, & Chriſtum non in virtute Deum, ſed hominem in phantaſia apparuiſſe.
Apelitæ al. Princip.

Archontiaci à principibus appellantur; qui vniuerſitatem, quam Deus condidit opera eſſe Angelorum defendunt.
Archotiaci.

Adamiani vocati quod Adæ imitentur nuditatem, vnde, & nude orant, & nudi inter ſe mares fœminæque conueninnt.
Adamiani.

Cainani inde ſunt appellati: quoniam Cain adorant.
Cainani all. Calans, al. Canini.

Sethiani nomen acceperunt, à filio Adæ, qui vocatus eſt Seth dicentes eundem eſſe Chriſtum.
Sethadi.

Melchiſedechiani vocati pro eo quod Melchiſedech Sacerdotem Dei non hominem fuiſſe, ſed virtutem Dei eſſe arbitrantur.
Melchiſedechiani.

Angelici vocantur, qui Angelos colunt.
Angelici.

Apoſtolici hoc ſibi nomen ideo ſumpſerunt, quod nihil poſſidentes proprium, nequaqnam recipiant eos, qui aliquo in hoc mundo vtuntur.
Apoſtolici.

Cerdoniani. Cerdoniani à Cerdone quodam nominati ; qui duo contraria principia aſſeruit.

Marcioniſtæ. al. Creatori. Marcioniſtæ à Marcione Stoico Philoſopho appellati : qui Cerdonis dogma ſecutus alterum bonum, alterum iuſtum Deum, aſſeruit, tanquam duo principia creationis, & veritatis.

Artotyritæ. Artotyritæ ab oblatione vocati : panem enim, & caſeum offerunt dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & à fructibus ouium fuiſſe celebratam.

Aquarij. Aquarij appellati, eò quod aquam ſolam offerunt in calice ſacramenti.

Seueriani. Seueriani à Seuero exorti vinum non bibunt : Vetus teſtamentum, & reſurrectionem non recipiunt.

Tatiani. Encratitæ. Tatiani à Tatiano quodam vocati : qui & Encratitæ dicti, quia canes abominantur.

Alogi. Alogii vocantur tanquam ſine verbo λόγος enim Grecè, verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt reſpuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypſim.

Cataphrygis. Cataphrygis nomen prouincia Phrygia dedit, quia ibi ſteterunt auctores eorum, Montanus Priſca, & Maximilia fuerunt. Hi aduentus Spiritus ſancti non in Apoſtolos, ſed in ſe traditum aſſerunt.

Cathari. Cathari propter munditiem ita ſe nominauerunt : gloriantes enim de ſuis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum : viduas ſi nupſerint, tanquam adulteras damnant, mundiores ſe cæteris prædicant qui nomen ſuum ſi cognoſcere vellent mundanos ſe potius, quàm mundos vocarent.

Pauliani. Pauliani à Paulo Samoſateno exorti ſunt : qui dixit non ſemper fuiſſe Chriſtum, ſed à Maria ſumpſiſſe initium.

Hermogeniani. Galatas 4. Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati : qui materiam non natam introducens, Deo non nato eam comparauit. Matremque elementorum, & Deam aſſeruit, quos Apoſtolus improbat elementis ſeruientes.

Manichæi. Manichæi à quodam Perſa exriterunt, qui vocatus eſt Manes : hic duas naturas, & ſubſtantias introduxit, id eſt bonam, & malam ; & animas ex Deo, quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit : Teſtamentum vetus reſpuit, nouum ex parte recipit.

Anthropomorphitæ. Anthropomorphitæ dicti pro eo, quod ſimplicitate ruſtica habere humana membra, quæ in diuinis libris ſcripta ſunt arbitrantur, ἄνθρωπος enim Grecè, latinè homo, interpretatur, ignorantes vocem Domini, qui ait, *ſpiritus eſt Deus* ; incorporeus eſt enim nec membris diſtinguitur, nec corporis mole cenſetur.

Hierarchitæ Hierarchitæ ab Hierarcha autore exorti Monachos tantum recipiunt : coniugia reſpuunt. Regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani. Ali Nouati. Nouatiani à Nouatiano Romæ vrbis Presbytero exorti, qui aduerſus Cornelium cathedram ſacerdotalem conatus inuadere hæreſim inſtituit, nolens apoſtatas ſuſcipere rebaptizans Baptizatos.

Montani. Montani Hæretici dicti, quod tempore perſecutionis in montibus latuerunt, qua occaſione ſe à Catholicæ Eccleſiæ corpore diuiſerunt.

Ebionitæ. Ali. Profectum. Ebionitæ ab Ebione dicti, ſiue à paupertate : Chriſtum enim per profectum ſolum, virum iuſtum putant effectum, vnde competenter, Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati ſunt. Hi enim ſummi Iudæi ſunt, & ita tenent Euangelium, vt legem carnaliter ſeruent, aduerſus quos Apoſtolus ad

Galat. 5. Galatas ſcribens inuehitur.

Photiani. Photiani à Photiano Gallogræciæ Syrmi Epiſcopo nuncupati : qui Ebionitatum hæreſim ſuſcitans, aſſeruit Chriſtum à Maria per Ioſeph nuptiali coitu fuiſſe conceptum.

Æriani. Æriani ab Ærio quodam nuncupati ſunt : Hi offerre ſacrificium pro defunctis ſpernunt.

Ætiani. Eunomiani. Ætiani ab Ætio ſunt vocati : iidemque Eunomiani ab Eunomio quodam Dialectico Ætii diſcipulo ex cuius nomine magis innotuerunt, diſſimilem Patri aſſerentes filium, & filio ſpiritum ſanctum, dicunt etiam nullum imputari peccatum in fide manentium.

Origeniani

Origeniani ab Origene autore exorti ſunt : dicentes quòd non poſſit vide- *Origeniani.*
re filius Patrem ; nec Spiritus Sanctus filium, animas quoque in mundi princi-
pio peccaſſe dicunt, & pro diuerſitate peccatorum è cœlis vſque ad terras Ali *Terrelapſai.*
diuerſa corpora, quaſi vincula meruiſſe, eaque cauſa factum eſſe mundum.

Noetiani à quodam Noeto vocati, qui dicebant Chriſtum eundem eſſe, *Noetiani.*
& Patrem, & Spiritum Sanctum : ipſamque Trinitatem in officiorum nomi-
nibus non in perſonis accipiunt. Vnde & Patripaſiani vocantur quia patrem
paſſum dicunt.

Sabelliani, ab eodem Noeto pullulaſſe dicuntur : eius diſcipulum perhibent *Sabelliani.*
fuiſſe Sabellinum ex eius nomine maxime innotuerunt : vnde, & Sabelliani
vocati ſunt : Hi vnam perſonam patris, & filij, & ſpiritus ſancti aſtruunt.

Arriani ab Arrio Alexandrino Presbytero orti ſunt : qui coeternum Patri, *Ariani.*
filium non agnoſcens diuerſas in Trinitate ſubſtantias aſſeruit contra illud quod
ait Dominus : *Ego, & Pater vnum ſumus.* Ioannis 20.

Macedoniani à Macedonio Conſtantinopolitano Epiſcopo dicti ſunt ne- *Macedoniani.*
gantes Deum eſſe Spiritum ſanctum.

Apollinariſtæ ab Apollinari vocati ſunt dicentes chriſtum corpus tantum- *Apollinariſta.*
modo ſine anima ſuſcepiſſe.

Antidico maritæ appellati ſunt, pro eo quod Mariæ Virginitati contradicunt *Antidicho marita.*
aſſerentes eam poſt Chriſtum natum viro fuiſſe commixtam.

Metangiſmonitæ, ideo tale nomen acceperunt : quia ἄγγος Grecè vas di- *Metangiſmonita.*
citur, aſſerunt eſſe enim ſic in Patre filium ; tanquam vas minus intra vas
maius.

Patritiani à Patritio nuncupati ſunt, qui ſubſtantiam humanæ carnis à dia- *Patritiani.*
bolo conditam dicunt. Colluthiani à quodam Collutho nominati, qui dicunt *Colluthiani.*
Deum non facere mala contra illud, quod ſcriptum eſt : *Ego Dominus creans* Iſaiæ 45.
mala.

Floriani à Floriano, qui è contrario dicunt Deum creaſſe mala contra hoc *Floriani, al Flormiani, à Florinino.*
quod ſcriptum eſt, *fecit Deus omnia bona.* Geneſ. 1.

Donatiſtæ à Donato quodam Afro nuncupati, qui de Numidia veniens
totam penè Africam ſua perſuaſione decepit, aſſerens minorem Patre fi- *Donatiſta.*
lium, & minorem filio ſpiritum ſanctum rebaptizans Catholicos.

Bonoſiani à Bonoſio quodam Epiſcopo exorti, producunt Chriſtum Dei *Bonoſiani.*
filium adoptiuum non proprium aſſerunt.

Circum celliones dicuntur, eo quòd Agreſtes ſunt, quos Scototopicos vo- *Circumcelliones Scototopeni.*
cant ſupradictæ hæreſis habentes doctrinam. Hi amore martyrij ſemetipſos
perimunt vt violenter de hac vita diſcedentes martyres nominentur.

Priſcillianiſtæ à Priſcilliano vocati, qui in Hiſpania ex errore Onoſticorum, *Priſcillianiſta.*
& Manichæorum permiſtum dogma compoſuit.

Luciferiani à Lucifero Sardyniæ Epiſcopo orti : qui Epiſcopos Catholicos, *Luciferani,*
qui Conſtantii perſecutioni perfidiæ Arrianorum conſentientes erant, & po- *al. inſtanti.*
ſtea correcti in Catholicam redire delegerunt damnantes, ſiue quod credide- Aug de Agone Chriſtia-
rant, ſiue quod ſe credidiſſe ſimulauerant, quos Eccleſia Catholica materno no c.30.
recipit ſinu tanquam Petrum poſt fletum negationis, hanc illi matris charita-
tem ſuperbe accipientes ; eoſque recipere nolentes ab Eccleſiæ communione
receſſerunt, & cum ipſo Lucifero autore ſuo, qui manè oriebatur, cadere me-
ruerunt.

Iouinianiſtæ à Iouiniano quodam Monacho dicti : aſſerentes nullam nupta- *Iouinianiſta.*
rum, & virginum eſſe diſtantiam, nullumque inter abſtinentes, & ſimpliciter
epulantes eſſe diſcrimen.

Heluidiani ab Heluidio nominati : qui dicunt poſt Chriſtum natum alios *Heluidiani.*
Mariam filios de viro ſuo Ioſeph peperiſſe.

Paterniani à Paterno quodam exorti : inferiores corporis partes à diabolo fa- *Paterniani.*
ctas opinantur.

Arabici nuncupati eo quod in Arabia exorti ſunt ; dicentes animam cum *Arabici.*
corpore noſtri atque in nouiſſimo vtrumque ſurgere.

Tertullianiſtæ dicti à Tertulliano Presbytero Africanæ Prouinciæ ciuitatis *Tertullianiſta.*
Carthaginenſis, animam immortalem eſſe ſed corpoream prædicantes, & animas

pecca

peccatorum hominum poſt mortes in dæmones verti putantes.

Taſſareſca decatitæ. Taſſareſcæ decatitæ, dicti quod decima quarta luna Paſcha, cum Iudæis obſeruandum contendunt. Nam τέσσαρες à quatuor ſeu à decem ſignificat.

Nyctages. Nyctages à ſomno nuncupati, quod vigilias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicentes iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani. Pelagiani à Pelagio Monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponunt, dicentes ſufficere voluntatem ad, adimplenda iuſſa diuina.

Neſtoriani. Neſtoriani à Neſtorio Conſtantinopolitano Epiſcopo nuncupati, qui Beatam Mariam Virginem, non Dei, ſed hominis tantummodo aſſeruit Matrem: vt aliam perſonam Carnis, aliam faceret Deitatis: nec vnum Chriſtum in verbo Dei, & carne credidit: Sed ſeparatim, atque ſeiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicauit.

Eutychiani. Eutychiani dicti ab Eutyche Conſtantinopolitano Abbate, qui Chriſtum poſt humanam aſſumptionem negauit exiſtere in duabus naturis: ſed ſolam in eo diuinam aſſer. eſſe naturam.

Acephali. Acephali dicti id eſt ſine capite: nullus enim eorum reperitur author, à quo exorti ſint. Hi trium Calcedonenſium capitulorum impugnatores, duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & vnam in eius perſona naturam prædicant.

Theodoſiani. & Gaianiſtæ. Theodoſiani & Gaianiſtæ appellati, à Theodoſio, & Gaiano, qui temporibus Iuſtiniani principis in Alexandria populi peruerſi electione, vna die ordinati ſint Epiſcopi. Hi errores Eutychetis, & Dioſcori ſequentes Calcedonenſe Concilium reſpuunt: ex duabus vnam in Chriſto naturam aſſerunt: quam Theodoſiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt.

Agnoitæ & Tritheitæ. Agnoitæ, & Tritheitæ à Theodoſianis exorti ſunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad peruerſitatem, à qua exorti ſunt id adiiciunt, quod Chriſti diuinitas ignoret futura, quæ ſunt ſcripta de die, & hora nouiſſima, non recordantes Chriſti perſonam in Eſaia loquentis. *Dies iudicii in corde meo.* (Eſaiæ 30.)

Tritheitæ. Tritheitæ verò vocati, quod ſicut tres perſonas in Trinitate: ita quoque tres aſſerunt Deos eſſe contra illud quod ſcriptum eſt. *Audi Iſrael: Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt.* (Deut. 6.)

4 In ſuper idem Gratianus alias hæreſes ſine nomine recenſet, dicendo ex Iſidoro, *vbi ſuprà*, quòd ſunt aliæ hæreſes ſine auctore, & ſine nominibus, ex quibus alij putant triformem eſſe Deum, alii Chriſti diuinitatem paſſibilem eſſe dicunt: alii Chriſti de Patre natiuitati initium temporis dant, aliæ liberationem hominum apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credunt, aliæ animam imaginem Dei negant, aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcumque animalia exiſtimant (vt retuli, *ſub capite cum Chriſtus*,) aliæ de mundi ſtatu diſſentiunt, aliæ innumerabiles mundos opinantur, aliæ aquam Deo coæternam faciunt, aliæ nudis pedibus ambulant, aliæ cum hominibus non manducant, & quod relatæ hæreſes erant exortæ vſque ad illud tempus, & ab Apoſtolis, & à ſanctis patribus, vel Conciliis prædamnatæ, quæ dum in ſe multis erroribus prædiuerſæ, quæ dum in ſe multis erroribus dixiſſe inuicem ſibi diſſentiunt; communi tamen nomine aduerſus Eccleſiam Dei conſpirant, alia addit Gratianus, *in dict. capite in fine*, ad hæreſes, *Gainani*, & *Nicolaitarum*, eiuſdem hæreſis, & hæreſis, *Nonnatani. Anthropomorphitæ, & Anomiani Hierarchitæ, Montani, Metangiſmonitæ Schotopicos prædicauit*, ideſt, *Philoſophis Gentium Coropitas Calcedonenſium Theodoſiani Agnoitæ, & Triteytæ*, &c. poſt quos Patareni ſic vocati, eo quod parati erant mortem pro ſua hæreſi pati, vt Federicus inſinuat, *in ſua conſtit. inconſutilem*. §. 2. *& in conſtit. Innocent. IV.* cum aduerſus Theorem. 40. explicat: Scortia, *num.* 1. quo confert ad explicationem Rubrica, *Codice de hæreticis*, & Patarenis, Luterani, Zuingliani, Caluiniſtæ à Luthero, Zuinglio, & Caluino inuentoribus ſectarum, quæ profitentur in prouinciis relatis, in Alemania, Francia, & Anglia, magis vel minus.

Igitur,

5 Igitur, & nos addimus ex Clem. III. *hoc titulo*, ſectam Beguardorum, & Beguinarum Alemaniæ, & octo illorum errores; primus, *quod homo in vita præſenti, tantum, & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd reddetur pœnitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit: nam* (vt dicunt) *ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri.* Secundus, *quòd ieiunare non oportet, nec orare poſtquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus, quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritus, & rationi ſubiecta, quod homo poteſt liberè corpori concedere quidquid placet.* Tertius, *quòd illi qui ſunt in prædicto perfectionis, & ſpiritu libertatis, non ſunt ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Eccleſiæ obligantur, quia* (vt aſſerunt) *vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.* Quartus, *quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem ſecundum gradum perfectionis in præſenti aſſequi; ſicut eam obtinebit beata.* Quintus, *quòd qualibet intellectualis natura naturaliter eſt beata, quodque anima non indiget lumine gloriæ ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.* Sextus, *quòd ſe in actibus exercere virtutum eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe virtutes.* Septimus, *quòd mulieris oſculum* (cum ad hoc natura non inclinat) *eſt mortale peccatum, actus autem carnalis* (cum ad hoc natura inclinat) *peccatum non eſt, maximè cum tentatur exercens.* Octauus, *quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debent aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere, aſſerentes quòd eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate, & altitudine ſuæ contemplationis tantum deſcenderent, quòd circa miniſterium, ſeu ſacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſſionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent.*

6 Et quia idem Clem. V. *in Concilio Vien. & ſub d. Clem. III. fin. poſt medium,* dixerit nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie prædictos hæreſiarchas dicere, facere, & committere, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, graueque in ſe contineant periculum animarum, quod videmus ſæpiſſimè, & frequenter ſerpere inter tot tantoſque hæreſiarchas contra fidem Ca-
7 tholicam turbulantes. † Certumque ſit vt *ſuprà* inſinuauimus ſine vera Religione Regna diu conſiſtere non poſſe, iuxta Platon. *libro ſecundo de Republica, & libro ſeptimo,* & iuxta illud Cyrilli *in lib. de recta fide ad Theodoſium,* ibi: *Glorioſa Deum pietas Regis honoribus immobile fundamentum eſt, &c.* de quo videndus Epiſcop. Valenzuela *de ſtatus, & belli ratione ſeruanda cum Belgis, &c.* & Pater Adan. Contzen. *in ſuis libris de pace Germaniæ,* ibi: *vera enim ſtatus, & politica ratio à lege veri Dei eiuſque præceptis minimè deuiare debet,* & alij eruditè vt Ramirez *de lege Regia,* D. Anton. Cabrera, Cornelio à Lapide in Epiſtol. D. Iacobi *p. 1. verſ. 27.* in illa verba *Religio munda,* Renatus Coppinus *in tractat. de ſacr. politia forenſi libro tertio, titulo ſeptimo, numero duodecimo, verſ. at noſtra ætate,* & poſt relatos hæreſiarchas, multi alij inſurrexerint parum à noſtris temporibus, vt Lutherus, & alij illius ſequaces, quorum rabie in fidem Chriſti Regna, & prouincias fecerunt apoteſtatare à vera Religione, vt ſunt Regna Angliæ, & Prouinciæ Olandriæ; & quemadmodum Florentiſſimus ſtatus Conſtantinopolitanæ cœpit in deterrimum, & miſerrimum mutari, ex quo hæreſis Neſtorij orta eſt, vt obſeruauit Cardinal. Baron. *tom. 6. annal. ad annum Domini* 446. *numero* 6. & de Antiochena ciuitate variis terræmotibus à Deo monita, quòd cum nominis mutatione hæreticorum doctrinam deprauatam non reliquerit à Coſroe Perſarum Rege Caſtra incenſa, ſuis remanet ſepulta ruinis: idem Cardinal. Baron. *ad ann. Domini* 528. *num.* 22. *& ad annum Domini* 540. *tom.* 7. de quo plura alia exempla commemorant Peguera *in praxi capite* 3. *numero* 3. *& capite* 6. *à numero* 12. Paramus *de origin. inquiſit. lib.* 2. *titulo* 3. *capite* 6. Pegna *ad Eymeric. in direct. p.* 3. *comment.* 158. §. *caueant.* vbi ait: *niſi enim cauſa fidei in tuto ſit, & hæreſes extirpentur, Regna, & Dominia nequeunt diutius in pace conſiſtere, & conſeruari;* quod eſt iuxta illud Iſaiæ *capite* 60. *verſ.* 12. ibi: *Gens enim, & Regnum quoddam ſeruierit vbi peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur.*

Ideo tam *in textu noſtro*, quam *in aliis* 8
noſtri titul. & in d. Clem. III. curantes Pontifices ſuper eneruanda tali horrenda abominatione, aſſignant diligentias faciendas per Epiſcopos, inquiſitores, & iudices competentes circa obliterandos hæreſiarchas, omneſque caudas diuerſas & colligatas ad ſubuertendam fidem Chriſti, diffiniendo vt ſi qui de prædictis poſtquam fuerint deprehenſi redire noluerint ad agendam condignam pœnitentiam, aſperè puniantur, debitamque exerceant vltionem niſi abiuratis

prius ſpontè ſuis erroribus pœnituerint, & ſic ſuppoſita differentia, quam poſui, *ſub capite ad abolendam inter hæreſiarchas, & hæreticos*, iam ſub quæſtione ſequenti de iſtis breuiter agemus.

QVÆSTIO I.

An Hæreſiarchæ abſque miſericordia, & iam ſi conuerti velint pro prima vice tradendi ſint brachio ſæculari; & eſto admittantur an idem contingat, in hæreſiarcha; Dogmatiſta, ſeu Magiſtro errorum ſi hæreſim prædicauerint; & an ſicut torturæ ſubiici ſolent rei in ſancto officio ſuper intentione, qui hæreticas aſſertiones protulerunt idem practicandum ſit cum Dogmatiſtis, ſeu hæreſiarchis, qui negauerunt ſeſe hæreticam intentionem habuiſſe. Et quibus ſignis de pœnitentia eorum vera conſtare debeat vt Epiſcopi, & inquiſitores iudices, illos admittant benignè.

SVMMARIVM.

2 *Hæreſiarcha Dogmatiſta, & Magiſtri errorum ſunt tradendi foro ſæculari, vt comburantur etiam pro prima vice vt fit in hæreticis pro prima vice pro aliquibus delictis numero 2. & 3. alij quod prius ſint recipiendi ad pœnitentiam ex num. 4. & 5. vbi diſtinguitur ad num. 9.*

3 *Ius Canonicum circa puniendas hæreſes non dedignatur ſequi ius ciuile aliquando.*

4 *Berengarius hæreſiarcha, ad pœnitentiam, & abiurationem admiſſus fuit.*

5 *Hæreſiarcha nondum citatus, & admonitus non traditur curiæ ſæculari comburendus ſecus ſi citatus, & pluries admonitus.*

6 *Dogmatizantes, qui illico veniunt pœnitentes abiurare conſentientes ſunt recipiendi ad miſericordiam, non ſic ſi pertinaces adhuc reſilire noluerint, aut fingant, qui nec faciliter ſunt à carceribus liberandi num. 7.*

8 *Dogmatizantes, qui conantur ſubuertere principes eiuſque filios, &c. non ſunt dimittendi, & num. 9.*

9 *Magiſtri errorum ſi alios ſubuerterunt ſunt tradendi vt comburantur curia ſæculari ſecus ſi nulli.*

10 *Dogmatiſta, & Hæreſiarcha diminute faſſus torquetur, & quando illico relaxatur num. 11.*

12 *Signa pœnitentiæ maiora ſpectanda ſint in hæreſiarchis in quo debent inquiſitores eſſe attenti, & prudentiſſimi cum ſoleant fallere.*

13 *Hæreſiarchis pœnitentibus ſunt iniungendæ pœnitentiæ grauiſſimæ.*

AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum Hæreſiarchas Dogmatiſtas ac Magiſtros errorum tradendos quidem brachio ſæculari, vt comburantur iuxta, quæ dictà ſunt de relapſis, *in capite ad abolendam hoc titulo*, vbi etiam retuli aliquas delictorum ſpecies, in quibus pro prima vice non ſpectata relapſia traduntur ſæculari enormiſſa inquam committentes in Deum Chriſtum, eiuſque ſanctiſſimam matrem, vt de hæreticis, qui negant, Trinitatem, Diuinitatem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, eius conceptionem de Spiritu ſancto, mortem ipſius, vt nos redimeret, ac Virginitatem B. M. Virginis, iuxta conſtitut. Pauli IV. incipit: *Cum quorumdam hominum malitia*, quæ die 18. Maij fuit practicata dum in Eccleſia ſanctæ Mariæ, ſupra mineruam vnus pœnitens, quæ inciderat in caſu *dict. conſtit.* fuit brachio ſæculari relaxatus, vt atteſtatur Campan. *in diuerſ. iuris canon. Rubrica, 1. num. 47. in fine.* 1

Deinde quia ſic videtur procedere in aliis minoribus delictis, vt de quibuſdam Magiſtratibus, & Dominis Eccleſiaſticis, & temporalibus incidentibus in Schiſma, *ex dict. Paulo IV.* incipit, *Cum ex apoſtolatus officio*, de quo ſuo titulo *infrà* latè, item ex caſu de quo alia conſtit. Gregor. XV. *in tit. de ſortil.* quam refert Diana, *p. 4. moral. in fine*, inter alias bullas ſpectantes ad caſus tribunalis inquiſitionis de lamiis ſcilicet, quæ per maleficia aliquos occiderint, item, & in alio caſu nempe de celebrante miſſam, & adminiſtrante ſacramentum pœnitentiæ, cum ſacerdos non ſit, qui pro primo lapſu, etiam traditur ſæculari, vt dicit Cæſar 2

Carena,

Carena, *p.2. tit.11. de celebrantibus, & de omnibus idem tit. 2. de hæretic. pænit. & impænit.* §. 2. *num.*10.

3 Ergo optima ratione potuerunt, in ſpecie de hæreſiarchis, & Dogmatizantibus, ſic tenere Simanch. *de cathol. inſtit. tit.*47. *Rubrica de pænit. & conuerſ. à num.* 50. *& in enchirid. viol. Relig. tit.* 59. *Rubrica de Dogmatiſt. à num.*1. *repert. inquiſit. in verb. docere.* Ioan. Rojas, *de hæretic. p.*2. *à n.*339. *aſſert.* 43. ibi, pluribus hanc probat ſententiam. Vbi proponens contratiam illi reſpondet, & ſubdit quòd licet iure Canonico hoc cautum non reperiatur; ſufficiat tamen, ita iure ciuili ſtatutum fuiſſe cum nouum quidem non ſit quoad pœnam in crimine hæreſis ius canonicum ſuppleri per ius ciuile. Decianus, *in tractat. crimin. lib.*5. *cap.*53. *num.*3. *verſ. quinto*, & ſic refert Cæſar Carena, *de offic. inquiſit. parte* 2. *tit.*1. §. 33. *de hæreſiarchis, num.* 185. quod Rege Galliæ Sabaudiam occupante de anno 1555. vt teſtis eſt Gothofr. ab Auo, *in ſua, theorica crimin.* §. *hæreſis, num.*41. *&* 42. *& in tractat. Rituum quæſt.* 7. *à num.*15. quidam Genuenſium alumni, Camberij capti flammis exuſti ſunt, quod libros prohibitos vendidiſſent, & Caluini doctrinam ſpargerent, etenim hoc etiam conuenientiſſimum eſſet cum iſti noceant zizaniam imitantes, & ſic deprecationem facit ab Auo, ſuprà, *in verb. ſequentibus, vtinam Principes Chriſtiani* (ait) *has pænas ſemper hæreticis inferrent: quia peſtis hæc non tam latè vires ſuas ſpargeret, nec tam multis malis Chriſtiana reſpublica vexaretur.*

4 Verum quod non ſint ſæculari iudici, & curiæ tradendi Pegna dixit, vbi nonnullorum Conciliorum loca adducens, *comm.* 64. vt ſunt Viterenſe, & Tarraconenſe, eius verba referens, *in addit. ad Eymeric.* 2.*p. quæſt.*39. *d. comm.* 64. *verſ. an autem*, amplius pro hac ſententia ponderans verba textus, *in d. cap. ad abolendam*, vbi de admittendis hæreticis ad pœnitentiam ſi ſpontè veniant ante relapſiam latiſſimè fuit dictum, & *ex cap. ego Berengarius de conſ. diſt.* 2. vbi Berengarius hæreſiarcha ad pœnitentiam, & abiurationem admiſſus fuit, apertè docet idem Eymeric. *in direct.* 3.*p. Rubrica de modo* 8. *terminandi proceſſum fidei, num.* 188. *verſ. circa iſtum, & num.*189. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*54. *num.*47. loquens in caſu in quo pœnitentia vera ſit, & non ficta, & *direct. p.* 2. *fol.*274. *quæſt.*1. *verſ. dubitatio*, & *verſ. ſeq.* incipit, *item ſi multitudo*, & *quæſtione* 3. *verſ. perfecti verò*; vbi amplius quod ad intruſionem condemnantur perpetuam, & ibi Pegna, *comm.*35. *verſ. rurſus*: Didac. Cantera, *in ſuis quæſt. crim. Rubrica de hæreticis, cap.*1. *num.*7. *verſ. eſt*, nunc videndum, quæ ſententia ex verbis etiam *noſtri textus circa finem* §. 1. videtur comprobata, ibi: *ſi qui autem de prædictis poſtquam deprehenſi redire noluerint ad agendam condignam pænitentiam*, &c. quæ non de pœnitentibus, ſed potius de pertinacibus ſunt intelligenda iuxta notata, *in dict. cap. ad abolendam*, hancque practicatut Pia ſancta Mater Eccleſia, vocando ad pœnitentiam peccatores, vt ibi ponderatum fuit.

Et ſi in hac quæſtione admodum 5
DD. ſupra dicti pugnaient: ego inquam ad concordiam reducere conabor ſub diſtinctione caſuum, vt poſiti ſunt ſub inquiſitis quæſtionis noſtræ, ſic vt hæc vltima ſententia locum habeat quando hæreſiarcha non inquiſitus, & non citatus, aut vocatus ad pœnitentiam implorandam veniret: ſecus ſi poſt longum tempus frequentesque admonitiones ſe conuertiſſet, & præſertim ſi tempore, quo tradendus eſt curiæ ſæculari, ad doctrinam, quam adduxi, *in alleg. fiſcal. p.* 1. *allegat. num.*..... cum tunc potius illum 6
metus mortis, quam ſtudium veritatis ad petendam miſericordiam inducere videatur, vt bene aduertit ad Eymeric. Pegna, *in addit. directorij p.* 3. *quæſt.*39. *dict. comment.* 64. *item hæc ſententia*, & *verſiculo illos autem hæreſiarchas*, & clareſcit, ex his quæ diſtinxi, *ſub dict. cap. ad abolendam.*

Et ob id dicere potuerit Eymeric. *in direct. p.* 3. *Rubrica de* 8. *modo terminandi proceſſum fidei, num.*196. loquens de pœnitentibus conuerſis, qui etiam dogmatizauerunt, quod ſi tales ab Epiſcopis, ſeu inquiſitoribus deprehenſi de eorum erroribus informati ſtatim pœnitentes reſilire, & abiurare conſentiunt vtique, & recipiendi ſint ad miſericordiam, & cum illis etiam mitius agendum, verum ſi pertinaces ab erroribus reſilire nolunt, & tandem fortaſſe plus metu mortis, quam amore veritatis reſiliunt, ſeu potius reſilire ſe fingunt, & abiurant cum rariſſimè veraciter conuertantur, illiſque propterea non ſit magna fides adhibenda de eorum conuerſione, † tunc quidem vt ſe- 7
quitur Farinac. *de hæreſi, quæſt.*219. §.4. *ex num.*5. *&* 8. cum eis cautius agendum erit, nec faciliter à carceribus liberandi,

ſed aut per plures annos, aut perpetuo ne alios inficiant in dictis carceribus detinendi addentes, ſic etiam ad pœnitentiam recipiendos dogmatiſtas, qui metu mortis reſilierunt licet; bene eos non liberandus à carceribus.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondetur vt ſecunda communis opinio fallat in Dogmatiſtis, & Magiſtris errorum, qui Regibus Principibus Reginæ, aut eorum filiis filiabusve, hæreſes perſuaſerunt, aut perſuadere conati ſunt; iſti inquam tales perſonas ſubuertere curantes maximum nocumentum Reipublicæ Vniuerſæ Chriſtianæ gignunt, & ob id nullo modo illis parcendum eſſe ſuadetur ex caſibus, *à num.* 1. adductis, vt in terminis docent idem Simanch. *vbi ſuprà*, Frao. Pegna, *in addit. ad Eymeric. in direct. inquiſit. p.2. quæſt.*39 *dict. comm.*64. *verſ. poſtremo*, Lælius Zech. *in ſumma p.* 1. *tit. de fide, Rubrica de hæreſi cap.*11. *num.* 17. *verſ. fallunt tamen prædicta.* Farin. *d.* §. 4. *num.*9. Cæſar Carena, *de offic. inquiſit. dict.* §. 33. *ſub num.* 185. *verſ.*3.

9 Et ſimiliter tradendi ſunt brachio ſæculari abſque miſericordia quando Magiſtri errorum cum eorum doctrinis, & Magiſteriis nocuerint aliosque ad ſuos errores ſeduxerint; ſecus, ſi nulli: nam tunc, vt poſſit procedere ſecunda opinio tradit Farinac. *ex dict.* Simanc. & Fran. Pegna, *in relatis locis*, & Lælio Zechio, *d. cap.*11. *num.*17. *in d.quæſt.*192. §.2. *num.*10. & ſic idem Pegna, *d. quæſt.*39. *comm.* 64. *verſ. nec illis*; dixit propterea eis non eſſe indulgendum, qui præceptis comminationibus pœnis præmiis, promiſſionibus iuratis, aut aliis ſimilibus modis conati ſunt aliquos ad hæreſim trahere videndi ſunt, etiam Zanard. *in ſumma de fide* §. 14. *dico verſ. ſunt morti adiudicandi.* P.Maſſin. *in praxi p.*9. *aſſert.* 79. *primæ impreſſion.* & *vbi ſuprà*, Carena etiam, *verſ.* 2.

10 Ad tertiam quæſtionis partem quia aliquid de tortura ſuper intentione dictum eſt, *ſub cap. ſicut, cap. ad abolendam*, hic, & quarè ſoleant rei ſancti officij torqueri ſuper intentione, nunc in propoſito, de hæreſiarchis, & Dogmatibus videtur diſtinguendum, aut Dogmatiſta fatetur ſe dogmatiſtam fuiſſe & fatetur ſe habuiſſe hæreticam intentionem, & tunc vt non ſit relaxandus brachio ſæculari, & ſi acrius puniendus ſit hæreſiarcha quam ſimplex hæreticus. Vel ingenue fatetur ſe fuiſſe dogmatiſtam negat tamen intentionem, & tunc ſub diſtinctione nam ſi plenè probatum non ſit in actis ſancti officii fuerit, ne dogmatiſta, vt locus poſſit eſſe torturæ ſuper intentione dixit Cantera, *in ſuis quæſtion. criminal. cap.* 1. *de hæret. num.* 70. *verſ. eſt nunc videndum*, ſed contra docent Pat. Maſſin. *in praxi dict. p.*9. *prima impreſſ.* Carena, *vbi ſuprà num.*189. dicentes praxim Canteræ eſſe duram, & ſic potius forè in hoc caſu conſulendum ſupremum inquiſitionis Tribunal. † Vel aut fatetur ſe 11
fuiſſe dogmatiſtam de quo eſt conuictus, & tunc ex eodem Cantera; idem Cæſar Carena concludit, quòd ſi neget intentionem non ſit torquendus ſuper hoc, ſed relaxandus brachio ſæculari, quia ex hoc de facto principali, eſt conuictus, & de eo plene conſtat, quam per ſuam confeſſionem præſumitur negare intentionem hæreticam, vt eludat Eccleſiæ iudicem.

Ad vltimum quibus ſignis conſtare debeat pœnitentia vera Hæreſiarchæ, ſiue 12
Magiſtri erroris, & quia iam diximus, *ex textu noſtro, & dict. cap. excommunicamus* 11. iſtos diuerſas caudas ſimulare, & Decianus dicit hoe eſſe multis experimentis notandum, *d. lib.*5. *crim. cap.*54. *num.* 47. enumerans quanta ſint tentanda, & dico quod debent eſſe prudentiſſimi inquiſitores in perquirendo an puro corde & non ficte conuertatur cum non facile credendum ſit quempiam ab extrema impietate repentè diſcedere voluiſſe, & propterea in illis maiora quam in aliis pœnitentibus pœnitentiæ ſigna exquirenda ſint, vt per Simanch. *de catholic. inſtit. d. titulo* 47. *Rubrica, de pæn. & conuerſ. num.*71. Franc. Pegna, *in addit. ad Eymeric. dict. p.* 2. *quæſt.*39. *dict. comm.* 64. *verſ. tamen ſi.* Farinac. *dict.* §. 4. *num.*12. † dicentes 13
iſtis pœnitentibus iniungendas eſſe grauiſſimas pœnitentias, nec eas mitigandas niſi poſt longum tempus, & poſt manifeſtiſſima veræ pœnitentiæ ſigna conuerſionis, & humilitatis, & cum his abſoluitur textus iſte 5. Auguſti, in feſto ſanctæ Mariæ ad niues, anni 1666. vtinam in eius laudem, & vt proſternat tales Magiſtros erroris comminiſcentes in eam, in fidemque Chriſti Domini.

AD

AD TEXTVM

In Cap. Abſolutos fin. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

1 QVIA plenè, & de præciſa materia ad intellectum huius textus dixi *ad textum in cap. vergentis hoc tit. in 1. p. alleg. fiſcal. S. Officij alleg. 47. ſub quæſtiunculis ſequentibus: An debitor hæretici liberetur à debito, & ab omni alia obligatione propter hæreſim creditoris, & illius ad cuius fauorem ſe obligauit: Quid ſi iurauit obligationem: Et an ſibi retineat, aut teneatur nihilominus ſoluere fiſco cui bona hæretici applicantur confiſcata: Et an filij liberentur à patria poteſtate: Et ſerui à Domini ſeruitute: Et omnes à fidelitate debita hæretico: Et quid de eo, qui iurauit ſecreta die ſoluturum: Et antequam dies aduenit eis in cuius fauorem, eſt facta promiſſio incidit in excommunicationem*, ideo nihil plus addimus finemque imponimus huic titulo, &c.

Praxis in defunctorum, & abſentium cauſis.

SVMMARIVM.

1. *Praxis in cauſis defunctorum, & hæreticorum inſinuatur*, remiſſiuè *num. 2. & quæſt. 1.*

1 ET quia ſub illo non ſit aptus locus ad tractandum de proceſſu formando aduerſus defunctos hæreticos præter nonnulla fragmenta poſita diſperſim *ſub noſtro titulo, & ſub dictis alleg. fiſcal.* Nec vbi de proceſſu contra hæreticos fugitiuos abſentes, & contumaces niſi etiam præter nonnulla fragmenta *ſub hoc tit.* & *ſub dictis allegat. fiſcal.* præcipuè *ad textum in cap. cum contumacia hoc tit. lib. 6.* ac de hac materia plura poſſis adiungere ex his, quæ dixi *in 2. p. ſub allegat. 9. per totam*, & item quoad cauſas defunctorum, *allegat. 8.* vbi de illis quæſtiunculis: *An in S. Officio valeat pronunciari ſententia diffinitiua aduerſus aliquem defunctum, quia antequam conuictus de hæreſi formali, nec confeſſus mortuus fuit poſt concluſum in cauſa ſuſpectus de hæreſi per depoſitionem aliquorum teſtium, aut per alias præſumptiones condemnando eum abiuratione de leui, ſiue vehementi, aut aliqua mulcta pecuniaria:* Et ibi *alleg. 10. an nepotes alicuius pœnitentiati in ſancto Officio, qui conſenſit ſententiæ nec ab ea appellauit poſſint poſt centum, aut quinquaginta annos plus minuſvè appellare, ſeu ſolicitare vt reuideatur proceſſus ad hoc vt ſi ex actis appareat innocentia pœnitentiati ob non iuſtam, & minus Theologicam cenſuram aliquarum propoſitionum memoria defuncti abſoluatur & conſequenter obtineant à D. Inquiſitore generali vna cum conſiliariis teſtimoniũ non obſtantia quominus dicti nepotes aliiue deſcendentes adipiſcentur honores puritatis, & nobilitatis, qui ſolent impertiri in communitatibus, Eccleſiis, & collegiis confraternitatibus in Conſilio ordinum, ac Tribunalium S. Inquiſitionis:* & ibi *alleg. 12. teſtimonium non obſtantia an denegari valeat filiis, aut hæredibus illius, qui fuit incarceratus in ſancto Officio ſi illud petit ne impediatur conſequi honores nobilitatis, aut puritatis, quod aſſequi intenderint in aliis communitatibus talia ex ſtatuto expoſcentibus*, & item aliquid adoptabile ibi *alleg. 11.* vbi de illa: *hæretici nationales audiri ne debeant paciſcentes ſuper ſepulchris conſtituendis cum tumulis inſcriptionibus lapideis, aliiſve pompis in Regnis Catholicorum.* Quod conuenit textui *ſupra in cap.....* vbi quod hæreticis negantur Eccleſiaſticæ ſepulturæ aliæque honorificæ exequiæ.

Et quia in cauſis defunctorum, & abſentium praxis ponitur à Paulo Garcia in libello de modo proceſſandi in ſancto officio contra abſentes *ex fol. 47. & 55.* vbi ponit edictum ad eos vocandos vt compareant, *& à fol. 64.* vbi etiam incipit ab edicto contra memoriam, & famam *ex inſtruct. 61. 62. & 63.* qua inquiſitores, ac notarij ſecreti inſtruuntur: ideo ad illum in actu practico te remittimus, & ſolum notantur *infrà* quæſtiones ſequentes.

QVÆSTIO I.

An ſicut morte alia delicta extinguuntur, ita & in crimine hæreſis tam quoad punitionem memoriæ defuncti, quam ad confiſcationem bonorum: Et num detur locus præſcriptioni temporis:

catio contra defunctos hæreticos quare locum habeat cum iuxta iuris regulas crimina morte extinguantur, vbi cum teneantur filij, & hæredes delinquentis defuncti ante, vel poſt litem conteſtatam, vbi in quibus alijs caſibus de iure antiquo confiſcatio fuerit, ad & ibi: *allegat.* 59. ad alia dubia vbi *an ſit ſufficient condemnatio in publicijs iudicijs vt contra hæredes actio detur, etiamſi defunctus appellauerit*, vbi, *quid quando condemnatio non erat præſcripta, ſed tantum concluſum*, & an quaodo *reus eſt confeſſus, & conuictus teneantur hæredes*, & an quando *apponitur ipſo iure in delinquentem, ſine litis conteſtatione ab hæredibus repeti poſſit*: Et an ſit *neceſſaria ſententia declaratoria*, (& poſt alias ibi poſitas quæſtiunculas) *ibi quatenus teneantur hæredes ſi lis conteſtata non ſit*, & quid *ſi non ad pœnam, ſed ad rei perſecutionem agatur*, & *an contra hæredes in prælibatis caſibus agatur inſtantia vetera, aut noua*, & *quo modo ſententia formanda ſit*, & *qualiter prædicta auctore mortuo, vel accuſatore practicentur reſpectu hæredum, & ſub d. allegat.* 59. *numero* 41. 42. & 43. poſui conducibilia ad hæc vbi quod defuncto accuſatore poſſet quilibet alius proſequi accuſationem intra 30. dies, & poſt illos accuſare de nouo, *item*

4 † *quod quamuis morte extinguatur delictum poterit eius hæres petere vt declaretur defunctum non deliquiſſe ob euitandam infamiam, & quod etiam extranei non hæredes debent admitti ad purgandam memoriam defuncti habita informatione vera, & iuridica propter fauorem liberationis loquendo de delictis publicis in quibus venit imponenda corporis pœna, & confiſcatio bonorum.*

5 Ad illud an detur locus præſcriptioni temporis, vt diſſoluas in crimine hæreſis adiunges hic quæſtiones, quas ſcripſi, & tractaui *in capite* 1. *de præſcription. p.* 2. vbi de illa *an res fiſci ex crimine hæreſis præſcribantur*, & ibi: *quæſtione* 3. *an Epiſcopus conuerſus ad fidem ex hæreſi recuperet loca ſuæ Diœceſis, quæ ab alio Epiſcopo fuerint conuerſa*, & propriùs *in capite ad aures* 6. *quæſtione* 3. *de præſcript. & in capite ſanctorum* 2. *ibi, quæſtione prima*, vbi de illa, *an bona applicata fiſco vt præſcribantur deſideretur ſemper quadragenaria præſcriptio tam in foro ſæculari, quam Eccleſiaſtico, etiam ex cauſa hæreſis, & ad aliam applicabis quæſtionem*, de qua *in capite cum te* 23. *de ſentent. & re iudicata quæſtione* 4. latè *ſub* 1. *p. allegat. fiſc.* 1. *p. allegat.* 9. io *verſ. ad tertiam*, an *confiſcatio bonorum ob delictum valeat aliquo temporis ſpatio per exceptionem elidi*, & *à numero* 15. *verſ. ad quartam*, an *actiones fiſcales per vſucapionem, aut præſcriptionem extinguantur.* Et *à numero* 25. *verſ. ad quintam quare quadrienníj, ſeu quinquennij præſcriptio admiſſa ſit in rebus fiſcalibus contra iuris regulas.* Vbi quòd in hæreticis, *& verſ. ad vltimam*, an *vt procedi poſſit contra hæreticum facultas extinguatur aliqua præſcriptione.*

Ad tertium, an inquiſitores contra fau- 6
tores & alios de hæreſi ſuſpectos, poſt mortem procedere poſſint, & cum de iſtis latè ſit dictum *in capite ſicut* 8. *hoc titulo*, ad propoſitum reſpondetur breuiter poſſe procedi contra defuncti memoriam, ſi verè hæreticus fuiſſet non ſi tantum fautor, defenſor, & receptator, & ob id tantum de hæreſi ſuſpectus, quia hæreſis ſuſpicio extinguitur morte ſuſpecti *vt ſub d. Rubric. de ſent.* & re iudicata dixi ita contra Ludouic. à Paramo *de origine lib.* 3. *Rubr. de ordin. iudic. & num.* 34. docent ſimoniacas male adductus à Paramo *de Catholic. inſtitut. titulo* 46. *numero* 77. & Franc. Pegna *in addit. ad Eymeric. in* 3. *p. comment.* 22. *verſ. & ratio, & comment.* 92. *verſ. alterum caput.* idem Simanc. *titulo* 18. *Rubrica de defunctis* 2. † qui *d. nu-* 7
mero 77. *titulo* 46. de pœnis generaliter, dixit ſuſpiciones quantumuis vehementes morte extingui reorum: nam vt memoria defuncti queat damnari, debet apertè conſtare plenè, & concludenter de ipſa hæreſi formali: Farinac. *de hæreſi quæſtione* 197. §. 3. *numero* 103. Carena *de offic. inquiſit. p.* 2. *titulo* 19. §. 3. *numero ſeptimo*, Acuña Archiep. Brachar. *in capite decimo quarto diſt.* 23. *numero ſexto*, vbi quod non poteſt poſt mortem procedi contra fautores hæreticorum, vbi ſuſpectos de hæreſi, ad eorum memoriam damnandam.

Tamen alij limitant, ſiue declarant 8
quando ante mortem fuiſſet iam inceptus proceſſus contra ſuſpectum de hæreſi, tali in caſu dicunt inquiſitores poſſe proſequi cauſam contra ſuſpectum de hæreſi mortuum, ſed quod non poſſint hæredibus defuncti aliquam pœnam pecuniariam imponere: Zanchin. *in tractat. de hæreſi capite* 24. *numero* 3. Decian. *in tract. crimin. libro* 5. *capite* 57. *numero* 6. iuxta ea etiam, quæ ſcripſit legendus Farinac. *d. quæſtione* 197. *à numero* 9. *& numero* 15. 23. & 25. Rojas *in tractat. de hæretic. p.* 2. *numero* 307. Pegna *vbi ſupra*, Simanc. *in Enchirid. titulo* 62. *de mortuis numero* 6. & ſic idem Farinac. *d.* §. 3. *numero* 104. cum

multis

multis idem tenet de receptatoribus, &
defenſoribus hæreticorum cum proximè
relatis, & aliis, & licet in credentibus
hæreticorum idem arguatur ex dictis la-
tè de iſtis *ſub d. capite ſicut* 8. *hoc titulo*,
tamen quia ibi quando credentes ſunt
errorum hæreticorum, tunc ex ibi dictis
benè alij doctores contra *repert. inquiſit. in*
9 *verb. credentes verſ. an accuſatio*, † docent
poſſe inquiſitores procedere contra illos
etiam mortuos antequam proceſſus in-
ceptus foret, ſic Decian. *d. libro* 5. *cri-
min. capite* 57. *numero* 6. *in fine*, Pegna *in
addit. ad Eymeric. p.* 3. *comment.* 92. *verſ.
cæterum*, vbi loquitur de credentibus hæ-
reticorum erroribus, & de defendenti-
bus eorum errores: Farinac. *d.* §. 3. *nume-
ro* 105. iuxta diſtinctiones, quas poſuit
quæſtione 182. *numero* 121. quas & ego
ſcripſi *ſub d. capite ſicut*: eo inquam, quia
tales in hoc caſu ſunt hæretici vna cum
ipſis hæreticis: ſecus quando remanent
tantum ſuſpecti, vt ibi diſtinxi.

10 Et ſic quòd memoria pœnitentis hære-
tici damnari non poteſt, nec debet ab in-
quiſitoribus, quia ſi conſtat de vera pœ-
nitentia, etiam hæreſiarchæ admittuntur,
& audiuntur, non quidem in aliis reis
non ſic maleuolis ſancti Officij debet
exequi, vt ne quidem ad eorum dam-
nandam memoriam procedant: cùm cer-
tum ſit *ex textu in capite à nobis el* 2. *de
ſent. excommunic.* vbi gloſſa, & DD. Si-
manch. *de Catholic. inſtitut. titulo* 3. *Rubr.
de abſolut.* Decian. Azor, & alij quos ſe-
quitur Farinac. noſtrum caſum defen-
dens, *d. quæſtione* 197. *numero* 121. *& quæ-
ſtione* 193. *& numero* 20. *&* 21. cum Vm-
bert. Locato, & aliis vtcumque pœni-
tentes, etiam poſt mortem abſolui à pœ-
nis impoſitis contra hæreticos proteruos,
quorum memoria damnatur: Carena *ti-
tulo* 19. *p.* 216. *num.* 12. *verſ. damnata.*

11 Ad quartam partem quæſtionis dico
quod quando memoria defuncti dam-
nanda eſt, citandi ſunt filij, & hæredes
ad ſuſcipiendam eius defenſionem qua-
tenus ſuſcipere velint cum eorum in-
terſit, tum propter conſeruationem fa-
mæ, tum etiam propter confiſcationem
bonorum: Calderin. *de hæretic. Rubric.* de
his, *qui fuerunt conſolati ab hæreticis num.* 1.
verſ. in 2. *Concilio*, & *in Rubrica de mat.
proceſ. inquiſit. numero* 13. Zanch. *in tract.
de hæretic. capite* 24. *numero* 8. Simanch. *de
Cathol. inſtitut. titulo* 18. *Rubrica de defun-
ctis numero* 15. *& titulo* 19. *Rubrica de filiis,
& min. numero* 21. *& titulo* 52. *Rubric. de
procur. numero* 5. *& in Enchirid. titulo* 43.
numero 3. † vbi amplius quod filij, & hæ- 12
redes defuncti inquiſiti de hæreſi admit-
tuntur ad illius defenſionem, etiam per
procuratorem, de quo ſpecialiter dixit Fa-
rinac. *de hæreſi d. quæſt.* 197. *numero* 83.
idem Simanch. *in Enchirid. titulo* 62. *Ru-
bric. de mortuis num.* 8. *& titulo* 63. *Rubrica
de filiis hæret.* vbi declarat niſi pater per-
tinax, vel plenè confeſſus deceſſiſſet: in
iſtis enim caſibus non admittendos, ad
defendendum filios, & hæredes, etiam
tenuit Decian. *d. lib.* 5. *crimin. capite* 57.
numero 8. vbi quod nihilominus citandi
ſunt, etiam quòd mortuus fuiſſet contu-
max, & etiam quòd hæreticus fuiſſet pro-
ceſſatus ante mortem, & perſonaliter ad
ſententiam citatus: imò, & quòd citan-
di ſunt hæredes, nedum præſentes, ſed
etiam abſentes, & etiam incerti ex Bel-
lamera, quem allegat *in deciſ.* 88. *& ſeq.*
Rojas *ſing.* 134. *num.* 11. Pegna *in addit. ad
Eymeric. in direct. inquiſit. p.* 3. *comment.* 92.
verſ. hæc accuſatio, *& ſeq. & verſ. cum
reus moritur*, de quo idem Farinac. cum
aliis *d. quæſt.* 197. §. 3. *numero* 106. idem *in
praxi crimin. quæſt.* 10. *numero* 83. † imò Al- 13
beric. cum pluribus contrariis reſpondens
dicit quemlibet ad illum defendendum
admitti *in Rubric. Cod. hoc titulo*, Simanc.
de Catholic. inſtitut. titulo 18. *Rubric. de de-
functis numero* 17. addit quod ſi nemo de-
fenſor apparuerit iudex idoneum defen-
ſorem eligere debet: Decian. *in crimin. ca-
pite* 37. *libro* 5. *& d. capite* 57. *num.* 10. vbi
amplius quod citandi ſunt per edicta om-
nes, qui prætendunt defendere defun-
ctum, ita vt ſi nullus appareat iudex ex
officio defenſionem nominet, idem Si-
manch. *d. num.* 17. dicit quod debet per
tres citationes affixas, in valuis Eccle-
ſiæ citari quicumque qui prætendat de-
fendere memoriam defuncti: Pegna
in addit. ad Eymeric. d. con. 92. *verſ. termi-
mino elapſo*, & *verſ. illud præterea*: Farinac.
d. §. 3. *num.* 108. ſed Rojas *ſing.* 39. dixit
quod quando damnatur memoria de-
functi ad illius defenſionem non admit-
tuntur extranei, ſed filij, & hæredes,
quod mihi videtur ex quotidiana praxi,
quam vidi, & colligitur ex verbis edicti
poſiti à Palao Garcia *citato ſupra in princ.
f.* 64. ibi: *aquiem por infamia.*

Ad quintam quæſtionis partem de pro- 14
batione requiſita ad damnandam de-
functi hæretici memoriam, dico plenam
deſiderari, ſic vt non ſufficiant ſolæ præ-
ſumptiones, & ſuſpiciones cum aliis Farin.
d. quæſt.

*d. quæſt.*197. *nu.*103. Carena *de offic. inquiſ. d. p.* 2. *titulo* 19. *numero* 9. §. 5. adducens ex Pegna *d. comment.* 92. *p.* 3. *verſ. in hac cauſa* ex Simanch. *in Enchirid. d. tit.*62. *num.*5. contra defunctum pleniorem, & clariorem deſiderari probationem, quam contra viuentem, Farinac. *d.* §. 3. *num.* 120. Rojas *de hæretic. p.* 2. *n.*13. vbi comprobat ex inſtructionibus S. Officij Marrit. Hiſpal. & Granatenſ.

15 Vnde ſequitur quod ſi de hæreſi inquiſitus proceſſu pendente obierit cauſam inquiſitores proſequi debent (vt dictum eſt) vel vt eum abſoluant, vel eius memoriam damnent ſi ipſius hæreſis plenè probetur: nam ſi ſolummodum de hæreſi ex probationibus ſuſpectus redditur non poterit eius memoria damnari, etſi benè poſſit declarari ſuſpectus de hæreſi ex præſumptionibus, & probationibus; vt dicunt Simanc. *in Enchirid. tit.*6. *num.* 6. Deciau. *d. capit.* 57. *numer.* 6. *verſ. quod intellige verum*, Carena *ſupra d.* §. 5. eum Farinac. *numero* 99. qui & addit ex Rojas *de hæretic. p.* 2. *num.*107. & Simanch. *inſtit. Cathol. tit.*118. *num* 13. vt non poſſint hæreticæ prauitatis iudices ob ſuſpicionem illam pœnam pecuniariam imponere hæredibus ſuſpecti.

16 Ad ſextam de ordine procedendi, dico primo quòd poſt mortem hæretici mortui promotor fiſcalis debet inſtanter accuſationem proponere petendo procedi contra rei memoriam propoſito libello, de quo *repert. inquiſit. in verb. libellus verſ. forma libelli:* Pegna *d.* 3. *p. comm.* 922. *verſ. cum itaque*, Ludouic. à Paramo *de origine inquiſit. d. quæſt.*4. *num.*85. qui libellus eſt intimandus omnibus quorum intereſt defuncti memoriam non damnari: Caldas *in l. vnica Cod. ex delicto defuncti p.* 4. *num.*5. vbi quod ſunt citandi filij, & hæredes, ſi illius memoria damnatur, probatur ex dictis *num. præced.* & facit doctrina *textus in capite filij, vel hæredes hoc titulo* 6. Pegna *ſupra verſ. hæc accuſatio:* Paramus *d. quæſt.* 4. *num.* 186. Farinac. *d. quæſtione* 187. *nu.*106. Zanard. *in ſumma decem præcept. p.* 2. *capite* 142. *verſ.*6. *poſt benè*, qui etiam dicunt proponendum eſſe edictum, quo quiuis admittatur ad defuncti defenſionem ſtatuto eis termino 30. vel 40. dierum, aut aliter iuxta Paul. Garciam *ſupra vbi fol.*63. *&* 64. dicit faciendas eſt diligentias ad ſciendum num ſint aliqui, vel hæredes defuncti, vel aliqui alij habentes intereſſe ne fama illius damnerut legendo edictum in Eccleſia illudque poſtea in valuis eius affigendo poſt fiſcalis accuſando per tres terminos illorum contumaciam in non comparendo, & quod veniens defenſor eſt admittendus, alias nominatur defenſor cum quo proceſſus inſtruitur: idem Paulus Garcia, ante illum Pegna, & Zanardus *verſ.* 6. *poſt definitum.*

17 Quod ſi defuncti memoria nullo modo oportet defendi, eſt deueniendum ad ſententiam contra prædefuncti famam, cuius formula habetur in Concilio Conſtant. *ſeſſ.* 8. *in ſent.* damnationis Ioanij, vbi Cleph. & apud *repert. inquiſit. verb. ſententia*, Decian. *d. capite* 57. *numero* 16. Pegna, & Carena *ſupra verſ. tandem*, vbi *ex d. Concil. ſeſſ.* 8. Pegna latiſſimè *ſupra* Paramo *d. lib.*3. *quæſtione* 4. *Rubric. de ordin. proced. à numero* 87. dicunt proferendam eſſe ſtatuam defuncti cum characteribus, & nomine ipſius coram, qua præſentibus inquiſitoribus per notarium ſecreti legitur ſententia continens rei errores, qua promulgata relaxatur brachio ſæculari, vt comburatur, imò, & eius oſſa ſi diſcerni poſſint ſunt exhumanda, bona confiſcanda, & eorum filij declarandi inhabiles iuxta iura, quæ adducunt Pegna *d. comment.* 92. *verſ. & ex hoc capite*, Sanchez latè *in ſumm. lib.*7. *cap.* 27. *& ſeq.* Carena *d.* §. 6. *verſ. antequam, & verſ. damnata.*

18 Et quandoque domus rei euertitur, area dirutæ domus ſale conſpergitur, & in eadem area columnella erigitur totam rem geſtam indicans: ſic Pegna *d. comment.* 92. *verſ. quoniam vero:* vbi etiam ponit formulam ſententiæ ferendæ in euerſione domus hæreticæ, cuius memoria damnanda eſt: Zanch. *d. cap.*41. Repert. *inquiſ. verb. ſententia verſ. aliud genus ſententiæ*, & videndus eſt cum multis Farinac. *de hæreſi quæſt.*190. *à num.*30. & de formata ſententia contra famam Paul. Garcia *d. f.*67. cum clauſula qualiter formanda, ſi reus eſt clericus.

19 Verum ſi fortè dubitaretur, num ſtatua minoris hæretici defuncti eſſet comburenda reſpondetur affirmando, ſi minor, ſit maior 14. annis: ſiquidem, vt iam *ſuprà* diximus, *ſub capite ad abolendam in hac ætate*, minores coguntur abiurare, etſi pertinaces ſint curiæ ſæculari tradantur: Simanch. *de Catholic. inſtit. titulo de minoribus:* Carena *d.* §. 6. *verſ. dubitari:* vbi refert ſic in Congr. Cremonæ fuiſſe concluſum, & ſucceſſiuè executum anno 1558. ex atteſtatione Reue-

rendiſſ. P. Amid. *tom.* 3. *voto* 45. *num.* 6. *&* 7.

20 Vnde breuiter iam ex Farinacio cum pluribus agente reſolutiuè dico, ex eo *d. quæſt.* 197. §. 3. *ex num.*86. *primo*, quod memoria defuncti Epiſcopi damnari poteſt *ad textum in cap. ſi* quis Epiſcopus *hoc titulo*, Decian. *cap.* 57. *num.*3. & quod excommunicatus ſi per annum extitit in excommunicatione, poteſt eius memoria damnati, eo quod tali memoria damnata ponitur pœna excommunicationis ex infamia, & denegationis ſepulturæ ad tradita *in capite excommunicamus* 1. *hoc titulo*, §. 1. Farinac. *ſupra num.* 92. *&* 93. *& num.*97. vbi quod poteſt damnari memoria defuncti, qui hæreticos inſtituit *ad d. caput ſi Epiſcopus cum ſeq.* & etiam illius, qui poſtquam eſt defunctus probatus fuit plenè hæreticus etiamſi dum viueret de hoc non constaret, ex iam dictis hic *num.* 1.

21 Vltimò quidem vt poſſit, etiam procedi ad damnandam memoriam, illius qui dum eſſet incarceratus ſeipſum occidit pro hæreſi detentus ibi *numero* 90. cum talis propterea dicatur de hæreſi conuictus: ſic *numero* 90. cum Gundiſalno *de hæretic. quæſtione* 22. *numero* 1. *in fine*, Pegna *d. comment.* 92. *verſ. quod ipſum & verſ. de illo*, hoc niſi filij, aut hæredes probauerint, quod ipſe non ſe interfecerit, de quo caſu dixi *ad cap. vergentis hoc tit. allegat.* 54. *num. fin. à num.*13. *verſ. ad quartam:* vbi benè de hoc, & an eius bona confiſcentur, ibi leges, quia plenè in propoſito.

22 Et licèt foret dubium num nomina teſtium ſint edenda, cùm agitur de damnanda memoria defuncti, & aliqui per textum *in capite fin.* §. *ceſſante*, *hoc titulo*, *affirment*, *inter quos* Menoch. *conſ.* 383. *volum.* 4. latè tamen iuxta praxim ſancti Officij, negandum eſt, forent quidem plura inconuenientia, vt alibi dixi, quæ conſiderarunt Paramo *d. libro* 3. *quæſt.* 4. *numero* 50. Pegna *in direct.* 3. *p. comm.*124. *verſ. & certè*, ſemper Farinac. *d. hæreſi quæſtione* 188. *numero* 13. vbi quod quid ſit de iure, de conſuetudine, etiam vbi non adeſt potentia, nec ſubornationis periculum, nec publicantur nomina teſtium, nec denunciantium, ſicque inuiolabiliter in ſancto Officio Rom. obſeruari ſcribens Catena *ſupra* §. 7. vbi ſic reſpondit *ad d. caput fin.* item *ex conſtit. Pij IV.* incipit *cum ſicut*, impreſſa poſt direct. inter litteras officium; quia videtur derogatum *d. capite*, Pegna *d. comm.* 124. *verſ. tametſi.*

Contra abſentes verò, etiam per dicta, 23 quibus citantur proceditur iuxta formularium, quod *ex inſtruct. ſancti Officij*, concipit Paul. Garcia *ex fol.* 47. *ſupra de modo proceſſandi in ſancto Officio*, vbi vſque ad ſententiam ponit practicam procedendi contra hæreticos contumaces, iuxta *textum in d. capite cum contumacia hoc titulo, lib.* 6. de quo quamplura dixi ibi *in* 2. *p. allegat.* 9. *fiſcal. alleg.* 9. legenda & alibi, in eo libro etiam *ſub* 1. *p.* vt colliges ex ſummario *in verb. abſens, verb. contumax*, & *verb. defunctus*, quæ edicta dantur cum præfixione termini, & leguntur: dantur quidem vero duo vnum affigitur in valuis, in altero ſcribuntur notificationes factæ in domo rei, vxori ſuæ, ac filiis, & famulis, accuſantur tres reueldiæ, per quæ expeditur denunciatoria, quæ eſt publicanda cum edicto, & affigenda in portis Eccleſiæ: deinde ſi non comparuit (qui erit audiendus tunc in quocumque tempore) datur ſententia de cuius formula, & denunciatoria, *fol.*51. *&* 52. & de alia ſententia contra abſentem iam reconciliatum, *f.*53.*B. & f.*55. ponit aliud edictum ſi delictum eſt plenè probatum, & de ſententia contra abſentem cum ſit proceſſus in via ordinaria, *f.*57.*B. &c.*

A D

AD TITVLVM
DE SCHISMATICIS,
ET ORDINATIS AB EIS.

AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1. *Schiſma eſt verbum Gracum Latinè ſciſſuram ſignificans, id eſt vt ſit diuiſio per quam quis ab vnitate Eccleſia ſe ſeparat.*
2. *Shiſmatis, & hareſis differentia, qua & num. 3. 4.*
3. *Schiſmaticus poteſt eſſe licet nullum dogma contra ſenſum Eeccleſia confingat.*
4. *Hareſis pugnat cum fide non ſic ſchiſma.*
5. *Schiſmaticus dicitur qui non vult ſubeſſe Papa tanquam Eccleſia capiti, & Chriſts in terris vieario, & n. 7.*
6. *Schiſma nullum eſt quod ſibi tandem hareſim non confingat.*
7. *Schiſma propriè dicitur inobedientia Papa.*
8. *Papa ſolum verè, qui talis eſt debet obediri aliter in dubio.*
9. *Schiſmatici, qui ſe ab vnitate Eccleſia diuidunt, & ſegregant aliam Eccleſiam conſtituendo, ſunt proximi hareticis.*
10. *Schiſmatici ſumuntur largè vt in peccato mortali exiſtentes, ſtrictè vt proprium Epiſcopum expellentes, ſtrictiſſimè, vt, qui ſe diuidunt ab Eccleſia vnitate.*
11. *Schiſmaticorum ſpecies tres quidam haretici conſumati, quidam proximi hareticis, quidam ſtrictiſſimi, vt putantes probabili ignorantia aliquem eſſe Papam, qui verè electus non eſt, & num. 12.*
12. *Schiſma vna dicitur in fide, alia propter diuerſam fidem, alia ob diuerſam in actibus Eccleſiaſticis ſententiam cum diſtinctione ab Epiſcopali audientia.*
13. *Schiſma aliquando eſt cum hareſi, aliquando ſine illa.*
14. *Schiſmatici peccatum propriè eſt ſpeciale diſtinctum ab hareſi, & qualiter.*
15. *Schiſma opponitur paci, hareſis fidei.*
16. *Schiſmaticorum materiam, qui tractent.*
17. *Schiſmatici peculiariter Dei hoſtes reputantur exiſtentes in ſtatu perditionis, peiores paganis, qui tunicam Chriſti inconſutilem diuidunt quam ſatellites non auſi ſunt diuidere.*

HÆc Rubrica duas partes continere videtur, vna, quæ agit 1
de ſchiſma, & ſchiſmaticis,
altera de ordioatis ab eis: quapropter
ſingulatim & breuiter agendo de
ſingulis, dico primo quòd hoc verbum
ſchiſma eſt Græcum, Latinè ſciſſuram ſignificans,
capite ſchiſma 11. *quaſtione* 1. vbi
DD. quod eſt ſecuodum D. Thom. 20.
quaſt. 39. *artic.* 1. diuiſio per quam quis ſe
ab vniiate Eccleſiæ ſeparat, inquam Eccleſia
eſt quoddam corpus mixtum ex
voiuerſis fidelibus, & Romano Pontifice
tanquam capite conſtans; cum pluribus:
Farinac. *de hareſi quaſt.* 184. §. 1. *ſub nu.* 7.
† & eſt ioter illud, & hæreſim ea diffe- 2
rentia, quæ adeſt inter ſchiſmaticum, &
hæreticum: nempe quod licet omois hæreticus
ſit ſchiſmaticus, quia ab Eccleſia
Romaoa ſe diuidit, ſecundum aliquod
dogma peruerſum, ſed non è contra
ex capite cum loquitur, capite alienus 24.
quaſt. 1. hæreticus enim non ſe opponit
directè vnitati Eccleſiæ, ſed fidei: ſchiſmaticus
verò è cootra *cap. inter* 24. *qu.* 3.
cum infinitis Farinac. *de hareſi quaſt.* 184.
§. 1. *num.* 5. vbi ex Albertino quod hæreſis
eſt contra fidem, ſchiſma contra mores,
& vinculum charitatis. † Nam ſchiſ- 3
maticus poteſt eſſe licet nullum dogma
contra ſenſum Eccleſiæ confingant. † In- 4
déque fieri vt hæreſis pugnet cum fide,
non item ſchiſma licet vnitati Eccleſiæ

aduerſetur, & vt inquit Auguſtin. *lib. qq. Euang. ſecundum Matth. quæſtione* 11. ſchiſmaticos non vna fides diſrupia facit, ſed
5 communis diſtricta ſocietas † non enim
vt explicat Andr. Valenſis hic, quilibet
obedire recuſans ſummo Pontifici aliquid præcipiendi hoc ipſo propriè ſchiſmaticus eſt, ſed qui ei ſubeſſe non vult tanquam Eccleſiæ capiti, & Chriſti in terris vicario; non tanquam ex eo: quia eius perſona ſit illi offenſa Azor *inſtit.*
6 *moral. p.* 1. *libro* 2. *capite* 21. † ſed idem
Val. concludit nullum eſſe ſchiſma quod ſibi tandem hæreſim non confingat, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur, *ex d. capite inter hæreſim* 24. *quæſtione* 37. vbi
7 Hieronymus ait † quòd ſchiſma propriè
dicitur inobedientia Papæ, quæ habet annexam rebellionem in eum non ex parte rei præceptæ, ſed ex parte officij ipſius Pontificis, nempe quando quis recuſat ſubeſſe Pontifici, vt capiti Eccleſiæ, & ſic ratione officij, quo fungitur D. Thom. *ſupra* Valentia 2.2. *quæſtione* 15. *diſputat.* 3. *puncto* 1. Vgolin. *de cenſ. Papæ reſeruatis p.* 2. *capite* 1. *verſ. nec non ſchiſmaticos* §. 1. *numero* 4. Azor *inſtitut. moral. p.* 1. *lib.* 8. *capite* 20. *quæſtione* 4. Thom. Sanchez *in præcepta decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 36. *ſub num.* 3. Barboſa ibi, *& hic ſub numero quinto, & numero ſexto, ſeptimo & octauo.*

8 Quo fit vt tantum ſit obediendum
Pontifici illi, qui tantum verus Pontifex, & Chriſti vicarius declaratus fuerit à Concilio Generali ad quod eo caſu recurrendum eſt *ex textu celebri in capite ſi duo forte contra fas diſt.* vbi gloſſa ſingularis, Rojas *de hæretic. p.* 2. *num.* 519. non enim erit dicendus ſchiſmaticus, qui ſub tali dubio ſiue verus Pontifex illi obedientiam denegauerit *argum. textus in capite factus* 7. *quæſtione* 1. *gloſſa in verbo qui vero in capite* 1. 24. *quæſt.* 1. Clar. *in praxi* §. *fin. quæſtione* 77. *col. penult.* Paul. Chriland. *de hæretic. quæſt.* 2. Carrer. §. *circa num.* 55. Simanch. *de Cathol. inſt. cap.* 58. *num.* 9.

9 Et quod proximi hæreticis ſint ſchiſ-
matici, qui ſe ab vnitate Eccleſiæ Romanæ diuidunt, ac ſegregant, & aliam con-
10 ſtituunt, † qui ſecundum Abbatem inter-
dum ſumuntur largiſſimè, eoque pacto vt omnes conſtituti in peccato mortali tales dicantur, quia ſunt extra charitatem *capite audi denique* 11. *quæſtione tertio*; interdum largè, & ſicut excommunicati etiam dicantur ſchiſmatici, quia ſunt extra Eccleſiam & communionem fidelium *capite cum excommunicato* 11. *quæſtione* 3. item ſtrictè pro iis quidem, qui proprium Epiſcopum eiiciunt de ſede Epiſcopali, ſeu ab eo ſe ſeparant ſibi vſurpantes presbyteros illius *capite denique, & capite ſcire debes ſeptimo, quæſtione prima, & capite loquitur Dominus* 24 *quæſtione tertia.* Vltimò ſtrictiſſimè *vt in titulo noſtro* pro iis ſcilicet, qui ſe diuidunt ab vnitate Eccleſiæ Romanæ modo dicto ſibi aliam conſtituendo cum infinitis, Farinac. *de hæreſi quæſtione* 84. §. *primo, numero tertio.*

Quare, addimus pro maiori declara- 11
tione triplicem eſſe ſchiſmaticorum ſpeciem, quoſdam conſummatos hæreticos, qui non ſolum obedientiam negant Pontifici, & Eccleſiæ, diſcedendo ab illius vnitate, ſed id etiam licere credunt, vel putantes non eſſe vnitatem in Eccleſia Catholica, vel certè credentes non eſſe obediendum ſummo Eccleſiæ Paſtori, quoſdam vero alios eſſe proximos hæreticis, qui ſcilicet nondum in aliquam aliam hæreſim inciderunt, ſed tantum modo ab vnitate Eccleſiæ, ac ſummi Pontificis obedientia diſcedunt vt dictum eſt. Tertiò in loco eſſe ſchiſmaticos ab hæreticis diſtantes, qui probabili ignorantia ducti putant aliquem eſſe ſummum Pontificem, qui rectè electus non eſt, & ſic Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris, libro* 33. *capite* 11. *numero* 2. *verſ.*
ſchiſma multiplex eſt, † ponit triplicem 11
ſpeciem ſchiſmatis, vnam ſcilicet in fide, aliam propter diuerſam fidem, & aliam ob diuerſam in actibus Eccleſiaſticis ſententiam cum diſceſſione ab Epiſcopali audientia, ex D. Auguſt. relato, & ſic Toletus *de inſtruct. Sacerd. libro* 41.
p. 11. *num.* 2. † dixit quod ſchiſma, ali- 13
quando eſt cum hæreſi, & aliquando ſine hæreſi, & vt dicatur iunctum ſchiſma in eo, qui habet in intellectu errorem contra fidem, vt puta ſeparando ſe ab obedientia Papæ non credens eius poteſtatem: & ſine hæreſi dicatur ſchiſma in eo, qui non habet talem errorem in intellectu credendo ſcilicet Papæ poteſtatem, at aliqua paſſione motus ſe ſubtrahit ab illius obedientia.

Itaque ex eodem D. Thom. Greg. 14
de Valentia *vbi ſuprà* Thom. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 8. *in præcep.* dicendum eſt peccatum ſchiſmatis propriè eſſe ſpeciale peccatum, & quod diſtinguitur ab hæreſi ſecundùm quod vtrumque per ſe, &

& directè opponitur: hæreſis enim per ſe opponitur fidei; ſchiſma verò per ſe opponitur vnitati Eccleſiaſticæ charitatis, indeque ſicut fides, & charitas ſunt diuerſæ virtutes, & tamen quicumque caret fide, caret etiam Charitate, ita patitur ſchiſma, & hæreſis ſint diuerſa vitia licet quicumque, id eſt, hæreticus, ſit etiam ſchiſmaticus, & ſi non è contra, videndus Azor, *inſtit. dict. parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. *Rubrica de ſchiſm. quæſt.* 1. *&* 2. optimè diſtinguit, legendus Simanchus, *in enchirid. viol. Religion. tit.* 5. *Rub. de ſchiſm. à num.* 1. *& cathol. inſtit.* 58. *à num.* 4. & Marian. Socin. *in hac Rubric. à num.* 11.

15 † Dixit ſtricte, & proprie inter hæreſim, & ſchiſma ſit differentia ex parte oppoſiti: nam ſchiſma opponitur Paci, hæreſis verò fidei, qua ſumpta occaſione latè diſputat an hæreſis ſit ſpecies infidelitatis, & concludit quòd ſic, ad dicta, ſupra, *ſub Rubrica & titulo de Iud is.*

16 Et quia *de ſecunda parte Rubricæ*, ſcilicet de ordinaris ab ſchiſmaticis abunde poteſt agi, *ſub cap.* 1. *&* 2. hic vbi eſt, propria ſedes, ideo nunc vt materiam de ſchiſmaticis latè attingas præter ordinarios antiquos hic, quos congerit Barboſa, *nu.* 1. leges Petr. de Rauena, *in compend. iuris canonic.* Meſnart. *in epitome decret. fol.* 181. Daniel. Venator, *in analyſ. methodica iuris Pontificij, à pag.* 628. Anaſtaſ. Germin. *in Parathitl.* & Chaiagene, Ioannes Honor. Andr. Valens, & Cyron. *in Rubrica*, hic, Caniſius, & Lancel. & præter relatos Bernard. *ad Salced. in practic. cap.* 115. Vgolin. *de irregularit. cap.* 36. §. 3. Ledeſma, *in ſumma tom.* 2. *tract.* 3. *cap.* 12. *à concluſ.* 3. Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 60. *cum ſeqq.* Valerium Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 17. *cap.* 12. *à numero* 111. Anton. de Souſa, *in Relect. de cenſur. Bullæ Cœnæ p.* 2. *diſp.* 18. Paul. Layman, *in ſumma Theologia lib.* 2. *tr.* 3. *cap.* 11. Sanctarellus, *de hæreſi cap.* 47. Anton. Ricciul. *de iure perſ. extra grem. exiſt. Eccleſiæ lib.* 9. Azor Valenria, Roias, Simanc. Sanchez, Farinac. *vbi ſupra*, quibus à DD. Ægid. Trulenk. *in præcepta decalogi, lib.* 1. *cap.* 3. *dubio* 17. *à num.* 4. Filliuc. *in ſumma tract.* 28. *cap.* 10. *& tractat.* 22. *cap. vltim. quæſt. vltim.* Bonacina, *tom. de ſchiſmaticis, diſp.* 3. *quæſt.* 4. *puncto vltimo*, §. 5. *à pag.* 175. Souſa, *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.* 20. Diana, *p.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 29. cum aliis Cæſar. Carena, *de officio inquiſ. tit.* 3. *p.* 2. Bordon. *de inquiſit. cap.* 7. Scortia, *in conſtit. Pontific. ad Paul. IV.* incipit, *cum in Apoſtolatus*, *anni* 1559. *Theorem.* 182. 183 &c. Suarez latè ad Regem Angliæ, *lib.* 1. *cap.* 21. *à num.* 2. Peſantius Richard. Theodoret. Alfonſus à Caſtro Rubuff. Palacios Rub. Turrecremata S. Bonauentura, Gabriel. Biell. Petr. de Palude, Auguſtinus de Acona, Contradus, Bruno, Fabian. Iuſtinian. Iacob de Graffiis, & alij, quos refert Farinac. *dict.* §. 1. *num.* 1. Lorca, in D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. *ſect.* 3. *diſp.* 48. *num.* 5. ob quod tribus modis generatim poteſt committi ſchiſma, & de variis chiſmatibus, quæ acciderunt in eligendis ſummis Pontificibus, Iulius Labor. *variar. lucubration. cap.* 4. *& cap.* 9. quare iam ad dubia de ſchiſmaticis, & illorum iudicio, & pœnis etiam in ſanctæ inquiſitionis officio deſcendimus cum omnes, qui de infidelitate, & hæreſi ſcribunt complectantur hanc ſchiſmaticorum, & Apoſtatarum, de qua *tit. ſeq.*

Et quod ſchiſmatici peculiariter Dei hoſtes reputantur, qui, & cenſentur in ſtatu perditionis, qui & deteriores iudicantur paganis, *in tract.* 20. *verſ. ad quintam*; imò quod ipſi Tunicam Domini inconſutilem, quam nec ſatellites auſi ſunt diuidere, ipſi quidem ſcindere, & lacerare præſumuntur: Barboſa, cum aliis. 17

QVÆSTIO I.

An ſchiſmatici ſint proprie ab Eccleſia diuiſi, & iam ſi non habeant errorem in mente; & quod credant fidei articulis, & an ſint ſuſpecti de hæreſi, & an quæuis inobedientia erga Papam ſit ſchiſma; ſeu nolens recognoſcere Papam ſit ſchiſmaticus; & an dicatur ſchiſmaticus, qui ſe ſubtrahit ab obedientia Epiſcopi vel ſui Prælati, ſeu inuadens Epiſcoporum ſedes. Quid de procurante Concilium congregare contra voluntatem Papæ, vel fingens ſe Papam ſeu non obſeruans titus Romanæ Eccleſiæ, ſeu appellans ad futurum concilium.

SVMMARIVM.

1 *Schiſmatici etiam dicuntur non habentes errorem in mente circa fidem ſi ſe diuidunt ab Eccleſia, & quæ differentia inter vtroſque num. 2.*

2 *Schiſmatici non habentes errorem in intellectu, & ſi non ſint hæretici ſunt tamen leuiter ſuſpecti, & quandoque vehementer, & num. 3.*

3 *Schiſmaticus num ſit leuiter, aut vehementer ſuſpectus de hæreſi eſt ſumendum ex diuturno tempore, aut qualitate perſonarum num. 4.*

4 *Schiſmaticorum iudices, ſunt Eccleſiaſtici, & apud nos inquiſitores.*

5 *Schiſma non ex qualibet inobedientia circa Papam oritur, ſed illa ſolum qua quis reſiſtet Papæ obedire, & capiti Eccleſiæ.*

6 *Schiſmaticus non dicitur ſe retrahens à Dominio temporali Papæ, & numero 8.*

7 *Schiſma non datur niſi ſit cum Rebellione, & contumacia eius qui non vult recognoſcere Papam vt ſuperiorem, & caput Eccleſiæ.*

8 *Schiſmaticus non dicitur nolens Papæ obedire propter aliquod commodum temporale vt exemplificatur, dum ei non neget obedientiam, vt capiti Eccleſiæ, & num. 9.*

10 *Obediendum eſt duobus quando dubium eſt vter eorum ſit verus Papa, quouſque Concilium generale decernat pro vero Papa.*

11 *Schiſmatici olim dicebantur, qui inuadebant Epiſcoporum ſedes illiuſque non obediebant non tantum Papæ inobedientes, numero 12. & numero 14. vbi explicantur ſub diſtinctione, & num. 15.*

13 Cap. Scire debes 7. quæſt. 1. cap. loquitur, 24. quæſt 3.

14 *Coniurantes ſe in Epiſcopos, & prælatos propriè ſchiſmatici non ſunt, & ſi ſint ſuſpendendi.*

15 *Schiſmatici non ſunt inuadentes ſedes Epiſcoporum, nec populos abducentes ab obedientia niſi fiant actus contra religionem, num. 15.*

16 *Inobedientes potius dicuntur molientes in Epiſcopos, & prælatos.*

17 *Schiſmaticus verè eſt procurans Concilium congregare contra Papæ voluntatem.*

18 *Schiſmatici dicuntur recedentes à Concilio legitimè congregato.*

19 *Schiſmaticus eſt fingens ſe Papam.*

20 *Schiſmatici dicuntur non obſeruantes ritus Eccleſiæ ſi intendant ſe ſeparare ab vnione Eccleſiæ, aliter ſi tantum intendant obſeruare ſuas conſuetudines.*

21 *Schiſmaticus verè eſt appellans ad futurum Concilium.*

22 *Negans vnitatem Eccleſiæ, aut obediendum Papæ, eſt hæreticus, & ſchiſmaticus.*

AD primam quæſtinnis partem reſpondetur, vt etiam dicantur ſchiſmatici non ſolum, qui errorem habent in mente, & articulos fidei non credunt, ſed etiam, qui errorem in mente non habent, & fidei articulos credunt: quia cùm iam, vt dictum eſt, *ſub Rubrica præmiſſo*, ſchiſmatici ſint quidam diuiſi ab Eccleſia qoad nhedientiam tantum, nullum habentes fidei errorem, in mente, nec male ſentientes de articulis fidei, † inde eſt quod etiam ſi iſti errorem non habeant adhuc dicantur ſchiſmatici, cum ea differentia ab habentibus errorem in intellectu, & male ſentientibus de articulis fidei, quod hi reputantur hæretici, primi verò non ſunt hæretici, & ſi ad hæreſim multum diſpoſiti, quam diſtinctionem poſuerunt Eymeric. *in direct. inquiſit. p. 2. quæſt. 48. à num. 2.* vbi Pegna, *in addit. comm. 73. litt. A, in fine*, vbi dixit quòd ſchiſmatici non habentes errorem in intellectu, & ſi non ſint reputandi hæretici, ſunt tamen de hæreſi leuiter ſuſpecti, & quandoque vehementer, vbi *littera B.* quod ſchiſmatici habentes errorem ſunt tractandi, & puniendi velut hæretici: Decian. *lib. 5. crimin. cap. 18. num. 1. verſiculo tertio, & cap. 66. num. 2.* vbi dixit non excuſari ſchiſmaticos, ex eo quòd fidei articulos credant, & obſeruent. 2 2

Quare optimè inducitur etiam iſtos eſſe ſuſpectos de hæreſi: Carrer. *de hæreticis, num. 32. in princ.* & Menoch. *lib. 5. præſ. 6. num. 24.* vt ſequitur Farinac. *de hæreſi quæſt. 184. §. 1. num. 14.* quod ſchiſmatici, aut ſchiſmaticorum ſequaces ſunt ſuſpecti vehementer de hæreſi, & quod regulariter ſint ſuſpecti de vehementi optimè Simanch. *de cathol. inſtitut. tit. 58. num. 8.* † vbi quod iudices Eccleſiaſtici in hoſce ſchiſmaticos animaduertere debent vti de hæreſi vehementer ſuſpectos; Cæſar Carena, *p. 2. de offic. inquiſit. §. 11.* 3 4

§. 11. *à num.* 35. *&* 36. etiam cum Ferdinando de Caſtro Palao, *in ſuo opere morali tom.* 1. *tract.*6. *diſp.*4. *puncto* 6. *num.*19. referens aliud de leui ex Vgolino, & Souſa, & *num.*37. concludens cum Abbate, *in cap. quia diligentia num.*2. *de elect.* quod ſi ſchiſma ſit antiquum ex vtique grauiſſima, & violentiſſima orietur hæreſis ſuſpicio, *ex textu in extrau. ad certitudinem de ſent. excommunic.* inter homines, ibi, tanquam eorundem Græcorum antiquorum ſchiſmaticorum, & in antiquo ſchiſmate conſtitutorum, & per hoc hæreticorum, vbi gloſſa, & ego vtramque ſententiam amplectendo dico ex diuturnitate temporis, aut ex qualitate perſonarum ſumendum an ſchiſmaticus, ſit vehementer, aut leuiter ſuſpectus, vt ex Diana, & aliis videtur deſumi à Bordon. *de offic. inquiſit. cap.* 7. *num.* 35. vbi cum Peirino, *ad conſtit.*9. *Pauli V. num.* 14. ait nulli dubium eſſe ſchiſmaticum eſſe ſuſpectum de hæreſi, & per hoc peccatum ſchiſmatis ſpectare ad Tribunal ſanctæ inquiſitionis: quia ſecundum omnes ſchiſma vt plurimum adiunctam habet hæreſim, vel ſaltem de illa ſuſpicionem.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an quælibet inobedientia erga Papam; & reſpondetur ſolum illam inobedientiam eſſe ſchiſma qua quis reſiſtit obedire Pontifici Romano, quatenus eſt caput Eccleſiæ, & Vicarius Chriſti, nolendo eum recognoſcere vt Papam, & ſupremum ſuperiorem in Eccleſia Dei, vt in præmiſſo dictum eſt; non tamen ſi ex paſſione, vindicta, aut alio modo ſe retrahit à ſubiectione Papæ, quam tamen credit, & fatetur eſſe verum totius Eccleſiæ ſuperiorem; cum per hoc non ſcindat vnitatem capitis ſic iam ibi relati, & Reginald. *lib.* 9. *praxis fori pœnit.*

6 *num.*159. Thom. Sanchez, *in ſumma lib.*2. *cap.*36. *num.*3. *&* 4. qui vt explicat dicit fidelem ſubditum ſe retrahentem à dominio temporali Papæ non dici ſchiſmaticum, quia ratio dominij temporalis cum ſit quid temporale, locum non haber ad conſtituendum ſchiſma, quod oritur ex inobedientia, & ſciſſione vnitatis ſpiritualis Eccleſiæ, & Papæ: Bordonus, vbi ſuprà, *dict. cap.* 7. *numero* 7. Bonacin. *in Bulla, diſput.* 1. *quæſt.* 2. *p.* 5. *num.* 3.

7 Quare dicendum eſt ſchiſma non dari, niſi ſit cum rebellione, & pertinacia eius, qui non vult recognoſcere Papam, vt ſuperiorem, & caput Eccleſiæ: Farin. legendus, ſuprà, *dict. quæſt.*184. qui, *ſub num.* 11. ex Vgolino, *de cenſur. Pontifici reſeruat. p.* 2. *in gloſſa*, *nec non ſchiſmaticus, num.*4. *&* 5. quatenus quod ille proprie ſchiſmaticus eſt, qui ſubtrahit ſe ab obedientia Romani Pontificis quatenus Eccleſiæ caput eſt, & *num.* 12. quod non omnis inobediens Pontifici dicatur ſchiſmaticus, niſi inobedientia ſit cum Rebellione, ex D. Thom. 2.2. *quæſt.*39.*art.*1. *verſ. ad ſecundum.* Marian. Socin. hic, *nu.*8. vbi Bannez. *in ſecunda dubitatione verſ. circa:* vbi bene diſtinguit quando talis inobedientia ſapit rebellionem, & Syluest. *in verbo ſchiſma ante, num.*1. *verſ. notanter,* † ait quod non dicitur ſchiſmaticus, qui 8
Pontifici reſiſtit, & non obedit propter temporale commodum, vel propter vitandum aliquod periculum, vel ex particulari facto, ſeu indignatione contra eum, vel renuens ei obedire: dicit Vgolin. ſupra, ex particulari cauſa, vel ratione rei, vt puta ſi Papa iuſſit vt reſtitueret, quis locum quem occupauit, aut quid ſimile, & ipſe non vult reſtituere, vel ſi aliquis in temporalibus fiat ſubditus alteri Principi ex Caietan. *in Diuum Thom.* 2. 2. *quæſt.* 39. *art.* 1. *ad ſecundum;* vel ratione perſonæ, vt in eo qui ſe ſubtrahit à Pontifice ex eo, quod illi infenſus ſit, prout faciunt banniti, qui in territorio Pontificis plura committunt homicidia, latrocinia, & alia ſcelera.

Imo Azor, *inſtitut. moral. parte* 1. *lib.*8. *cap.*20. *Rubrica de ſchiſmaticis*, *qu.*4. 9
addidit Pontifici tripliciter poſſe recuſari, primo illi non parendo in ea re, quam fieri iubet, aut prohibet, vt puta ſi præcipiat arma deponere, alienum reſtituere. Secundo eiſdem non obtemperando eo quod eius perſona eſt odioſa. Tertio ſi quis Pontifici ſubeſſe, & obedire recuſet tanquam Chriſti vices in terris gerente & quod ſolum in iſto caſu ſit ſchiſmaticus; vt etiam ponit Thomas Sanchez, *dict. lib.* 2. *cap.* 36. *num.* 3. *&* 4. addit non eſſe ſchiſmaticum illum, qui cum ſit incola oppidi ſubiecti temporali Papæ iuriſdictioni non vult ipſi, vt temporali illius oppidi dominio ſubiici, ſed alteri Principi; imo Vgolinus, ſuprà, §. 1. *num.* 4. Sanchez, *num.* 3. *dict. cap.* 36. ponit aliquos caſus in quibus non dicitur ſchiſmaticus recuſans obedire Romano Pontifici, illum tamen pro vero capite tenens, & habens, ſed

ſed Tolet. *inſtruct. ſacerd. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 10. dicit nihilominus excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini incurri etiam per eum, qui Papæ inobediens eſt, & ſi eum credat Eccleſiæ caput.

10 De nolente Papam recognoſcere, vt ſuperiorem reſpondetur, *ex dictis ſub præmiſſo*, quod ſi dubitat de vera illius electione, ſi probabiliter putat non eſſe electum Canonice, nam ſolus receſſus, & rebellio à vero Papa facit ſchiſma, quare ſi plures ſunt Papæ, & ignoratur quis eorum ſit verus, poſſet dici tunc neutri obediendum: tamen tenendum eſt vtique in æquali dubio eſſe obediendum interim ac declaratus quis magis ritè, & Canonicè fuerit electus; quia tunc non eſt dubium quod in Eccleſia adſit verus Papa, ſed tantum vter eorum ſit verus, & ob id cum iam electio ſit, certa debet obedientia omnibus præſtari, alias inquam, durante declaratione eſſet in poteſtate cuinſque perſonæ Papæ non obedire; non enim eſt credendum hominibus aſſerentibus hunc eſſe verum Papam non illum, cum in tali dubio ſit ſpectandum iudicium Concilij generalis, ad quod ſpectat deciſio talis controuerſiæ: ſic in terminis Bonacina, *de legibus, diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct. fin.* §. 5. *num.* 2. *& in Bulla diſp.* 1. *quæſt.* 2. *p.* 5. *num.* 3. §. *ſecus*, Bordon. *dict. cap.* 7. *num.* 8. legendus, *ſub cap.* 6. *ad rationem dubii.*

11 Ad tertiam quæſtionis partem, an dicatur ſchiſmaticus, qui ſe ſubtrahit ab obedientia proprij Epiſcopi, aut prælati, ſeu invadens Epiſcoporum ſedes; & quia iam *ſub Rubrica*, dictum eſt, nunc reſolutiue reſpondetur dicendo eſſe proprie in neutro caſu dici ſchiſmaticum, quia ſchiſma proprie eſt receſſus ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, aut ſummi Pontificis tantum; ſic Thomas Sanchez, *dict. cap.* 36. *num.* 6. Bonacina, *in Bulla, diſp.* 1. *quæſt.* 2. *p.* 5. *num.* 3. Bordon. *dict. cap.* 7. *num.* 6. & quod coniurantes, & conſpirantes contra Epiſcopum non dicantur ſchiſmatici, niſi largo modo, & ſic vt non puniantur pœnis ſchiſmaticorum, ita poſt Anton. de Butr. Innocent. Socin. Hoſtienſ. Anan. Zabarel. Anchar. *in cap.* 1. *hoc titulo*, docent Decian. *in crimin. lib.* 5. *cap.* 60. *num.* 3. Azor. *inſtitut. moral. p.* 1. *lib.* 8. *dict. cap.* 10.

12 *quæſt.* 4. *verſ. quæ res*, † vbi dicit quod licet olim ſchiſmatici appellabantur illi, qui ſeſe à ſuis Epiſcopis ſegregabant, *capite ſcire debet* 7. *quæſtione* 1. *capite loquitur Dominus*, 24. *quæſtione* 3. hodie tamen magis proprie, & ſtricte ſchiſmatici reputentur illi, qui ſponte, vel à Romano Pontifice, vel à Romana Eccleſia ſe diuidunt, diſtinguunt, & ſubtrahunt Thomas Sanchez, vbi ſuprà, *numero ſexto*, vbi pariter ex Hoſtienſe, Abbate, Anania, Socino, Azor, & Vgolino ſupra dixit eum qui ſe ab Epiſcopo ſeparat renuens illius auctoritati ſubeſſe non propriè, ſed largè ſchiſmaticum dici.

Quare licet non ſint admittendi Valentia, & Lorca, quos refert Bordon. contrarium tenentes ex eo quod ſanctus Cyprianus relatus, *in dict. capite loquitur*, videatur in illis aſſerere, tamen in ſolo poſteriori ſit mentio de Eccleſia vniuerſali, *in dict. capite ſcire*, & ſi de ſubditis Epiſcoporum ſiat mentio non tamen, aliquid de ſchiſmate, itaque, vt non puniantur tales pœnis ſchiſmaticorum, qui nec ſunt ſuſpenſi ipſo iure, ſed ſuſpendendi, eorumque ordinationes non irritæ ſed irritandæ, per textum, *in cap. coniurationem* 11. *quæſt.* 1. cum quatuor ſequentibus, per quæ iura DD. antiqui, & alij docent; item & Farinac. *d. quæſt.* 184. §. 1. *num.* 27. 13

Imo dicendum eſt quod ſi coniuratio, & conſpiratio eſſet de re licita, vt puta de non obediendo Prælato hæretico ſeu pernitioſo, vel de illum accuſando, vel contra parentem diffamatum, & eadem coniuratio, vel conſpiratio eſſet facta à bonis viris; tunc enim ſic coniurantes, & conſpirantes nec propriè, nec impropriè, nec vllo pacto eſſe ſchiſmaticos dixerunt Innocent. *in dict. cap.* 1. *numero* 1. *poſt medium, verſiculo ſi autem aliqui*, per textum, *in capite ſanè*, 16. *quæſtione* 7. Hoſtienſ. *numero* 1. *ad med.* Anania, *in hac Rubrica, num.* 3. *verſ. & intelligit*, Farinac. ſuprà, *dict.* §. 1. *num.* 28. qui ex Innocentio ſubdit ſemper tamen præſumi contra ſic coniurantes & conſpiratores, maxime quando coniurant in perpetuum, vel generaliter, per textum, *in cap. ſi qui clerici*, 11. *quæſt.* 1. & ſicut nec ſchiſmatici, qui à proptiis Epiſcopis ſe ipſos ſeparant ſint ipſo iure ſuſpenſi, ſed ſuſpendendi, quando contra eos altaria non erigunt. Innocent. & Hoſtienſ. quos referunt, Farinac. *dict.* §. *primo, numero* 33. Decian. *dict. libro quinto, capite* 66. *numero* 8. *& capite* 67. *num.* 4. 14

Ex

15 Ex his ad aliud dubium, quid de inuadente Epiſcoporum ſedes, & ſubiectos illis populos ab obedientia abducens, & quod dicatur verè ſchiſmaticus, *ex dict. capite ſcire*, 7. *quæſt.* 1. *capite inter ſchiſma*, 24. *quæſt.*3. Innocent. hic, *in cap.*1. *num.*1. *verſ. idem*, Butr. *num.*4. Carrer. *in tract. de hæretic. num.* 32. *in fine*, vbi de eiiciente Epiſcopum de ſede Epiſcopali, & de occupante ſibi prælatos ſuos, & præter Hoſtienſ. Angelum, & Syluestr. in ſumma videntur tenere Ricciul. *lib.* 9. *de iure perſ. exiſtentium extra grem. Eccleſ. cap.* 1. *numero* 17. etiam cum relatis antiquis, & Socino, & Bruno per textum, *in*
16 *cap. Nouatianus dict. quæſt.*7. † Tamen reſpondetur quod quando per dictam inuaſionem non introducuntur noui actus, Religionis contra fidem, & obedientiam Papæ ſic innadentes non dicuntur ſchiſmatici, quia non ſe ſeparant ab vnione vniuerſalis Eccleſiæ, ſed tantum iura alterius in quæ vſurpant, etenim quoties, quis Epiſcopum eiiciendo, illius iuriſdictionem exercendo adhuc in ſuperiorem Romanam Eccleſiam recognoſcunt, tunc potius inobedientes quam ſchiſmatici dicuntur, cum ab vnitate Eccleſiæ non ſint diuiſi, præter antiquos. Anchar. Abbat. Ioan. Andr. Zabarel. & alios Vgolin. *ſuprà*, in gloſſa, nec non Shiſmaticos, *in princ. num.*3. *ſub verſ. dixi tertio.* Farinacius, *dict.* §. 1. *quæſt.* 184. *numero* 29. *&* 30. Bordon. *dict. cap.* 7. *num.* 11. vbi dicit contraria iura non obſtare, eo quod textus, *in dict. capite ſcire*, ſolum agit de inobedientia, ſubditorum proprio Epiſcopo, quod non eſt proprie ſchiſma, *dict. cap. Nouatianus*, loquitur de ſchiſmate Nouatiani contra Papam Cyprianum quod in Eccleſia Dei fuit primum ſchiſma.

17 Ad quartam quæſtionis partem, quid de procurante Concilium Congregari, contra Papæ voluntatem; reſpondetur reſolutiue per dicta, *in præmiſſo Rubrica*, quod eſt vere ſchiſmaticus, quia ex hoc ſequitur ſciſſura, in capite cui ſubeſſe debet Concilium, quod non ſubeſſet ſi contra eius voluntatem coadunaretur, & ſic eueniret præciſe ſchiſma, Caietan. *in ſumm. verſ. ſchiſma*, Thomas Sanchez, *lib.* 1. *ſumma cap.*36. *num.*5. Bonacina, *in Bulla diſp.* 1. *quæſt.* 2. *puncto* 5. §. *decimo*, Bordon. vbi ſupra, *num.* 12. & faciunt quæ de Conciliis Congreg. dixi, *ſub cap.*1. *de iudiciis.*

18 Quarè euenit vt recedentes à Concilio legitimè congregato, vel reuocatum à Papa proſequentes dicuntur ſchiſmatici, quia in his duobus caſibus ſcindunt vnitatem membrorum à capite, dum per receſſum, vel per proſequutionem recuſant obedientiam capitis: ita Sanchez, *dict. cap.*36. *num.*5. Caietan. *in* 2.2. *quæſtione* 39. *ad art.* 1. Souſa, *in aphoriſm. inquiſit. lib.* 1. *cap.*20. *num.*6. *&* 7. & alij communiter.

Et ob id de fingente ſe Papam, dico 19
quod talis ſit propriè ſchiſmaticus, quia ſe diuidit ab vnione Eccleſiæ, & capitis, dum ſe fingit illum eſſe caput, à quo ſe ipſum ſegregauit, DD. *per cap.*1. hic Bonacina, *in Bulla, diſp.*1. *quæſt.*2. *p.*5. *verſ. decimo*, Suarez, *de cenſur. diſputatione* 21. *ſect.* 2.

Ad quintam, & ſextam quæſtionis 20
partem, dico quod, etſi nonnulli dicant non obſeruantes ritus Eccleſiæ Romanæ verbi gratia, in adminiſtrandis ſacramentis, in ieiuniis, & aliis non ſint ſchiſmatici diſtinguendum eſt, nam ſi illi ſic obſeruando intendant ſe ſeparare ab vnione Eccleſiæ Romanæ, tunc ex præfatis verè ſchiſmatici erunt; verum ſi ſolum ex tali differentia rituum ſolum intendunt ſuas conſuetudines obſeruare, ſine diſceſſu à capite Eccleſiæ Romanæ; tunc quidem non dici ſchiſmaticos dicendum eſt, vti intelligimus doctrinam Bordon. *de offic. inquiſit. dict. cap.*7. *num.* 16. abſolutè dicentis non eſſe ſchiſmaticos.

Tamen ſi quis verbi gratia, appellaret 21
ad futurum Concilium quod eſſet verè ſchiſmaticus dicendum eſt, quia talis quantum in ſe eſt intendit per hoc diſcedere ab obedientia Papæ vt Chriſti Vicarius eſt faciendo ſic Papæ ſuperiorem ipſum Concilium à natura appellationis, de qua dixi latè, *ſub Rubr. & tit. de appellat.* quæ non interponitur, niſi de iudice inferiori ad ſuperiorem.

Vnde negans eſſe obediendum Papæ, 22
aut vnitatem Eccleſiæ primo, & principaliter erit hæreticus, & in ſimul ſchiſmaticus, cum in facto procuret ſciſſuram inter membra Eccleſiæ, ſic Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*9. *num.*159. Bonacina, *de leg. quæſt.*4. *p. fin.* §. 5. *&* §. 9. Turr. *lib.*4. *de Eccleſ. p.*1. *cap.*4. Brun. *de hæreticis*, *cap.* 16. Bordon. *dict. cap.*7. *num.*17. *&* 18. Ricciul. *dict. lib.*9. *cap.*1. *num.*24.

QVÆSTIO II.

An Acephalus ſit ſchiſmaticus, & an ſchiſmaticus ad fidem rediens recipiatur ſicut hæreticus, & an poſſint cogi hæretici, vt reuertantur ad Eccleſiam. An Imperatores, Reges, & Principes excuſentur ab ſchiſmate; vel illud excuſet ignorantia, aut multitudo delinquentium; Et an aliam Eccleſiam aliumque Pontificem conſtituentes ſint verè ſchiſmatici. Vel mouentes bellum contra Eccleſiam, aut Papam. Et an ſchiſma ſit tam graue crimen, quam crimen idololatriæ, infidelitatis, & hæreſis.

SVMMARIVM.

1 *Acephalus quando dicatur ſchiſmaticus.*
2 *Schiſmaticus admittitur ad pœnitentiam ſicut hæreticus, ſi errorem ſuum abiurauerit.*
3 *Schiſmaticus qualiter abiuret, & Eccleſiæ reconcilietur.*
4 *Schiſmatici poſſunt cogi redire ad Eccleſiam vt hæretici.*
5 *Imperatores, & reges venientes contra Eccleſiam Romanam deponuntur à Papa cum non excuſentur ab ſchiſmate.*
6 *Ignorantia non excuſat in crimine ſchiſmatis & n.7. vbi de timore, & n.8.*
7 *Schiſmaticus magis eſt, qui per ſimplicitatem ſuam ſeparatur ab Eccleſia, quam, qui propter ſubtilitatem errat, & num.8.*
8 *Errans in articulis fidei ex ignorantia dicitur largo modo hæreticus ſub diſtinctione ab articulis, quos explicite tenetur ſcire.*
9 *Schiſma non excuſatur ex multitudine delinquentium, & quare n.10.*
10 *Papæ obedire eſt de neceſſitate ſalutis.*
11 *Schiſmatici verè ſunt aliam Eccleſiam, & Pontificem conſtituentes.*
12 *Hæreticus eſt ille, qui exiſtimat vniuerſalis Eccleſiæ caput vnum non eſſe.*
13 *Eccleſias duas fingere vnam carnalem, aliam ſpiritualem eſt error fratecillorum damnatus.*
14 *Schiſmaticus eſt ſi mouens bellum intendat diuiſionem inter membra Eccleſiæ à capite, non ſi alia intentione.*
15 *Schiſma ex maiori contemptu, periculo, aut aliis circunſtantiis poteſt eſſe maius peccatum paganiſmo, aut idololatria licet ex ſe maiora peccata ſint infidelitas, & idololatria.*
16 *Schiſma ratione perſeuerantiæ ſolet eſſe crimen maius quam hæreſis.*

AD primam quæſtinnis partem an Acepbalus, qui eſt ille tam improbus vir qui nullum per ſe caput recognoſcere prætendit ſit ſchiſmaticus in quo breuiter reſpondetur negando quod eſt intelligendum, ſi modo Epiſcopatum nnn teneat, nec Epiſcopalia exerceat: ita Hoſtienſ. *in cap.1. poſt num.1. verſ. quod ſi nullum caput hic*; vbi, Anton. de Butrio, *num.4. verſ. vnum tamen aduerte*, Ioan. Andr. *in Rubrica, num. 3. verſ. & ſecundum eum.* Anchat. *num.2. verſ. & idem in eo qui nullum caput.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. qu.60. num. 3. verſiculo ſtricte.* Farinac. *de hæreſi quæſt.184. §.1. num.31. & 32.* cum eodem Antonin de Burrio, à qun non diſſentit, Inan. de Anania, hic, *in Rubrica num.3. verſ. ſi vero nullum caput*, Cardin. Zabarela, *num. 2. in fine verſ. imo ſecundum*, Hoſtienſ. amplins declarando niſi iſte Acephalus non ſolum Epiſcopum vel ſacerdotem in recipiendis ſacramentis ſuperiorem nnn recognnſceret, ſed nec etiam Papam; tunc enim dicunt relati non longè ab hæreſi hanc pertinaciam diſtare; imo, & hæreticum reputari. 1

Ad ſecnndam quæſtinnis partem igitur, vt recipiatur ſchiſmaticus ad fidem rediens ſicut hæreticus arguitur, *ex late dictis ſupra, ſub cap. ad abolendam 9. hoc tit. & ſub §..... cap. excommunicamus* 1. ſic in terminis docent Anchar. *in cap firmiſſime num.3. hoc tit.* Anania, *num.2. verſ nota quod hæreticus vel ſchiſmaticus*, Marian. Socin. *in hac Rubrica n.9. ante fin.* vbi quod ſchiſmatici debent abiurare ſicut hæretici, Ioan. Monac. *in cap.1. hoc tit. lib.6. verſ. perſiſtentibus*, vbi probus, *in addit. num.19. in fine, in verbo cum perſeuerantia*, Archid. *in cap. inter ſchiſma num. 2. verſ. & ideo debet abiurare, 24. quæſt. 3.* Simanchas, *de cathol. inſtitut. tit.58. hac Rubrica num.8. & cum enchirid. viol. Religion. tit.5.* Iacob, *de Concilio lib.7. art.4.* Decian. *dict. lib. 5. crimin. cap. 66. num. 6.* cum Syldueſt. & Roſela, Farinac. *dict. §.1. num. 34.* qui, *num.35. & 36.* cum eiſdem ferè, Pegna, 2

in

in direct. parte 2. quæſt. 48. comment. 73. Vgolino, & aliis declarat procedere vt admittatur ad pœnitentiam, ſi errorem ſuum abiurauerit, *ex cap. omnis cuiuſlibet 1. quæſt. 1. capite quoties, 1. quæſtione 7.*
3 † vbi ponitur forma abiurationis quam ſchiſmaticus facere debet promittendo ſcilicet ſe ſemper fore in vnitate Eccleſiæ ſanctæ Romanæ, & nunquam ad ſchiſma reuerſurum: Rojas, *in ſingul. 1. num. 16. verſiculo ſimili quoque modo*. Simanc. *cathol. tit. 1. Rubric. de abiur. à num. 15.* vbi ponit exempla aliquorum ſchiſmaticorum, qui abiurantes fuerunt Eccleſiæ reconciliati, *& in enchirid. Rubrica 53. num. 11.* Iacobat. *ſupra art. 3. per totum*, Decian. *quæſt. 68. num. 2.* & Pegna, vbi ſuprà, *dict. comment. 73. verſ. hoc eſt certum*; vbi quod ſchiſmatici non ſolum debent abiurare ſchiſma, ſed etiam ſuſpicionem hæreſis ex ſchiſmate contractam, qualis
4 ea ſit † & ob id ad aliud dubium, an poſſint cogi, vt ſicut hæretici reuertantur ad Eccleſiam etiam per brachium ſæculare, ſi Eccleſiaſticum non ſufficit probant DD. per textum, *in cap. ſchiſmatici 23. quæſt. 6.* cum aliis, per Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 68. num. 6.* Farin. *dict. §. 1. quæſt. 184. num. 22.* vbi, & ſi alij dicant non poſſe adducendo Chriſti exemplum, qui neminem coegit reſpondetur, *ex dicto capite*, & aliis, contrarium; iſti enim ſunt vt hæretici ſegregati ab Eccleſia Catholica, ad quam redire ipſi debent, & valent cogi, quod aliud videretur in infidelibus, & iudæis iuxta dicta, *ſub eo tit.*

5 Et quod nec excuſentur ab ſchiſmate Imperatores, Reges, & Principes eo quod tales ſint, ſi contra Romanam Eccléſiam veniunt, qui & deponuntur à Papa, patet per exempla: Decian. *in tractat. crim. lib. 5. cap. 67. num. 21.* firmat Farinac. *dict. §. 1. num. 13.* eo quod iſti potius ad defendendam vniuerſalem Eccleſiam Catholicam tenentur, quam alij, argum. eorum, quæ adduxi, *in dict. cap. excommunicamus, §. volumus*, de hæreticis, & ex dictis infra hic, de mouentibus bellum contra Eccleſiam, aut Papam.

6 Ad tertiam an illos excuſet ignorantia, vel multitudo, ad primum dico argui, ex ſupra dictis de hæreſi, & in terminis quod in crimine ſchiſmatis, non excuſat, patet, quia quilibet ſcire tenetur, quod diuiſio ab Eccleſia Romana magnum eſt crimen; ſic DD. per textum, *in dict. capite ſchiſma 24. quæſt. 3.* vbi quod nec ſimplicitas excuſat etiam in crimine hæreſis, & gloſſa, ibi, *in verb. magis, & in verb. ignorantia*, volens † quod magis ſit ſchiſma- 7
ticus qui per ſimplicitatem ſuam ſeparatur ab Eccleſia, quam qui propter ſubtilitatem errat; præſertim in articulis fidei, in quibus ſimplicitas dicitur aſinina poſt Turrecrem. ibi, videndus Decianus, *libro quinto, criminal. capite 38. numero 24.* qui non diſſentit, & ad propoſitum, ibi, *num. 11. verſiculo nota tamen, ex cap. 66. num. 3.* cum allegatis per eum, ibi, etiam quod non excuſat ignorantia vel timor, per textum quem allegat, *in capite qui & humanis 12. qu. 2. & cap. quod dicit 16. diſt. & in cap. ſi decreta 20. diſt.* Franc. Pegna, *in addit. ad Eymeric. in direct. inquiſit. dict. p. 2. quæſt. 48. com. 73. verſ. an autem aliqui*, qui etſi teneat contrarium in ſimplicitate, & imperitia contracta auctoritate maiorum, quibus ſolet credi, ſed non irregulariter.

Quare & ſi Hoſtienſ. *in ſumma hoc* 8
titulo § qualiter deprehendatur verſiculo conſiderandum etiam puto & verſiculo ſed attendenda eſt ſimplicitas, Schilacem, *de fide Catholica capite 21. num. 1.* vbi quod iſto caſu ex ſimplicitate errans in articulis fidei dicitur largo modo hæreticus: Ioan. Lopez, *in allegationib. hæretical. §. primo, poſt medium verſiculo idem licet, ſub aliis verbis*, & *verſiculo ſatis tamen erit*, qui poterunt intelligi in his, quæ quis explicite intelligere non tenetur, ſecus in his, quæ ſcire tenetur iuxta quæ dixi, *ſub Rubrica*, & ſic in terminis in noſtro caſu iudicat Farinacius, tenendum de ſchiſmatico etiam ſimplici, qui quantumuis ignarus, & ſimplex errat in caſu admodum noto ſeparando ſe ab vnitate Eccleſiæ intra quam videt alios, chriſtianè viuere, ita, *dict. quæſtione centeſima octuaſima quarta, §. primo, num. 20. clare quæſtione* 179. *§. ſecundo, numero 16. &* 17. per illa quæ de ignorantia adducit, ibi, *§. 3. à num. 33.*

De multitudine, num per eam excu- 9
ſentur ſchiſmatici, dico ab eo crimine, & pœna non excuſare multitudinem delinquentium, quia ſi à Papa recederet etiam totus mundus (quod fieri non poteſt, eo quod tunc tota periret Eccleſia, nec verificaretur illud Matthei 16. *portæ inferi non præualebunt aduerſus eam*) non tamen quiſpiam excuſaretur, *capite multi in fine, ſecundo quæſtione primo*, ibi, *non minus ardebunt, qui cum multis ardebunt.* Cardin. Iacob. *de concil. lib. 7. articulo 1.*

pag. 418. *col.* 2. *ad medium illum*, ſic dicen-
tem referunt Decian. *in tract. crim. lib.* 5.
d. cap. 66. *num.* 5. Farinac. *d. quaſt.* 186. §. 1.
nu. 21. & faciunt in confirmationem dicta
ſupra in cap. cum Chriſtus ſub quaſt. 1. & *ſub*
quaſt. 5. vbi de Papæ poteſtate in ſpiritua-
10 libus, & ex dictis *num. ſeq.* 1. † Etenim
de neceſſitate ſalutis obedire ſummo Pon-
tifici *in extrauag.* vnam ſectam *de maiorit.*
& obed. inter communes per ea, quæ dixi,
& de hac *extrauag. ſub cap. nouit de iudi-*
ciis: atque Rojas *de haretic. p.* 1. *à num.* 105.
colligitur ex aliis traditis à Farinac. *d.*
quaſt. 181. §. 1. *ſub num.* 10. cum multis,
& ex verb. Bulla Cœna in verſ. nec non ſchiſ-
maticos & eos, qui in animarum ſuarum pe-
riculum ſe à noſtra, & Romani Pontificis pro
tempore exiſtentia obedientia pertinaciter ſub-
trahere, ſeu quomodolibet recedere præſu-
munt.

11 Ad quartam quæſtionis partem, an
aliam Eccleſiam, ſiue alium Pontificem
conſtituentes ſint verè ſchiſmatici; &
reſpondetur affirmatiuè: quia ſciſſuram
talem facientes, aliam Eccleſiam, &
alium Pontificem conſtituentes, ſunt verè,
& propriè ſchiſmatici, *gloſſa in cap. non*
autem 7. *quaſt.* 1. *& in cap. ad noſtram in*
verb. Eccleſia hoc titulo, D. Thom. 2. 2. *quæ-*
ſtion. 39. *artic.* 2. *verſ. Reſpondeo, in fine*, vbi
Bañes *in verſ. ſecunda concluſio*, Marian.
Socin. *in hac Rubrica num.* 5. *verſ. vnde*, qui
Arnald. Albertin. *in Rubrica de haretic. lib.* 6.
in figur. caſus, vbi ſchiſmatici declarantur
Cardinales, qui ſcientes Pontificem eſſe
Canonicè electum, alium elegerunt Pon-
tificem: Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.* 58.
num. 6. Decianus *crim. lib.* 5. *cap.* 17. *verſ.* 22.
vbi de aſſerente duas poſſe eſſe vniuer-
ſales Eccleſias, *& verſ.* 27. vbi de aſſe-
rente Eccleſiam Catholicam duos poſſe
habere Pontifices Barthol. Vgolin. *in tract.*
de cenſur. Pontifici reſer. in gloſſa nec non ſchiſ-
maticos, §. 1. *num.* 1. *verſ.* 2. in excommu-
12 nicationem hanc incidit. † Vbi dixit hæ-
reticum eſſe illum, qui exiſtimat vniuer-
ſalis Eccleſiæ caput vnum non eſſe, qui
in §. 2. *numero* 1. *verſ. tertio multò magis*,
& num. 2. ponit exemplum in Elizabeta
aſſerta Angliæ Regina, quæ ſeparauit ſe
ab vnitate Eccleſiæ, tam quoad caput
quàm quoad membra, aliam Eccleſiam
diuerſam à Romana faciendo, & ſe ipſam
aliud caput conſtituendo refert, & ſe-
quitur cum Syluestro Tabiena, Paulo
Grillando, Carrer. & aliis, Farinac. *d. quæ-*
ſtion. 184. §. 1. *num.* 9. imò multùm compro-
bat *extrauag.* quæ incipit *glorioſam*, edita
anno 1318. *in verſ. primus itaque error*, re-
lata per Franc. Pegnam *poſt direct. inquiſ.* 13
inter litteras Apoſtolicas *fol.* 76. † vbi fir-
matur errorem eſſe duas fingere Eccle-
ſias, vnam ſcilicet carnalem, & aliam
ſpiritualem, quod fuit error fraticillo-
rum damnatus à Ioanne 22. *in d. extrauag.*

Ad illud, de Bellum mouente contra 14
Eccleſiam, vel ſummum Pontificem, di-
cendum eſt *ex iam adductis ſub præmiſſo*
huius tit. & *d. quaſt.* 1. quòd, ſi per bellum,
intendit diuiſionem inter membra Eccle-
cleſiæ, à capite; ſine dubio ſit ſchiſmati-
cus: quia vult diſrumpere vnionem Eccle-
ſiæ Catholicæ: tamen ſi alia intentione
bellum agat, vt quia ſentit ſe læſum in
temporalibus à ſede Apoſtolica in hoc
caſu nullum reperiri ſchiſma dicendum
eſt *ex dictis ſub principio*, *& quaſt.* 1. hic
Bordon. *de offic. inquiſit. cap.* 7. *num.* 13. ex
eo quia bellum indicens, non intendit
ſcindere vnionem Eccleſiæ; ſed quod
ſuum eſt recuperare.

Ad quintam quæſtionis partem: an 15
ſchiſma ſit tam graue peccatum, quam
crimen idololatriæ, infidelitatis, & hære-
ſis; ad quod reſpondetur, quòd quamuis
ſchiſmaticus magis peccet, quàm infide-
lis: vel propter maiorem contemptum,
vel propter maius periculum quod pro-
cedit, vel propter alias circumſtantias,
de quibus Marian. Socin. *in Rubr.* hic le-
gendus *ex num.* 10. D. Thom. 2. 2. *d. qu.* 39.
artic. 2. Greg de Val. ſubdens ſchiſma non
ſolùm eſſe peccatum mortale; ſed etiam
grauiſſimum fore inter omnia alia quæ
committuntur contra tertium. Ignatius
Lopez *in addit. ad Diaz in practica crim.*
Canon. in verb. ſchiſmatici cap. 112. *in princ.*
addit. verſ. & nota, vbi quod ſchiſma
eſt ſummum malum, & adeò magis pu-
nitum, quàm parricidium, & idololatria
Petr. Greg. Syntagm. *iuris lib.* 33. *cap.* 11.
num. 1. dicens quòd crimen ſchiſmatis
lædit diuinam maieſtatem, & quòd ſchiſ-
maticus dicitur rebellis, perfidus, ſacri-
legus, inobſequens ſeruus, & filius im-
pius, *& num.* 3. quod ſint peiores paga-
nis: Decian. *crim. lib.* 5. *cap.* 63. *per totum*, vbi
multa.

Tamen, ex eodem Mariano, Socino, 16
D. Thoma, Valentia & Farinac. *de hære-*
ſi d. quæſt. 184. §. 1. *num.* 4. dicunt ſchiſma
ex ſe, ſecluſis dictis circumſtantiis, non
eſſe tam graue peccatum, quàm crimen
idololatriæ, infidelitatis & hæreſis, ex eo
quòd grauitas peccati dupliciter poteſt
conſiderari: vno modo ſecundùm ſuam
ſpeciem,

ſpeciem, ſecundùm quam illud dicetur maius peccatum, quòd maiori bono contrariatur: & ideò cùm certum ſit infidelitatis peccatum eſſe contra ipſum Deum; ſchiſma autem contra Eccleſiaſticam vnitatem, quæ minus bonum eſt, quàm ipſe Deus; idcirco ex ſe infidelitatis peccatum grauius eſſe, quàm peccatum ſchiſmatis licet poſſet contingere, quòd aliquis ſchiſmaticus grauius peccet propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum, vel propter alias aggrauantes qualitates, quare ſic tenet, præcitatis argumentis contrariis reſpondendo, † vnde Decian. probans qualitatem huius criminis *d. cap.* 63. latiſſimè exornando inter alia addit, quòd licèt hæreſis inſpecto principio grauius ſit crimen ſimplici ſchiſmate: quia hæreticus, immediatè rebellis eſt Chriſto, ſchiſmaticus verò vnitati Eccleſiæ: quia tamen ſchiſmatici perſeuerant, & ſic perſeuerantes neceſſario in hæreſim incurrunt; hoc ideo data perſeuerantia ſchiſmatis, crimen grauius videri hæreſi, cùm duo annexa contineat crimina *per cap. non offeramus*, & *ibi gloſſa fin.* 24. *quæſt.* 1. cum aliis ipſe Decian. *num.* 1. *poſt princ. verſ. & licet hæreſis*, & ſic Bondon. *de offic. inquiſ. cap.* 7. *num.* 5. dixit quòd ſchiſma eſt minus vitium, quàm hæreſis, & apoſtaſia, quæ ſunt maiora vitia, ſcilicet contra Deum; illud verò contra Eccleſiam, & ſummum Pontificem.

QVÆSTIO III.

An ſint ſchiſmatici ſtrictè, qui diuiſi ab vnitate Eccleſiæ Romanæ conantur ſuos Epiſcopos, & presbyteros, & conſtitutiones facere, vel qui contemnunt Eccleſiæ Romanæ veras conſtitutiones: An Antipapa ſit ſchiſmaticus, eiiciaturque per verum Papam: Vbi ad quem ſpectet tollere ſchiſma, & qualiter ſe debeat gerere confeſſarius cum ſchiſmatico.

SVMMARIVM.

1. *Schiſmatici ſunt ſtrictè, qui diuiſi ab vnitate Eccleſiæ Romanæ conantur ſuos Epiſcopos, presbyteros, & conſtitutiones facere, vel qui contemnunt Eccleſiæ Romanæ veras conſtitutiones.*
2. *Antipapa qualiter ſit ſchiſmaticus?* remiſſiuè.
3. *Antipapa tollitur à vero Papa, alias à Concilio quibus pœnis, n* 4.
5. *Confeſſarius cum ſchiſmaticis qualiter ſe gerere debeat: & quibus medis illos ad veritatem conetur reducere, ſeu admonere vt ab inquiſitóribus tollatur, num.* 6.
7. *Fautores, & defenſores ſchiſmaticorum incurrunt cenſuram tantùm latam* in conſt. Pauli IV.

AD primam quæſtionis partem *ex dictis* iam facilè reſpondetur affirmatiuè per communem DD. *in cap.* 1. *&* 2. hic, *& ex cap. nouarius*, & *cap. denique* 1. *quæſt.* 1. *cap. nulli diſt.* 2. per quæ iura ita antiqui *in d. cap.* 1. Abbas *ſcilic.* Antiq. *num.* 2. Innocent. *num.* 1. Hoſtienſ. *poſt n.* 1. *verſ. ſtrictè*, Burr. *num.* 4. *verſ quidam ſunt ſchiſmatici ſtrictiſſimè*, Anchar. *in Rubrica num.* 1. *verſ. tamen ſtrictè*, vbi Butr. *& verſ. dicuntur*, Abbas *ante num.* 1. *verſ. ſed ſtrictiſſimè*, Marian. Socin. *ſub num.* 4. *&* 5. *& num.* 9. Anania *num.* 3. *verſ. aliquando*, *& ſtrictiſſimè*, Cardinal. Zabarela *num.* 1. *in fine verſ. ſtricti*, Arnald. Albertin. *in hac Rubrica lib.* 6. *quæſt.* 11. *num.* 2. *verſ. ſchiſmatici propriè ſunt*, Simanch. Cathol. *inſtit. tit.* 58. *num* 1. *&* 6. *& in Enchirid. tit.* 6. *nu.* 1. Carrer. *de hæretic. poſt numer.* 22. Diaz *in practica crimin. Canonica in verb. ſchiſmatici cap* 112. *in fine*, vbi Ignatius Lopez *in addition. in princip.* Petr. Greg. *ſyntagm. Turris lib.* 33. *cap.* 11. *num.* 2. *verſ. alios enim ſibi Epiſcopos eligunt*, & *alia altaria erigunt*, & *num.* 4. *verſ. nituntur*, Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 60. *num.* 1. 2. *&* 3. *verſ. ſtrictiſſimè*, & *num.* 4. vbi declarat quo modo ſchiſmaticus dicatur diuidere ab vnitate Eccleſiæ congerit: Farinac. *de hæreſ. quæſtione* 184. §. 1 *num.* 8. etiam Rojas *de hæretic. p* 1. *n.* 505. Vgolin. *de cenſur. Pontifici reſeruatis p.* 2. *in gloſſa nec non ſchiſmaticos in princ. nu.* 1. *&* 3. & alij. 1

Ad ſecundam quæſtionis partem an Antipapa ſit ſchiſmaticus; reſpondetur ex dictis *ſub quæſt.* 1. de fingente ſe Papam ſeu caput vniuerſalis Eccleſiæ. 2

Et ſic ad aliud à quo Antipapa eiiciatur, ſeu à quo tollatur ſchiſma, breuiter etiam reſpondetur, quòd quando exiſtit verus, & indubitatus Papa; tunc ad eum ſpectat extirpare ſchiſma inductum, non 3

ſolùm pœnis ſpiritualibus; ſed etiam temporalibus, atque auxilio brachij ſæcularis: ſic vt imperator cum cæteris Principibus teneatur in omnibus abiurare ſummum Pontificem, vt colligitur *ex textu in cap. vnico hoc tit.* vbi referunt quoſdam Cardinales, qui fuerunt ſchiſmatici, & quibus pœnis flagellati, quæ iuuantur *ex dictis ſupra in cap. ex c. excommunicamus* 1. §. *moueantur.*

4 At quando ignoratur quis ex pluribus ſit verus Papa; in hoc caſu docent Sayrus *lib.* 3. *capite* 5. *numero* 22. Bordon. *de offic. inquiſit. capite* 7. *numero* 19. Bonacina *in Bulla diſputatione* 1. *quæſtione* 2. *p.* 5. *§ ſecus dicendum*, & alij, tunc ſpectare ad Concilium generale congregandum per Cardinales veros ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, alia referr in confirmationem ipſe Bordon. *capite ſexto, ex quæſtione quinta,* dum agit de illa: an Papa ſit caput Concilij, nec congregandum ſine eius licentia.

5 Ad vltimam quæſtionis partem, qualiter ſe debeat gerere confeſſarius cum ſchiſmaticis, & ſuppoſitis, quæ adduxi *ſub cap. ſicut de hæreticis*, vbi qualiter *quæſt. fin. in fine*, ſe debeat gerere cum fautoribus, &c. *& ſub cap. in fine, vbi de lectura librorum prohibitorum:* Etſi ſchiſma eſt iniunctum cum hæreſi, ſe geret vt cum hæretico; ſin autem ab hæreſi ſit ſeparatum, debet animaduertere differentiam, quæ verſatur inter excommunicationem latam ob hæreſim, & ſchiſma: quia illa requirit copulatiuè errorem in intellectu, & manifeſtationem illius extrinſecam; hæc verò ſolum extrinſecùs opus, quod ſufficit ad cenſuram incurrendam, etiamſi non adſit animus ſe ſubtrahendi ab obedientia Pontificis, vt eſt caput Eccleſiæ: ſic Bonacina cum Sanchez, & Suarez *de cenſ. in ſpecie tom.* 3. *diſput.* 1. *quæſtione* 2. *puncto* 5. *numero* 10. *verſ. ſecundò patet*, Scortia *in ſelect. Romani Pontiſic. epitom.* 166. *theor.* 410. *verſ quod ſpectat ad tertiam verſ. part. hinc colligi Catholicos*, vbi latè agit de Bulla Pauli V. incipit *Paſtoralis* de pœnis hæreticorum fautorum, & aliorum.

6 Secundò, vt ſi conſtet de vero Pontificè, aut res eſt dubia, conſiderabit iuxta diſtinctiones prædictas, quas & refert Carena *de offic. inquiſit. titulo* 3. *ex num.* 71. aliis adductis Bullis: ſic inquam, vt circa ſchiſmaticum ſe gerat proportionaliter: nam ſublatâ ab ſchiſmarico cenſurâ ab Epiſcopo & inquiſitore, abiurato ſchiſmate & hæreſis ſuſpicione in foro externo, eadem exigat ab eodem in foro interno monendo eum de grauitate ſchiſmaris, quam confeſſarius colligere poteſt iuxta doctrinam ex principio *hic* adductam, & ex aliis congeſtis à Carena *ex numero* 47. qui ait *num* 71. cum Duardo *in Bulla Cœnæ libro* 2. *can.* 1. *quæſtione* 58. *numero* 18. *verſ. hoc benè verum eſt*, Bonacina, & Abbate Pueirono *in d. Bulla capite* 1. *numero* 246. † Quod fautores, defenſores, & receptatores ſchiſmaticorum incurrunt tantummodo cenſuram latam à conſt. Paul. IV. quæ cùm nulli ſit reſeruata; poterit à quocumque confeſſario tolli, iuxta ea, quæ dixi *ſub d. cap.* ſicut de pœnis ſchiſmaticorum, & ordinatis ab iis, dico *infra in cap.* 1. *&* 2. vbi eſt propria ſedes. 7

AD TEXTVM

In Capite I. & Capite II. hoc titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Ordinatorum ab ſchiſmaticis materia inſinuatur.*

TExtvs iſte *& cap.* 2. *hoc tit.* etſi ſub Rubro de ſchiſmaticis ſint, potius ad ſecundam Rubricæ partem ſpectare videntur nempe de ordinatis ab his, & pœnis quibus ſubiiciuntur: quare, quia DD. multi inuoluendo Rubricam cum Rubro, ſub his tractant omnia à nobis expedita; ideò, quoties occurret caſus inſerendi ſchiſmaticorum materiam facilis erit applicatio, aſſumendo illam occaſione finalium verborum *hic, ibi illos vero, qui ſponte iuramentum de tenendo ſchiſmate præſtiterunt, à ſacris ordinibus, & dignitatibus decernimus manere ſuſpenſos*, & in verbis *alienationes vero, quæ per eoſdem ſchiſmaticos factæ ſint de rebus Eccleſiaſticis, omni carent firmitate*, ex quibus de pœnis tam ſchiſmaticorum, quam inordinatis ab his nunc erit agendum. 1

QVÆ

QVÆSTIO I.

An clericus ſchiſmaticus debeat degradari, & abſque incorrigibilitate tradi curiæ ſæculari: an ordinatus ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmatico incurrat ſuſpenſionem, de qua *in cap. cum clericus*, de ordinatis ab Epiſcopo qui renunciauit Epiſcopatum, & an conſuetudo immemorialis contra ſacros Canones à Græcis introducta durante ſchiſmate, valida ſit: & an iurans obſeruare ſchiſma, obligetur ratione iuramenti, & an corpora mortuorum ſepulta ab ſchiſmaticis ſint exhumanda.

SVMMARIVM.

1. *Schiſmaticus clericus, num degradetur, & abſque incorrigibilitate tradatur curia ſæculari?* remiſſiuè.
2. *Ordinatus ab ſchiſmatico, num incurrat ſuſpenſionem?* remiſſiuè.
3. *Schiſmate durante, an conſuetudo introducta à Græcis contra Canones ſit valida?* remiſſiuè.
4. *Iurans ſchiſma, tenere non obligatur, & eſt ſuſpenſus.*
5. *Sepulta corpora ab ſchiſmaticis, num ſint exhumanda?* remiſſiuè.

1 AD has quæſtiones, quia reſolutio pendet ab *alibi* dictis; ſolùm pro reſponſione, earum aſſignatio ſufficiet. Ad primam igitur reſpondebis per illa, quæ dixi *in cap. cum non ab homine, de iudiciis quaſt.* 25. vbi de illa.

2 Ad ſecundam quæſtionis partem dixi *in cap. illa quotidiana* 39. *de elect. qu.* 2.

3 Ad tertiam de conſuetudine introducta à Græcis durante ſchiſmate dixi *in cap. fin. de conſuet. qu.* 6.

4 Ad quartam, quæ conſurgit ex verbis textus noſtri de iurante ſchiſma tenere, quia excitatur ad dubia, quæ latiſſimè adduxi *ſub capite* 12. §. *illi vero cap.* 12. *quint. cap. quemadmodum*, & de aliis, de iureiurando, vbi plenè egi de quæſtionibus, an iuramenta de re illicita valida ſint, aut ipſo iure nulla: ſic ex *ibi*, dictis de hoc iuramento, poteris reſolutionem præſtare, etſi in textu noſtro non explicetur, & Barboſa *hoc in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori pænit. lib.* 32. *tract.* 1. *num.* 74. *in verſ. eſt item*, notant *verſ. noſtri textum illos verò qui ſponte*, ad hoc, quòd ſuſpenſi ab ordinibus, & dignitate ſunt, qui ſponte iuramentum præſtant de tenendo ſchiſmate.

Ad vltimam: an corpora mortuorum ſepulta ab ſchiſmaticis ſint exhumanda: quia de illa dixi *ſub cap. à nobis* 2. *de ſacram. non iterandis quaſt.* 1. ideò ad ibi dicta de remittimus. 5

QVÆSTIO II.

An ordinationes, collationes beneficiorum, & aliarum dignitatum Eccleſiaſticarum, ſint nullæ, & irritæ ab ſchiſmaticis, & alienationes ab eis factæ, & quid quoad ſacramenta? Et an ab iſtis ordinati, ab ordine ſuſcepto ſtatim repellantur? Et an ſchiſmatici ſint infames, priuentur ab honoribus, & dignitatibus, inhabileſque reddantur ad alia obtinenda? Et an ſchiſmaticus deponatur, & ſit caſus, vt etiam pœna mortis valeat puniri ſicut hæreticus? Vbi de pœna excommunicationis, confiſcationis, & aliarum reſolutiuè.

SVMMARIVM.

1. *Schiſmaticus ſolet reputari hæreticus? imò, & hæreſiarcha.*
2. *Schiſma, & hæreſes eliminari ab Eccleſia plures Pontifici mandarunt per cenſuras, & pœnas.*
3. *Ordinationes, collationes, & alienationes ab ſchiſmaticis factas ſunt irrita, & nulla.*
4. *Schiſmatici iuriſdictionalia exercere non poſſunt: vt deponere, excommunicare: quia & ſunt ſuſpenſi* num. 5. 6. *fallit in collatione ſacramentalium*, numero 7. & 8.
6. *Geſta per ſchiſmaticum exiſtentem extra communionem Eccleſia ſunt nulla*, & num. 8.

7. Sacra

7. *Sacramenta collata ab ſchiſmaticis effe-ctum ſortiuntur, licet vſus prohibea-tur: vbi quod in ordine eſt certum,* vt num.8. & 9. *vbi diſtinguitur.*

8. *Iuriſdictionis poteſtas admittitur in ſchiſ-matico denunctato non in tolerato.*

10. *Epiſcopus ſchiſmaticus, etſi inualide abſoluat, & præſtet, quæ ſunt ſuæ iuriſdictionis; non tamen, quæ depen-dent à poteſtate ordinis inualide exer-cet, etſi ipſe, & ordinatus peccent, ſitque iſte ſuſpenſus ab executione or-dinum.*

11. *Ordinationes ab ſchiſmaticis facta adeo prohibentur, quòd ab illis ordinati in ordine ſuſcepto ſtatim repellantur, niſi diſpenſentur à Papa, & nu-mero* 12.

12. *Diſpenſatio Papæ requiritur in ordina-to ab ſchiſmatico vt exerceat, niſi delictum ſit occultum: nam tunc po-terit Epiſcopus diſpenſare, quæ poteſt contingere ex ſolo facto, & exempli-ficatur,* numero 13. *&* ſub nu-mero 15.

13. *Diſpenſatio ſchiſmatici ſi non interce-dat, etiam poſt peractam pænitentiam, eſt inhabilis ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.*

14. *Schiſmatici ſunt infames, & priuantur honoribus, & dignitatibus, etiamſi ſint Cardinales: vbi de quibus intelligitur,* & num.15. & 16. *vbi de aliis pænis,* vſque ad n.25.

16. *Prælati quicumque ſchiſmatici, tanquam duces aliorum; maioribus innodantur pænis à Paul. IV.*

17. *Schiſmaticus contumax, & pertinax, mor-tis pæna punitur, traditurque curiæ ſæ-culari, data incorrigibilitate, & dato ſchiſmate cum hæreſi, vbi de degrada-tione, & depoſitione,* n.18.

19. *Magiſtratus, & Domini temporales, & omnes etiam Eccleſiaſtici ſunt traden-di curiæ ſæculari ſi ſchiſma excitarunt, & quando non* ſub n.20.

20. *Pæna mortis in ſchiſmaticos quando.*

21. *Schiſmatici patiuntur excommunicatio-nis, & aliarum cenſurarum pænas; & an ipſo iure diſtinguitur inter ſchiſma-ticum hæreticum, aut purum ſchiſmati-cum, & exemplificatur.*

23. *Clericus ſchiſmaticas poſt excommunicatio-nem repellitur à ciuitate.*

24. *Confiſcationis bonorum pænam etiam pa-titur ſchiſmaticus.*

25. *Pæna pecuniaria poſſunt imponi ſchiſ-maticis, item exily, carcerationis, re-legationis, & vſque ad vltimum ſup-plicium, ſic, vt ſi ſint pertinaces, & impænitentes queant relaxari brachio ſæculari, & pæna mortis naturalis mulctari.*

AD has difficultates, vt reſpondea- 1
mus duximus præmittendum, vt quia ſupra dictum eſt, ſchiſmaticus reputatur hæreticus, & quod vt talis punitur; imò quod, & reputatur hæreſiarcha: ita Farinac. *de hæreſi qu.*184. § 2. vbi *ſub n.*53. cum infinitis, *& ex textu in cap. denique* 1. *quæſt.*1. probans primam partem eo quod non datur ſchiſma ſine hæreſi *ex cap. firmiſſimè tit. de hæreticis*, ibi: *hæreticum vel ſchiſmaticum*: vbi DD. antiqui, *& ex cap.*1. *hoc titulo, lib.*6. in illis verbis: *ipſoſque iudicauimus ſchiſmaticos, & blaſphemos, & tanquam hæreticos puniendos*: vbi Gemin. Franch. & alij: & quod ſit hæreſiarcha *ex textu noſtro*: vbi Innocent. *num.*1. Abbas *antiq. num.*2. Hoſtienſ. *ante num.* 1. *&* 2. *verſ. nos dicimus*: Ioan, Andr. *num.*1. Marian. Socin. *in* 1. *notabili omnes in verbo: Hæreſiarchis*, dum loquuntur in his qui per ſchiſma in Papatu ſe intruſerunt, etſi de omnibus ſchiſmaticis intelligant relati, vt refert Farinac. *d.* §. 2. *num.* 54. & dummodo habeant errorem in intellectu, & circa articulos fidei, aliter ſecus, ibi *num.*55.

Secundò, quia ſicut plures Pontifices 2
de remediis prouiderunt ad eliminanda ſchiſmata, & hæreſes ab Eccleſia vt fuerunt Pius V. *in ſua conſt.* incipit: *Inter multiplices* approbans cenſuras, & innouans pœnas in ſchiſmaticos, & hæreticos ſtatutas à prædeceſſoribus v.g. ab Innocent. *in Bulla* 1. *his quæ*: Honorio III. *has leges*: Greg. III. *num.*3. *excommunicamus*, Innocent. IV. *num.*1. *cum aduerſus, & numero* 8. *cum fratres, num.*9. *ad extirpanda num.*18. *nouerit*, Alex. IV. *num* 7. *felicis* Clem. IV. *num.*3. *ad extirpanda*, Nicol. III. *numero* 2. *nouerit*, Honor. IV. *num.*2. *exhibita*, quas recolligit, etiam Paul. IV. §. 2. *in ſua conſt.* 19. *olim.*42. *ann.*1559. incipit: *Cum ex Apoſtolatus*; cæteras comprobans, & in Bulla Cœnæ Domini §. 1. *& ex ſacr. Concil. vt Lateran. ſub Alex. III. cap.*27. *Lateran. ſub Innocent. III.* & reliquis ferè omnibus ſiue Patrum decretis, & canonibus, *vt in cap. Accatius* 24. *quæſt.*1. *cap. qua dignior, cap. quicumque, cap. didicimus, cap. qui contra ibidem, cap. ad abſoluenda ſuprà hoc titulo, cap. quicumque de ſent. excomm.* & ordinationibus Principum ſæcularium, *vt tit.*1.

tit. 1. Codic. de ſumma Trinit. & fide Catholic. & titulo quinto, C. de hæretic. Manich. Samarit. & in nouellis, & conſtitut. Federici II. Caroli IV. & aliorum, vt recolligit Scortia *ad dictam Bullam Pauli Epitom. 71. à Theorem.* 182. vbi alia plura de ſchiſma, & ſchiſmaticis ponit, & de pœnis contra eos, & hæreticos in ipſis illos coæquando; ideo cùm iam de pœnis contra hæreticos dixerimus *in d. capite ad abolendam*, & contra fautores, & alios de hæreſi ſuſpectos *in cap. ſicut 8. de hæreticis*: ideo nunc breuiores erimus in coniungendis, quæ ſunt impoſitæ contra ſchiſmaticos, & contra ordinatos ab eis.

3 Ad primam igitur quæſtionis partem, quæ cum aliis eſt propria textus noſtri, *& capite 2. hoc titulo*, dicendum eſt ordinationes, collationes beneficiorum, & aliarum dignitatum Eccleſiaſticarum, nec non alienationes etiam ab eis factas nullas prorſus, & irritas eſſe vt clarè ex ſimilibus verbis liquet ex textu noſtro, vbi gloſſa, & pleniſſimè DD. omnes tractant non ſolum an, & quando ordinationes, & alienationes prædictæ valeant, vel non; ſed etiam latiſſimè per plurima diſtinctionum capita diſtinguunt, an & quando valeant geſta à ſchiſmaticis tam in temporalibus, quàm ſpiritualibus: Farinac. *ſupra d. §. 2. numero* 43. allegando textum *in capite Nouitianus 7. quæſtione 1.* vbi Cyprian. fuit loquutus ibi: *qui nec vnitatem ſpiritus, nec conuentionis pacem aſſeruat & ſe ab Eccleſiæ vinculo, & à Sacerdotum collegio ſeparat, nec Epiſcopi poteſtatem habere poteſt nec honorem*; quem textum referens D. Thom. *in 2. 2 quæſt. 39. artic. 3.* propoſita quæſtione vtrum ſchiſmatici habeant aliquam poteſtatem diſtinguit inter poteſtatem ſpiritualem, quæ ſacramentalis eſt, & eam quæ eſt iuriſdictionalis.

4 Quare verba textus noſtri tendunt potius ad iuriſdictionalem, de qua quidem dicendum eſt, qnod cum ea ex ſimplici hominis iniunctione conferatur, & non ſic immobiliter adhæreat, vt ſacramentalis ea vtique in ſchiſmaticis, & hæreticis non maneat, & propterea non poſſint abſoluere, nec excommunicare, nec indulgentias facere aut aliquid huiuſmodi, & plures quæſtiones ad D. Thomam mouens Greg. de Valentia *in comment. articulo 3. & 4. verſ. 1. vſque ad tertium certum eſt, & ſeq. & verſ. controuerſum autem eſt*, diſcutiens ſequentia verba: *An propter ſchiſma amittatur iuriſdictionalis poteſtas: an inquam ipſo iure, vel per ſententiam*; & quid *ſi ſchiſma fuerit occultum, vel manifeſtum*: Ioan. Azor *inſtitut. moral. p. 1. lib. 8. capite 2. Rubrica de ſchiſmaticis quæſtione* 9. vbi generaliter quærit: *An in ſchiſmaticis clericis, vel Epiſcopis maneat Eccleſiaſtica poteſtas, & quæſtione 12. an ea, quæ publicè faciunt ſchiſmatici ratione publici alicuius officij, vel muneris valeant*: Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. quæſtione 67. à numero* 8. vbi quod ſchiſmatici deponere, & excommunicare non poſſunt per *caput 1. cap. audiuimus 24. quæſt. 1. & num.* 11. quod nec abſoluere, nec indulgentias concedere, *& num.* 12. quod ſunt ipſo iure ſuſpenſi ab omni actu iuriſdictionali *d. cap. audiuimus §. ſin autem, & ex cap. didicimus 24. quæſt.* 3. videndi etiam ſunt ante præallegatos Hoſtienſ. *in ſumma hac Rubrica, §. quid iuris num. 4. & numero* 5. vbi late Goffredus in eadem ſumma, *& titulo numero* 4. ſumma Angelica *verb. ſchiſma numero 2. & ibi in addit. litt. B. & litt. H. & littera I. verſ. vtrum contractus alienationis*: Syluester *eodem verb. numero* 3. Tabiena *in dicto verb. numero 3. verſ. quia Eccleſia*, Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris libro 33. capite 11. verſ. & ius Pontificium.*

Nec obſtat dicere, quod in prælibata ſententia textus noſtri habetur verbum *ordinationes*, quod ad ſacramentum refertur, quod non impedit, quia illud verbum *ordinationes* refertur ad iuriſdictionem externam, qua Epiſcopi ordinant, vel intitulant aliquem de beneficio, ſeu conferunt; & ſic declarando videtur vt Andr. Valenſ. *in Rubric hic numero* 3. ſic explicet, dum aſſerendo *ex textu noſtro, & d. cap.* 2. ordinationes, collationes, & rerum Eccleſiaſticarum alienationes à ſchiſmaticis factas eſſe irritas, & inanes comprobans *ex textu in cap. ordinationes 9. qu. 1.* ſcilicet quoad executionem, & functionem ordinis dicendo quod, etſi retineant poteſtatem ordinis, ſunt tamen ab eius vſu ſuſpenſi; & verius eſſe dicit poteſtate iuriſdictionis vniuerſaliter eſſe priuatos, ſunt extra Eccleſiam *ex d. cap. Nouitianus 7. quæſt. 1, cap. didicimus 24. quæſt. 1. Canone alienationes 12. qu. 2.* 5

Et ſic DD. *ex verſ. hic ordinationes ab Octauiano* notant, quod geſta per ſchiſmaticum nullius ſunt momenti veluti in caſu, in quo actus eſt geſtus extra formam Eccleſiæ; quia quidquid geritur extra Eccleſiæ formam, eſt nullum per 6

gloſſam hic *verb. irritas*, Abbas *ſub num.* 4. Anania *num.* 2. ſum. *num.* 6. triumph. *de poteſtate Papæ quaſtion.* 25. *artic.* 3. *in reſponſo ad.* 3. Ricciul. *de iure perſ. exiſt. extr. grem. Eccleſiæ lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 3. vbi *num.* 5. declarat vt procedat in ſchiſmatico exiſtente extra communionem Eccleſiæ, & iuxta hoc intelligendi ſunt Corraſ. *de beneſic. p.* 3. *capite vltim. numero* 19. Nicol. Garcia *de beneſic.* 11. *p. capite* 10. *numero* 159. Ricciul. *d. libro* 9. *capite* 4. Sanctarel. *de hæreſi capite* 43. *numero* 8. & Barboſa hic *numero ſeptimo*, notantes *per verſ. ſeu beneficia per dictos ſchiſmaticos*, nempe vt collationes beneficiorum, & dignitatum factæ à ſchiſmatico nullæ ſint.

7 Ad ſecundam partem quid quoad ſacramenta, videtur vt adminiſtrata non ſint irrita, imò quod effectum operentur, quia cum poteſtas ſpiritualis ſemper remaneat in homine, qui per conſecrationem eam adeptus eſt quamdiu viuit, ſiue in ſchiſma ſit, ſiue in hæreſim labatur, licet vſum huius ſacramentalis poteſtatis amittat per lapſum in ſchiſma, ſiue in hæreſim; ita tamen quod ei non liceat hac poteſtate vti; tamen ſi fuerit vſus,eius poteſtas habebit effectum in ſacramentalibus, cum in his homo non operetur, niſi ſicut inſtrumentum Dei, & propterea effectus ſacramentales propter culpam conferentis non excluduntur: ita D.Thom. 2.2. *d. quæſt.* 39. *art.* 3. Gregor. de Valentia *vbi ſupr.* Decian. *d. cap.* 67. *lib.* 5. *crim. num.* 11. vbi dicit ſchiſmaticum retinere characterem, &ideo in ſacramentalibus retinere poteſtatem Farinac. *d. §.* 2. *qu.* 184. *ſub num.* 43.

8 Sed quoad amittendam poteſtatem iuriſdictionis intelligitur amitti, ſi denunciatus fuerit ſchiſmaticus ex illa regula communi de cenſurato occulto,& tolerato,vel de publico, ant iam denunciato,cui adimitur facultas ligandi, ac ſoluendi, & ſecundum hoc intelligendum eſſe textum *in cap. didicimus* 31. 24. *quæſt.* 1. quatenus ibi dicitur hæreticos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis, & iuris, vbi gloſſa ait occultum tolerari intelligendo nondum denunciatum: Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 13. Sotus *in* 4. *diſtinct.* 12. *qu.* 1. *art.* 4. Bonacina *de legibus diſp.* 3. *quæſt.* 4. *p. fin. §.* 5. *num.* 8. *ex illis*, Carena *p.* 2. *de offic. inquiſit. tit.* 3. *num.* 43. contra Azorium, & Valentiam.

9 Et ſic ex D. Thom. *d. artic.* 3. Bordon. *de offic. inquiſit. p.* 7. *num.* 23. Farinac. dixit circa poteſtatem ordinis non eſſe difficultatem, quæ inamiſſibiliter coniuncta charactere impreſſo animæ euacuari non poteſt ab homine, ſed ſemper maneat; indeque fieri vt Sacerdos etiam degradatus, vel reſuſcitatus retinear hanc ordinis poteſtatem, per quam poteſt ſacrificium Miſſæ conficere, non enim perdit eam ſchiſmaticus, quod vberius, & diſtinctius declarat Ricciulus *ſupra d. cap.* 3. *num.* 7. vbi quod quando Sacramentum adminiſtratur ab ſchiſmatico ſecundum formam Eccleſiæ, eo quia intendit facere, quod facit Eccleſia; tunc quidem ſi verſemur in Sacramentis quæ vltra gratiam aliam executionem non ſpectant prout ſunt confectio corporis Chriſti, Baptiſmus, & vnctio ſacra, tunc teneant quamuis recipientes ab eis peccent mortaliter, niſi in caſibus à iure permiſſis, ſi vero (ait Ricciulus) verſemur in Sacramentis, quæ vltra gratiam deſiderant executionem provt eſt Sacramentum ordinis, tunc reſpectu characteris valeat, quia cum illud ſit impreſſum in anima, etiam à ſchiſmaticis confertur, vt docet gloſſa hic *in verb. irritas*, Abbas, & Barboſa *numero* 3. additque Ricciul. reſpectu executionis non conferri, niſi Sacramentum fuerit receptum ex ignorantia probabili, quam dicit tandiu ſuffragari, quamdiu durat probabilitas, non quando res fuerit patefacta requiri diſpenſationem, firmat iuxta quam intelligitur, *cap.* 2. hic.

Vnde infertur quod Epiſcopus ſchiſmaticus, etiam denunciatus, licet valide non abſoluat, nec alia præſtet, quæ à poteſtate iuriſdictionis pendent; nihilominus efficaciter agat ea, quæ pendent tantum à poteſtate ordinis, indeque valide conficiat Sacramentum Euchariſtiæ, & conferat ordines, quia hæc duo requirunt tantum poteſtatem ordinis, quæ inamiſſibilis eſt fundata in charactere impreſſo indelebiliter in anima, etſi verum quidem ſit vt tam ordinans quam ordinatus peccent mortaliter & præterea ſic ordinatus ſit ab executione ſuorum ordinum ſuſpenſus *ex d. cap. ordinationes* 3. *quæſtione* 1. & *ex hoc textu noſtro, & capit.* 2. hic Bordon. *d. capit.* 7. *de offic. inquiſit. numero* 26. ante illum Bonacina *in Bulla diſputat.* 1. *quæſtione* 2. *p.* 5. *numero* 24. 10

Et ex his colligunt communiter iam adducti, & Bordon. *d. cap.* 7. *numero* 25. geſta per ſchiſmaticos nondum denunciatos valida eſſe licet ipſi peccent, & infructuosè 11

fructuosè ſacramenta recipiantur ab illorum ſectatoribus intelligendo ſic iura, quæ dicunt extra vnitatem Eccleſiæ, non accipi ſpiritum ſanctum *capite loquitur* 24. *quæſtione* 1. illos carere poteſtate ligandi, ac ſoluendi, qui vnitatem Eccleſiæ Catholicæ non tenent *cap. omnibus* 2c. *quæſtione* 1. non conſecrare, nec conſecrari, in ſcbiſmate conſtitutum *capite pudenda* 33. *quæſtione* 1. eo quod careant poteſtate, aut de eo, qui non ſeruat formam Eccleſiæ in illis adminiſtrandis, aut qui intruſus eſt à ſe, aut ab alio ſchiſmatico; & ſic intelligendum iudico: Couar. *in capite alma mater p.* 1. §. 6. *numero* 6. Azor *inſtitut. moral. p.* 2. *libr.* 3. *capite* 48. *quæſtione* 7. dum dicunt, quemlibet Epiſcopum ſchiſmaticum excommunicatum ſuſpenſum, vel degradatum conferre ordinis characterem, ſed non eius executionem per textum noſtrum quod inquantum ad executionem videtur de excommunicato iam denunciato *ex dictis*.

Ad tertiam partem quæſtionis, an ab
11 iſtis ſchiſmaticis ordinati, ab ordine ſuſcepto ſtatim repellantur, quæ ſpectat principaliter ad textum *in d. capite* 2. hic, quæ deſeruit legitimè ad ampliationem *noſtr. capite* 1. ob quod ſub hac quæſtione tractamus; reſpondeo in tantum ordinationes à ſchiſmaticis factas non valere, quod ab illis ordinati in ordine ſuſcepto ſtatim repellantur, niſi ab habente poteſtatem fuerint diſpenſati per verba *d. capite* 2. vbi gloſſa, & DD. omnes tractant latiſſimè, etiam ibi agunt de quæſtione, an quando, & qua pœna puniatur recipiens ordines, beneficia, & dignitates, ſeu etiam emens res Eccleſiaſticas à ſchiſmaticis, & quando quomodo, & quis poſſit cum ipſis diſpenſare de qua re plenè Hoſtienſ. *in ſumma hoc titul.* §. *quid iuris numero* 4. *&* 5. Armilla *verbo ſchiſma numero* 4. *verſ. recipientes ordines à ſchiſmaticis*, Roſella *verb. hæreticus numero* 25. *verſ. quis poteſt diſpenſare*, Angel. *d. verb. ſchiſma numero* 3. *&* 4. *& ibi in additionibus litt. A.* Sylueſt. *d. verb. n...... verſ. ſecundum quartum ad participantes*, Tabiena *eo verbo numero* 3. *verſ. quia Eccleſia*, Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *cap.* 57. *numero* 8. Ioan. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. *hac Rubrica, quæſtione* 11. vbi ponit doctorum diuerſas ſententias circa pœnas excommunicationis, & priuationis à beneficiis obtentis, an ipſo iure, ſeu per ſententiam.

12 Et ſic breuiter notandum eſt cum Nicolao Garcia *d. beneſic. d p.* 11. *cap.* 10. §. 1. *numero* 163. quod requiritur diſpenſatio Papæ, niſi delictum ſchiſmatis eſſet occultum: nam tunc poterit diſpenſare Epiſcopus virtute Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reform.* Thom. Sanchez *in præcepta decalogi libro* 2. *capite* 36. *numero* 18. Barboſa *in d. cap.* 2. *hic numero* 4. *in fine*, & quod hæc diſpenſatio ex ſolo facto contingat probant Menoch. *lib.* 1. *præſumpt* 20. *numero* 15. Maſcard. *de prob. concluſ.* 1239. Henriquez *in ſumma lib.* 13. *numero* 3. Azor *inſtitut. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt. fin.* Sanchez cum aliis *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 4. *numero* 15. Barboſa *d. cap.* 2. *num.* 3. notante in gloſſa ibi, *diſpenſatum*, ad hoc quod habens diſpenſandi facultatem, promouendo inhabilem adhibita cauſæ cognitione præſumatur cum eo diſpenſare, † imò addunt idem Sanchez *num.* 17. & longe Roderic. à Cuhna *in comment. ad cap. ſi quilibet* 16. *ex num.* 5. *diſt.* 54. magis placere opinionem aſſerentem cenſeri, tunc etiam principem inferiorem diſpenſare quamuis cauſæ cognitionem non permittat; verum ſi diſpenſatio non intercedat quod tunc ſchiſmatici etiam poſt peractam pœnitentiam inhabiles ſint ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda docent DD. per gloſſam *in d. cap.* 2. hic *poteſtatem*, ibi: *conuerſus ad vnitatem Eccleſiæ*, Rebuff. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia numero* 19. Pegna *in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 48. *num.* 73. Vgolin. *de irregul. cap.* 36. §. 3. *num.* 7. Suarez *de cenſ. diſput.* 43. *ſect.* 2. *num.* 7. Azor *d. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. *quæſt.* 8. Sanchez *d. cap.* 36. *in decalog. numero* 18. Sanctarel. *de hæreſi cap.* 43. *num.* 12. Garcia *ſub num.* 161.

Ad quartam partem, quod ſchiſmatici ſint infames, & priuentur omnibus honoribus, & dignitatibus probant DD. *per textum in cap.* 1. *hoc tit.* ibi: *officiis honoribus Dignitatibus, & Prælaturis perpetuo priuantes*, ſine reſeruatione perſonarum; tum loquaquatur textus ille etiam in Cardinalibus ſchiſmaticis, qui propter ſchiſma Cardinalatu fuerunt priuati; vbi gloſſa *in figuratione caſus verſ. nota principalem effectum*, Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 58. *hac Rubric. num.* 7. Petr. Greg. ſyntagm. iuris *lib.* 33. *cap.* 11. *n.* 3. *verſ. ius Pontificium*, Decian. *crim. lib.* 5. *cap.* 67. *num.* 6. *&* 18. Bordon. *d. cap.* 7. *num.* 29. *ex doctrina d. cap.* 1. *& cap. infames* 17. 6. *q.* 1. *in illis verbis omnes qui Chriſtianæ legis normam abiiciunt, & ſtatuta Eccleſiaſtica condemnant*, dicendo eſſe huius generis ſchiſmaticos, qui recedentes 14

 ab

ab obedientia Eccleſiæ & Papæ dicuntur abiicere no.mam Chriſtianæ legis, quæ potiſſimum conſiſtit in vnitate fidei inter membra ſub vno capite, de qua priuatione, an ſit ipſo iure dicimus *num. ſeq*.

15 Quoad priuationem beneficiorum, & honorum patet *ex textu noſtro, & ex d. cap. 1. hoc titulo lib. 6.* ibi: *omnibus beneficiis perpetuo priuantes, & reddentes inhabiles ad habenda*; vbi gloſſa in figuratione caſus *verſ. nota principalem effectum*, Simanch. *de Catholic. inſtitut. d. tit. 58. num. 7.* Rebuff. ſupra *Rubrica de modis amit. beneficia num. 29.* Pariſius *de reſign. lib. 3. quæſt. 1. numer. 36.* Azot *d. lib. 8. cap. 10. quæſt. 8. in hac Rubrica*, Thom. Sanchez *in præcepta decalog. d. lib. 2. cap. 36.* ambo, & Farinac. *quæſt. 184. de hæreſi §. 2. num. 42.* idem latè *quæſt. 193. à num. 66.* firmantes iam adductam declarationem, vt procedat quoad pœnam inhabilitatis ad beneficia etiam peracta pœnitentia ſic quod ab hac irregularitate nemo alius, quam Pontifex diſpenſet, niſi delictum eſſet occultum, quo caſu poſſit Epiſcopus.

16 Vnde Pontifex Paul. IV. *in d. conſtitut. cum ex Apoſtolatu* decernens pœnas, & cenſuras in quoſcumqoe Prælatos, & Principes, itavt ſi in hæreſim, aut ſchiſma incidiſſe conuicti ſint tanquam cæteris inexcuſabiliores ſint etiam ſuſpenſi, & priuati Eccleſiis, & officiis, beneficiis, redditibus, dignitatibus, voce actiua, & paſſiua, Dominiis, Regnis, imperiis, & ſint inhabiles in futuro: ſunt enim iſti tanquam cæterorum duces, & Rectores populorum; quare cum per illos reſpublica maximas clades recipiat, ſi mali ſint, vt ait Demoſth. *orat. 2. contra Ariſtigitonem*, Plato *lib. 4. de legib.* M. Tullius *lib. 3. de legibus*, & Plutarch. *in Lycurgo*, quorum exemplo mutantur reliquorum mores; quare vt maiori ſæuitia plectantur quam alij, dicendum ſit *ex dictis numero 1.* hic, *& ex verbis Theodoſij, & Valentin. in l. 58. tit. de his, qui ſuper relig. contend. in Codic. Theodoſ. lata contra hæreticos, & ſchiſmaticos*, ibi: *circa hos autem maximè exercenda commonitio eſt*, ideſt vt expellantur ab vrbe Romæ vſque ad centeſimum lapidem per verba ibi, *qui prauis* perſuaſionibus à venerabilis Papæ ſeſe communione ſuſpendunt quorum ſchiſmate plebs reliqua vitiatur, qui vult ſe hæreſiarcho, merito *ex dictis numero 1.* ſunt exiſtimandi, & puniendi; Decian. *d. lib. 5. crimin. cap. 62. numero 25.* cum infinitis Scortia ad dictam *Bull. 1. Epiſt. 71: Theorem. 183.* dicens, quæ in Bulla ponuntur de excommunicatione, probatione beneficiorum, officiorum, & dignitatum, item, & confiſcatione bonorum, &c. haberi etiam *in d. cap. didicimus 24. quæſtion. 1. cap. nulli diſt. 19. cap. licet de electione d. cap. 1. hoc tit. in verbis illis*, quæ rationabiliter nos mouerunt de fratrum noſtrorum conſilio depoſuimus; vbi gloſſa *in initio* §. nota principalem effectum, adduntque ipſe Scortia, & Decian. *d. lib. 5. cap. 67. numero 2.* & poſteros ſchiſmaticorum vſque ad 4. generationem fieri inhabiles ad honores, officia, beneficia *ex d. cap. 1. hoc tit.* idem tenet Farinac. *d. cap. 1.* §. contra natos eos filios, & nepotes indignos reputans beneficiorum, & honorum vſque ad dictam generationem *in d. quæſt. 184. §. 2. de hæreſi num. 58.* cum Deciano *d. cap. 67. ſub numero 2. verſ. fiant eius fily Orphani*, Carena *de offic. inquiſit. p. 2. titulo 4. §. 12. numero 48.* Sanct. *de hæreſi cap. 43. num. 12.* Bonacina *de cenſ. in ſpecie ad Bullam Cœnæ quæſtion. 2. p. 5. num. 12.* vbi addidit ob ſchiſma modo non ſit coniunctum, hæreſi non incurri priuationem obtentorum ante ſchiſma.

Ad quintam an ſchiſmaticus deponatur, & quod ſi in ſchiſmate ſit pertinax 17
durus, & impœnitens mortis pœna puniatur, & tradatur curiæ ſæculari probant DD. *per textum in cap. de liguribus 24. qu. 5. cap. non vos 23. quæſtione 5.* Anania *in Rubrica hic num. 6. verſ. adde*, prædictis vbi poſt Bald. quem allegat *in tit. de pace iuramento firmanda §. iniuria col. 3. verſ. aut furtum*, dixit quod ſchiſmatici, qui adhærent falſæ Eccleſiæ, ſi in delicto capiantur debent furca ſuſpendi: Alberr. *in Rubric. de hæretic. lib. 6. quæſt. 11. num. 2. verſ. & dicit Baldus*, Diaz *in pract. crimin. can. verb. ſchiſmatici cap. 112. num. 1. verſ. nunc autem ſchiſmaticus*, vbi declarat hoc procedere primo data incorrigibilitate, & pertinacia, ſecundo dato ſchiſmate cum hæreſi vt puta Eccleſiam poſſe conſiſtere penes duos, vel erigendo cornua contra Eccleſiam Romanam, faciendo nouam Eccleſiam, & noua ſtatuta, vbi ait intrare pœnam degradationis, & traditionis curiæ ſæculari his duobus requiſitis interuenientibus; alias ſecus; Petr. Greg. ſyntagm. iuris *d. lib. 33. cap. 11. nu. 3. verſ. atque ſi non reuocentur à ſæculari poteſtate comprimi inueniuntur*, Greg. de Val. ad D. Thom. *2. 2. d. quæſt. 39. art. 3. & 4. verſ. quinto certum eſt*, Decian. *in tract. crim. d. lib. 5.*

*lib.*5. *cap.*67. *num.* 19. & faciunt pro hac parte dicta ſupra, *in cap. ad abolendam, & ſub cap. excommunicamus* 1. *de hæretic.* §... Farinac. *dict.* §.2. *num.*51. vbi, *num.*52. loquitur de illa, an clericus ſchiſmaticus puniatur à ſæculari etiam ſine degradatione, de qua quia dixi, *in cap. cum non ab homine de iudiciis, quæſt.* 25. *vt ſupra hic inſinuaui, quæſt.* 25. ideo quoad depoſitionem leges, quæ DD. docent, per textum, *in cap.* 1. *de hæretic. lib.* 6. ſecundum, quæ latè dixi, *in alleg.* 218. *fiſcal.*
18 1. *parte allegat. dicta* ...... † & in terminis de depoſitione ex verbis, *dict. capite* 2. *vbi de conſilio fratrum depoſuimus.* Hoſtienſ. *in ſumma hoc tit.* §. qua pœna, *num.*3. per textum, *cap. in nomine Domini* 23. *diſt.* Rojas, *de hæretic. p.* 1. *num.* 532. cum aliis Decian. *tractat. crimin. lib.* 5. *diſp.*67. *ſub num.* 2. Farinac. *de hæreſi dict. quæſt.* 184. §. 2, *num.*50. *ex textu in cap. ſi quis inquit*, §. *fin. quæſt.* 1. ibi, *ſed ab omni Eccleſiaſtico gradu in quocumque fuerit prius ſine retractationè deponitur.*

19 Et ſic Bordon. *ex dict. Bulla Paul. IV. cum ex apoſtolatu, dict. cap.*7. *num.*34. cum Farinacio citato, & relatis iuribus, addit quod Magiſtratus, & Domini temporales, & omnes tam Eccleſiaſtici, quam ſæculares tradendi ſunt curiæ ſæculari, qui ſchiſma ſuſcitauerint & auxilium, &c.

20 Ad ſextam, an ſit caſus, vt ſchiſmaticus pœna mortis valeat puniri reſpondetur ex proxime dictis, *numero praeced.* & patet ex Bulla loquente contra Principes, & potentes, quod tales inquam etiam, ſi non habeant errorem in mente retentum, ſed habeant tantum ſchiſma, quæ illos declarat forè tractandos, & puniendos de hæreſi vehementer ſuſpectos, & pro hæreticis relapſis habendos, vt etiam præcipit Pelagius, *in dict. cap. de liguribus* 23. *quæſt.* 5. *vbi etiam corporaliter.* Decian. *lib.* 5. *criminal. cap.* 18. Carter. *dict. tit. de hæretic. num.*32. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.*6. Bernard. Diaz. *in praxi canon. cap.* 105. Pert. Gregor. ſint vbi ſupra, *dict. cap.* 11. *& lib.*30. *cap.*5. Simancb. *tit.*58. Sanchez, *dict. lib.* 2. *decal. cap.* 36. Azor. *dict. p.* 1. *cap.*20. *lib.*8. Pegna, *in comm. ad Eymeric. dict.*3. *p. quæſt.* 109. *&* 110. videndus Carena, *de offic. inquiſit. tit.*4. §.12. *num.* 49. *&* 50.

21 Ad ſeptimam quæſtionis partem de pœna excommunicationis, confiſcationis, & aliarum, iam ex dictis videtur patere item ex his, quæ dixi, *in capite ſicut, & dict. cap. ad abolendam, & dict. cap. excommunicamus*, §.2.... vbi inter alias pœnas etiam de his dictum fuit late contra hæreticos, & ſuſpectos de hæreſi hic applicandas; quare nunc breuius agendo quoad excommunicationem in ſchiſmaticos, & quia in iure controuerſum eſt, an eo ipſo ſchiſmatici ſint excommunicati, & Abbas, Innocent. atque Socinus hic affirmant, & alij, quos refert Farinac. *de hæreſi dict. quæſt.*184. §.2. *nu.*37. *ex textu, in cap. quid diligentia de elect. ex dict. cap.* 2. *hic dict. cap. de liguribus*, 25. *quæſt.* 5. Diaz. *dict. cap.* 112. *in princ.* vbi refert verba Concilij Cartaginenſ. Rojas, *de hæretic. p.* 1. *num.*531. Decian. *dict. lib.*5. *crimin. cap.*64. *num.*1. *& cap.* 67. *ſub num.*2. *&* 3. *& num.* 5. præſertim in foro conſcientiæ Gregor. de Valent. *verſ. tertio certum eſt*, *& ad* 2.2. *D. Thom. dict. quæſt.* 39. *art.*3. *&* 4. alij vero dicant non eſſe ipſo iure excommunicatos, per textum, *in capite in homine, in fine* 24. *diſtinct.* Butr. hic, & alij videbis Barboſam, hic, *num.*6. cum Suarez, Azor. Souſa, Garcia, Ledeſma, Coſta, & Sanctarelo.

Ego inquam breuiter cum Sanchez, 22
*dict. lib.*2. *ſummæ, num.* 14. *cap.*36. Duardo, Bonacina, & Catena, *tit.*4. *lib.*2. *de offic. inquiſ. num.* 44. Suarez, *de charitate diſp.*52. *ſect.*2. *num.*1. Sanctarelo, *de hæreſi cap.*43. *num.*9. Alterio, *de cenſ. tom.*5. *lib.*5 *diſp.*2. *cap.*9. late impugnans Nauarr. & cum Bordon. *de offic. inquiſ. dict. cap.* 7. *num.* 20. dico quod ſi ſchiſmaticus ſit etiam hæreticus eo quod habet errorem in intellectu, tunc etiam de iure ſit excommunicatus ſicut, & hæreticus ad dicta ſupra, *ſub Rubrica & in cap. ad abolendam capite excommunicamus* 1. §. 2. de hæreticis, & per dicta hic, & in Rubrica noſtra. Tamen ſi tantum ſit purus ſchiſmaticus, qui talis poteſt eſſe ſine errore in intellectu; tunc ſolum ſit excommunicatus per Bullam Cænæ, quia vt docent Sanchez, *dict. num.* 14. Suarez, *de cenſ. diſp.*21. *ſect.*2. *num.*13. Duard. *ad Bullam Cænæ, lib.*2. *canon.*1. *quæſt.*56. *nu.*13. dum dicunt ſchiſmaticos ſolo exteriore opere ligari, & ſi in eis deſit intentio ſe ſubtrahendi ab obedientia Papæ, & ſic Bonacina, *de cenſ. in ſpecie, diſpat.* 1. *quæſt.*2. *p.*5. *num.*8. *de Bulla Cænæ in verſ. obſerua tertio*, Marius Alterius, *de cenſ. tom.*1. *diſp.* 2. *lib.*5. *cap.*9. *col.* 6. Filliuc. *quæſtione moral. tom.* 1. *tractatu* 16. *cap.* 2. *num.*48. P. Pueiron, generalis Abbas Monachorum mentis Oliueti, *in Bullam Cænæ cap.*1.

*num.*13. Carena, *num.* 46. *dict. tit.* 4. inferunt dicta cenſura Bullæ Cænæ ligari eos, qui in Anglia externæ obedientiæ ſigna exhibeot erga Regem licet in mente credant illum non eſſe Chriſti Vicarium, & ita etiam Farinac. *dict. qu.* 184. plures referens, *num.* 59. *dict.* §. 2. dixit quoad pœnam excommunicationis, vt ſiut ipſo iure excommunicati intelligatur, quando ſchiſma eſt cum hæreſi, & ſic quando ſunt ſtrictè, & propriè tales provt ſunt illi, qui aduerſus Romanam Eccleſiam extollentes ab vnitate Eccleſiæ recedunt, ſecus ſi ſchiſma ſit ſine hæreſi, quoad cenſuram Bullæ, vt hi puti ſchiſmatici ſine hæreſi comprehendantur ex dictis creditur, qua diſtinctione ſunt componendi, DD. inter ſe ſuper hoc dubio, de iure admodum diſceptantes.

23 Notandum vero eſt cum Diaz. *in practic. criminal. canon. dict. capite* 112. *num.* 1. Deciano, *in tract. crim. lib.* 5. *dict. cap.*67. *num.*18. Farinac. *dict.* §. 2. *num.*46. quod clericus ſchiſmaticus poſt excommunicationem incurſam à ciuitate repellitur, ſic per Concilium Carthaginenſe, cuius verba refert idem Diaz, applicaodo bic, quæ de confiſcatiooe bonorum Patrimonialium, & Eccleſiaſticorum, contra clericum hæreticum, vt dixi latè, *allegat.* 42. *parte prima de allegat. fiſcalib.*

24 De pœna confiſcationis bonorum, vt contiugat ſicut in hæreticis probant DD. per textum, *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. ibi, *cunctis eorum bonis mobilibus, & immobilibus iuribus, & iuriſdictionibus publicatis*, vbi gloſſa, *in figur. caſus, verſ. nota principalem effectum*, Simancb. *de cathol. inſtit. hac Rubrica tit.*58. *num.* 7. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.*67. *num.* 5. *in fine, & num.* 14. vbi præſertim quod ſchiſmatici priuantur bonis Eccleſiæ, per textum, *in cap. quo iure* 8. *diſt.* cum aliis, & *num.*18. vbi ſimpliciter dixit ſchiſmaticis bona auferri, quod confirmatur ex pluribus à nobis actis de haç confiſcatione bonorum, etiam Eccleſiaſticorum, & temporalium iurium, & actionum, 1. *parte alleg. fiſcalium ad cap. vergentis de hereticis ex alleg.* 18.

25 Et quod aliis pœnis poſſunt puniri iuxta qualitatem delicti ſchiſmæ perſonæ, & circunſtantiarum *ex iam dictis*, tenendum eſt, & ſic poſſunt imponi illis pœnæ pecuniariæ, exilij, carcerationis, relegationis, & vſque ad vltimum ſupplicium; ita, vt ſi ſint contumaces, & impœnitentes relaxari queant brachio ſæculari, & pœna mortis naturalis mulctari, ex iam relatis apparet, Decian. *tractat. crimin. dict. lib.* 5. *cap.* 67. Farin. *ſub dict.* §. 2. Ferdinand. de Caſtro Palao, *in opere morali tract.*6. *diſp.* 4. *p.* 6. *num.*20. vbi de pœna exilii, & triremium Carena, *dict.* §. 12. *num.*51. & 52. Bordon. *dict. cap.*7. alias referens, *ſub reſol.* 29. *verſ. nota tamen, p.* 4. *tract.*7. Diana remiſſiue, Souſa, *in aphor. inquiſit lib.*3. *cap.*27. *num.*7. cum Scortia, ad dictam Bullam Paul. IV. *dict. theorem.* 182. *& ſeq.* & Duard. *in dicta Bulla Cœnæ, lib.* 2. *canon.* 1. *quæſt.*57. *numero* 13.

QVÆSTIO III.

An geſta per Antipapam valida ſint, & an verus Papa durante ſchiſma debeat renunciare Papatui: Et quid de Antipapa inducente ſchiſma aduerſus verum Pontificem, ſeu Eccleſiam, & an ſchiſmaticus gaudeat immunitate Eccleſiæ. Vbi quæ debeat abiurare ſchiſmaticus. Et an electio ſchiſmatici valeat: Et an ſchiſmaticus ſit irregularis.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per Antipapam aduerſus verum Papam, non valent vt exemplificatur.*

2 *Geſta à pluribus, qui vulgo exiſtimantur Papæ dato communi errore, donec declaretur, quis verus Pontifex, valent.*

3 *Papa verus durante ſchiſmate, potius eſt vt non teneatur renunciare Papatui pro communi bono pacis contra Abbatem num.* 4.

4 *Paſtor bonus ponit animam pro ouibus ſuis qualiter intelligatur.*

5 Cap. niſi cum pridem de renunciatione.

6 *Antipapa ſi alius quiuis ſchiſmaticus machinans contra verum Papam, ſeu Eccleſiam, ſunt vehementer ſuſpecti de hæreſi poſſuntque eſſe, vt hæreſiarcha.*

7 *Schiſma*

7 *Schiſmaticus denunciatus non gaudet immunitate Eccleſiæ : fallit in puro ſchiſmatico nu.* 8.

9 *Abiurare ſchiſmaticus communiter debet duo; primo ſchiſma formaliter, & ſuſpicionem hæreſis.*

10 *Schiſmatici ſunt ineligibiles, & Prælatis ſchiſmaticis non eſt præſtanda ab aliis obedientia nu.* 12.

12 *Schiſmaticus non eſt irregularis niſi crimen ſit notorium, & hoc ex vi infamia num.* 13.

1 AB his dubiis per dicta iam, *in præmiſſo, & quæſtionibus Rubricæ*, item, & *quæſt. præcedenti*, facile expediemur; igitur ad primam, *ex textu noſtro*, reſpondent DD. geſta non valere per Octauianum, & eius ſucceſſorem Guidonem Antipapam aduerſus Alexand. IV. & ſic non valuiſſe geſta per Clement. Antipapam aduerſus Vrbanum VI. qui declaratus fuit ſchiſmaticus, vt deciſum fuit in vna Tullen. Prioratus 28. Martij 1583. coram Seraphino, nihilominus in vna Ianuenſi iuriſdictionis 24. Ianuarij 1607. coram Ludouiſio, & in vna Valentina Parrochialis de Palma 2. Iunij 1606. coram Coccino deciſum fuit priuilegium conceſſum à Clement. prædicto in loco ſuæ obedientiæ præbuiſſe titulum habilem ad præſcribendum, iuncto quadragenario temporis ſpatio : Paccinlus, *lib. 9. de exiſtium extra grem Eccleſiæ, cap. 4. num.* 10. Bordon. *de offic. inquiſit. cap. 7. ſub num.* 31. quando ſcilicet Antipapa cognoſcitur, & apud omnes habetur pro falſo, & intruſo, exiſtente, & præſidente in Eccleſia Dei Pontifice vero, & alius in eum Antipapa inſurgens.

2 Tamen ſi plures eſſent electi Pontifices, & ignoraretur, quis eorum ſit verus, & legitimus, quod tunc à ſingulis geſta videantur valere in ſingulis eorum obedientiis; quia in hoc caſu valet Regula, *leg. Barbarius, ff. de officio Præſidis*, de qua aliquid, *ſub tit. de ſacr. non iter.* Eo quod communis error titulusque coloratus dant iuriſdictionem non habenti, & quia contendentes de Papatu credunt vnitatem Eccleſiæ & capitis, ac proinde vnusquiſque eorum alterum deſtruere conatur, vt Papatus reducatur ad ſuam vnitatem, & parati ſunt ſequi verum Papam, quando is declaratus legitime fuerit, tum quia Antipapæ tolerati æquiparantur excommunicatis Toleratis, qui nondum carent iuriſdictione, & illorum geſta valere docent : Abbas hic, *num.* 4. Marian. Socin. & Anania, hic Cardin. *conſ.* 150. *num.* 15. Bordon. *dict. cap. 7. numero* 32. Franc. Marc. *deciſ.* 944. Armilla, *in verb. ſchiſma numero ſecundo*, vbi quod non peccant, nec propriè ſunt ſchiſmatici.

3 Ad ſecundam, an verus Papa durante ſchiſmate debeat renunciare Papatui pro communi bono pacis, negatiuè reſpondendum eſt : poteſt enim pro illo legitimè accepto pugnare vſque ad mortem pro grege ſuo, ex eo quod pro viribus vſque ad mortem tenetur tueri vnitatem Eccleſiæ in ſuo capite legitimo, nullum permittendo ſchiſma in Eccleſia Dei, qui ſi renunciaret, videretur ſchiſma permittere. Tum quia hoc renunciare eſſet cedere iura Papatus intruſo, quod fieri non poteſt cum ſit contra iura notoria; quod non Papa notoriè habendus eſſet pro vero Papa. Deinde quia ſi aperiretur via huiuſmodi abuſibus, facile Principes per vim inducerent paſſim huiuſmodi ſchiſmata, vt iuxta ſua deſideria facile ſibi acquirerent Pſeudopapas, ac proinde ſequi, vt Eccleſia gubernaretur ab adulteris Prælatis in maximum detrimentum fidelium : ita tenendum eſt conſtanter, & ſi ad ſedandas factiones occurrendumque bellis, & damnis eminentibus, atque ad vitanda ſcandala, & ſi Antipapa à Principibus magnopere tutaretur in vſurparo Papatu : Turrecremata, *in ſumma de Eccleſ. lib. 4. p. 1. cap.* 14. Bald. *in cap. Paſtoralis de elect. numero* 11. Bordon. *de offic. inquiſit: cap. 6. numero* 28. cum aliis Ricciul. *de perſ. extra grem. Eccleſ. exiſt. dict. cap. 9. lib 9. num.* 11.

4 Vnde non ſunt audiendi Abbas apud Gambaram, *in repert. extrauag. Iulij* 2. *num.* 215. & alij volentes vt teneatur Papa in ſchiſmate renunciare Papatui, ad euitandas prædictas turbationes Eccleſiæ; quia bonus Paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis, id eſt vitam, & ſic à fortiori dignitatem, quod eſt quid minus anima, qua nihil eſt pretioſus in homine, *cap. cum infirmitas* 13. *de pænit. & remiſſ.* ſecundo quia Epiſcopus debet renunciare, vt euitet ſcandalum in populo, *ex capite niſi cum pridem de renunciatione*, vbi, & *in illo titulo*, adduxi latè renunciandi Epiſcopatui cauſas, ſed reſpondetur ad primum de bono Paſtore, quod ponere animam ſignificat viriliter pugnare

pugnare pro grege ſuo, non autem deſerere gregem depoſitione officij Paſtoralis more mercenarij, qui videns lupum
5 aduenienem fugit † nec ſecundum, *ex dict. cap. niſi cum pridem*, illud ibi dictum fore cum ſcandalum eſt datum ab Epiſcopo, qui poteſt ſubrogari; cum alio bono ſucceſſore, & legitimo quod in noſtro caſu non eſt, ita eo quod ſcandalum tunc procedit à malitia extraneorum, & malorum hominum, taleque ſcandalum fore pharifaicum, vt apparet ex dictis longè, *in cap.1. de præſcript.* quæ hic valent applicari in ſuo modo.

6 Ad tertiam quæſtionis partem quid de Antipapa, ſeu alio quouis ſchiſmatico, aduerſus verum Pontificem, ſeu Eccleſiam, & tales ſuorumque ſectatores vehementer eſſe ſuſpectos de hæreſi; quia in his ſchiſma non contingit ſine hæreſi, imo poſſunt eſſe vt hæreſiarchæ, *ex dictis ſub Rubrica hic*, & ob id benè dictum eſt, *in cap. inter 24. quæſt.3.* ibi, cæterum nullum ſchiſma eſt, niſi ſibi aliquam hæreſim contingat, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur; cum vocet Origines, *Homil. 9. in Ezechiel.* ſchiſma, & hæreſim ſorores: nam iſti indubitato exiſtente ſummo Pontifice, & contendentes recedere ab Eccleſia conſtituendo ſibi vnum caput, & alium viuendi modum, certè præſumuntur credere, aut Romanam Eccleſiam non eſſe legitimam, aut eam poſſe recipere diuiſionem in vnitate fidei, & ſacramentorum, aut non habere legitimum caput, quæ omnia ſunt hæreſes, indeque in prædictis, quilibet dicatur de hæreſi ſuſpectus vehementer; non ſic, vt *num.* 1. dicebamus; cum eſt ſermo de pluribus Antipapis dubiis; quia & prædictis, nec debet habere locum vehemens ſuſpicio hæreſis, imo nec quandoque leuis, quia tunc vnusquiſque eorum putat ſe verum Papam contra alterum procurando ſchiſmatici deſtructionem, cum depoſitione alterius Antipapæ, ita reſoluit his verbis: Bordon. *dict. cap.7. de offic. inquiſ. num.76.*

7 Ad quartam quæſtionis partem loquendo de ſchiſmatico denunciato, *ex dictis quæſt.1.* ſi ſit ſuſpectus de hæreſi, vt non gaudeat immunitate Eccleſiæ; nam reſpectu hæreſis, quæ præſumitur non ei ſuffragabitur immunitas Eccleſiaſtica: Diana, *p.6. tract. 5. reſol. 24. prope finem*, quem citat Bordon. ſic tenens, ſed quæſiui Dianam, & non ibi offendi hoc dictum, quod exiſtimo comprobari ex eo, quia vt ſupra dixi talis ſchiſmaticus, *ex iam adductis, ſub quæſt. 1.* hic dicitur eſſe extra Eccleſiam, eo quod diſceſſit à membris, & capite, qui proprie dicitur talis, qui non vult ſtare nec communicare cum capite, & eius membris, vt deducitur ex multis auctoritatibus canonum, quæ ſubiacent, 24. *quæſt.1* interim Ricciul. *dict. lib.9. cap.2.* per totum Bordon. *d.cap.7 num.22.* Decian. *lib.5.crim.dict.cap.67 num.20.* Fatin. *d.qu.148. § 2.num.45.* dicentes ſchiſmaticos dici eſſe extra Eccleſiam, & non habere in ea aliquid iuris, aut poteſtatis, *ex cap. dicamus, d. 24. quæſt. 1.* cum non poſſint habere charitatem fidem, aut iuſtitiam, *cap. vbi ſana*, eadem cauſa, & *quæſt. extra hos caſus*,
quod ſchiſmaticus purus ſine adhæſione 8
hæreſis vti diſtinximus, *ſub Rubrica, & hic quæſt.1.* dicendum eſt, vt gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, quia in Bulla Gregorij non excipitur iſte caſus contra non gaudentes, vt reſoluit idem Bordon. *d. cap. 7. num.* 33.

Ad quintam quæſtionis partem, quia
de abiuratione ab hæreticis, & ſuſpectis 9
dictum eſt, *ſub cap ſicut, cap. ad abolendam de hæreticis, & alibi eo tit.* & aliquid *ſub qu.1.* hic nunc reſolutiue dicendum eſt, quòd ſchiſmaticus communiter debet duo abiurare: primo ſchiſma formaliter, cuius forma exprimitur, *in cap. quoties, 1. quæſt.7.* ſecundò ſuſpicionem hæreſis iuxta quod apparet ſchiſmaticum eſſe ſuſpectum: ita omnes cum Sanctarello, *de hæreſi, cap.43. dub.1. num.16.* Souſa, *dict. lib.1 in aphoriſm. cap.20.num.19.* Cæſar Carena, *dict. p.2. de offic. inquiſ. tit.3. num.39.* Bordon. *d. cap.7. num.39.* Diana, *d. p.4. tract.7. reſ.29. d. verſ. nota tamen*; in principio, quod ſchiſmatici non ſolum ſuſpicionem hæreſis leuem vel vehementem abiurare debent, ſed etiam ſchiſma.

Ad ſextam quæſtionis partem, quia *ſub* 10
quæſt.1. hic dictum eſt, *ex conſtit. Paul. IV. cum Apoſtolatus*, inter alias pœnas eſſe vnam vt voce actiua, & paſſiua priuetur ſchiſmaticus; ideo dicendum eſt ex verbis dictæ conſtit. ibi, §. 1. *quod ſi vllo vnquam tempore apparuerit Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Primates, Cardinales, ſeu etiam Romanum Pontificem ante eorum promotionem à fide deuiaſſe, vel in ſchiſma incidiſſe eorum promotio nulla eſt, & irrita, nec per ſuſceptionem muneris conſecrationis adminiſtrationis poſſeſſionem, vel ipſius Romani Pontificis inthronicationem, & adorationem*, &c. *conualidari poteſt vllo modo, ſed omnia per eos quomodolibet geſta, & quæcumque inde ſecuta*

nullius

11 *nullius ſunt roboris*, *in* §. *licet*, ponit non eſſe ab aliis præſtandam obedientiam, imo, vt impune liceat omnibus præfectis, ſtatus Eccleſiaſtici ab ipſorum ſic promotorum, vel aſſumptorum obedientia impune recedere, eosque vt Magos, & Hæreſiarchas euitare, quod idem habetur in conſt. 2. Iulij III. contra ſimoniacam electionem Papæ, non enim eis confertur iuriſdictio ob perſonarum inhabilitatem; indeque euenire iuxta textum noſtrum, vt ab eis factæ collationes beneficiorum, & dignitatum, & alienationes & geſta ſint nulla, & ſi ordines quoad characterem conferant ex D. Thoma, Valent. & aliis adductis, *qu.*1. Turrecrem. *lib.* 5. *summ. p.* 1. *cap.* 7. Auguſtin. *lib. de Baptiſmo contra donatum, cap.*5. licet ordinati ab eis ſint quoad legitimam executionem impediti, ſic cum Deciano, Petro Gregorio, Angelo, & aliis Scortia, ad dictam conſt. Paul. IV. *epit.* 71. *theor.* 185. & alij.

12 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſchiſmaticus ſit irregularis, in quo dubio idem Scortia, *theor.*183. *in fine*, Suarez, *de cenſ. diſt.* 43. *sect.* 2. *num.*7. Sanchez, *in ſumm. lib.* 2. *cap.*36. *num.* 2. Sayrus, *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 16. Bonacina, *de ſchiſmate, diſp.* 3. *quæſt.* 4. *num.*12. contra Maiolum, Duardum, Azor. *quæſt.*8. *inſtit. moral. cap.* 20. dicunt non eſſe irregulares, niſi tamen crimen ſit notorium, cum id non habeatur in iure; & ſic Barboſa, hic, *num.*5. ait ſolas ordinum collationes ſchiſmaticis Pontificem hic irritas reddere, quoad vſum ordinum in recipientes ſcienter, vt dictum eſt, *à num.*1. *quæſt.*1. ſed cum nullam irregularitatem imponat hic Pontifex, nec in iure reperiatur ſchiſmaticos non eſſe irregulares, ſic cum Suarez, *diſp.* 23. *sect* 2. *num.*7. Sanchez, & Sayro citatis, & cum Sanctarello, *de hæreſi*, *cap.*43. *num.*13. excipiendo ſchiſmaticos notorios, de quibus dicit Sayrus, *de cenſ. lib.*7. *cap.* 12. *n.*16. *verſ. tertio*, *iuncto verſ. primus eſt*, *de hæreſi*, eos fore irregulares irregularitate generali, quæ ex quouis crimine notorió digno depoſitione oritur, quæ ceſſat ablata infa-
13 mia per contrariam pœnitentiam, † & ſic omnes reſoluunt, licet Duard. Maiol. Azor. clarius, *in* §. *fin. quæſt.*77. *n.*27. Penia *in direct. inquiſ. p.* 2. *qu* 48. *comm* 73. *verſ. cognitu dignum eſt*, minus benè defendant, & quod minimè ſint irregulares cum Suarez, Sanchez, & Bonacina, *diſp.*3. *de legib. quæſt.*4. *p. fin.* §.5. *nu.*12. reſoluit nouiſſimè Bordon. *de offic. inquiſ. d. cap.*7. *num.* 30. vbi reſpondet obiectioni, quod cum ſit infamis: ergo irregularis, dicendo non ſequi hoc ex vi ſchiſmatis, ſed infamiæ ſicut etiam ſchiſmaticus hæreticus irregularis eſt, non ex vi ſchiſmatis, ſed hæreſis, & ſic forſan ait intelligendos fore oppoſitum ſentientes.

AD TEXTVM

In Cap. Fraternitati II. & fin. hic.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatio per diſpenſationem in ordinatis ab ſchiſmaticis requiſita inſinuatur*, remiſſiue.

QVIA ſupra dicta generaliter de ſchiſmaticis, *in Rubrica*, pro intellectu, & materia huius textus faciunt, & proprius quæ dicta ſunt, *ſub cap.*1. hic & in terminis etiam de diſpenſatione requiſita in ordinatis ab ſchiſmaticis, ibi, *verſ. ad* 3. vbi, *in verſ ſequ.* de habilitatione per diſpenſationem Papæ, aut Epiſcopi, ideo nobis viſum eſt nil addendo finem huic titulo, & materiæ de ſchiſmaticis imponere in veſpera ſolemniſſimæ feſtiuitatis aſſumptionis Virginis Mariæ ad cœlos 14. Auguſti 1666. cuius aduocatione noſtra antiquiſſima cathedralis intitulatur, & ob id ac in hac veſpera, & die in ſingulis annis certa dotatione pingui recipitur vexillum illud bellicum, quod quidam ex prædeceſſoribus Marchionum huius ciuitatis publicè geſtauit in manibus in illa celeberrima victoria Chriſtianorum, contra Mauros acquiſita à Ramiro rege noſtro vocata *Vatalla de Clauiſo*, qua vires Chriſtianiſmus recuperauit, aduerſus illas perfidas gentes Sarracenas, & qua nos in fide fortiores vltimo peruenimus ad tranquillam pacem Mauris omnino expulſis, ſic ſecurius nomen Chriſti profitendo puritatem, B. V. Mariæ colendo, ac celebrando, cuius patrocinio indubitanter conſeruabimur: illud impertiaris B. V. nobis miſeris, adiuuando etiam fortalitio S. inquiſitionis, quo vt ſub epiſtola ad regem, *in antepræludio lib. alleg. fiſc.* dixi tota ac integra monarchia noſtra Hiſpanica in tuto ab hinc annis plurimis eſt, &c. 1

AD TITVLVM
DE APOSTATIS, ET REITERANTIBVS BAPTISMVM.

AD RVBRICAM.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtaſia dicitur quaſi retro ſtans, quæ eſt idem quod rebellio, num. 2.*

2 *Apoſtata ſumitur pro eo, qui temerarie recedit ab ſtatu fidei, vel obedientia, aut Religionis, quam ſemel profeſſus eſt.*

3 *Apoſtaſia eſt triplex à fide, ab obedientia, à Religione, vel à ſuſcepto ordine.*

4 *Apoſtata large etiam dicitur, qui ſuperioris vel Eccleſia præcepta tranſgreditur.*

6 *Apoſtaſiæ ſcriptores.*

7 *Apoſtaſia eſt publicum crimen.*

8 *Summarie proceditur in crimine hæreſis, & apoſtaſiæ.*

9 *Apoſtaſiæ iudex eſt de iure ordinario Epiſcopus, de delegat. inquiſitores ſicut de hæreſi, cum hæreticus diſcedat à fide in parte, hæreticus in totum.*

1 DE Apoſtaſiæ materia videnda ſunt iura, *in cap. non poteſt* 2. *quæſt.7. in cap. Beatus*, 3. *quæſt.* 4. *in cap. non obſeruetis*, 26. *quæſt.*7. vbi Canoniſtæ vltra titulum noſtrum, quare vt eam felicius explanemus, operæ pretium eſt ſcire, quid ſit Apoſtaſia, quibus modis ſumatur propriè, & rigoroſè, ac minùs propriè, igitur ab etymologia incipiendo reſpondetur vt Apoſtata dicatur quaſi retro ſtans, *dict. cap. non obſeruetis* 26. *quæſt. fin.* Marian. Socin. hic, *num.* 2. reddens rationem, quia ſcilicet Apoſtatæ dicuntur mittere manum ad aratrum, & retroſpicere. Ioan. Andr. *num.* 1. pluribus exornans: Arnald. *in Rubr. de hæretic. lib.6. cap.*11. *nu* 4. Hoſtienſ. *in ſumm. hoc tit.* §. *quid ſit Apoſtaſia, num.*1. *verſ. & dicitur Apoſtaſia*, Goffred. hic, *num.* 1. Repert. *inquiſit. verb. Apoſtaſia, in princ. & verſ. vnde dicatur:* Afflict. *in conſt. Regni cap. nu.*4. *in fine de hæretic* & Pocterin. *Rubrica* ,. Paul. Grilland. *de hæretic. qu.* 2. *num.*8. *verſ. & dicitur*, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.*70. *num.* 1. *verſ. Auguſtinus autem*, Farinacius, *de hæreſi, quæſt.* 183. §...... *numero quarto*, cum Antonino, & ſumma Angelica, & Syluestrina, *in eodem verbo*, congerit Barboſa, hic, *num.* 1. alios de hac Rubrica ſcribentes, *num.*1. & de Apoſtatis à fide, *num* 2. infinitos, & *num.*3. de Apoſtatis à Religione, alios etiam nouiſſimè congerunt, Azor, *inſtit. moral. lib.*8. *p.*1. *cap.*7. Trullenque, *in opere morali lib.*1. *cap.* 3. *dubio* 17. *de Renegatis*, Diana, *p.*4. *tr.*7. *reſ.*8. Carena, *de offic. inquiſit. p.*2. *tract.*4. Bordon. *eodem tract. cap.*8. qui alios ex neotericis referunt.

Et ſic Apoſtatam Græcis idem eſſe,
quod Latinis deſertor, ſeu rebellis, vel 2
etiam transfuga, vt qui à Principe, vel
duce ſuo ad hoſtes tranſit ſeu fugit, ſic
vt apoſtaſia, idem ſit quod rebellio, ſeu
deſertio à Græco, id eſt, deficio vel deſero, & ſic preſſius vt Apoſtata ſumatur pro
eo qui temerariè recedit à ſtatu fidei, vel
obedientiæ, aut religionis, quam ſemel
profeſſus eſt. Andr. Valenſ. hic, *num.*1. *verſ.
Apoſtata*, vbi & *num.*2. ait † quòd nomen
Apoſtatæ tripliciter ſumitur, *in Rubrica no-* 3
ſtra, primò pro eo qui deſerit ſuſpectam
fidem, (ſemel) Chriſtianam & tranſit
ad Iudaiſmum, Paganiſmum, aut Mabometi impietatem, qui dicitur Apoſtata
perfidiæ, vel Renegatus, de quo loquitur
textus,

textus, *in dict. cap. non poteſt*, 2. *quaſt.* 7. addens, ibi, quòd differt ab hæretico; quia is tantum ex parte deficit à fide Catholica, & Apoſtata vero ex toto, & à Pagano differt quod is contradicat fidei, quam in typis, figuris, & vmbris ante tenuit, & quod ſecundo Apoſtata dicitur, qui myſticam Religionem, & tertiò qui ſuſceptum ordinem ſacrum deſerit, *cap. fin. diſt.* 50. *cap. quamtumlibet diſt.* 47. *cap. Bea-*
4 *tus*, 11. *quaſt.* 4. & † addit etiam quartum genus Apoſtatarum, eorum ſcilicet, qui ſuperioris, vel Eccleſiæ præcepta tranſgrediuntur, *cap. ſi quis* 2. *cap. illud* 4. *de maiorit. & obed.* Gloſſa, & Panorm *in cap.* 1. hic latè Menoch. *de arbitr. iudicum, lib.* 2. *cap.* 6. *caſ.* 546. Maſcard. *de probat. concl.* 112. & has differentias, & etymologiam ponit cum Ricciulo, & Emanuel. Rodriguez reſumptiue Barboſa, *in cap.* 1. hic, *num.* 5. *&* 6. cum infinitis Farinac. ſuprà etiam, *num.* 3. dicens, vt, *apoſtaſia ſit receſſus temerarius à ſtatu fidei, vel obedientiæ vel religionis quam quis profeſſus eſt.* D. Thom. 2. 2. *quaſt.* 12. vbi Bannez, *in comm.* dicendo à Theologis diffiniri, *vt ſit retroceſſio ab aliquo bono in quo homo perſeuerare tenebatur ex præcepto, vel ex ſolemni voto, & profeſſione:* de pœnis Apoſtatarum tam propriè, quàm impropriè, *infrà*, dicitur ſub iuribus, & ſi de Apoſtata contra fidem Chriſti nullus textus, hic videatur loqui, ſed tantum de Apoſtaſiis non ſic præcisè ſumptis, vt ſunt inobedientiæ contra Religionem, & clericatum.

5 Et quia de his omnibus Apoſtaſiis ſub Rubro dicitur, ideo alia pro Rubrica de apoſtatis non addimus, & quoad ſecundam partem de reiterantibus Baptiſma, quia dicemus, *ſub cap.* 2. hic nunc autem applicabis plura, quæ adduxi, *ſub tit. de ſacramentis non iterandis*, & qua ratione reiteratio Baptiſmi, Confirmationis, & Ordinis fieri nequeat; vbi plura ad propoſitum de non reiterando Baptiſmo, & ſic ad alia, quæ ad Rubricam pertinent pergamus.

6 Igitur ſi generaliter cupis ſcire, qui ſint Apoſtatæ, leges Baldum, *in l. Iubemus, §. ſeruos, Cod. de Epiſcopis & cleric.* Decian. *crim. lib.* 5. *cap.* 70. *num.* 1. qui multa ſcribens dicit quòd Apoſtata dicebatur miles, qui ab imperatore ſuo ad hoſtem deficiebat, & quod propterea apoſtaſia dicatur defectio, ſeu deſertio profeſſionis; & vt conſequenter omnis deſertor ſuæ profeſſionis dicatur Apoſtata, videndi ad alia Farinac. *dict. quaſt.* 183. §. 1. *num.* 2. cum

Vgolino, Franc. Pegna, *ad Eymeric. p.* 2. *quaſt.* 49. *comm.* 74. *verſ. eſt autem Apoſtaſia*, *dict. vbi ſuprà*, 22. *quaſt.* 1. *art.* 1. *&* 2.
† Et quod Apoſtaſia ſit publicum crimen 7
indeque cuilibet de populo competat accuſatio, *ad textum in leg. Apoſtatarum. in princ. Cod. hoc tit.* vbi Iacob Butrig. *in ſumm.* Salic. & Barb. Anania, *in cap.* 1. hic, Decian. *dict. lib.* 5. *cap.* 72. *num.* 2. *& cap.* 76. *num.* 1. Farinac. *dict.* §. 1. *num.* 6. exornatur ex dictis, *Rub. de accuſ.* vbi de publicis delictis, ac priuatis, & quibus accuſatio incumbat.

Et quod in crimine hæreſis procedatur 8
ſummariè ſimpliciter, & ſine figura iudicij, Alberic. *in dict. l. apoſtatarum in fine*, Decian. *dict. cap.* 76. *num.* 3. *&* 4. vbi quot vicibus citandus ſit apoſtata, & *num.* 6. vbi de forma ſententiæ proferendæ contra apoſtatas, Farinac. ſuprà, *num.* 10. vbi commendat videndum incertum autorem Azileto, eius collecta ſcripta, *in dict. Rubrica de modo procedendi contra apoſtatas*, inter tractatus criminales diuerſo-
rum. † Et quia poteſt eſſe dubium quis 9
ſit apoſtatæ verus iudex, dico quòd contra apoſtatam à fide Chriſti de iure ordinario eſt Epiſcopus, eo quòd iſtud crimen ſicut hæreſis eſt mere Eccleſiaſticum, & in noſtra inquiſitione Hiſpanica procedent domini inquiſitores priuatiuè iuxta formam relatam *ſuprà*, de hæreſi, & ſumma quidem ratione, cùm hæreticus ſolum diſcedat à fide in parte, apoſtata in totum, abnegando fidem, ab Eccleſia Chriſti omnino diſcedens ad aliam religionem ſe transferendo; imò, & magis quàm ſchiſmaticus de quo dictum eſt *tit. præced.* cum iſte non intendat ad aliam Religionem ſe transferre: Farinac. *dict.* §. 1. *num.* 8. & patet ex iam, *ſub titulo*, etiam de hæreticis relatis; de aliis inquam apoſtatis religioſis, ſeu clericis infra dicetur ſub Rubro, ad quos iudices ſpectent?

Ad quæſtionem bonam videbis, quæ dixi, *in alleg. fiſcalib. ſancti offic. p.* 1. *alleg.* 46. vbi egi de illa, *an apoſtatarum à fide bona poſſint à Regibus declarari libera à confiſcatione*, &c. vbi de Renegatis.

****

AD TEXTVM

In Cap. I. Cap. III. & in Cap. fin hoc titulo. Vbi plura de dimiſſione habitus à Religioſis.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habitum dimittens & tonſuram, deſinit gaudere priuilegiis clericalibus,* remiſſiuè, *& quæſt. ſequentis.*

1 QVatenus in textu hic Pontifex agit de clerico enormibus delictis ſe immiſcente habitum clericalem dimittente ſine tonſura incedente, hæcque ſufficere, vt deſinat gaudere priuilegio fori clericatus, & plenè iſtc intelligatur ex iam latè à nobis dictis, *ſub cap. cum non ab homine 10. de iudiciis, quæſt. 3. ad quæſt. 12. & ſub 1. parte*, illius textus, quam plura ad propoſitum in aliis quæſtionibus ideo de his non addimus alia præter ordinarios adiunges Riccium, *collect.* 352. cum Capicio, Fab. viuio Treuiſano, & Maſtrillo, Faquin. *lib.* 9. Conot. *cap.* 20. Balboa, *in cap. 2. de iudic. à num. 58. & in cap. 4. à num. 69. & in dict. cap. 10. num. 34. & 36. ad quæſt.* & Couarr. Dicandus, *in pract. cap. 31. à num. 8. cap. 34.* & relati, *infra hic quæſt. 1.*

QVÆSTIO I.

An Clericus dimittendo habitum, & tonſuram, ſi eſſet in ſacris transferendo ſe ad habitum laicorum dicatur Apoſtata à fide taliter, vt ſit puniendus ab inquiſitoribus ex cauſa fidei, aut ſit cognitio alterius iudicis Eccleſiaſtici: Vbi quid ſi iſte, aut monachus contrahant matrimonium: Et an clerici in minoribus conſtituti idem faciendo ſint eodem metro, & ab eodem iudice puniendi? Et quia ſic dimittens habitum excommunicatus eſt an ſi per annum perſiſtat contumax in reaſſumendo illum ſit ab inquiſitoribus fidei iudicandus. Et an ſit ineligibilis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui ob delictum impeditur vt admittat forum plura delicta requiruntur, & num. 2.*

3 *Clericus ſe immiſcens enormibus, num deſideretur monitio, vt amittat priuilegium problematica eſt quæſtio.*

4 *Clericus verè eſt Apoſtata qui dimiſſo habitu clericali vxorem ducit, & quis dicatur etiam num. 5.*

5 *Apoſtata clericus dicitur, qui dimiſſo habitu clericali recedit à ſtatu, tranſiens ad ſæcularem animo non reuertendi.*

6 *Clericus in ſacris vxorem ducens punitur ab inquiſitoribus, alias habitum dimittens ab Epiſcopo, aut alio prælato, idem ſi ſit Religioſus ſiue palam, aut clam num. 6. contra nonnullos diſtinguentes, vbi de ratione, num. 8. quæſtione* 10. 11.

7 *Polygamia maximè ab inquiſitoribus punitur, & ſi allegetur amoris cauſa libidinis, ſeu aliunde contigiſſe.*

8 *Clerici, & Religioſi contrahentes nuptias puniuntur abiuratione, & aliis modis.*

11 *Clerici, aut Religioſi dimittendo habitum ducentes vxorem, non ſunt hæretici, ſunt tamen ſuſpecti, niſi credant ſibi licere ducere vxorem, & ſub num. 16.*

12 *Ieſuitæ poſt biennium votis emiſſis, ſi ducant vxorem, puniuntur, vt alij Religioſi.*

13 *Clericus, & Religioſus, qui mutato habitu ex cauſa iuſta vt faciendo iter, non incurrant crimen Apoſtaſiæ, aut timoris, aut euitandi ſcandali vt incolumes euadant.*

14 *Clericus dimittens habitum, ſi poſt monitionem illum non reaſſumit, perdit priuilegium.*

15 *Clericus Apoſtata laice viuens non perdit ipſo iure priuilegium Clericale, ſed ſi fuerit captus, Eccleſia illum*

illum non vindicat.

17. *Clericus in ſacris, etſi comam nutriat, habitum vero clericalem deferat, amittit priuilegium in minoribus autem conſtitutus amittit vtrumque deſerendo; alias non item, & n. 18.*

18. *Clericus in minoribus conſtitutus dimittens habitum, & tonſuram amittit priuilegium, non tamen peccat mortaliter, niſi inde ſcandalum oriatur, n. 19. vbi niſi habeant beneficium, & num. 20. & 24.*

19. *Clerici in minoribus habentes beneficium, ſi deſerant habitum, & tonſuram iudicabuntur apoſtatæ, qui & peccant mortaliter beneficioque priuantur.*

20. *Clerici in minoribus conſtituti quando dimittendo habitum, & tonſuram peccent mortaliter.*

21. *Clerici in minoribus conſtituti ex ſola deſertione habitus, & tonſuræ non puniuntur ab inquiſitoribus, niſi hæreſis intercedat, idem de Religioſo.*

22. *Clericus habitum, & tonſuram dimittens aliquo tempore, ſi dimiſſum reaſſumpſerit, non perdit priuilegium fraude ceſſante, aut non fuerit vnica reaſſumptio.*

23. *Clericus in ſacris qui vxorem ducit ſi pœnitens redit ad clericatum diſpenſatur ab Epiſcopo.*

24. *Clerici in ſacris habitum dimittentes ſi admiſſi non ſe corrigunt, ſunt infames, excommunicati, amittunt priuilegium clericale, & ipſo iure beneficia, & penſiones, ac deponuntur, vt num. 25.*

25. *Apoſtatæ clerici per dimiſſionem habitus, & tonſuræ exiſtentes excommunicati per annum ab inquiſitoribus puniuntur, cum ſint ſuſpecti de hæreſi, eruntque hæretici ſi credant prædicta ſibi licere, num. 26.*

27. *Eligi amplius nequit Religioſus, qui ſemel ad mule uiſſum habitum reuertitur, etſi efficiatur bonæ famæ aliter ſi abſolutus fuiſſet ab excommunicatione, niſi miſſam celebraſſet: nam tunc eſſet irregularis, n. 28.*

28. *Apoſtata diſpenſatus à Papa ſit eligibilis: quid ſi ad honores.*

29. *Canonis priuilegium maiori facilitate amittitur, quàm fori.*

30. *Apoſtata etſi perdat priuilegium fori; non tamen ob id perdit iudex Eccleſiaſticus in eum iuriſdictionem; quia datur locus præuentioni.*

PRæmitto aſſignationem plurium quæſtionum, quæ ſunt de huius textus materia, & quas ſigillatim tractaui *ſub d. capit. cum non ab homine* 10. *de iudiciis*, vt ad eas recurras pro lata explanatione huius *cap. vbi quæſt. 2. de illa: Quando verè dicatur incorrigibilis clericus; ob quod priuilegio fori, & canonis exutus poſſit laicus illum punire, & quis dicatur deprehenſus in crimine; vbi de intellectu numero 3. verum*, & quæſt. 4. vbi de illa: *an ſuppoſito quod clericus, qui dimiſſo habitu clericali: enormibus irretitus criminibus poſſit puniri à iudice laico, neceſſario requiratur quod ſit ter monitus à Prælato ſuo.* Vbi de intellectu etiam huius *num. 12. & in cap. ad ſi clerici 4. de iudic. §. de adulteriis, quæſt. 24. ſub qua: quæ ſint crimina adulterio maiora, quæ minora:* Applicabis etiam *quæſt. 5. 6. 7. 8.* & quarum thema hic non ponitur: Et ibi, *quæſt. 10.* de illa, *ad quem iudicem ſpectet clericatus cognitio de habitu clericali, &c.* & ibi in aliis *ſequentibus vſque ad qu. 20.* 1

Cúmque Barboſa cum pluribus ab eo relatis *num. 2. 3. & 4.* de tribus reſoluat cum aliis, nempe quòd vt clericus priuilegio fori priuetur, requiritur quòd incedat ſine habitu, & tonſura cum Boſſio, Farinacio, Dianâ, Rolando, & Claro; item quoad priuandum clericum priuilegio fori, & beneficio ad hoc, vt dicatur ſe in enormitatibus immiſcere non ſufficiat vnum delictum; ſed plura requiri cum Diana, Couarr. Capicio, Rolando, Cauallo, & Alex. de Neuo: Et quod deprehendatur in enormitatibus; ita vt quod comprehenſus dicetur, ſi in flagranti fuerit captus, vel ſi ipſe antequam opponat de priuilegio clericali delictum fateatur, ſeu de eo ſit legitimè conuictus, vel ſi crimen ſit adeo notorium de facto, vt nullus ſit inficiandi locus cum Rolando, Belletio, Alex. de Neuo. 2

Et quia *ſub d. num. 4.* quæſtionem problematicam refert cum multis, pro vtraque parte patronos, nempe an clericus huiuſmodi, qui ſe immiſcuit enormitatibus amittat priuilegium fori abſque alia monitione, ita vt ſine metu cenſurarum poſſit illum iudex laicus punire affirmentque, Syluester, Clarus, Iacob. de Graff. Scaccia, Farinac. Molin. Valer. Reginal. & Riccius negent tamen Tabiena, Treuis, Albertin. Megala, Comitol. Filliuc. Bonac. Augiuan. Ambroſ. Faquin. & alij à Barboſa relati, & nos dixerimus de iſtis, ac aliis concernentibus *ſub d. cap. cum non ab homine à quæſt. 1. & 2. & à quæſt. 11. ad. 30.* 3

vbi an ipſo iure homicida, hæreticus, falſans litteras Apoſtolicas, periurus, & alij maiorum criminum rei priuentur à beneficiis, aut ſit talrim neceſſaria ſententia declaratoria.

5 Ad primam iam ergo quæſtionem repetendo quod laconicè in fine noſtræ Rubricæ quod in apoſtara contra fidem inquiſitor contra hæreticam prauitatem eſt iudex legitimus, nunc dubitatur, an reducatur quoad prædictam cognitionem inquiſitorum delictum de quo loquitur textus noſter clerici videlicet immixti criminibus enormibus, ac qui dimiſerit habitum clericalem, & tonſuram gerendo ſe vt laicum, & quoad clericos in ſacris conſtitutos videtur dicendum quod clericus apoſtata vere eſt, qui dimiſſo habitu, duxerit vxorem, vt communiter DD. antiqui *in textu noſtro*, vt Innocent. *numero* 1. *verſ. hoc autem*, ſit multis modis Henric. Boic. *num.* 2. *ad medium, eodem verſ.* Anchar. *num.* 1. *verſ. Innocentius hic dicit*, Abbas *ſub num.* 2. Ioan. de Anania *n.* 2. *verſ. in gloſſa prima*, Cardin. Zabarella *num.* 2. *verſ. & dicit Innocent.* Hoſtienſis *hic* §. *quot ſpecies num.* 2. *in fine verſ. ſit hoc pluribus modis.* Goffred. *in eadem ſum. hac Rubr. num.* 2. *in fin. verſ. vxorem ducendo*, Simanc. Catholic. *inſtitut. tit.* 40. *in Rubrica de matrim. num.* 13. Diaz *in pract. crimin. Canon. in verſ. apoſtata cap.* 111. *num.* 2. *poſt verſ. pœna inſuper*: Farinac. *de hæreſi quæſt.* 183. §. 6. *num.* 70. *&* §. 9. *num.* 515. vbi cum prædictis ad textum noſtrum; Butrio, Mariano, Socino, & aliis probat quòd clericus habitum clericalem dimittens, & in ſæculari habitu incedens dicitur apoſtata, *& num.* 116. id multò magis firmans quando clericali habitu dimiſſo vxorem duceret: Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 546. *num.* 34. *&* 47. imò Diana *p.* 4. *tract.* 7. *reſ.* 5. *cum direct. inquiſ.* Maura, Seſſe, Souſa, Peirino, Pegna, Paramo, & aliis dicit iſtos committere ſacrileginm vltra apoſtaſiam.

6 Et patet ex verbis textus, quoad clericum dimittentem habitum *in capit. tua hoc tit.* ibi: *qui videlicet abiecerunt habitum clericalem*, Bañez *in comment. ad D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 12. *num.* 1. *verſ. apoſtaſia ergo ab ordine*: vbi propterea dixit *apoſtaſiam ab ordine eſſe retroceſſionem à ſtatu ordinis ſacri ad ſtatum ſæcularem propria auctoritate*: Alex. Peſant. *ibidem diſput.* 3. *verſ.* 2. vbi dixit apoſtatam ab ordine, ſeu à clericatu eſſe illum, qui exiſtens in ordinibus ſacris, ſeu maioribus omnino, quoad habitum recedit ab ſtatu, & tranſit ad ſtatum ſæcularem animo non amplius reuertendi ad priorem ſtatum, declarans ſingula huius diffinitionis verba.

6 Dubium verò eſt an talis ſic habitum relinquens ſit in foro inquiſitorum puniendus, & de clerico in ſacris conſtituto, vxorem ducente, nemini videtur dubium eſſe, cùm implicet vt quis ſimul ſit clericus in ſacris, & vxoratus per multa, quæ dixi *ſub titulo de ſacram. non iterandis, & ſub titulo de tempor. ordin. in terminis*, Iacob. *de Graffis lib.* 4. *ſuarum deciſ. cap.* 18. *num.* 17. dum ait quod contra iſtos clericos, ſeu religioſos (ſcilicet profeſſos) vxorem ducentes poſſint inquiſitores procedere: Farinac. *d.* §. 6. *num.* 70. *in fine*, & ratio videtur clara, quia clerici, ſeu Religioſi, ſic ducentes vxores ſunt ſuſpecti de hæreſi ob idque inquiſitores poſſint contra illos procedere, argum. eorum, quæ diximus de ſuſpectis *ſub cap. ſicut de hæreticis, & in cap. excommunicamus* 1. §. *quidam, eo titulo*, vbi multa de ſuſpectis hæreticis de quibus cognoſcunt inquiſitores.

7 Quod explicant DD. ſi iſti contraxerunt non clam, ſed palam, ſecus ſi clam, vt dixerunt Ioan. Anania *in cap. ad abolendam, num.* 17. *de hæreticis poſt Bald.* quem allegat *in l. fin. ante finem, Cod. de ſumma Trinit. & fide Catholica*, Farinac. *cum Repert. inquiſit.* Locaro, Albertino, Alfonſo de Caſtro Gundiſaluo, Conrrado, Squilacen, Carrerio *de hæreſi d. quæſt.* 183. §. 6. *num.* 72. Decianus *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 17. *verſ.* 42. *& poſt verſ.* 108. ſed ego exiſtimo in hoc diſtinctionem non eſſe adhibendam, quia ſiue palam, ſiue clandeſtine contrahant matrimonium, clericus in ſacris, aut Religioſus profeſſus re vera punientur ab inquiſitoribus, & ſine replica procedit in noſtra Hiſpanica inquiſitione, & licet dicant Farin. *n.* 73. & Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 21. *hac Rubrica q.* 10. *&* 12. de iure contrariam opinionem magis congruere adhuc reuera, quia ſicut Polygamus de quo latiſſimè dixi *in c. nuper* 4. *de Bygamis*, ratione illius delicti habendi duas vxores ſimul viuentes ab inquiſitoribus puniuntur *qu.* 4. *fin.* quantumuis non vt male ſentiret de vnitate Sacramenti Matrimonij conſtaret, ſic & magis in noſtro caſu de clerico, aut Religioſo etiam contrahente eo quòd etiam clandeſtina diſpenſatio, etſi punibilis *vt in toto titulo de clandeſtina diſpenſatione*, valet, ſunt publicè celebrata, & in caſu noſtro publicè ſiue clam clericus,

ſiue

ſiue Religioſus contrahendo matrimonium, etſi inualidum quidem quantum eſt ex ſe, tentarunt illudere ſacramentum ordinis, aut profeſſionis in Religione, eaque ratione male ſenſiſſe in fide Chriſtiana, quoad ſacramenta incompatibilia in vno ſubiecto, & in terminis videtur Diana amplecti *ſub d.reſ. 5.p.4. tract.7.* cum Caſtro-Palao *in ſumm. tom.1. tractat.4. diſput.8. p.* 16. dicendo *in* § 8. *numero* 4. quòd inquiſitio Hiſpanica eos punit eadem pœna, ac grauiori propter ſuſpicionem Luteranæ hæreſis: vide de aliis pœnis *infra cap. fin. quæſt.2.*

8 Ex quo Simanch. *de Catholic. tit.4. Rubrica de matrim. à numero 9. & in Enchirid. tit.* 12. Rubr. *de nefariis nupt. n.*1. Campeg. *ad Zanchin. de hæretic.cap.*35. *verſ idem quoque*; potuerunt dicere contrariam opinionem falſam eſſe, & ratione carentem, Franc. Pegna *ad Eymeric: in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.*49. *comment.* 74. *verſ. iam apoſtat.* dixit ab hac ſententia, reiecta præfata diſtinctione, non eſſe recedendum: *vbi verſ. ſequenti*, loquitur non ſolum de Religioſis, ſed etiam clericis cum pluribus Ioan. Rojas *ſing.* 98. *num.*5. plures referendo *in tract. de hæreticis p.* 1. *n.*150. Decian. *in tract. crim.* alios referens *d. lib.* 5. *cap.*2 2. *num.*40. Cantera *in quæſt. crim. Rubrica de hæreticis cap.*1. *num.*71. Farinac. hanc amplectens *d. numero* 73. *in fine*, Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 546. *n.*49. ſimpliciter dicentes inquiſitores poſſe procedere contra Religioſos, & clericos ſæculares ducentes vxorem tanquam ſuſpectos, de hæreſi.

9 Et Diana *vbi ſupra ſub verſ. verum*, dicit quod ordinarie imponeret iſtis abiurationem de leui, & ad triremes ad minus per quinquennium damnaret, niſi talis qualitas perſonæ & circunſtantiæ concurrerent, vt etiam neceſſum foret reum torquere, & abiurationem de vehementi imponere, & augere pœnam ad triremes, vt ſi v. g. clericus, aut Monachus eſſet de prouincia infecta Luteranæ hæreſis cum iam tunc redderetur perſona ſuſpecta reſpectu ſuæ Religionis vt optime obſeruauit Seſſe *in deciſ. Aragon. tom.*4. *deciſ.*452. *num.*4. quo in caſu ait Diana poſſe admitti opinionem Canteræ *cap.*1. *de hæretic: num.*71. eius verba referens, & Simancæ *in Enchirid. titulo* 12. *num.*1. aſſerentium religioſum contrahentem binas nuptias eſſe vehementer ſuſpectum de hæreſi, & ſic poſſe torqueri, etſi vinceret adhuc remanente aliqua probatione, abiuret nihilominus de leui, deportetutque ad arbitrium iudicis, etſi nihilominus inueniretur maxima malitia, vt abiurent ex dicto Cantera de vehementi.

Et quod apoſtata coniugatus ſubdatur inquiſitoribus, tenent de Religioſo Frater Eman. Rodrig. *tom.*3. *regular. quæſt.*1. *ar.*1. cum ſuo compendio *reſ.* 93. Peyrina *d. conſtit.*9. *Pauli V. num.*20. Diana *p.*4.*tract.*7. *reſ.* 5. multos referens Carena *de offic. inquiſit. p.* 2. *titul.*17. *num.*10. Borbon. *cap.*9. *hoc tit. à num.*27. *ad* 29. ex dicta ratione, quia ſunt de hæreſi ſuſpecti, & quidem vehementer cum per hoc factum videantur approbare hæreſim Neotericorum, qui vota Religioſorum damnant, † & licet vt reputarentur hæretici publicè ducentes vxorem dixerint Locatus *in iudiciali inquiſit. in verb. hæreſi*, *num.*22. Menoch. *de præſ. lib.* 5. *præſumpt.* 6. *num.*35. tamen verius eſt tales non dici hæreticos, nec vt hæretici ſint puniendi ducendo vxorem, & in habitu laicali incedendo niſi pertinaciter quiſque errorem ſuum defendat, dicendo ſcilicet hoc eſſe licitum, & non eſſe peccatum, quia tunc iam diceretur malè ſentire de ſacramentis Eccleſiæ, indeque vt hæreticus ſit puniendus niſi ſit paratus ſe corrigere, & pœnitens miſericordiam exquirat. Ioann. Anania *in cap. ad abolendam*, *de hæreticis poſt Bald.* quem allegat, *in l. fin. ante finem*, *Cod. de ſumma Trinit. & fide Catholic.* Farinac. *d. qu.*183. §. 6. *n.*76. & 77.

Additque Diana *in fine*, procedere dictas pœnas contra Ieſuitas, qui poſtquam vota biennij emiſerunt, matrimonium contraherent, quod eis ineſt, & ſubiiciuntur pœnis relatis, & abiurant. 11

Tamen clericus aut Religioſus apoſtata non incedendo in habitu clericali, & religioſo ex iuſta, & rationabili cauſa vt puta faciendo iter per loca periculoſa quod talis incurrat crimen apoſtaſiæ, tenent Abbas hic *num.*3. *in fine*, Matian. Socin. *num.*5. Ioan. de Anania *num.*7. *ad finem hic per textum in cap.* 1. *de vita*, & *honeſt. cleric. & clem.* 2. *eodem titul.* item *ex capit.* 2. *ne clerici*, vel Monachi *lib.* 6. vbi gloſſa *in verb. temere*, quæ pro iuſta cauſa ponit exemplum in timore, *ibi* Ioan. Menoch. *numero* 1. Ioan. Andr. *ſub num* 4. Franch. *poſt num.*5 *in d. verſ. temere*, Probus *ad Ioan. Menoch. num.*7. vbi loquitur quando cauſa vtilitatis ad vitandum ſcandalum, vel vt facilius timeret: Farinac. *d. quæſt.*183. §. 6. *num.*92. alia de Religioſo limitans 12

limitans ibi, *à numero* 93. *ad* 95. Decian. *crim. d. lib.* 5. *cap.* 75. *num.* 3. Maſcard. *de prob. lib.* 1. *con*[illegible]*uſ.*112.*num.*16. vbi amplius quod arbitrio boni viri relinquitur, quæ iſto caſu fuerit iuſta cauſa. Thom. Sanchez cum aliis *in decalogo lib.*5. *cap.*4. vbi de clericis ſeu Religioſis tranſeuntibus per loca hæreticorum ſæculares veſtes induentibus, ne cognoſcantur, & vt incolumes euadant: Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent* 6. *caſu* 546. *num* 40. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.*12. *cap.*17. *qu.*8.

14 Vnde iam de clerico apoſtata dimittente habitum clericale dici debet quod ſi poſt monitionem habitum non reaſſumat perdat priuilegium clericale, vt per textum noſtrum hic ſcripſerunt, Innocent. *num.* 2. *in fine verſ. & etiamſi non ſe emendauerit*: Hoſtienſ. *num* 4. *verſ. etſi monitus*, Ioan. Andr. *num.*4. Henrr. Boic. *n.* 3. Anchar. *num.*1. Anton. de Butr. *num.*3. *& num.*4. vbi propterea declarat quod ad hoc vt dimiſſio habitus faciat amittere priuilegium clericale debet eſſe longa, & continua, *& num.*8. *&* 9. vbi alia ad materiam Abbas *num.*4. 5. *&* 6. vbi latè tractat, an & quando clericus dimiſſo habitu; & tonſura ſæculariter viuens perdat priuilegium clericale, de quo nonnulla offendes *ſub c.*2. *de foro compet.* vbi etſi de clericis in minoribus ad conſeruandum forum, vel illud amittendum per plures quæſtiones dictum ſit, vbi de coniugatis iſtis *à quaſt.* 11. tamen ſi in ſacris conſtituti dimittant habitum, nec ea ſumant, idem dici debet ex vigentiori ratione: ſiquidem offendunt plus in tali dimiſſione, quam in minoribus conſtituti; Marian. Socin. *num.*5, Anania 9. Cardinal. Zabarella *ante num.*1. & quod talis clericus habitum dimittens ſi trina præcedente monitione non reaſſumpſerit habitum perdat priuilegium clericale, ſolet allegari textus *in cap. contingit el* 2. *de ſent. excommunic.* gloſſa *in d. cap. tua*, alia iura allegans *hoc tit. in verb. habitum clericalem*, vbi Hoſt. *poſt num.* 1. *& in hac Rubrica* §. *qualiter puniantur verſ. item caret priuilegio clericali*: Farinac. *d. quaſtion.* 183. §. 9. *nu.*122. cum Angelo, Syluestro, & Diaz *in pract. crim. can. d. c.*111. *n.*1. *verb. Apoſt. verſ. item quod caret priuilegio*, Decian. *d. tract.*5.
15 *crim. cap.* 75. *num.*4. † Vbi quod clericus apoſtata laicè viuens non perdit ipſo iure priuilegium clericorum, ſed ſi fuerit captus, Eccleſia illum non vindicat; quia ex quo ipſe Eccleſiam contempſit, merito etiam ab Eccleſia contemni debet, *& num.*7. ait quod iſto caſu ſi apoſtata clericus ter monitus redire noluerit, tunc amittet omnia priuilegia clericalia, vbi etiam agit de illa quæſtione, quid ſi clericus non ſolum laicale viuet, ſed etiam exercet actus clericorum vitæ contrarios, vt puta ducere vxorem, militiam, & arma exercere, *& num.*6. an ſufficiat generalis monitio vt omnes clerici aſſumant habitum, & tonſuram, alias cenſeantur priuati omni priuilegio clericali, qui *numero* 22. ponit quinque requiſita ad hoc vt apoſtata clericus clericalia priuilegia amittat.

Et de iſtis clericis ſi in habitu laicali 16
incedant quod hæretici non ſint apud neminem fuit in dubio, niſi credant hoc ſibi licere ſine peccato ex iam dictis ita: ex allegatis per Vmbert. *in iudiciali inquiſit. verb apoſtata num.*1. *verſ. qui vero ſecundo modo*, Decian. *d. cap.*65. *crim. cap.* 17. *numero* 3. Eymeric. *in direct. p.* 2. *quaſt.* 49. *numero* 2. *verſ. qui primo modo apoſtatant*, Lælius Zechius *in ſumma p* 1. *de fide cap.* 24. *Rubrica de apoſtaſia n.* 3. *verſ. ex his apoſtatis*, Farinac. *ſupra n.*116.

Quod ſi dubitetur an dicatur apoſtata 17
clericus non ſolum dimittendo habitum clericalem, ſed etiam tonſuram, & coronam affirmant Innocent. hic *n.* 1. *verſ. hoc autem fit multis modis*, Hoſtenſ. *n.*1. *ad fin. verſ. idem ſi dimittat tonſuram*, Henric. Boic. *num.* 2. *eo verſ.* Anchar. *num.* 1. *verſ. Innocentius*, Anton. de Butr. *num.*4. *in fine*, Hoſtienſ. *in ſumma hoc tit.* §. *quot ſpecies numer.*2. *ad finem verſ. fit ergo hoc pluribus modis*, Goffred. *in eadem ſumma hac Rubric. num.*2. *verſ. hac fit multis modis*, Diaz *in d. pract. crim. can. in d. cap.* 111. *poſt. verſ. pœna inſuper*, Maſcard. *de probat. lib.*1. *concluſ.* 112. *numero* 23. verum quod comam nutriens, & tonſuram non portans, ſi alias clericaliter viuat non ſit apoſtata, tenent Decian. *d. lib.*5. *crim. cap.*75. *ex num.* 1. per gloſſam, quam allegat, noſtri textus *in vltima, in princ.* Farin. *d.* §.9. *num.*17. *&* 18. vbi *nu.*119. è contra procedere ſcribit dicens quod clericus in ſacris conſtitutus dicatur apoſtata, ex eo ſolum quod habitum dimiſerit tantum, etſi tonſuram differat addens cum Angelo, & Sylueſtro non ſic procedere in clerico in minoribus conſtituto, & habente beneficium, qui non dicetur apoſtata niſi inſimul, & tonſuram, & habitum deponat, & ſecundum hanc declarationem poteſt dici *in textu noſtro*, procedere niſi de vtroque requiras aut de in ſacris conſtituto inuoluente

ſe

ſe in enormibus, & apprehenſus ex iam adductis hic.

18 Ad ſecundam quæſtionis partem de clericis in minoribus conſtitutis an idem cõtingat,& eſt negandum apoſtatam dici, cum ex eo quòd incedat in habitu ſæculari, dicatur clericalem habitum dimittere clericalique ordini renunciare *ex c. litteris de vita,& honeſt. cleric. c. Ioannes de clericis coniugatis cap. quiſquis* 84. *diſt.* per quæ affirmant Innocent. hic *num.* 3. *verſ. non obſtat*, & ibi: *verb. clerici*, Henric. Boic. *n.* 2. *& verſ. & quod dictum eſt*, Hoſtienſ. *ſub num.* 2. idem Henric. Latius *in d. cap. tua, gloſſa in verb. tolerandi*, Abbas *num.* 1. Innocent. *in verſ. reſponde:* Hoſtienſ. *num.* 1. *&* 2. Ioann. Andr. *num.* 2. *verſ. in gloſſa* 2. Antonio de Butrio *nu.* 4. Abbas *ſicul. n.* 3. 4. *&* 5. Marian. Socin. *poſt num.* 7. *verſ. ſecus ſi non habet beneficium*, Anania *num.* 2. *verſ. conſtitutus, & num.* 10. vbi de communi Zabarella *num.* 1. vbi de veriore opinione: Farinac. *d.* §. 9. *qu.* 183. *de hæreſi num.* 127. cum Armilla, Roſella, & Angelo & Lælius Zechius *in ſumm. p.* 1. *tit. de fide cap.* 24. *hac*
19 *Rubr. verſ. quo vero,* † vbi propterea dixit, quod clericus in minoribus conſtitutus dimittens veſtes clericales, & deferens tonſuram non peccat mortaliter, niſi inde ſcandalum ſugat, & quòd dimittens habitum, & tonſuram, peccat venialiter, & declarat Farin. *ibi num.* 132. noſtram adductam concluſionem in clericis in minoribus conſtitutis, non habentibus beneficium: quia ſi illud habuerint, iudicabuntur apoſtatæ, ſi habitum clericalem non deferant: vt tradiderunt *in c. tua hoc tit.* Ioan. Andr. *num.* 2. Butr. *n.* 6. Abbas *n.* 3. Socin. 4. Anania *ſub num.* 11. & *poſt n.* 12. Goffied. *de apoſt. num.* 6. Tuſchus *practic. lit. A. concl.* 424. *num.* 4. *&* 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 4. *caſu* 546. *num.* 50. *&* 52. *cent.* 6. Lælius Zechius *p.* 1. *de fide cap.* 24. *verſ. ſi vero*, vbi dixit quòd ſi clericus in minoribus conſtitutus dimittat habitum, & tonſuram, & habeat beneficium, non solùm peccat mortaliter; ſed etiam beneficio priuatur *ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonſura in ordine* 30. *p.* 2.

20 Et vt vberius ſcias quando clerici in minoribus ordinibus conſtituti non habentes beneficium peccent deferendo habitum, & tonſuram, & an mortaliter, & quando videndi poſt Angelum, & Syluestr. *in ſum. verb. apoſtata:* ille *n.* 2. iſte *n.* 7. latè Dominus Bañez *in comm. ad D. Thom.* 2. 2. *qu.* 12. *art.* 1. *in vltima diſp. verſ. ſed habet difficultatem in hoc loco, & ſeqq.* & *verſ. ſed quoniam ex ordinis ſuſceptione & ſeqq.* vbi etiam Greg. de Valentia *verſ. quæritur etiam circa apoſtaſiam, & ſeqq.* Alex. Peſant. *diſp.* 4.
latè, & alij recentiores, † ſed quòd iſti cle- 21
rici apoſtatæ, modo dicto, ſiue in ſacris, ſiue in minoribus, dum hæreſis ſuſpicio non intercedit ex ſola deſertione habitus & tonſuræ non ſubdantur foro inquiſitorum: dicendum eſt ex adductis *ſupra hic*, cum Locato *in verb. apoſtata*, Decian. *lib* 5. *crim. d. quæſt.* 71. Farinac. *d. qu.* 183. cum aliis §. 9. *n.* 126. Bordon. *d. cap.* 8. *hoc tit. n.* 26. limitantes, niſi putarent ſic recedendo nullatenus peccare, & inde id ſibi licere. Idem de Religioſis habitum deſerentibus, etiam iniuſte, dum tamen non exiſtiment id ſibi licere, nec peccare: vel quando vxorem duxerunt, iuxta *ſupra dicta*. Ita poſt Dianam *d. p.* 4. *reſol.* 5. Peitin. *ad conſtitut. Pauli V. nu.* 20. Farinac. *ſup. n.* 71. Carenam *p.* 2. *tit.* 17. *num.* 10. Bordun. *d. cap.* 8. *hoc tit. num.* 27. 28. *&* 29.

Quòd autem clericus, qui habitum, & 22
tonſuram aliquo tempore dimiſſum reſumpſerit, non perdat fori priuilegium, etiam quòd tempore commiſſi delicti non geſſerit habitum, modò poſt delictum illum aſſumpſerit: ſi reſumptio habitus non fuerit in fraudem, vel non fuerit vnica omiſſio habitus, vel niſi iam apprehenſus fuiſſet vt diximus; docent Farinac. *in praxi crim. p.* 1. *num.* 58. cum aliis Couarru. *pract. cap.* 31. *n.* 7. *verſ.* 5. Clarus *in* §. *fin. q.* 36. *verſ. ſed hic quæro*, Barboſa *in d. cap. tua* 3. *hic num.* 4. cum Caput. & Alex. ex ea ratione, quia ad priuandum clericum priuilegio clericatus, neceſſaria eſt tanta perſeuerantia; vt publicè exiſtimetur laicus, vel quod contrarius animus in eo diſcernatur.

Etenim, ſi clericus in ſacris conſtitu- 23
tus de facto vxorem duxerit, & poſtea pœnitens ad clericatum redeat; poterit cum illo Epiſcopus miſericorditer diſpenſare *per textum in cap. Sacerdotes de cleric. coniugatis*, per quem Hoſtienſ. *in ſumma hoc tit.* §. *qualiter puniantur num.* 4. *verſ. quid ſi conſtitutus in ſacris*, vbi arguendo contra, in hac reſidet opinione Goffred. *eodem titulo num.* 8. Farinac. *de hæretic. quæſt.* 183. §. 6. *numero* 75. cum Armilla *in verb. apoſtaſia num.* 13.

Ad tertiam quæſtionis partem, an qui 24
habitum dimittendo clericatus, aut Religionis excommunicatus; ſi per annum perſtiterit, poſſit puniri ab inquiſitoribus, & quia concluſio eſt, quòd clericus apoſtata per dimiſſionem habitus, non solùm

eſt infamis, atque à teſtimonio repellitur; verum etiam ſit excommunicatus, perdatque priuilegium clericale, imò etſi admonitus non ſe correxerit veniat deponendus *cap. ſine cap. præcipimus* 21. *qu.*4. *cap. ſin autem cum duobus ſeqq.* 16. *quæſt.*3. vt per hæc iura voluerunt Syluester *in verbo apoſtaſia num.* 11. *verſ. interim ſi admonitus ſe non correxerit*, Diaz *in pract. crim. can. in verb. apoſtata cap.* 11. *poſt.* 2. *verſ. & clericus admonitus, ſi ſe non correxerit, deponendus eſt*, Lælius Zechius *in ſum. p.* 1. *tit. de fide cap.*24.*Rubrica de apoſtaſia num.*2. *verſ. ſi vero ſit in ſacris conſtitutus*, & amplius *ex Bulla Sixti V.* vbi, quòd constituti in ſacris, ab ordine recedentes per admiſſionem habitus, & tonſuræ incurrunt amiſſionem beneficiorum, etiam nulla præcedente monitione ipſo facto, ac etiam penſionum, ſi quas habent, quæ propterea caſſatæ & extinctæ cenſeantur, de quo Farin. latè agendo de pœnis, quas incurrit clericus, ſeu religioſus apoſtata *d. qu.* 183. §.8. *ex n.*107. vbi etiam de clericis meminit, & expreſsè §.9.*n.*123.*&* 124. Bordon. *ſup. ſub num.* 25. *in fine*, Diana *ſub d. reſ.* 5. Catena *d. tit.* 3. *p.* 2. §. 8. cum Comenſe *in lucerna verb. apoſtata* Sanctarell. *de hæreſi cap.* 2. *dub.* 5. *concluſ.* 3. *à n.*34.

25 Ideò hac excommunicatione ſuppoſita, ad propoſitam difficultatem de apoſtata excommunicato perſiſtente per annum breuiter reſpondebimus, ſi repetantur, & applicentur, quæ diximus *in d. cap. excommunicamus* 1. *de hæreticis in d.* §. *qui autem*, vbi latè egimus de his excommunicatis per annum contumacibus, & quòd ſint ſuſpecti de hæreſi, ab inquiſitoribus puniendi, iam nunc loquendo in ſpecie de apoſtata à Religione, vel à clericatu indurato, & contumaci, ad habitum redire, quòd ſit etiam euidenter de hæreſi ſuſpectus, ſic vt propterea poſſit ab inquiſitoribus citari ad reſpondendum de fide Vmbert. Locat. *in iudic. inquiſit. in verb. apoſtata num.*1. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *d. cap.*17. *num.*2. *in fine*, vbi loquens de apoſtata inobedientiæ dixit, quòd ſi in excommunicatione per annum perſeuerauerit, poteſt vt hæreticus condemnari: Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 2. *qu.*49. *num.*3. vbi pariter dixit, quòd iſti apoſtatæ per annum in excommunicatione inſordeſcentes, ſunt ſuſpecti de hæreſi, poſſintque ab inquiſitoribus citari ad reſpondendum, quid ſentiant de fide: Farinac. ſic Referens *d.* §. 8. *num.* 108. vbi etiam *n.*105. vbi dicendo cum multis ad textum noſtrum: Hoſtienſi, Ioan And. Butrio, Boic. Abbate, Zabarella, & aliis *de pœna infamiæ*, & quod repellantur à ferendo teſti- 26
monio, ab accuſando, & quòd, præcedente monitione, deponatur *n.*110. inquirens ex aliis Calderino, Pegna, Menoch. Treuiſano, & aliis, dicit iſtos eſſe ſuſpectos de hæreſi; non quidem hæreticos, niſi crederent prædicta ſibi licere ſine peccato.

Ad vltimam quæſtionis partem an ſit 27
ineligibilis, & loquendo de Monacho apoſtata, dixit Archid. *in cap. vt periculoſa, n.*1. *verſ. quid ſi in ſcholis ne clerici, vel Monachi lib.*6. vbi Franc. *nu.*7. cum aliis concordantibus, dixerunt, quòd licèt poſtea ad male amiſſum habitum reuertatur, & efficiatur bonæ, famæ, non poteſt amplius eligi in Abbatem, & electus eiicitur, & quòd licèt temere dimittens habitum ſuæ religionis, ſit ipſo iure excommunicatus, & efficiatur ineligibilis; non tamen incurrat irregularitatem, & propterea ſi habitu reaſſumpto abſoluatur ab excommunicatione, poſſit eligi: cùm per abſolutionem dicatur ſanatus, niſi ante abſolutionem celebraſſet in diuinis: quia tunc propter hoc fieret irregularis, vt ibi per Franc. & addentes ad Angelic. *ſumm verb. apoſtaſia num.*1. *lit.C. in verb. contrarium verſ. item non poteſt promoueri ad dignitates, vel ad ſacros ordines*, Decian. *d. lib.* 5. *crimin. cap.*73.*num.*26. Cardin. Tuſchus *pract. concluſ. lit.M. concluſ.*329.*num.*5.*&* 8. vbi etiam quid ſi ex leuitate quadam habitum dimiſiſſet; ſed hoc fallit ſecundum eundem Decian. *d.num.*26. & *cap.*75.*n.*6. & Farin. *d. qu.*183. *de hæreſi* §. 6. *num.*19.*&* 20. † Niſi 28
apoſtata fuiſſet diſpenſatus à Papa, qui tunc ſine dubio fieret eligibilis: ambo dicentes, quod ſi Papa aliquem apoſtatam elegiſſet in Epiſcopum, cenſetur cum eo diſpenſaſſe, ſi hoc eſſet ſcienter; ſecus ſi ignoranter: vbi Decian. *n.*7. quid ſi fuiſſet diſpenſatus apoſtata quoad honores, intelligatur tantùm quoad illos, quos antea habebat, vel etiam quoad futuros maiores, priores ad quod applicabis aliqua dicta *ſub tit.& cap.*1. de filiis *presb.& in alleg. fiſcal. p.* 1. *ſub alleg.*48. *&* 49.

Pro complemento notabis, quòd cum 29
textus noſter loquatur de priuilegio Canonis, non tamen de priuilegio fori: & nos ſimus huc vſque loquuti de priuilegio fori quod amittitur ob mutationem, ac deſertionem clericalis, & Religioſi habitus, & vt breuiter reſpondeatur: dicendum eſt maiori cum facilitate amitti forum Canonis, *ſi quis ſuadente* 17. *qu.*4. quam fori, & iudicis,

iudicis, ex his, quæ dixi *ſub cap. cum non ab homine de iudiciis qu.4.n.5.* vbi, cum Suarez, dixi priuilegium Canonis facilius amitti, quàm fori: Tum quia inferioris rationis eſt, tum quia ſic indicatur in eo capite, *in qua, dicta qu.4.* & ante *qu.3.* leges plura vt iam *ſup. in princ.* notaui; quibus indicatur quando ob deſertionem habitus vtrumque priuilegium amittitur ſic, vt à laico iudice clericus, & Eccleſiaſticus iudicetur ſine cenſuræ incurſione, vbi de præmittenda monitione.

Vnum tamen notabis ſingulare ad textum noſtrum, quòd licet Apoſtata amittat priuilegium fori; non tamen ob id iudex Eccleſiaſticus perdit in eum iuriſdictionem, & quod erit locus præuentioni: Treuiſan. *in deciſ 48. p. 2.* Riccius *ad cap. vt periculoſa ne clerici, vel Monachi lib.6.* de quo textu plura dico *infra ſub cap. fin. hoc tit.* circa apoſtaſiam ex dimiſſione habitus, & ex quibus excuſetur in Religioſis, in clericis in terminis de hoc caſu præuentionis Ricc. *collect.* 218. *ad text. in 3. p.* vt periculoſa, & ad caſum in materia aſſaſſinatus per me victum in pergrauiſſima competentia iuriſdictionis inter Conſilium ſupremum Caſtellæ, & ordinum, cum noſtro inquiſitionis, lucrato ex cauſa præuentæ iuris contra D. Alfonſum de Caſtilblanca officialem inquiſitionis Conquenſ. & Equitem Calatrauæ: Ego *in 2.p. allegat. fiſcal. alleg. 5.*

AD TEXTVM

In Capite ex litterarum II. & Capite IV.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Apoſtatæ veri à fide ſicut hæretici ſunt puniendi: vbi de illa, quæ procedit à reiteratione Baptiſmi, & aliorum ſacramentorum,* numero 2. & quæſt.1. *vbi* numero 3.

1 PER hunc textum, *& c. quidam 4. hoc tit.* poteſt agi de veris apoſtatis à fide, qui ſicut hæretici ſunt puniendi; quia licet hic, *& in d. c. quinam,* ſolùm Pontifices loquantur de rebaptizatis, vel his, qui baptizati ad aliam ſectam tranſeunt, quia in hoc quidem contra fidem Chriſti peccant, *& in c.1. hic* aliqui DD. agant de hac ſpecie apoſtaſiæ: cùm, vt vidimus, non agatur de alia, quæ eſt impropria, ſcilicet prouenienté à mutatione habitus Eccleſiaſtici, niſi apoſtata Eccleſiaſtica diceret ſibi ſine peccato licere, nec vllus alius textus *ſub hoc tit.* ſit ad apoſtaſiam contra fidem, quam hi duo: ideo de illa nobis agendum erit præmiſſa, quæ ex reiteratione baptiſmi contingit, quæ ad eandem ſpectat, eo quòd ſit propria materia text. noſtri; cuius contextura, nec aliquid de apoſtaſia à fide demonſtrat, niſi ob id, qui rebaptizando male de fide ſentire videatur, *& in d.c.* quid non ob aliud, quàm qui ſemel fidem Chriſti baptizatus profeſſus fuit, ad aliam quidem ſectam ſe tranſtulit.

Etenim ex littera ſpeciatim à Barboſa *hic* commentata, & à gloſſatoribus ſolùm apparet, quòd ſi acolytus occultè rebaptizanti præbuit miniſterium; promoueri poteſt: ſecùs ſi publicè, niſi cum eo religionem intrante diſpenſetur, ex qua ſumma indicatur irregularitas, quæ ex hoc facto procedit, ſiue ſit minor, aut maior de qua irregularitate dicimus *ſub tit. de baptiſmo,* ex ratione peccati, quod contrahitur ex reiteratione ſacramentorum characterem imprimentium, iuxta vltimam partem Rubricæ noſtræ vt dixi *in Rubr. de ſacram. non iterandis*; quare iam quoad apoſtaſiam à fide Chriſti, ſequentia dubia peragemus ad quæſtiones, leges Suarez *de cenſ. diſp.41. ſect.1.* vbi, *an irregularitas diſpenſatione ſola tollatur,* & quid de ingreſſu religionis, de irregularitate ex relatis modico *in c. de Baptiſmo,* Couar. *in clem ſi furioſus in princ. à n 8.* ad quæſtionem gloſſæ hic idem §.2. *à n 6.* 2

Ad quæſtionem *cap. quidam hoc titulo,* videbis quæſtionem *infra in cap. tua* 3. præſertim *ibi in verſ. ad ſecundam.* 3

QVÆSTIO I.

An Baptiſmum reiterantes ſint verè, & propriè apoſtatæ, & an Chriſtianus ad Iudaiſmum tranſiens, ſeu ritus diuerſos profitendo, quid de proficiſcente ad Sarracenos ex deſperatione vel libidine, & quid de perſuadente aliquem ad apoſtatandum à fide, & an apoſtata verè dicatur is, qui dæmoni, vel

idolis ſacrificia facit, vel de apoſtatan:e à fide coacto, aut per vim, ſeu metum, & quid de Iudæis factis Chriſtianis ſi apoſtatantibus à fide redeunt ad Iudaiſmum, Iudæorum ritus ſeruando, vbi de pœnis apoſtatarum, & in cauſis defunctorum.

SVMMARIVM.

1. *Apoſtata à fide eſt ille, qui in totum recedit à fide Christi, vt Chriſtianus efficiatur Iudæus, aut Turca, & n.2. vbi diffinitur, ſiue declaratur.*
3. *Baptiſma reiterantes propriè apoſtatæ ſunt contra fidem Christi.*
4. *Apoſtata verè dicitur Christianus tranſiens ad Iudaiſmum, contra quem vt hæreticum proceditur.*
5. *Apoſtata verè dicitur, ex libidine, aut deſperatione tranſiens ad ſarracenos ſi ibi ritus eorum obſeruet.*
6. *Perſuadens aliquem ad apoſtatandum à fide, capite & confiſcatione bonorum punitur.*
7. *Apoſtatarum receptatores fautores, & defenſores puniuntur. ad inſtar fautorum, & hæreticorum.*
8. *Iudæi recipientes, aut defendentes Chriſtianos tranſeuntes ad Iudaiſmum puniuntur vt fautores apoſtatarum ſicut, num. 7. etſi non reſeruent formam exbaptizationis.*
9. *Baptizatus Iudæus dicitur redire ad Iudaiſmum, etiam quod non ſeruet formam exbaptizationis.*
10. *Redire ad ritum Iudæorum, vel tranſire ad illos, qui caremonias ſolemnitates, & feſtiuitates ſeruant, & credunt ſicut Iudæi, etiam quod ceremoniam exbaptizationis, abraſionis non ſubierint.*
11. *Apoſtata verè dicitur ſacrificans dæmoni aut idolis, & n.12.*
12. *Necromantici, maledici, incantatores ſolent dici, qui paciſcuntur cum dæmone: & num.13.*
13. *Superſtitiones omnes naſcuntur ex pacto cum dæmone, quod eſt ſpecies idololatriæ, & apoſtaſiæ.*
14. *Apoſtatantes ex vi illata, & coactione à fide potius eſt, vt non dicantur hæretici, numero 15.*
15. *Marcellinus Papa compulſus idolis ſacrificare non fuit hæreticus cum Chriſti fidem in mente retinuiſſet: peccauit tamen.*
16. *Pueri compulſi à ſarracenis capti vt abnegent fidem excuſantur ab hæreſi.*
17. *Metu fingens ſe facto, aut verbo hæreticum, non eſt excommunicatus, etſi peccet, nec incurrit excommunicationem Bullæ Cænæ in foro interno licet ſecus in foro externo, n.18. & 19.*
18. *Fidem per vim, & metum abnegantes non debent Eccleſiæ reconciliari contra alios.*
19. *Abſolui poteſt à quolibet Sacerdote, qui metu, & vi ſe ſimulauit hæreticum facto, aut verbo.*
20. *Vis abſoluta liberat, quem ab hæreſi non tamen conditionalis, & vtraque: exemplificatur, n.27. & 28.*
22. *Metus, ac vis non excuſat ab hæreſi diu tacentem.*
23. *Apoſtatans à fide vi, & metu, licet non ſit hæreticus eſt tamen ſuſpectus in foro exteriori, nec excuſatur à pæna extraordinaria.*
24. *Iudæi ſi facti Chriſtiani redeunt ad Iudaiſmum vt hæretici puniuntur, & num.2‹. & 26.*
25. *Iudæi reiudaicantes puniuntur ab inquiſitoribus.*
26. *Iudæi facti Chriſtiani dum erant infantes ſi redeunt ad Iudaiſmum reputantur hæretici, ſicut nec excuſentur quod ignoranter baptiſma ſuſceperunt, etſi mitius ſint puniendi, n.27.*
28. *Iudæi facti Chriſtiani non ſponte, ſed coactè conditionaliter ad Iudaiſmum redeuntes non excuſantur niſi coactio fuerit abſoluta, & pecuniá.*
29. *Iudæus Chriſtianus factus amore captus vt Chriſtianam duceret vxorem ſi redit ad Iudaiſmum vt apoſtata punitur.*
30. *Iudæus, qui Baptiſmum ſuſcepit etiam coactè illud colere tenetur ſi coactio non ſit abſoluta.*
31. *Iudæi baptizati reiudaicantes cognoſcuntur ſignis decem.*
32. *Iudæi baptizati reiudaicantes poſſunt pæna capitis & confiſcatione bonorum puniri.*
33. *Apoſtata à fide pæna mortis valet puniri ſicut hæreticus cum apoſtaſia ſit ſpecies infidelitatis, imò & confiſcatione, num.34.*
34. *Apoſtata punitur etiam in confiſcatione feudalium, ſicut vaſſalli liberi ſint à Domino, & à iuramento fidelitatis.*
35. *Apoſtatæ ſunt etiam infames priuati ſicut hæretici ab omni actu legitimo.*
36. *Apoſtatæ non poſſunt vendere locare, aut*

Digitized by Google

*aut conducere, aut aliqs contrahere, nec capaces donationes, & num.*38.

37 *Pœna priuationis à conſortio hominum eſt maior pœna relegationis, aut deportationis.*

38 *Apoſtata repellitur à ferendo teſtimonio, & ab aliis actibus.*

39 *Apoſtata nequit teſtari, eſtque incapax hæreditatis, num.*40.

41 *Apoſtata fidei eſt ipſo iure excommunicatus, & num duas excommunicationes incurrat.*

42 *Apoſtatæ à fide bona confiſcantur ſicut hæretici contra aliquos, & vſque ad quod tempus, num. ſeqq.*

43 *Memoria defuncti apoſtatæ à fide damnatur, ſicut damnatur memoria hæretici defuncti, num.*44.45.

45 *Confiſcatio bonorum venit acceſſoriè ad damnationem memoriæ defuncti.*

46 Leg. is, qui ſanctam verſ. quos etiam Cod. de apoſtatis.

47 *Apoſtatæ ſunt à Ciuitate expellendi, id eſt relegandi, vt cum hæreticus practicatur, qui vbi inueniuntur ſunt tradendi curiæ ſæculari.*

1 QVia, ſuprà, *in princ. Rubricæ*, diſtinctio facta eſt inter ſpecies apoſtatarum, & quod tales proprie dicantur, qui ſunt apoſtatæ à fide Chriſti non ſic de aliis, ibi, recenſitis, & *ſub cap.* 1. hic, vbi in quo apoſtata differat ab hæretico de quo cum infinitis, Farinac. *de hæreſi, quæſtione* 183. §.... vbi dicit, *num.* 13. quòd apoſtata à fide eſt ille, qui in totum recedit à fide Chriſti, vt ſi Chriſtianus efficiatur Iudæus, vel Turca, iuxta textum, *in l.*1. *Cod. hoc titulo*, ibi: *& ex Chriſtiano Iudæus effectus*, & *in l.* 2. *Cod. eodem*, ibi: *vel ad ritus Iudaicos, & in l. hi qui eodem, ibi, de his, qui ſanctam fidem perdiderunt, & ſanctum baptiſma hæretica ſuperſtitione profanarunt.* Odofred. & Albericus, ibi, canoniſtæ, *in cap.* 1. hic poſt gloſſam, *apoſtaſia*, Azor. *in ſumm. d. Rub.*
2 *Cod. de Apoſtatis*, ſic explanando: † *Quod apoſtatæ ſunt, qui nomine Chriſtianitatis induti ſacrificia poſtea fecerint, vel facienda mandauerint fidem polluendo, quam Deo dedicauerant, & per proditionem diuini myſterij in profana migrando*, poſt Paul. Grilland. Afflictis, Simanch. *Catholic. tit.* 39. *Rubr. de Mahometanis, num.* 6. vbi de Chriſtiano ad Mahometanam ſectam ſe transferendo: Rojas, *de hæretic. p.*1. *num.*488. Decian. *lib.*5. *crim. cap.*71. *num.*4. *& cap.*72. *num.*1. Cardinal. Tuſchus, *in practic. littera A, concluſ.* 424. *num.* 2. Barthol. Vgolin. *de cenſur. Pontifici reſeruatis, p.* 2. *in gloſſa, & à Chriſtiana fide apoſtatas in princ. num.* 3. & 4. Menoch. *lib.*2. *de arbitr. cent.* 6. *caſu* 546. *num.*3. Gloſſa, *in dict. l. hi, qui*, exemplum ponens, *in Chriſtiano patiente rebaptizari more hæreticorum*: Arnald. Albertin. *in Rubric de hæreticis, in* 6. *quæſt.*11. *num.*5. *verſ. & ſic patet differentia*, & *num.* 6. Carena; *de offic. inquiſit. p.*2. *tit.*4. & Bordon. *tit.*8. qui alios referunt, & hæc ſic dicta propoſitio ſatis colligatur, ex textu, hic, & *d. cap. quidam* 4. ideo iam ad laconicam reſolutionem prædictorum dubiorum procedamus.

Ad primam igitur partem reſpondetur 4
ex textu, hic, vt omnes agnoſcunt quod ſint apoſtatæ propriè contra fidem Chriſti Baptiſma reiterantes: ſic etiam DD. per textum, *in dict. l.* 1. *&* 2. *Cod. ne ſacrum baptiſma iteretur.* Ioan. Andr. & alij, *in Rubr. noſtra*, Hoſtienſ. *in ſumma de apoſtatis*, §. *quæ ſit pœna per totum*, Goffred. *in eadem ſumma, num.* 4. Farinac. ſupra & Canoniſtæ, *in d. cap. noſtro, & ſub Rubrica*, quæ doctrina confirmatur ex *infrà*, poſitis ſub hac quæſtione.

Ad ſecundam de Chriſtiano tran- 5
ſeunte ad Iudaiſmum quòd ſit vere apoſtata, & contra illum vt hæreticum procedendum ſit, probant DD. per verba textus, *in cap. contra Chriſtianos, de hæreſ. lib.*6. ibi: *contra Chriſtianos, qui ad ritus tranſierint Iudæorum erit tanquam contra hæreticos ſi fuerint de hoc confeſſi. aut conuicti procedendum*, vbi gloſſa, *in figur. caſus, in princ. & verſ. nota principalem effectum*, Ioan. Andr. *num.* 1. *in verſ. in gloſſa* 1. vbi in idem refert conſtitutionem Clement. IV. datam Viterbij Pontificatus ſui anno 3. & aliam Gregor. XI. datam Lugduni ambas, incipientes, *Turbato Corde*, quos affert Repert. *in offic. inquiſit.* Gemin. *in ſumm. in* 1. *notab. & ſub num.*6. Franc. *in ſumm. & ſub num.*2. Ioan. Calderin. *de hæretic. Rub. de his, qui condemnantur, vt hæretici, num.* 1. *direct. inquiſit.* Eymeric. *p.*2. *qu.*44. *n.*1. *&* 4. vbi in hoc refert *extrau. Nicol. IV.* incipit, *turbato corde*, qui eos hæreticos exiſtimat, & tanquam in hæreticos procedendum affirmat: vbi Franc. Pegna, *in addit. com.*69. *verſic. ſecundo*, & *verſ. tertium eſt, col.*1. idem Eymeric. *dict. p.*2. *quæſt.* 45. *num.*1. vbi ex Chriſtianis tranſeuntibus ad ritus Sarracenorum, & *num.*4. vbi in hoc refert extrauag. Gregor. XI. incip. *admodum dolenter audiuimus*: vbi Pegna, *in addit. comm.*70. cum Syluestro, & aliis Farinac.

dict. §. 2. *num.* 19. & tam de Chriſtiano ad Iudæos tranſeunte, quàm etiam ad Sarracenos, vt inquiſitores poſſint procedere, Azor, *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. Rubrica, *de obſtinata Iudæorum perfidia*, *quæſt. fin. & cap.* 28. *Rubrica de Sarracenis*, *qu.* 2. & alij.

6 Ad tertiam partem de proficiſcente ad Sarracenos, ex deſperatione, vel libidine, ſeruato ibi ritu Sarracenorum, dicendum eſt cum Syluestro, *in verb. Apoſtaſia num.* 4. *ad finem*, *& verſ. quarto quod*, *qui haberet*, *ſanam fidem*, & Farinac. *dict.* §. 2. *de hæreſi*, *quæſt.* 183. *num.* 22. quod talis quantum ad Eccleſiam adhuc dicitur apoſtata etiam quod in animo haberet fidem Catholicam, ex eo quod externè illos ritus feciſſet ex adductis, ſuprà, *ſub tit. de Iudæis*, *& ſub tit. de hæretic.* vt ex hac quæſtione adductis ſatis infertur.

7 Ad quartam quæſtionis partem de perſuadente aliquem ad apoſtatandum à fide ſimiliter reſpondetur, & quod talis etiam capite, & confiſcatione bonorum punitur; *ex l. eum qui, Codice hoc titulo*, ibi: *Eum qui ſeruum ſiue ingenuum inuitam, ſeu ſuaſione plectenda, ex cultu Chriſtianæ Religionis in nefandam ſectam ritumve tranſduxerit cum diſpendio fortunarum capite puniendum eſſe cenſemus:* vbi Iacob Butrig. & Salicet, *in ſummario*, Cardinal. Zabarela, *in clem.* 2. §. *inquiſitoribus*, *num.* 7. *tit. de hæret.* vbi loquitur de Iudæo inducente Chriſtianum ad Iudaiſmum, dicit hoc caſu poſſe Iudæum ab inquiſitoribus puniri, & idem ſi impediat Iudæum volentem ſe baptizari; de quibus iam dixi: Farin. *dict.* §. 2. *n.* 21. cum Hypolito, Syluestro, & aliis, Petr. Greg. *Syntagm. iuris lib.* 33. *cap.* 8. *num.* 17. *in fine*, Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 74. *num.* 2. vbi *allegat. textus*, *in dict. l. eum, qui.*

Vnde ex textu, *in dict. cap. contra Chriſtianos de hæretic. lib.* 6. ibi, *& ſicut contra fautores receptatores*, *& defenſores hæreticorum*, *ſic contra fautores receptatores*, *& defenſores talium*, *eſt procedendum*, quibus Ioan. Andr. poſt, *num.* 1. *ſub verſ. in gloſſa* prima: Gemin. *num.* 6. Franch. *num.* 2. inferunt de Iudæis, & infidelibus, receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus Chriſtianorum tranſeuntium ad Iudaiſmum, vel redeuntium, qui propterea puniuntur ad inſtar receptatorum, fautorum, & defenſorum hæreticorum iuxta, quæ latè dixi, *ſub cap. ſicut de hæreticis*, apud quos reperiuntur pœnæ, quibus Iudæi Chriſtianos ad Iudaiſmum tranſeuntes adiuuant, & inducunt, vbi etiam quod perſuadens Chriſtiano, vt à fide diſcedat capite, & confiſcatione bonorum punitur. Burſatus, *Conſilio* 90. *num.* 3. vbi quod Iudæi inducentes Chriſtianos ad eorum ritus, & neophytos ad reiudaizandum, vel impedientes Hæbræum baptizari ab inquiſitore, puniuntur, longè infinitos adducens, & exemplificans, *de hæreſi*, *quæſt.* 186. §. 6. *num.* 143. ex telatis extrauag. & cum Zanardo, Deciano, Eymerico, Campegio, Zanchino, & Ioannes Azor, *dict. lib.* 8. *moral. cap.* 22. *Rubrica de obſtinata Iudæorum perfidia*, *quæſtione* 12. vbi ad propoſitum refert conſtit. Gregor. III. generaliter de perſuadente apoſtatam.

Ex quo etiam idem Ioan. Andreas, *in dict. cap. contra Chriſtianos*, *num.* 1. *col.* 1. *in fine.* Gemin. *num.* 7. Franch. *num.* 2. *verſ. & licet regulariter*, dixerunt eandem pœnam pati Iudæos recipientes Chriſtianos tranſeuntes, vel redeuntes ad Iudaiſmum, cum ſoleant eos rebaptizare, & de nouo lauare, quam purificationem appellant, & publicè caput radere: videndus Vmbertus Locatus, *in verbo tinda*, Eymericus, *in direct. dict. p.* 2. *quæſt.* 44. *à num.* 5. vbi ponit formulam baptizandi Iudæos factos Chriſtianos, & etiam circuncidendi Chriſtianum factum Iudæum, † addens 8
præterea baptizatum Iudæum dici redire 9
ad ritum Iudæorum, etiam quod non ſeruauerit formam rebaptizationis prædictæ dummodo in reliquis, Iudæorum ritus cæremonias ſolemnitates, & feſtiuitates ſeruauerit, crediderintque, prout cæteri Iudæi credunt. Vbi Pegna, *in addit. comm.* 69. *litt. F*, *verſ. ſi vult*; vbi latè alia congerit legenda Farinac. *ſub dict. quæſt.* 68. §. 6. vbi ad aliud, *num.* 146. qui cum repert. inquiſit. *in verb. reiudaizantes*, *ſub num.* 145. † dixit in propoſito 10
ad ritum nempè Iudæorum redire, vel tranſire dicit illos, qui eorum cæremonias, ſolemnitates, feſtiuitateſque ſeruant, & credunt ſicut Iudæi; etiam quod prædictam cæremoniam rebaptizationis, & abraſionis non ſubierint.

Ad quintam an apoſtata verè dicatur, 11
qui dæmoni, vel idolis ſacrificat, & quia iam, *ſub Rubrica de Iudæis*, vbi de infidelitate dictum ſit aliquid de hoc ſacrificio; nunc ad propoſitum de apoſtaſia, ex hoc caſu dico cum Deciano, *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 72. *num.* 3. vbi quod, qui ſe vouet, vel tradit dæmoni, vel eum eo paciſcitur, dicitur apoſtata à fide † prout 12
ſunt

ſunt necromantici, & malefici, incanta-
tores, de quibus infra, *ſub tit. de ſortilegiis:*
idem docent Afflictis, *in conſtit. Regni cap.*1.
*num.*4. *de hæretic. & ſectariis Rubrica* 3.
Farinac. *de hæreſi quæſt.* 183. §. 2. *num.* 17.
& omnes ex D. Thoma, eſt enim hære-
13 ticale pacta facere cum dæmone, † eo
quod ex pactis cum dæmonibus omnes
fere ſuperſtitiones inde naſcuntur, vel
eodem redeunt, & pactum cum dæmone
facere ſpecies idololatriæ, atque apoſtaſiæ,
Simanch. *de cathol. inſtit. tit.* 30. *Rubrica de
hæreſi, num.* 13. Latius, *tit.* 63. *Rubrica ſu-
perſtitione num.* 11. ad propoſitum ex mul-
tis plures modos explanandi congerit
Farin. *de hæreſi, quæſt.* 181. *num.* 34. vbi de
pacto expreſſo, ſeu non expreſſo cum dæ-
mone, de quo & aliis dicimus, *ſub d. tit.
de ſortilegiis.*

14 Ad quintam quæſtionis partem de
apoſtatante à fide coactè per vim aut
metum, & applicatis hic, quæ ſolent DD.
adiungere, *in cap. maiores de baptiſmo*, vbi
de his, qui per metum, aut coactionem
baptizantur, & quæ latè adduxi, *ſub cap.
verum, & cap. ſi vero*, de iureiurando iam
breuiter hic diſtinguendum eſt, inter
apoſtatantes à fide coactè, & per vim,
aut per metum, & quo ad primum & ſi
Caietanus, *in* 2.2. *d. Thom. quæſt.* 39. *art.*1.
Eymeric. *in direct. inquiſit. p.* 2. *quæſt.* 41.
*num.*8. *& quæſt.*49. *num.*5. Vmbert. Locato
in iudiciali *inquiſit. verb. apoſtata, nume-
ro ſecundo, verſiculo illi vero* dicant, vt qui
per metum mortis, & per vim idolis ſa-
crificantes, ſeu alias fidem negantes in
foro exteriori ab hæreſi non excuſentur.
15 † Tamen quod ſi patet de vi illata con-
trarium ſit amplectendum probant DD.
ex facto Marcellini Papæ, qui à Paganis
tempore Diocletiani, & Maximiani im-
peratorum templum ingredi, & idolis
ſacrificare coactus fuit, qui licet mortali-
ter peccauerit; tamen, quia Chriſti fi-
dem in mente habuit, hæreticus non
fuit reputatus, *ex capite nunc*, & aliis con-
geſtis à Deciano, *in conſ.* 151. *incipit, ma-
ximi ponderis.* Arnald. Albertin. *de agnoſcend.
aſſertionibus catholic. & hæretic. quæſt.* 30.
*num.*6. latius, *à num.* 8. ponens contraria,
quibus reſpondet Simanch. *de catholic.
inſtit. tit.* 17. *de defenſione reorum, num.*29.
& 35. *&* 36. *& in enchirid. violata Relig.
tit.* 47. *Rubrica de defenſ. num.* 21. Roias,
*in tractat. de hæretic. p.*1. *num.* 48. *&* 122.
16 *& p.*2. *num.*108. *&* 276. † vbi etiam de
pueris, & ætate minoribus captis à Sarra-
cenis, & ad fidem abnegandam com-
pulſis. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*18.
*verſ.*13. *& verſ.* 28. *& cap.*37. *num.* 14. *&
cap.*75. *num.*5. Franc. Pegna, *ad Eymeric. in
direct. inquiſit. p.*1. *quæſt.* 9. *comm.* 24. *verſ.
hinc colligitur*, vbi multis exemplis excuſat
ab hæreſi, & pœna fidem abnegantes
propter metum mortis, Menochius, *de
arbitrar. quæſt. lib.*2. *cent.*6. *caſu* 546. *nu.*22.
Graffiis, *ſuarum deciſ. cap.*8. *Rubrica de hæret.
à num.* 30. Vgolin. *de cenſ. Papæ reſeru. p.* 2.
§. *I. cap.*5. *num.*13. *&* 14. Bannez, *in comm.
ad D. Thom.* 2. 2. *quæſt.*11. *art.*4. *verſ. tertia
concluſio.* † vbi pariter firmat concluſionem 17
quod metu fingens ſe hæreticum verbo,
vel facto non eſt excommunicatus, Greg.
de Valent. *ad S. Thom.* 2.2. *qu.*12. *art.*1. *verſ.
eſt autem dubium, & ſeqq.* vbi reprobato
Caietano hanc dixit communem, & ve-
riorem. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.*9.
*Rubrica de hæretic. crim. qu.*9. 10. *&* 11. vbi
relatis, & reprobatis contrarium tenenti-
bus eorum rationibus confutatis teſtatur
de communi; amplius ſubdens quod iſte
ſi metu, verbis, aut facto ſe hæreticum
fingens excommunicationem non in-
currit, licet peccet, & *dict. lib.*8. *cap.* 21.
de apoſtatis, qu. 5. *&* 6. Thomas San-
chez, *decalogi lib.* 2. *capite* 7. *Rubrica de
hæretic. & apoſtaſia numero* 8. qui cum
Suarez, Toleto, & aliis infert, quemli-
bet confeſſarium poſſe ab hoc peccato
abſoluere pœnitentem.

Quare ſic docens, Farinac. *de hæreſi* 18
*qu.*183. §.3. *num.*23. cum Armilla, Anto-
nino Angelo, Roſella, Syluestro, *repert.
inquiſ.* afflictis, & aliis, *n.*25. ampliat cum
Rojas, *de hæretic. p.*1. *à nu.*108. *& cap.*2.
num. 279. *in aſſertione* 29. reprobato claro,
quod tales per vim, & metum fidem ſic
abnegantes non ſit neceſſe vt Eccleſiæ re-
concilientur, contrariis rationibus reſpon-
det idem Rojas, & ſic Toletus, *de inſtruct.
ſacerdot. lib.*1. *cap.*19. *n.*4. potuit dicere eum
qui verbis, aut facto motus timore aliave
paſſione facit ſe hæreticum, ſi interius
non ſit hæreticus non incurrere excom-
municationem Bullæ Cænæ Domini in
foro interiori, licet ſecus in exteriori † prop- 19
tereaque poſſit à quolibet ſacerdote abſol-
ui: explicat Farin. ſup. *ex n.*26. cum Pegna,
Eymeric. & aliis metum debere eſſe gra-
uem cadentem in virum conſtantem: ad
ea, quæ dicunt DD. *in cap. ſacris*, de his quæ
vi, *in cap.*2. *de homicidio*, & quæ diximus, *in
dict. cap. vero, & cap. verum de iureiur.* non
ſi metus ſit leuis, & puſillanimorum, &
quod propterea metus reuerentialis non
excuſat.

Vnde

20 Vnde ſi vi non abſoluta, ſed conditio-
nali, quis per metum abnegaret fidem,
peccaret, hæreticuſque cenſeretur, ſecus
ſi vis eſſet abſoluta, *ex dict. cap. maiores,
§. fin. ad finem de Baptiſmo*, ibi, *ſicut nec ille
notam alicuius reatus incurrit, qui contra
dicens penitus, & reclamans thuriſicare ido-
lis cogitur violenter.* Ita DD. Canoniſtæ, *per
dict. caput ſacris, & capite hunc autem in
verb. Marcelinus in fine, & in verb. com-
pulſus 11. diſt. iuncto cap. presbyteros 50.
diſt.* Franc. Pegna, *in direct. inquiſit. p. 1.
qu 9. comm. 24. verſ. ac primum*, Albertin. *de
agnoſcend. dict. qu. 30. numero 7.* Repert.
inquiſit. *in verb. metus, verſiculo an metus
mortis*; & ibi, Quintilianus Mandos, *in
addit. littera D*, exemplificant ipſi, &
21 Farinacius, *numero 31. 32. & 33.* † ex-
cuſando eum qui ligatus, verbi gratia,
& penitus renolens cogitur non per ſe,
ſed per alios genua Mahometæ flectere,
aut circuncidi, ſeu aliquid huiuſmodi
parrare, & in conditionali coactione
exemplificantes, quando quis pro eui-
tanda morte aliquid factum hæreticale
commiſerit, quem à peccato non excu-
ſat, D. Auguſtin. 32. *qu.* 4. ex eo quod
ſanctius eſt moti, quam vti idololatico,
ſi deſignaret infidelitatem, & ita cum
multis, & parum latius ſupra dixi, *nu-
22 mero 28. 29. & 32.* † vbi quod metu, &
vi apoſtatans à fide non excuſatur ab hæ-
reſi, niſi metu ceſſante ſtatim redeat,
quia ſi diu tacuit, & non reclamauit con-
23 ſenſiſſe videtur in hæreſi; † Et quod
apoſtatans à fide vi, & metu licet hære-
ticus non ſit, ſuſpectus tamen eſt de hæ-
reſi, ſicut in foro exteriori reputetur ta-
lis, & quod apoſtatans à fide vi, & me-
tu, & ſi excuſetur à pœna hæreſis ordi-
naria, non tamen ab extraordinaria, qua
mitius punitur, ſic cum Eymerico Peg-
na, Simanc. Azor, & aliis vbi ſupra ci-
tatis.

24 Ad ſextam quæſtionis partem, quid de
Iudæis factis Chriſtianis, ſi apoſtatantes
à fide redeunt ad Iudaiſmum, & ritus, &
repetitis, ſiue adiunctis, quæ tradita ſunt
hic, *in verſ. ad quartam*, nunc breuiter
reſpondetur, *ex dict. capite contra Chri-
ſtianos, lib. 6.* ibi, *contra Chriſtianos, qui ad
ritum redierint, Iudæorum, erit tanquam
contra hæreticos, qui fuerint de hoc confeſſi,
ſeu conuicti procedendum*, quibus verbis
DD. & gloſſa, *in verb. redierint*, tenent
Iudæos ſponte factos Chriſtianos, ſi à
fide apoſtatantes redeunt ad Iudaiſmum
Iudæorum ritus ſeruantes hæreticos re-
putari; ita etiam patet ex conſtit. Gre-
gorius X. data Lugduni Archidiacon. *in
verſ. ita loquitur*, de qua Ioan. Andr. *verſ.
in gloſſa, in dict. capite*, Geminian. Franc.
Zabarela, *repert. inquiſ. n. 7.* Simanch. *de cath.
tit. 35. de Iudæis n. 7.* Vmbert. Locato, *verb.
apoſtata, num. 3.* Campeg. *in addit. ad
Zanchin. de hæretic. capite 36. littera C, &
verb. delinquunt*, Squilac. *de hæretic. cap. 48.
numero 3.* Franc. Pegna, *ad conſtit. Pau-
li III.* quam ponit inter litteras apoſto-
licas, anni 1542. incipit, *cupientes.* † vbi 25
expreſſe ſtatutum eſt Iudæos reiudaican-
tes puniri ab inquiſitoribus: Eymeric. *in
direct. capite 2. quæſtione 44. numero 1. &
4.* vbi refert aliam Nicol. IV. incipit, *tur-
bato corde*, qui hos baptizatos Iudæos ad
Iudaiſmum redeuntes hæreticos repu-
tant, & vt contra illos, vt tales eſſe pro-
cedendum, vbi Pegna, *comm. 69. verſ. ac
de his*, dixit nullam eſſe dubitationem,
quin iſti Iudæi redeuntes ad Iudaiſmum
ſint inquiſitorum iuriſdictioni ſubiecti,
& *in verſiculo tertium*, & idem Eyme-
ricus, ſupra, *quæſt. 15. numero 1.* ſcribit
etiam hoc de Sarracenis baptizatis re-
deuntibus ad ritum Sarracenorum, &
numero quarto, vbi ad hoc refert extra-
uagant. Gregor. II. incipit, *admodum do-
lenter*, vbi Pegna, *comm. 70. verſ. primo*
Farinac. cum aliis, *de hæreſi, qu. 178.
§. 6. num. 136.* † Qui *num. 140.* ampliat 26
doctrinam huius concluſionis, etiam in
Iudæis factis Chriſtianis, dum erant in-
fantes, qui ſi ad Iudaiſmum redeant,
reputentur hæretici, ſic vt nec excuſen-
tur, ex eo quod ignorantes & infantes
baptiſma ſuſceperint, *ex verb. dict. capi-
te contra Chriſtianos, lib. 6.* ibi, *etiam ſi
huiuſmodi redeuntes dum erant infantes*; vbi
gloſſa in figur. caſus, & *in verſiculo nota
vlterius*, Monach. *numero 1. & 2.* probat,
numero 2. Archid. vbi ampliat in infan-
te vnius diei, & *in verſiculo ſed poteſt*,
Gemin. *numero 1. verſiculo ſed nota, quod
Iudæus baptizatus*, Franc. *numero 1. verſi-
culo in gloſſa ſecundo*, Calderin. *de hæ-
reticis Rubrica de his, qui condemnantur, vt
hæretici numero 1.* Franc. Pegna, *in addit.
ad Eymeric. in direct. inquiſit. dict. 2. p.
qu. 44. comment. 69. verſiculo iamque hac
quæſtione dicuntur*, † vbi tamen ſub- 27
dit mitius eſſe agendum cum Iudæis
factis Chriſtianis infantibus, quam cum
baptizatis in maiori ætate.

Et relata doctrina procedit etiam in
Iudæis factis Chriſtianis non ſponte,
ſed coactè conditionaliter ſcilicet, *ex
dictis*

dictis ſub verſiculo ad ſextam, ſi ad Iudaiſmum redeant, nun excuſantur, niſi coactio fuerit abſuluta, & præciſa, *ex dict. capite Chriſtianos*, ibi, etiam, *ſi huius modi redeuntes metu mortis, non tamen abſolute præciſeve coacti baptizati fuiſſent*: vbi gloſſa relata, *verb. abſolute.* Munach. *numero ſecundo, verb. præciſe.* Prob. *numero* 8. *& in verb. coacta.* Voluntas Archidiac. *col.* 1. *in verb. mauis metu, & in verb. coacti.* Gemin. *numero ſecundo, verſiculo nota quod metus*, apud quos habetur, quandu coactin ſit conditionalis, quando autem præciſa, Franc. Pegna, *in addit. ad Eymeric. dict. p.* 2. *qu.*44. *comment.* 69. *verſiculo iamque*, Decian. *criminal. lib* 5. *cap.* 1n. *nume-*
29 *ro* 21. † vbi etiam quid de en, qui amore captus alicuius Chriſtianæ, fecit ſe Chriſtianum, vt eam duceret in vxorem, ſi poſtea ad Iudaiſmum redit, vt apoſtata puniendus ſit, & *capite* 4. *numero* 6. *verſiculo quod puniantur*, Farinacius, *dict.* §. 6. *qu.* 178. *numero* 141. qui, *numero* 148. addit, cum repert. inquiſit. *verb. baptiſma, verſiculo ſed verum, qui fuit baptizatus, & verſiculo ſequenti, & in verb. cogendi, verſiculo nunc autem*, cum
30 aliis, † quod Iudæus, qui baptiſmum recepit etiam cnacte illud ſeruare tenetur & colere, *ex dict. cap. maiores*, § *nunc autem, verſiculo ſi opponitur*, de Baptiſmo ad exemplum frenetici, qui ligatur per medium. Calder. *in tractat. de hæretic. dict. Rubrica de his condemnantur, vt hæretici*, vbi declarat dummodo coactin non fuerit præciſa, & abſoluta, & lærhargici, quem medicus torquendn excitat, *cap. non omnis*, 5. *qu.* 5.

31 Quod ſi inquiras, ex quibus ſignis tales Iudæi baptizati reiudaicantes cognoſcantur, reſpondetur ex eo inquam qund raro Eccleſiam intrant, & frequentent, vbi Iudæi cummorantur, ipſi permanent cum Iudæis aſſociant, cum illis edunt, & bibunt, Iudæorum feſtiuitates obſeruant, diebus venereis, & Sabbati carnes comedunt, aliaque ſimilia faciunt, de quibus in repert inquiſit. *verb. cognoſcuntur, & in verb. commiſſio verſ. an ſuſpectus teneatur comedere*, vbi de Neophyto non comedente petaſonem, & *in verb. reiudaicantes*; vbi ponit omnia ſigna quibus apparet Iudæos factos Chriſtianos redire ad Iudaiſmum. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 547. vbi refert decem ſigna, ſeu coniecturas, quibus arguitur Iudæum baptizatum ad Iudaiſmum redire, de quibus iam alibi dictum eſt; veluti ſi Iudæus baptizatus, rebaptizatur, 2. quando Iudæus baptizatus celebrat feſtiuitates & ſolemnia Iudæorum, 3. quando defendit Iudæorum errores, 4. quando vtitur nomine, quo vtebatur, cum erat Iudæus, 5. quando pertractat negotia ſolita à Iudæis pertractari, provt eſt exercitium vſurarium, quandu Iudæus baptizatus eſt, ex natione eorum, qui ad Iudaiſmum redierunt, 7. quando ad remotas migrat regiones ſine litteris patentibus ſui Epiſcopi, 8. quando natus ex iam baptizato apparet circunciſus, 9. quando cum tota ſua familia proficiſcitur ad remotas regiones, vbi commorantur multi Iudæi, 1n. quando ſic ad remotas regiones tranſmigrando conatur cuitare vrbes, & oppida Chriſtianorum, eundo per itinera inſolita, ſe occulrando quantum poteſt. Ita narrat, & comprobat auctoritatibus Menoch. ſup. Fran. Pegna, *ad Eymeric. dict. p.* 2. *qu.*44. *comm.*69. *litt.H, verſ. & ponitur nomen*, vbi particulariter de Iudæo baptizatn retinente nomen Iudaicum antiquum poſt Aymonem, & Viuium, Farin. *d.q.*183. §.6. *n.*138. Decian. *crim. lib.* 5. *cap.* 15. *n.* 5. vbi generaliter dixit Iudæum in fraudem, & doloſè fuiſſe effectum Chriſtianum cognoſci ex factis ſubſequentibus, præſerim ſi adhuc frequentiſſime, & familiariter conuerſetur cum Iudæis & *num.*6. vbi idem ſi nomen ſuum tempore, quo erat Iudæus, retineret, & eo vteretur.

Ad ſeptimam de pœnis contra prædictus apoſtatas à fide, quod de proximè dictis, *ex l.* 1. *Cod. ne ſanctum Baptiſma*, voluerunt Syluester, *in ſumm. verb. hæreticus* §.2. *verſ. & quia tales Iudæi*, Farin. *d q.*180. §.6. *nu.*137. Iudæos redeuntes ad Iudaiſmum, poſtquam effecti ſunt Chriſtiani, vt poſſint pœna capitis, & confiſcationis bonorum puniri docent, † & ſic quod 33
apoſtata à fide puniatur pœna mortis ſicut alij hæretici ex iam adductis rationibus, hic, *à n.* 1. & quia apoſtaſia talis eſt ſpecies infidelitatis, & ob id talis apoſtata, vt hæreticus puniatur, cum ſit hæretico peior, ſic DD. vniuerſaliter docentes, & colligentes ex iuribus vniuerſaliter loquentibus de apoſtatis, & antiqui, Hoſtienſ. Ioan. And. Boſc. Butrio, Socin. Card. & alij Decian. *crim. lib.*5. *cap.*70. *nu.* 3. *Eymeric. in direct. p.*2. *qu.*49. *n.*4. vbi Pegna, *comm.*74. *litt.B, verſ. qui verè*, Card. Tuſch. *pract. litt. A. concl.*424. *nu.*2. Menoch. *lib.*5. *de præſumpt. præſ.*6. *nu.*34. *verſ. imo maior eſt hæreticus, & de Arbitr. d. caſu* 546. *num.*3. *& 6.* vbi propterea quod apoſtata fidei pœna mortis

naturalis ſicut alij hæretiei plectitur, &
*num.*15. vbi dicit quod hoc etiam procedit
de iure ciuili reprobatis Nicol. à relat.
& Alfonſo de Caſtro contrarium tenen
tibus, Iacob. de Graff. *lib.2. ſuarum deciſ.*
*cap.*8. *Rubrica de hæretic. nu.*23. Bartholom.
Vgolin. *de cenſur. Papæ reſeruatis, p.2. cap.*1.
*§.*1. *nu.*7. Azor, *inſtit. moral. p.*1. *lib.*8. *cap.*21.
*hac Rubrica qu.*7. Thomas Sanchez, *in de-*
*calog. lib.*2. *cap.*7. *Rubr. de hæreſ. & apoſtaſia,*
Farin. *d. qu.*183. *§.*2. *n.*15. cum Azor, Go-
fredo Afflictis, repert. inquiſit. Simanch.
34 & aliis, qui, ibi, §. 4. † addit propterea
quod ſicut in crimine hæreſis, ita & in
crimine apoſtaſiæ bona confiſcantur, ex
textu, *in l.* 1. *hoc tit. ibi, facultas eiuſdem*
dominio fiſci iubemus vindicari, vbi Azor
Gofred. & Salicet Archid. *in d. cap. contra*
Chriſtianos, vbi in ſpecie loquitur de Chri-
ſtianis tranſeuntibus, & redeuntibus ad
Iudaiſmum, Gemin. Ioan. Andr. & alij
ibi & Archid. *in cap.* 1. hic Menoch. *de*
arbitr. ſap. cent. 6. *num.* 10. Tuſch. *litt. A,*
*concluſ.*424. *n.*8. Petr.Greg. *Syntagm. lib.*33.
*cap.*8. *num.* 17. Decian. *crim. lib.*5. *cap.*72.
num. 7. *verſ. publicantur tamen bona apoſta-*
tarum, & alij communiter, hoc exten-
dentes ad bona etiam feudalia, ſicut va-
ſalli apoſtatæ liberi ſunt ab eius dominio,
& iuramento fidelitatis, probant Theolo-
gi cum D.Thom. 2.2. *qu.*12. *& art.* 2. vbi
bene probat hanc ampliationem reſpon-
dens argumentis contrariis; ad quod ap-
plicabis illa, quæ dixi, *ſub allegat. fiſcal.*
p. 1. *ex alleg.* 18. cum multis aliis, vbi
quæ dicta ſunt de confiſcatione contra
hæreticos hic applicantur per neceſſe, &
S.Thom. *d.*2. *art.* dixit non ipſo iure con-
fiſcari, ſed per ſententiam declaratoriam:
ad dicta ibi, *alleg.* 18. cum aliis & ſupra
de hæreticis videndus, iterum Farinac.
dict. §. 4. *num.* 37. *&* 39. *& quæſt.* 19.
num 61.

35 Et quod apoſtatæ omnes ſint etiam in-
fames, nec de apoſtata fidei ſit dubitan-
dum, patet ex adductis, *in Rub. & d cap.* 1.
& præter antiquos cum Deciano, Menoch.
Maſcard. Afflictis, & aliis probat Farinac.
num. 43. *& num.* 44. quod ſint priuati
ſicut hæretici ab omni actu legitimo, ex
Afflictis, *in conſt. Regni, cap.* 1. *in ſummario,*
36 *& n.*17. *de hæretic. & Paſtor.* † vbi propte-
rea quod non poſſunt emere aut vendere,
locare au conducere, aut alias contrahe-
re, & *n.*16. vbi quod Apoſtatæ, nec etiam
ſunt capaces donationis ipſis factæ, iuxta,
quæ de hæretic. dixi, *ſub relatis allegat. ac*
probat. Farinac. *qu.* 189. *num.* 46. idem *d.*
*qu.*183. §. 4. *num.*45. probat, ex textu, *in*
d. l. hi qui Cod. hoc tit. ibi, à conſortio om-
nium ſegregati ſint, Afflictis, *n.*7. Menoch.
dict. caſu 546. *à num.* 15. † vbi quod pœ- 37
na priuationis ab hominum conſortio eſt
maior pœna relegationis, aut deporta-
tionis afflictis, quod nulla ſit maior, quam
eſſe inter homines & hominum carere
ſuffragiis.

Item vt iam diximus, *ſub p.*1. quod apo- 38
ſtata repellitur afferendo teſtimonium,
d. l. hi qui, in verb. à teſtimoniis Cod. hoc
tit. vbi gloſſa 1. Anania, *in Rubrica noſtra*
in fine principij; vbi amplius quod repelli-
tur ab accuſando, & ab omni actu legi-
timo argumento, eorum quæ adduxi, *ſub*
tit. de accuſat. & in cap. teſtimonium 55. *de*
teſtibus, Azor Hoſtienſ. Repert. inquiſit.
Menoch. Afflictis, *in d. Rub. cap.* 1. *num.*7.
Farin. *d.* §. 4. *num.*46. per illa, quæ dixit,
ſub tit. de teſtibus hæreticis in eo tractat. in
materia probationum, vbi, *num.*47. vt quod
nec vendere, nec donare, nec alienare
poſſit, per textum, *in l. apoſtatarum, Cod.*
hoc titulo, vbi dicitur quod deuiantes à
fide, nec donandi, nec vendendi fa-
cultatem habent, *& in § fin. verbo vt*
donationibus; vbi Iacob. Butrigar. *in ſum-*
mario, Petr. Gregor. *Syntagmat. dict. lib.*37.
capite octauo, numero decimo ſeptimo, de
quo idem Farinacius, latè dixit, *in*
dicto tractatu de hæreſi in loco de pœnis
hæreticorum.

Et quod nec etiam poſſit teſtari, eſt 39
textus, *in l. ſi quis defuncto Cod. hoc tit.* ibi,
eaque gratia teſtari minime potuiſſe, & *in*
d. l. hi qui, ibi, teſtamenti non habeant fa-
ctionem, & ibi, gloſſa 1. *d. l. apoſtatarum.*
§. 1. *in verb. teſtandis & §. fin. Cod. eo tit.*
Anania, *in d. cap.*1. *hic nu.*5. Hoſtienſ. *in*
ſumma §. qualiter hoc tit. cum Armilla, Syl-
ueſtro, Afflictis, vbi ſup. Farinac. *d.* §.4.
*qu.*183. *n.*47. qui remittit ſe ad id quod in
ſimili dixit de pœna hæretic. cum Petro
Greg. *n.*17. & Menoch. ſup. *n.*13. † Qui ob 40
eam rationem docet etiam, quod ſit in-
capax hæreditatis ſibi delatæ; tamen ex
teſtamento, *ex dict. l. hi qui, ibi, nulli in*
hæreditate ſuccedat à nemine ſcribantur hæ-
redes, vbi Salicetus, qui dicit amplius
inſtitutionem hæredis eſſe nullam ipſo
iure idem Petrus Gregorius, *dict. num.*17.
Menochius, *dict. numero* 11. & cum
Afflictis, idem Farinacius, *dict.* §. 4.
num. 49.

Imo quod Apoſtata fidei ſit ipſo iu- 41
re excommunicatus, vt, *in capite* 1. *hoc*
tit. aliquid ibi, dixi, ac docuerunt, ibi,
Inno

Digitized by Google

Innocent. *num.* 2. Hoſtienſ. *n.* 2. Henric. Boic. *numero* 3. *& per conſequens excommunicatus*, Afflictis *in conſtitut. Regni de hæretic. & pactarenis cap.* 1. *numero* 8. *Rubr.* 3. *hoc titulo*, Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *cent.* 6. *d. caſu* 546. *numero* 7. Bartol. Vgolin. *de cenſ. Papæ reſeru. p.* 2. *in gloſſa*, & *à Chriſtiana fide apoſtatas in princ. numero tertio, verſ. quoad* 3. vbi loquitur de excommunicat. Bullæ Cœnæ Domini, & in eadem gloſſa §. 1. *numero* 1. *&* 2. vbi etiam diſputat, an apoſtata incidat in duas excommunicationes, vnam ſcilicet, quia hæreticus, & aliam, quia apoſtata, & concludit, quod non niſi ſemel fidei apoſtata excommunicatus *ex d. Bullæ Cœna*, Farinac. *ſupra d.* §. 4. *quæſt.* 183. *numero quinquageſimo ſecundo*, cum Armilla, Sylueſtr. Angelo *in ſuis ſummis verb. apoſtata*, Roſella *eodem verb.* & cum S. Antonino *p.* 2. *tit.* 12. *cap.* 6. *hoc tit. verſ. talis cum ſit hæreticus:* Repert. inquiſit. *in verb. apoſtaſia verſ. notandum.*

42 Ad vltimam quæſtionis partem, an ſicut ſupra diximus de hæreticis in fine proceſſum fieri poſſe contra defuncti hæretici memoriam, & memoriam apoſtatæ poſt eius mortem: gloſſa *in l. Manichæos in verb. ſubire Codic. de hæreticis l. ſi quis defuncto*, & ibi gloſſa 1. *in d. l. apoſtatarum* §. 1. *verſ. in tantum, &* §§. *ſeqq. Codic. hoc titulo*, Iacob. Butrig. *in d. l. ſi quis defuncto, ante numero* 1. & ibi etiam Salicet. *in ſummario* Henric. Boic. *in cap. ſi quis Epiſcopus numero* 5. *de hæretic. verſ. & idem dicunt in apoſtata*, Anania *in d. cap.* 1. *hoc titulo, numero* 4. *verſ. poteſt etiam*, Hoſtienſ. *in ſum. hoc titulo*, §. *qualiter puniantur, numero* 3. *verſ. & inchoari poteſt poſt mortem*, & quamuis dicant non ex eo quod memoria illius damnari poteſt bona veniant confiſcanda, quia deferuntur hæredibus ab inteſtato venientibus *ex d. l. apoſtatarum* §. *hoc titulo, ibi totumque ab inteſtato Chriſtianitatem ſectantibus propinquis potiſſimum deferantur*, vbi gloſſa *verb. deferantur*, ibi Azor *verb. propinquis* Iacob. Butr. *in fine verſ. & eius bona*, Salicet. *poſt. numero* 1. *& in vltima oppoſitione*, Anania *in d. capite* 1. *numero* 5. tamen quia hodie de iure Canonico in hac parte ius ciuile correctum ſit, dicendum eſt, vt apoſtatarum bona quandocumque confiſcantur ne dum in præiudicium propriorum agnatorum imò, & propriorum filiorum, ſicut procedat de iure authenticorum, vt latè deduxit Farinac. *de hæreſi quæſt.* 151. *à numero* 29. & loquendo de apoſtatis etiam *d. quæſt.* 183. 84. *n.* 40. *&* 41. quia ſi quando damnatur memoria defuncti hæretici illius bona fiſco, & non cognatis applicantur, provt etiam dixit *quæſt.* 197. *num.* 91. vtique, & multo magis in eodem caſu bona apoſtatæ confiſcanda eſſe concludit, nam vt diximus cum eo non ſolum hæreticus, ſed pluſquam hæreticus, ſicut omnia iura loquentia de hæreticis procedunt in iſtis apoſtatis à fide; non enim ratio aliqua ſuadet, quin minus apoſtatæ priuentur quam hæretici.

Et nunquid apoſtatæ defuncti memo- 43
ria poſſit damnari vltra quinquennium, & quod non poſſit voluit Gloſſa *in d. l. Manichæo*, (quæ loquitur per *verb. forte*) *verbo ſubire, Codic. de hæretic.* vbi Azor *numero* 11. *d. l. ſi quis defuncto, ibi infra iunge quinquennium Codic. hoc titulo*, gloſſa *in d. l. apoſtatarum, in verb. temporibus*, Azor *in d. l. ſi quis defuncto*, vbi opponit contra, & reſoluit Iacob. Butrig. *in ſummario*, & addentes ad eum Bartol. *numero primo*, Albericus *in princ. & numero primo, & ſeqq.* vbi de materia, & declarat, obſcurè tamen Salycet. *in ſum.* Henric. Boik. *in d. capite ſi quis Epiſcopus numero quinto in fine, verſ. & idem dicant de apoſtata*, Anania *in capite primo hic numero quarto verſ. & poteſt.* Azor *in ſum. hoc titulo, numero ſecundo, verſ. eo mortuo tollitur quinquennio*, Hoſtienſ. *in ſumm.* §. *qualiter puniantur numero tertio, verſ. & tamen mortuo tollitur quinquennio*, Rojas *de hæretic. p.* 1. *numero* 493. Menoch. *de arbitr. ſent.* 6. *d. caſu* 546. *numero decimo quarto*, Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris lib.* 33. *capite decimo octauo*, Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 112. *numero* 36. Afflictis *ſup. Rubr.* 3. *de apoſtatis numero* 3. *verſ. ſed contra apoſtatam mortuum, & in cap.* 1. *eiuſdem Rubric. numero* 6.

Et quia alij DD. diſtinguunt dicen- 44
tes, quod etſi memoria defuncti apoſtatæ nequeat quinquennio tranſacto damnari, at locum habeat etiam ad 40. annos eius bonorum confiſcatio ſicut etiam de hæretico defuncto: Bajard. *ad Clar.* §. *hæreticis numero vigeſimo ſeptimo*, Felin. *in cap. cum nobis numero quinquageſimo ſecundo de præſcript.* quem, refert Decian. *lib.* 5. *crim. cap.* 57. *num.* 12. ante medium Pegna videndus omnino *in addit. ad Eymeric. in direct inquiſ. comm.* 92. *verſ. his ita poſitis*, & aliis ſeqq. pluribus comprobans, quod quando agitur de confiſcatione bonorum poſſit defuncti hæretici memoria damnari etiam,

poſt quinquennium infra tamen 40. annos, & quando agitur de imponendis aliis pœnis, tunc memoria defuncti poſſit quandocumque damnari etiam poſt 40. annos nulla præſcriptione obſtante, ac videtur ſequi del Rius, de Magia, *lib.* 5. *ſect.* 19. *in fine*, nec diſſentit Thom. Sanch. *in decalogo lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 42. Graffiis, *lib.* 2. *deciſ. cap.* 11. *num.* 52. *verſ. & hac intellige.* Azor, *inſtitut. moral. p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 18. *verſiculo nihilominus tamen*, idem Pegna, *p.* 3. *ad Eymeric. comment.* 92. *verſiculo verum*, Panormitanus probat cum multis memoriam defuncti quoad confiſcationem bonorum poſſe damnari, etiam poſt quinquennium infra 40. annos, ſiue bona applicentur fiſco ſæculari, ſiue fiſco Eccleſiæ, & quod propterea in hoc ius ciuile ſit omnino correctum à iure Canonico.

45 Cumque ego videam quod Farinac. *de hæretic. qu.* 197. §. 3. legendus, *à num.* 14. *ad* 119. vbi, *n.* 117. improbat relatam diſtinctionem, cum nec iure aut ratione fundetur firmitatemque vllam habere; quia confiſcatio bonorum venit acceſſorie ad damnationem memoriæ defuncti, vt dixit, *in ea quæſt. num.* 91. cum multis, ac Ioan. Rojas, *ſing.* 50. dicat primam opinionem de iure ciuili ſubſiſtere, ſecundam de iure Canonico, ſicut illa quando bona applicantur fiſco ſæculari, hæc quando fiſco Eccleſiæ, de qua confiſcatione, & ſi de iure conſtet nunc in noſtra Hiſpanica inquiſitione ſic obſeruetur applicatio dixerim, *in alleg. fiſcal. alleg...* ego inquam exiſtimo reſoluendum prædictum dubium iuxta praxim, quam poſui poſt, *dict. tit. de hæretic.* vbi ſingulariter adduxi praxim proceſſandi defunctos hæreticos, in premiſſo, & *ſub qu.* 1. vbi leges applicando ibi dicta ad apoſtatas fidei per defunctos, cum iam, *ſub hac quæſtione* dixerimus hos apoſtatas imo plus puniendos, quam hæreticos formales, videbis iterum Farinac. cum aliis, *in praxi, crim. qu.* 20. *à num.* 82.

46 Pro complemento totius noſtræ quæſtionis, ſi dubites an apoſtatæ damnati ſint expellendi à ciuitate ſicut hæretici, & poſſes negare per rationem differentiæ, quam poſuit textus, *in l. hi qui ſanctam, verſ. quos etiam Cod. hoc tit.* vbi gloſſa, *in verbo ſuffragiis*, Salycetus, *num.* 2. *verſ. opponitur.* Azor, *in ſumma hac Rub. num.* 3. *in fine, & num.* 4. Hoſtienſ. *in eadem ſumma, dict.* §. *qualiter, verſ. expellerentur autem*, vbi conſiderauit quod ideo imperator apoſtatas de ciuitate expelli noluit, quia ipſi maior pœna fuit inter homines verſari, & hominum carere ſuffragiis, de quo iam dixi ad alium modum pœnæ, nempe vt nullos actus legitimos poſſit facere inter homines viuendo ſuprà, *ſub verſ. ad ſeptimam*, vbi de pœnis. † Tamen in hoc 47
dubio potius exiſtimo iſtos quidem apoſtatas eſſe à ciuitate expellendos (id eſt relegandos) vt de hæreticis, quorum bona confiſcantur quotidie practicatur, in ſancto Tribunali inquiſitionis Hiſpan. quia apoſtatæ à fide ab illa omnino recedendo, aliamque ſectam ſequendo, plus delinquunt quam hæretici, qui intra eandem fidem Chriſtianam manendo diſcredunt aliquem, ſeu aliquos fidei articulos & ſic vt à ciuitate apoſtatæ etiam ſint expellendi, ſicut illi adminus optima ratio expoſcit. Ita Hoſtienſ. *in ſumm. hoc tit. dict.* §. *qualiter, verſ. & ſi apoſtata* 6. Afflictis, *in conſt. Regni de hæreſ. & pactar. cap.* 1. *num.* 7. *Rub.* 3. *hoc tit.* Farinac. *dict. qu.* 193. §. 4. *num.* 50. *&* 51. vbi dicit quod vbi inueniuntur, non ſolum expelluntur, ſed capiendi, & curiæ ſæculari tradendi ſunt non obſtante quod iure ciuili, *per dict. l. hi, qui ſanctam*, ſtatutum videatur contrarium, & præſertim clerici, vt per Hoſtienſ. ſupra proxime.

AD TEXTVM

In Cap. Tuæ, III. & in Cap. à nobis V.

PRÆMISSVM.

QVIA hæc duo iura ſub vnico contextu poſſunt tractari, eo quod *in dict. cap. tuæ*, dicatur, quod infamatus de apoſtaſia compellitur ſe purgare, & *in dict. cap. quidam* 4. decidatur apoſtatas incarcerari, & affligi poſſint, vt habitum reaſſumant, ideo adiunctis hic, quæ DD. antiqui ad hæc iura tractant, nunc de coactione facienda, vt apoſtatæ reſipiſcant, erit videndum.

Qv.

QVÆSTIO I.

An clerici apoſtatæ propter dimiſſionem habitus, poſſint cogi ad ſe compurgandum, item, & ad reaſſumendum illum per cenſuras Eccleſiaſticas, & incarcerationem: Vbi an idem de Religioſis apoſtatis, & an Iudæi ſeu alij, infideles, ſi baptizati ad fidem conuerſi fuerint, prioreſque ritus ſeruent, compellendi ſint ad illos deferendum, & obſeruandum Chriſtianæ fidei ritus.

SVMMARIVM.

1. *Clerici aut Religioſi non deferentes habitum Eccleſiaſticum, ſeu Religioſum poſſunt compelli ad reaſſumendum per cenſuram Eccleſiaſticam.*
2. *Apoſtata irregularitatis, ſeu Religionis, ſi prius blanditiis, & minis commoniti habitum Religioſum, ſeu clericalem non aſſumpſerint, ad illum reaſſumendum per incarcerationem compelli poſſint.*
3. *Apoſtata incarcerato, quouſque reaſſumat habitum, tantum panis, & aqua eſt danda.*
4. *Iudæi aliique infideles ſi baptizati ad fidem conuerſi fuerunt compellendi ſunt ad deferendos priores ritus, & ad obſeruandos Chriſtianos ritus per pœnam contra hæreticos conſtitutam, numero 5.*
5. *Iudæi facti Chriſtiani ſunt compellendi ſeruare fidem, quam ſemel ſuſceperunt.*

1 AD primam quæſtionis partem ſuppoſitis, quæ de compurgatione dictum eſt *ſub cap. ad abolendam, cap. excommunicamus* 1. §. 2. *de hæretic.* reſpondetur quod clerici, aut Religioſi non deferentes habitum clericalem, ſeu Religioſum poſſunt per Eccleſiaſticam cenſuram ad illum reaſſumendum cogi, & compelli *per textum noſtrum in cap. tua*, vbi communiter DD. adnotarunt, & gloſſa hic *in figuratione caſus in fine verſ. nota clericos compellendos, & in verbo tolerandi verſ. imò incarcerari poſſunt*, Hoſtienſ. *num. 1. in verb. coercendi*, vbi quod compelluntur per excommunicationem, & iterum infra *in verſ. & etiamſi neceſſe fuerit incarcerentur*, vbi ſubdit quod omnino præciſe, & indiſtinctè diſtinguendi ſunt ſi de apoſtaſia conſtiterit: Ioann. Andr. *num. 1. in figur. caſus*, Anchar. *in ſummario & num. 3. in 2. notab. & num. 7.* Abbas *in ſummario, & in figuratione caſus*, Marian. Socin. *num. 4.* & Ioan. de Anania *n. 13.*

Er quod apoſtatæ irregularitatis, ſeu Religionis ſi prius blanditiis, & minis commoniti habitum Religioſum, ſeu clericalem non aſſumpſerint ad illum aſſumendum per incarcerationem cogi poſſint: eſt textus *in d. cap. à nobis per verba clara*, ibi: *à nobis expetiit tua fraternitas edoceri quid de apoſtatis ſit agendum cum in cuſtodia detinentur, qui minis, vel blanditiis nullatenus poſſunt induci, vt abiectum habitum reaſſumant, ad quod tibi breuiter reſpondemus, quod tales ſi volueris poteris ſub graui cuſtodia carcerare ita quod ſolum modo vita ſibi miſera reſeruetur donec, à ſua præſumptionis nequitia reſipiſcant*, vbi etiam annotarunt gloſſa, & communiter Canoniſtæ: præſertim Ioan. Andr. *n. 2. in fine verb. miſera*, † vbi amplius ſubdit quod in carcere huic apoſtatæ non debet dari, niſi panis, & aqua: quod etiam dixit Anton. de Butrio *num. 3. verſ. & attende:* Hoſtienſ. *in ſumma hoc tit. §. qualiter puniantur num. 3. verſ. ſed etſi quis fuerit de hoc grauiter infamatus*, Goffred. *in eadem ſumma hac Rubrica num. 13. ſumma Armilla in verb. apoſtaſia num. 7.* Summ. Angelica *eodem verbo verſ. alij autem, qui ſunt in ſacris*, & ibi: *in additionib. litt. A in verb. habitum*, Syluest. *in ſumma verb. apoſtaſia numero 7.* Diaz *in pract. can. in verb. apoſtata p. 111. num. 2. in fine, verſ. quando autem clericus non poteſt induci ad reaſſumendum male dimiſſum habitum*, Azor *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 17. qu. 4.* Cardinal. Tuſch. *pract. concluſ. litt. A. concluſ. 424. nu. 9.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cent. 6. de caſu 546. num. 33. & num. 48. verſ. eſt quarta pœna*, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 73. num. 17.* qui *num. 19.* Menoch. *num. 32.* & Farinac. *de hæreſi quæſt. 183. §. 6. num. 78. & 79.* concludunt quod iſto caſu apoſtatæ poſſunt etiam incarcerari à iudice laico abſque metu cenſurarum *per textum in cap. 1. hoc tit.* 2

3

Ad ſecundam quæſtionis partem an Iudæi alijve infideles ſi baptizati ad fidem conuerſi fuerint prioreſque ritus ſeruent, compellendi ſint ad illos deferendum, & ad obſeruandos Chriſtianæ fidei ritus: & adiectis hic, quæ dixi *ſub* 4

cap. 2. & cap. quidam 4. hoc titulo, reſpondetur affirmandum, per veiba *d. cap quidam ibi quidam qui ad ſacri vndam baptiſmi volantarie acceſſerunt cum prioris ritus reliquias retinentes Chriſtianæ Religionis decorem commixtione confundant ſtatuimus vt per prælatos Eccleſiarum talis obſeruantia veteris ritus omnino compeſcatur*, & ex aliis, vbi
5 communiter Canoniſtæ notant, † quoad obſeruationem rituum iſti tales compeſcendi ſuot per pœnam contra hæreticos cooſtitutam, vt docent Ioan. Aodr. *num.2.* Butt. *num.* 4. Cardin. Zabatella *num.1. in verb. prælatos*, Anania *num.* 3. *verſ. & puniuntur* per textum, quem allegant *in cap. contra Chriſtianos de hæretic. lib.6.* de cuius materia dixi latè *ſub d. cap. 2. hic quæſt.1. & ſub tit. de hæretic. eo tit. lib.6.* Hoſtienſ. *in ſumm. hoc tit. §. quot ſpecies numero 2. in verſ. & ſcias quod ſi quis Iudæus repert. inquiſit. in verb. apoſtaſia, verſ. ſed apoſtaſia, à fide, & in verbo cogendi, verſ. nunc autem eſt videndum*, & ſequenti vbi pluribus probat quod Iudæi facti Chriſtiani ſunt cogendi tenere, & obſeruare fidem, quam ſemel cæperunt proponendo contraria, & illis reſpondendo: Menoch. *de arbitr. lib.2. d icto caſu* 546. *num.23. cent.6.* Farinac. *de hæreſi quæſt.*188. §. 6. *num.*139. ſic recolligeos Barboſa *in d. cap. quidam num.1.* etiam cum Panormit. Viuiano, Alagona, & Concilio Lateran. ſub Innocent. III. *cap.*7. à quo ille textus de ſumptus eſt.

AD TEXTVM

In Capite Quidam IV. hoc titulo, dictum eſt ſub capite præced. in Rubrica, & Capite I. & II.

AD TEXTVM

In Capite à Nobis V. hoc titulo, dictum eſt ſub Cap. Tua III. hoc titulo Quæſt. I.

AD TEXTVM

In Cap. Conſultationi fin. hoc tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

1. *Apoſtaſiæ impropriè materia diſcutitur.*

IN texiu hoc legitimè valet agi de aliis apoſtatis Religioſis, qui habitum deſerendo fingunt noo ſe ſeparando à fide Chriſti, & quia nonnulla de iſtis religioſis apoſtatis dicta ſunt, ſed non iotegiè *ſub cap.* 1. hic vbi de clericis ſæcularibus habitum, & tonſuram relinquentibus clericalem, ideo iam ſub hoc textu alia, quæ ad pleoè tractaodum de hac ſpecie apoſtaſiæ non ſic propriè ac illius à fide, & de alia ſpecie, quæ appellatur obedientiæ agemus. 1

QVÆSTIO I.

Quare Monachus in apoſtaſia ordinatus non poſſit ſine diſpenſatione Papæ in ſuſcepto ordine miniſtrare, cum reconciliatio ſuo Abbati, & pœnitentia eum ſufficienter purgent: Vbi qui dicantur apoſtatæ Religionis ſeu irregularitatis: Et quid de fugitiuo, ſeu eiecto à Religione ex cauſa iuſta.

SVMMARIVM.

1. *Apoſtata à Religione in rigore cenſetur, qui recedit à monaſterio, & religione inconſulto prælato ſine animo redeundi, vt n.2.*
2. *Apoſtata à Religione verus eſt, qui ex qualibet cauſa deſerit habitum, & num.ſeqq.*
3. *Fugitiuus religioſus eſt, qui abiiciens obedientia iugum ſe ſubtrahit, vt ſecedet, niſi id faceret ex aliqua leuitate, vt exemplificatur, & numero 14. & 15.*

4. *Religio*

4. *Religionis habitum dimittens etiam ad illicita facienda, tempore breui, illico reaſſumendo, nec excommunicationem incurrit, alij contra.*
5. *Ordinatus in apoſtaſia ſine diſpenſatione Papæ nequit in tali ordine miniſtrare, qui nec alium ordinem valet ſuſcipere, & num. 6.*
6. *Ordinatus in apoſtaſia, cum ſit excommunicatus, ſit irregularis, qui præmiſſa pœnitentia facile diſpenſatur, n.7.*
8. *Ordinatus in apoſtaſia diſpenſatus poterit miniſtrare in ordine ſic ſuſcepto, eritque eligibilis, vbi quid ſi Papa in Epiſcopum illum eligat, & quoad honores,* remiſſiuè.
9. *Apoſtata Religionis, ſeu irregularitatis, dicitur, qui ab ordine, ſine habitu aſſumptæ Religionis ad ſeculum redit.*
10. *Apoſtata dicitur deſertor ſuſceptæ Religionis, recedens à monaſterio animo libere extra illud viuendi.*
11. *Apoſtaſia dicitur retroceſſio à ſtatu ordinis ſacri ad ſacularem propria auctoritate.*
12. *Apoſtata à Religione, etiam dicitur, qui recedit à monaſterio ſine licentia ſuperioris, rediens ad ſaculum, etiam quod religionis habitum deferat, ſi animum non habeat redeandi, aliter quod tantum ſit fugitiuus.*
14. *Fugitiuus Monachus ex Religione poteſt eſſe, qui non reputetur apoſtata.*
15. *Apoſtata omnis eſt fugitiuus, ſed non è contra.*
16. *Apoſtata non dicitur Religioſus, qui forſan exiit à monaſterio cum habitu ex cauſa mutandi Prælatum, nec efficitur excommunicatus.*
17. *Apoſtata non eſt Religioſus eiectus à ſua Religione propter malos eius mores.*
18. *Eiectus à Religione ob propriam culpam valet habitum clericalem induere, & ad plura* remiſſiuè, *qui non tenetur aliam intrare, n.19.*
10. *Apoſtata non dicitur Religioſus, qui ex cauſa ſubueniendi parentibus exit à Religione, nec qui dimittit habitum ad tranſeundum ſecurus per loca Turcarum, & Hæreticorum, n.21.*

1 VT ad has difficultates reſpondeamus
iudicaui præmittere quis verè dica-
tur apoſtara à Religione, & quod in ri-
gore loquendo talis cenſeatur ille, qui re-
cedit à monaſterio, & religione incon-
ſulto prælato, & ſic babens voluntarem
firmatam in malum, & animum atque
intentionem non redeundi ad Religio-
nem, ampliat Calderin. *conſ.1. de apoſta-
tis*, Nauarr. *conſ.* 10. *numero 6. eodem,*
Clarus *in §. fin. quæſtione* 78. *verſ. apoſta-
ta puniatur*, & ſecundum Achilles *deciſ.1.
ſub hoc tit.* & olim. Rota *ſub die* 11 *Februa-
rij* 1555. *coram Oradino*, vt refert Barboſa
hic n.5. cenſuit vt dicatur contracta apo-
ſtaſia vera, & propria quæ inferat inha-
bilitatem, requiri ſcilicet receſſum ſine
licentia, & dimiſſione habitus, cùm ani-
mo illum amplius non reaſſumendi, &
quod talis opinio in dicta hac apoſtaſia
à religione vera, & propria indubitabilis
ſit, reſoluunt proximè relati † quare di- 2
cendum eſt apoſtaras dici Monachum,
& Religioſum, qui dimittunt babitum
ex qualiber cauſa iniuſta, etiam ſine
dolo, cùm ſufficiat temeritas, negligen-
tia, fatuitas, ſeu leuitas, vt Monachus di-
mittens babitum incurrat excommuni-
cationem: Franch *in cap. vt periculoſa ne
clerici, vel monachi num. 5. verſ. in gloſſa,
in verb. temere*, per verba textus ibi: *qui
habitum temere dimittit:* Farinac. *de hæreſi
quæſt.*183. *§ 6. num.*93. ex Angelo, Roſel-
la, Antonino Caietano, Tabiena *in ſumma*,
quos antea recenſuit in ſuis propriis locis:
Azor *inſtitut. moral. p.* 1. *lib.*12. *cap.*16. *Ru-
brica de fugitiuis*, † vbi *quæſt.*2. dixit fu- 3
gitiuum propriè eum religioſum eſſe, qui
abiiciens obedientiæ iuſſum ſe ſubtrahit
à propoſito ſuo, & vt ille ſe celet, à mo-
naſterio recedit, ſiue habitum dimittat,
ſiue non, & quod propterea omnis apo-
ſtata eſt fugitiuus, ſed non è contra:
quem ego excuſarem ab apoſtaſia ſi ex
leuitate quidem habitum dimitteret, vt
lapides melius proiiciat, vt Miſſam cele-
brando pulchrius ſe induat, vel vt onus
melius porter, aut quid ſimile: tunc enim,
ſi ſtatim babitum reaſſumat, excommu-
nicationem non incurrere, de qua *in d.
cap. vt periculoſa*, docet Tuſchus *practic.
concluſ. lit. M. concluſ.* 395. *num.5 & num.9.*
vbi de Religioſo dimittente habitum ex
leuitate ſi illum reaſſumpſit, quod poteſt
eligi in Abbatem.

Vnde Azor *d. p.* 1. *lib.*52. *cap.* 13. *qu.*16. 4
à verſ. 1. dixit quòd dimittens habitum
non animo deſerendi Religionem, ſed
vt aliquid aliud faciat, etiam illicitum,
puta ad canendum, ſaltandum, iacien-
dum lapidem, vel etiam ad furandum, &
generaliter quocumque modo habitum
dimittat, dummodo ad breue tempus,
ſine animo deſerendi religionem excom-
municationem non incurrat, qui *cap.* 17.
*quæſt.*9.

Digitized by Google

quæſt. 9. idem dicit de Monacho ad breue tempus, habitum deſerente, etiam ob turpem cauſam, vt puta, vt furetur, vel vt fornicetur; vbi hanc amplectitur ſententiam, etſi alij per eum relati contrarium dixerint, videtur amplecti, etiam Farinac. *d. num.*94. *& ſub num.*83. vbi citat pro contraria ea, quæ dixit *in praxi crimin. ſub quæſt.* 93. *& ſeq.* vbi eſt eadem materia, vti videtur voluiſſe Decianus *in tract. crim. lib.* 5. *cap.*73. *num.*21. *&* 25. Marcard. *de probat. concluſ* 12. *n.*1. Menoch. *de arbitr. d. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 546. *num.*36. Azor *ſup. cap.* 17. *quæſt.*6. dum tenuerunt ſolum receſſum à Religione, etiamſi habitus deſeratur, ſufficere ad excommunicationem incurrendam, vt retulit Barboſa *hic d. num.*5. *in fine*, leges ad certas deciſiones Riccium, *collect.* 218. *ad textum in cap. vt periculoſa*, de quo *ſub hac quæſt. & ſeq. ne clerici, vel vouentes, lib.*6. ex Achilles de Graſſis *deciſ. vnic. hoc tit.* vbi quòd non eſt apoſtata, habitum dimittens abſque animo deſerendi religionem, de quo *ſub qu.*2. *hic.*

5 Ad primam igitur quæſtionis partem, his generaliter præmiſſis, de apoſtaſia à Religione, videtur ſufficienter ſine diſpenſatione Papæ, ex ſola reconciliatione ſuo Abbati, & pœnitentia peracta, poſſe Monachum in ordine ſuſcepto, tempore apoſtaſiæ miniſtrare: Ad dicta de effectu purgationis pœnitentiæ, & reconciliationis *in cap. ad abolend. de hæreticis*, ſed quia expreſsè contrarium firmat Pontifex hic: ideo de ratione breuiſſimè eſt inquirendum, & eam eſſe iudico, quia cùm talis Monachus apoſtata eo ipſo ſit excommunicatus, vt dictum eſt, ac dicemus *infrà*, ac inſuper ad ordinem ſuſcipiendum minimè ſit habilis, eo quòd cùm fuerit religioſus profeſſus, & apoſtata, quæſiui à quo ordinatetur, ſine præcedenti licentia ſui prælati, ad ea, quæ dicta ſunt de ordinatis ab alieno Epiſcopo, *ſub cap.*11. *de temporibus ordinat.* & à quo diſpenſatio ſpectet, & alibi *eo tit. & ſub tit. de ætate, & qualit. ordinandorum*, & pro diſpenſatione cum Monacho adiunges quæ Suarez ſcripſit *de cenſuris,*
6 *diſputat.* 41. *ſect.* 2. † & ad propoſitum Henriq. *in ſumma lib.* 13. *cap.*39. §. 1. *prope finem, & cap.* 4. *à num.*1. dicendo quòd ordinatus in apoſtaſia cùm ſit excommunicatus, fiat quidem irregularis, & ſic ex hoc textu DD. antiqui, Abbas antiq. Innocent. *collect.* Zabarella, Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuianus, Alagona, & Barboſa *hic n.*1. vbi pro eadem concluſione, & deciſione *num.*2. adducit Decian. *lib.*5. *crimin. c.*73. *num.*18. Suarez *tom.* 5. *de cenſ. ſect.*3. Sayrum *eodem tract. lib.* 4. *c.*13. *n.*16. Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.*2. *c.*18. *n.*18. applicando eundem Suarez ibi, *ſect.*2. vbi de ſuſpenſione contracta ratione ordinum indebitè ſuſceptorum.

7 Nec obſtat dicere quòd reconciliati Monachi apoſtatæ pœnitentiamque habentis, illud reddit habilem, vt miniſtret in ordine ſuſcepto in apoſtaſia; quia cum ratione apoſtaſiæ à Religione excommunicationem incurriſſet, deindeque auſus ſit ordinem ſuſcipere, & conſequenter irregularis factus ſit, qui à tali irregularitate non liberabitur niſi media Papæ diſpenſatione, quam conſequenter informato Pontifice de reconciliatione, & pœnitentia talis Monachi apoſtatæ, maleque ordinati, ſic ex re-
latis. † Quod ſi à Papa fuerit diſpenſatus, 8
non ſolùm poterit miniſtrare in dicto ordine ſuſcepto, tempore apoſtaſiæ; ſed etiam erit eligibilis ad omnes dignitates: Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.*73. *num.*26. *& cap.*75. *num.*6. vbi quod ſi Papa ſcienter eligit apoſtatam in Epiſcopum cenſetur cum eo diſpenſare; ſecus ſi ignoranter: Farinac. *d* §. 2. *quæſt.*183. *num.*90. vbi refert eundem Decian. *num.*7. agentem de illo dubio, quòd ſi fuerit diſpenſatum cum apoſtata ad honores intelligatur diſpenſatum, quoad honores, quos antea habebat, ſed quoad futuros maiores.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem, qui dicantur apoſtatæ Religionis, ſeu irregularitatis, & primò dicitur is, qui ab ordine ſine habitu aſſumptæ Religionis ad ſæculum rediit, ſic communiter DD. Canoniſtæ *in cap.* 1. *& in cap. à nobis, hoc tit.* Abbas *hic num.* 1. *in* 1. *notab.* Marian. Socinus 1. *notab. & num.* 1. Anania *num.*1. *& in* 1. *notabili*, Arnald. Albertin. *in Rubrica de hæretic. lib.*6. *quæſt.*11. *num.*4. Hoſtienſ. *in ſumm. hoc tit.* §. *quot ſpecies num.* 2. *verſ. item apoſtaſia*; Goffred. *in eadem ſumm. num.* 2. *verſ. irregularitatis*: Farinac. *de hæreſ. d. quæſt.*183. §.6. *num.*61. cum Armilla, Roſella, Syluestro, & aliis *in verb. apoſtaſia*: Paul. Grillando, Diaz *in praxi can. cap.*111. *num.*2. *verſ. pœna*, Ioan. Rojas *de hæret. p.* 1. *num.* 488. Decianus *crim. lib.* 5. *cap.*71. *num.* 3. Maſcard. *de prob. lib.*1. *concluſ.* 112. *num.*1. Menoch. *d. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 546. *num.*28. *&* 29. Azor *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 12. *cap.*16. *quæſt.*6. † Apoſtatam 10
dicens

dicens ſuſceptæ religionis eſſe deſertorem
à monaſterio recedentem animo, & vo-
luntate liberè extra illud viuendi: Vgo-
lin. de cenſur. Papæ reſeruatis *p. 2. in gloſ-
ſa, & à Chriſtiana fide apoſtatas in princ.
num. 3. verſ. qui autem diſcedit à religione,*
Lælius, Zechius *in ſumma p. 1. tit. de fide*
12 *cap. 24. Rubrica de apoſtaſia num. 2.* † Vbi
propterea dixit apoſtaſiam eſſe retro-
ceſſionem à ſtatu ordinis ſacri ad ſtatum
ſæcularem propria auctoritate: Nauar.
conſ. 1. hoc tit. Dominic. Bañez *in 2. 2. D. Th.
qu. 12. art. 1. verſ. pro deciſione ergo:* vbi dixit,
*apoſtatam à religione eſſe omnem illum, qui
dimittit habitum ſua religionis, quam vouit
ſolemniter animo nunquam ad illam redeundi:*
Alex. Peſant. *ibi diſp. 1. verſ. quares, quis ſit
dicendus apoſtata à religione, & ſeqq.* vbi
dixit, eum eſſe qui à vero ſtatu religio-
nis verè recedit, tranſeundo ad alium
ſtatum animo nunquam ad ipſum reuer-
tendi, manente obligatione prioris.

13 Imò, & quòd etiam apoſtata à religio-
ne dicatur, etiam ille, qui recedit à mona-
ſterio ſine licentia ſuperioris rediens ad
ſæculum, etiam quod religionis habitum
deferat, docent Abbas *in d. cap. hoc tit. n. 2.*
vbi Marian. Socin. *n. 2. verſ. & adde poſt In-
nocent. in locis per eum relatis,* Ioan. de Ana-
nia, *n. 3.* Caietan. ad D. Thom. 2. 2. *qu. 12.
art. 1.* vbi Dominic. Bañez *in verſ. ſecunda
concluſio teſtatur,* & quod hæc ſententia
Canoniſtarum communis eſt, quando à
religione diſcedens, licet habitum reti-
neat, animum non habet redeundi ad il-
lam, vt videtur amplecti: Farinac. *ſup. n. 62.*
† quamuis ex Claro, Nauarro, Tuſcho, &
Alex. Peſantio referat tenentibus hunc non
eſſe apoſtatam, nec excommunicatum, ſed
tantum fugitiuum, qualis eſt ille, qui ſine
licentia ſuperioris habitum retinendo va-
gatur, vel ſe celat, ne à ſuperiore inuenia-
tur, quem dicunt non ſequi ex eo eſſe
apoſtatam, nec excommunicatum, etſi
infamem admittant eſſe Bañez *ſub.* Syl-
ueſtr. *in verb. apoſtaſia num. 9. verſ ſi verò
exeat, & tamen retineat habitum,* qui de-
bent intelligi ſi paruo tempore, aut quan-
do non conſtat de animo non redeundi
ad religionem.

14 Ad tertiam quæſtionis partem, de fugi-
tiuo, aut eiecto, iam quoad fugitiuum ex
dictis *num. 1.* reſoluitur, poteſt enim Mona-
chus eſſe fugitiuus ex religione, & tamen
quod apoſtata non reputetur licet è con-
tra, qui apoſtata eſt fugitiuus, Syluestr. *d.
n. 7.* vbi benè declarat quando Monachus
ex religione egrediens, dicatur fugitiuus,
de quo eſt videndus Azor *d. p. 1. lib. 12. inſtit.
moral. c. 16. Rubr. de fugitiuis, q. 1.* vbi dixit
fugitiuum propriè eum eſſe religioſum,
qui abiiciens obedientiæ iugum ſe ſub-
trahit à præpoſito ſuo, & vt ille ſe celet, à
monaſterio recedit, ſiue habitum dimittat,
ſiue non: † & quod propterea omnis apo- 15
ſtata eſt fugitiuus, ſed non omnis fugitiuus
eſt apoſtata, quod intelligo iuxta diſtin-
ctionem poſitam *ſub num. præcedenti,* † igi- 16
tur Greg. de Valent. *ad D. Thom. 2. 2. qu. 12.
artic. 12. verſ. tertia concl.* Et Peſantius ibi
diſp. 1. verſ. dixi animo: vbi pariter ait non
eſſe apoſtatam, qui à religione recedit ad
tempus, & vult redire, cùm tantum velit
vacari per aliquot tantum dies cauſa for-
ſan mutandi prælatum, cuius importunos
mores ſe ſuſtinere non poſſe affirmat, idem
Valentia, quem dixit potius fugitiuum,
& ſic Barboſa *in d. c. vt periculoſa, n. 6. verſ.
ſecundo,* cum Sanctarello, Sanch. *in præcept.
tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 20.* Leſſio, Suarez,
Sayro, & aliis, quòd religioſus, qui ſuis
veſtibus indutus à monaſterio, abſque li-
centia ſuperioris fugit, non afficitur ex-
communicatione, *d. cap. vt periculoſa,* quia
ea excommunicatio non eſt lata in fugi-
tiuos, & apoſtatas, ſed in eos, qui habi-
tum dimittunt.

Sed aliud quæſitum de Monacho eie- 17
cto à ſua religione propter malos ſuos mo-
res, de quo etiam *quæſt. 3. & fin. n. 1.* dicen-
dum eſt illum apoſtatam non eſſe, & lon-
gè agens Azor *vb ſup. d. lib. 12. cap. 16. & 17.*
dum dixit etiam eiectum eſſe illum, qui
ob culpam ſuam extra monaſterium ex-
pellitur: † de quo ait vt poſſit talis eiectus 18
tuta conſcientia clericorum habitum abſ-
que alia licentia aſſumere poſtea decla-
rans, pro quo crimine religioſus ex ſuo
monaſterio eiici poſſit, & an *extra mona-
ſterium eiectus ſit ſolutus tribus religionis vo-
tis, & liber,* an aliam *debeat exquirere, &
petere religionem,* & an *ad monaſterium corre-
ctus, & emendatus redire teneatur, ſi eum mo-
naſterium velit recipere,* an *ſic eiectus Epiſ-
copi poteſtati ſubiaceat, & quo modo,* an *abſque
alia licentia poſſit dimiſſo religionis habitu cleri-
calem habitum aſſumere,* an *monaſterium te-
neatur eiectum repetere ſi præſertim ipſe re-
uerti voluerit,* & an *& cuius expenſis rece-
ptus ali debeat, & Monachus ſic eiectus poſ-
ſit recipi in aliam cum licentia vel ſine:* Car-
dinal. Tuſch. *pract. concluſ. lit. R. concluſ. 144.
à num. 8. & concluſ. 445. à num. 3. & nunquid
Monachus eiectus erroris ſui pænitens ſi vult
ad Religionem redire ſit recipiendus,* Syl-
ueſter *verb. apoſtaſia numero* 10. Menoch.

de arbitr. quæſt. lib. 2. cent. 6. dict. caſu 546. *num.* 43. *&* 44. qui omnes, & Farinac. *d.* §. 2. *num.* 87. dicunt illum ſic eiectum non eſſe apoſtatam, & poreſt eſſe ratio; quia iſte de mandato ſuperioris exit, ac
19 habitum deſerit, religionis, † qui non tenetur intrare aliam religionem, & iuxta alios nec ad ipſam: Diana *p.* 3. *tractat.* 2. *reſ.* 116. *verſ. notandum.*

20 Ad quartam quæſtionis partem de diſcedente à religione ex cauſa iuſta, & quod non ſit apoſtata iam ſupra dictum eſt *ſub princ.* huius quæſtionis; quare addimus vt apoſtata non dicatur religioſus ille, qui ex ſua religione, & monaſterio egreditur cauſa ſubueniendi Patri, vel Matri inopia laborantibus, & de licentia ſui Prælati, vt communiter ſentiunt Theologi, cum D. Thoma 2. 2. *quæſtion.* 101. *artic.* 1. Nauart. *in conſ.* 65. *num.* 1. *tit. de regularibus lib.* 3. *& conſ.* 1. *num.* 8. *hoc titulo lib.* 5. quem referunt, & ſequuntur Farin. *d.* §. 7. *num.* 95. Menoch. *de caſu* 546. *numero* 14.
21 † & Barboſa *in d. cap. vt periculoſa num.* 5. Thomas Sanchez *in decalog. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 41. dicentes quod religioſus, qui ex iuſta cauſa habitum dimittit ad tranſeundum ſecurus per loca Turcharum, aut hæreticorum cum oporteret ad ſe tuendum habitum dimittere. &c.

QVÆSTIO II.

An apoſtata dicatur Monachus, ſeu clericus qui habitum non defert in Cella, in Balneis, ſeu alio ſimili loco ſecreto, & quid de Religioſo in longinquas partes proficiſcente: Et an qui habitu dimiſſo pœnitens, vult redire debeat omnino Prælatus eum recipere, ſic vt ſi nolit cogatur: Et an dicatur apoſtata, qui in aliam ingreditur laxiorem, ſeu ſtrictiorem, & an ſit apoſtata qui exit à Religione animo intrandi aliam: Et quid de Monacho profeſſo, ſiue clerico in ſacris ducentibus vxorem.

SVMMARIVM.

1. *Apoſtata non dicitur Monachus, ſeu clericus, qui habitum non defert in Cella, in Balneis, ſeu alio ſimili loco ſecreto: ſecus, ſi exhiberet ſe ſine eo, & habitu laicali.*
2. Cap. vt periculoſa ne clerici, vel Monachi lib. 6. & num. ſeqq. c. vidua 20. quæſt. 1. cap. clerici de vita & honeſt. clericor. c. Monialis 23. diſt.
3. *Religioſus profeſſus temere habitum derelinquens ſine licentia ſui Prælati vna cum conſenſu ſui conuentus, aut maioris partis ad quæcumque ſtudia accedat eſt ipſo iure excommunicatus: fallit, n.* 4 *&* 3.
4. *Habitus dimiſſio temere eſt, quæ fit ſine cauſa, ſed non afficitur excommunicatione, qui ſe illo ſpoliat vt dormiat.*
5. *Habitum religioſus. aut clericus dimittens animo diuagandi excommunicationem incurrit, ſed quando, n.* 6.
7. *Apoſtata religioſus, qui pœnitens vult redire debet à Prælato recipi, ſic vt compellatur illum admittere, & num.* 8. *niſi obſtet regula, aut eſſet talis ſcandaloſus, aut aliis periculoſus, vide numero* 9.
9. *Prælatus non compellitur recipere ad habitum religioſum eiectum, etſi pœnitens velit redire, n.* 11.
10. *Apoſtata non dicitur religioſus intrando aliam religionem ſtrictiorem, aut laxiorem, de licentia, qui ſine ea dicetur fugitiuus, reuocarique valet, & num.* 11.
11. *Apoſtata dicetur religioſus, qui aliam ſtrictiorem ingreditur aliquo mundano affectu vt puta odio Prælati, vel alia leuitate, ſiue temeritate.*
12. *Religioſus, aut clericus vxorem ducens quibus pœnis afficiatur intruſionis, relegationis, abiurationis, torturæ, & confiſcationis.*

AD primam quæſtionis partem dicendum eſt, non dici apoſtatam Monachum, ſiue clericum non deferentem habitum in Cella, Balneis, ſeu alio ſimili loco ſecreto: ſic Henric. Boic. *in cap.* 1. *hoc tit. n* 6. ratione præſtans Ioan. Anania *ibi num.* 8. & ante hos Ioan. Andr. *in cap. vt periculoſa n.* 4. ne clerici, vel Monachi *lib.* 6. vbi dixit ſe non putare de mente illius Canonis fuiſſe quòd Monachus in Cella ſua dimittens habitum, vel dum Balneum intrat in occulto, vel iacens ſine habitu ligetur pœna excommunicationis, quia alias pauci inuenirentur non ligati, & quod ſolùm talis pœna locum habeat, quando exhibet ſe ſine habitu, & in habitu laicali in conſpectibus 1

ctibus hominum ; ibi etiam Franc. *num.* 5. *verſ. imò etiam licet Monachus*, Gemin. *n.* 9. *verſ. in fine gloſſa*, prob. ad Ioan. Monach. *n.* 4. *& ſeqq. verſ. vlterius pro ſolatio*: vbi pluribus hanc probat concluſionem, loquens quando Monachus ſine habitu iacet in lecto, & in infirmitate, quando ſtat in Cella, vel Balneum intrat: Maſcard. *in prob. lib.* 1. *concl.* 112. *à n.* 31. Decian. *lib. crim. c.* 75 *n.* 8. cum aliis multis ab vtroque allegatis.

2 Et quamuis Archidiaconus *in d. cap. vt periculoſa num.* 1. *per textum in cap. vidua* 20. *qu.* 1. *& in cap. clerici de vita, & honeſt. cleric. & in cap. ſanctimonialis* 23. *diſt.* adeo habitum debere eſſe annexum oſſibus Monachorum dixerit, vt in quocumque loco conſiſtant, ſiue in loco quieſcentes eo ſemper vti debeant ; tamen illum improbant: Henric. Boic. *in d. cap.* 1. & cæteri adducti, nec video qualiter *ex d. c. periculoſa*, firmauerit bene Hoſtienſ. contrariam

3 ſententiam. † Cùm ſolum ex eo textu ea concluſio deducatur, nempe vt religioſus profeſſus, qui temere habitũ relinquat, vel ſine licentia ſui Prælati vna cum conſenſu ſui conuentus, vel maioris partis eiuſdem ad quæcumque ſtudia accedat, ſit ipſo iure excommunicatus, quam poſt antiquos, & ordinarios ibi probat Barboſa *ibi num.* 2. etiam cum Claro, Fichar, Suarez, Nauarr. Azor, Graff. Sayro, Aldrete, Comitolo, Marta, Reimer, Valentia, Bañez, Peorino, Iulio, Laborio, Filiuccio, Bonacina, & aliis de quo latè Thom. Sanch. *in præcepta decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *à n.* 37. vbi, & eleganter,

4 † idem Barboſa *in paſtorali* 3. *p. allegat.* 50. *num.* 210. *ſecund. impreſſ. Lugdun.* qui *in d. cap. vt periculoſa num.* 5. cum eodem Sanchez *cap.* 8. *num.* 41. ait vt temerè habitus dimiſſio dicatur quando abſque cauſa fit, & colligunt Suarez *de cenſ. diſp.* 23. *ſect.* 4. *num.* 19. Sayrus *lib.* 3. *eo tract. cap.* 13. *num.* 3. Sanchez *in decalog. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 55. Filliucius *tract.* 14. *cap.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 133. Sanctarell. *de apoſtaſia cap.* 1. *num.* 6. *&* 7. dicentes non affici excommunicatione *d. cap. vt periculoſa*, illum, qui ſe veſtibus ſpoliat, vt dormiat, vt habitum purget, vel accommodet, vt melius ſtudeat.

5 Ad ſecundam partem de religioſo in longinquas partes diſcedente, reſpondetur quòd vt dicatur apoſtata debet habere animum diuagandi, & nunquam redeundi vt puta clericaliter, aut laicaliter, vel inobedienter viuendo, ſecus ſi hunc animum non haberet: Syluester benè comprobans *in ſumma verb. apoſtaſia num.* 9. *verſ. in profeſſo*, & ſic Dominic. Bañez *ad d. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 12. *art.* 1. *verſ. tertia concluſio & ſeqq.* Dixit dimittentem habitum ſuæ religionis temerè, animo tamen redeundi ad illam, licet ſit excommunicatus, & mortaliter peccet, non tamen eſſe apoſtatam à ſua religione: addens *in verſ. ſecunda concluſio*; quòd religioſus dimittens habitum ſuæ religionis, & aſſumens alium, quemcumque habitum, vt occulta eius perſona liberè poſſit vagari, per vicos, & plateas abſque eo quòd cognoſcatur cuius religioſus ſit, excommunicationem incurrit, etiam quòd id tantùm faciat per horam, dicens hanc eſſe certam omnium concluſionem. Eam etiam concluſionem extendens in vltima concluſione ad clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, qui vagandi animo, & occultandi perſonam clericalem dimittunt habitum, concludens vt mortaliter peccent, etiam quòd per breue tempus limitant: Greg. de Valentia *ad D. Thom. ſupra verſ. circa apoſtaſiam*: Farinac. cum Nauarr. & Azor *d. p.* 7. *num.* 83.

Sed dicta de diuagante videntur intelligenda ad effectum incurrendi excommunicationem, vt non illico illam incurrat, ex quo dimittit habitum, ſed ex quo peruenit eò, vt vagetur, vel ſi ſic ſe hominum conſpectui exhibeat, ſicut non incurrat illam, ſi ante prædictum euentum, mutata voluntate, & intentione induat habitum, Tabiena *in verb. excommunicatio* 2. *caſu* 23. *quæſt.* 1. *numer.* 2. Suarez *de cenſ. diſp.* 23. *ſect.* 4. *num* 3. Sayrus *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 11. Thom. Sanch *d cap.* 8. *num.* 54. *in fine*, addens Barboſa *in d. cap. vt periculoſa num.* 6. *&* 7. deciſionem illius textus procedere, quamuis religioſus dimittat temere habitum, abſque apoſtatandi animo, cum Nauarr. *conſ. vnic. ſub num.* 6. *hoc titulo*, Valentia *ſup. d. quæſt.* 12. *puncto ad finem*, Leſſio *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 1. *numero* 109. Sanchez *d. capite* 8. *numero* 15. 6

Ad tertiam quæſtionis partem argumentando hic à contrario ſenſu ex dictis, *in cap. quidam c. tua, & c. à nobis*: vbi de apoſtatis compellendis ad pœnitendum, nunc in caſu noſtro videtur dicendum quòd apoſtata, qui vult pœnitens, redire debet à ſuo Prælato recipi in tantum vt ſi Prælatus nolit, aut ſe excuſet, ſit compellendus, & affirmant Hoſtienſ. *in ſumm. hoc tit.* §. *qualiter puniantur, n.* 4. *verſ. licet autem*, Monachus: vbi ampliat etiam quòd Monachus, ſeu Monialis pluries ex monaſterio exierint; Goffred. *in eadem ſum. de apoſt. n.* 11. Armilla 7

in verb. apoſtaſia numero 6. verſ. quod ſi re-
dierit, recipietur in monaſteriam : vt etiam
affirmant Molina *de inſtit. tom. 1. diſputat.*
146. *verſ. quod ad votum* : Corduba *in Re-*
gula S.Franciſci, p. 2. quaſt. 71. punct. 2. Lælius
lib. 2. de iuſtitia cap. 41. dub. 15. num. 112. &
alij, ſecundum quod in regula contine-
tur, ſic declarans, niſi obſtet regula, pro-
vt expreſsè declarat *infra numero* 14. Syl-
ueſter *in ſumma verb. apoſtaſia numero* 10.
vbi quod prælati coguntur ad recipien-
8 dum apoſtatam : † Niſi regula religionis
contradicat, vt in regula beati Benedicti,
quæ habet, quod ter egreſſus è monaſte-
rio, recipi non debeat, & quòd Præla-
tus non recipiens, ſeu apoſtatam reuo-
care negligens, nihil de bonis ab apo-
ſtata in apoſtaſia acquiſitis petere poteſt,
niſi forſan talis apoſtata eſſet ſcandaloſus,
& periculoſus aliis, atque non poſſet capi,
corrigi, & detineri, quia tunc fortè Præ-
latus non tenetur talem reducere, Fari-
nac. *d. quaſt.* 183. *de hæreſi* §. 7. *numero* 88.
vbi commendat. Videndus dictus Sylue-
9 ſter benè declarans : † Sed quod Præla-
tus non teneatur illum recipere docent
Anton. de Sanctarell. de apoſtata; ſic *c.* 5.
dubio 2. numero 18. ex S.Bonauentura, San-
chez *in ſumm. tom. 2. lib. 6. cap. 79. num.* 53.
cum Azorio, & Rodrig. Diana *p. 3. tract. 2.*
de dubiis regul. reſ. 116. ex eo, quia iuſta
ſententia religioſus eiectus, condemna-
tus eſt, vt extra religionem viuat, &
quamuis ſit diſpar ratio de eiecto pecca-
tore, & pœnitente à religione innocen-
te, iuſte ſententiante, ego exiſtimo pri-
mam ſententiam procedere abſolutè in
apoſtata relinquente religionem, qui ſi
pœniteat, recipiendus eſt, niſi obſtet re-
gula religionis, aliud fortè tamen in eie-
cto iuſta ſententia, qui iam iudicatus eſt,
quo in caſu eſt vera Sanchez, Sanctarelli,
& Dianæ ſententia, & opinio.

10 Ad quartam quæſtionis partem an di-
catur apoſtata, qui in aliam ingreditur
religiooem ſtrictiorem, ſeu laxiorem, &
quia de hac quæſtione, Anton. de Butr.
hic num. 3. poſt Innocent. Abbas *numero* 4.
poſt gloſſam, Anania *num.* 3. docent quòd
apoſtata religionis intrando aliam, nec
ſit excommunicatus, & etiamſi laxiorem,
nec apoſtata dicatur, nec vt talis puoia-
tur, & quamuis Franch. *in d. cap.* vt pe-
riculoſa, illum dicat pro tunc apoſtatam:
tamen quòd non ſit excommunicatus,
qui tamen non erit propriè apoſtata: ita
Farinac. *de hæreſi d. quaſt.* 185. §. 7. *num.* 96.
& 97. cum multis, Azor *inſtitut. moral. p. 1.*
lib. 12. cap. 14. & 15. Decian. *in tract.*
crimin. lib. 5. cap. 75. numero 2. Card. Tuſch.
pract. concluſ. litt. M. concluſ. 329. *num.* 10.
cum allegatis per eum, Bañez *in D.Thom.*
2. 2. d. quaſt. 12. artic. 1. verſ. quarta conclu-
ſio : vbi pariter dixit hunc talem non poſ-
ſe dici apoſtatam à ſua religione, licet
mortaliter peccet, & ſic idem Azor *d.*
cap. 14. & 15. & cap. 17. q. 5. vbi refert aliquo-
rum ſententiam, volentium religioſum ad
aliam Religionem tranſeuntem non eſſe
apoſtatam, ſed fugitiuum, & propterea
non affici pœnis apoſtatarum, ſed vt fu-
gitiuum, vel vt temerarium, ſeu habi-
tus deſertorem puniendum eſſe; addens
ibi idem *quaſt. 7 & quaſt.* 11. referens con-
trarium tenentes, dixit probabilius videri
alterius religionis habitum aſſumentem
non incurrere excommunicarionem, &
declarat cum multis Farinac. quando la-
xiorem intret de licentia ſuperioris, alias
inquam, vt poſſit reuocari, dixit Azor *d.*
lib. 12. cap. 14. qu. 6.

Et quod apoſtata multo magis dica- 11
tur religioſus ingrediens aliam ſtrictio-
rem, ſi illam ingrediatur zelo religio-
nis alias perfectioris, & perfectioris vitæ:
ſecus ſi aliquo mundano affectu, vt puta
odio Prælati, vel alia leuitate, aut temeri-
tate, contra Tuſchum dicentem vt ſit ex-
communicatus, item Farinac. *ſup. num.* 101.
& 102. vbi declarat *num.* 103. vt poſſit ad
arctiorem petita quidem licentia, & ve-
nia à ſuo Superiore, quam ſi non conſe-
quatur; tunc poſſit; nam alias ſi nullam
petiiſſet, vt retineretur ad priorem etiam
laxiorem redire, imò, & quod à ſtrictio-
re poſſet reuocari, & compelli ad redeun-
dum, ſiue ex ea egreſſus fuerit ex leui-
tate animi, ſiue alias: Roman. *conſ.* 341. *n.* 3.
verſ. 2. Abbas 95. *n* 1 *verſ. ex his promiſſis lib.* 1.
vbi quod ita omnes DD. tenent Cardinal.
Tuſchus *pract. concl. litt. M. concl.* 329. *n.* 11.
& litt. R. concluſ. 144. *à numero* 1. vbi teſta-
tur de vera, & indubitata omnium DD.
concluſione. Vbi ponit, & reſoluit quæ-
ſtiones ſequentes, an *ingreſſus arctiorem re-*
ligionem ſine licentia poſſit propria auctorita-
te ad primam religionem redire, & ſi redeat
an poſſit purgare moram petendi licentiam
ingrediendi ad arctiorem religionem, & ad
alia ad materiam Monachi ingredientis
religionem cum licentia, vel ſine, vi-
dendus eſt Azor *d. lib. 17. cap. 14. qu. 6.*
& 7. vbi à quo habenda ſit hæc licentia
tranſeundi in aliam religionem, & de
alia an *ſit apoſtata, qui exit à religione*
animo intrandi aliam, quia iam dixi *ſub cap.*
ex

ex parte 10. *de temporibus ordinationum, à n.* 2. ideò non tractamus.

12 Ad vltimam quid in clerico profeſſo-ve Religioſo ducentibus vxorem, iam dixi, *ſub cap.* 1. *quæſt.* 1. *verſ. ad primam* hos, vt hæreticos puniendos, quare non addimus alia, ſolum quod Religioſis vxorem ducens, ex decreto Concilij Turonici eſt, vt excommunicatus, & ab Eccleſia ſegregetur donec ad ſepta Monaſterij reuertatur, indictamque ſibi ab Abbate pœnitentiam peregerit: ſed hodie huic Religioſo vxorem ducenti ieiunia, orationes cum perpetua detruſione in monaſterium iniungere ſolent Simanch. *catholic. inſtit. tit.*40. *Rubrica de matrim. n.*11. & 13. vbi ponit pœnam clerici ſæcularis in ſacris ordinibus conſtituti, incertis nuptiis inquinati, vt ſcilicet beneficiis priuetur presbyteri ab ordine, & ſacro miniſterio deponantur, & in monaſterium, donec vixerint detrudantur, & ſubdit quòd hodie detruduntur ad tempus in monaſterium, vt illic ieiuniis, & orationibus vacent, & quòd etiam pecuniaria pœna plectuntur ex iuribus, per eum ibi, allegatis, ipſe, *in Enchirid. tit.*12. *Rubr. de nefariis nuptiis, num.*2. & 3. vbi etiam de pœna monachi, & Religioſi vxorem ducentis, quòd ſcilicet in monaſterium detrudirur ad adiunctam pœnitentiam peragendam ex iuribus ab eo allegatis: Didacus de Cantera, *in quæſt. crim. Rubr. de hæretic. cap.*1. *num.*71. & cum relatis Farin. *d. quæſt.* 183. *de hæretic.* §. 6. *num.* 71. vbi dixerunt, clericum, & Religioſum contrahentem matrimonium videri puniendum pœna deportationis, & confiſcationis bonorum, de qua, *in auth. de inceſt. Codice de inceſt. nupt.* imò, & credit Cantera, quod propter ſuſpicionem hæreſis ſit ponendus ad torturam, & ſi ſuſtineret adhuc abiuraret de leui, ſi aliqua remaneret probatio, & inſuper deportaretur ad arbitrium iudicis; imò in praxi addit Farinacius, ſe credere quoad torturam hunc clericum, ſeu Religioſum, ſic nubentem propter hæreſis ſuſpicionem eſſe torquendum, niſi hanc ſuſpicionem contrariis coniecturis, & probationibus ſuſtulerit, & ſi ſuſtinuerit ipſum ad triremes per tempus condemnaret, præmiſſa abiuratione de vehementi referens iuxta, hanc praxim in ſupremo vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ generalis, & Romanæ inquiſitionis Tribunali paſſim ſeruari. Et in noſtro Hiſpanico exiſtimo, & ſi nunquam viderim caſum in praxi.

QVÆSTIO III.

An detur apoſtaſia obedientiæ, & quinam ſub ea includantur, & an ex paruitate materiæ excuſetur quis à dimiſſione habitus, & an Religioſi dimittentes habitum ad aliquam repræſentationem dicantur aliquo modo apoſtatæ ſeu peccent, & quid de illo qui retento interius, habitum ſæcularem induit vt ſic incognitus incedat an pœnas incurrat; & an hodie virtute priuilegiorum poſſint Regulares expellere Religioſos propter delictum graue ſemel perpetratum non obſtante decreto Vrbani VIII. vbi de Ieſuitis.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata inobedientiæ eſt, qui ex contemptu tranſgreditur præcepta Prælati, vel diſcedens ab Epiſcopo ſuo nollens ei obedire alias ſecus, vt numero* 2.

2 *Apoſtata non reputatur, qui credens prælati proceſſum non eſſe iuſtum illi non obedit, nec qui ex commodo temporali numero* 3. *aut ex fragilitate humana peccat tamen grauiter, numero* 4.

5 *Apoſtata eſt imo, & hæreticus, qui credit Papam non habere poteſtatem condendi. Canones.*

6 *Habitus dimiſſio pro tempore breui contra aliquos non facit Religioſum apoſtatam, nec excommunicationem incurrere, ſed qualiter, vide modos dicendi ex Palao Lezana, & aliis, num.*7. 8. 9. 10. *&c.*

10 *Habitum Religioſus dimittens, vt repræſentet intra Monaſterium, nec reddit illum apoſtatam, aut excommunicatum, & ſi peccet ſaltim venialiter ob periculum, dum tamen ſit ſtatim reaſſumpturus habitum, idem ſi illud dimitteret ſecretè, vt*

 fornica

fornicaret ſed ſtatim rediret , vt numero 11.

12 *Religioſus pergens ad ſaperiorem eique relaturus de inferiore Prælato ſibi rigoroſo , & ſi habitum matet, nec eſt apoſtata , aec excommunicatus ſi mataret ne apprehenderetur , & vt incognitus tranſire indatus veſte laicali.*

13 *Veſtem laicalem Religioſus , vel clericus inducens ſapra habitum Religioſum , aut clericalem , verius eſt , vt incurrat excommunicationem ,* cap. vt periculoſa ne clerici vel monachi, lib. 6. contra aliquos , num. 14. & 15.

16 *Monachus clauſtralis excommunicatus cenſetar ſi induat ſupra habitum Religioſum alium , fallit quando eſt in ſeruitio alicuius Eccleſiæ parrochialis clericorum ſacularium.*

17 *Prælatus ſecundum plures iuxta decretum Vrbani VIII. poteſt eiicere à religione Religioſos delinquentes , verius tamen eſt , vt ſolum ſi incorrigibiles ſint , num.*18. 19. *Fallit in Ieſuitis , num.*20.

20 *Ieſuitæ ob delicta , nec adhuc data incorrigibilitate poſſunt eiici à ſocietate , virtute aliorum priuilegiorum Pontificum.*

1 AD primam quæſtionis partem, quia ſuprà, *ſub Rubrica* , poſuimus differentias apoſtaſiæ, & inter illas hanc in obedientiæ, de qua inquirimus præmittendo quod apoſtata obedientiæ dicatur is, qui ex contemptu , vel ex ſuperbia transgreditur præcepta Prælati , illiſque, vel ſacris Canonibus,& Dei præceptis non obedit, *cap. alieni* 3. *cap. ſi quis de maioritate , & obedientia* , per quæ ſic tradiderunt, *in cap.*1. *hoc titulo, gloſſa in verb. apoſtaſia , Innocent. num.* 1. Hoſtienſ. Henric. Boic. *nu.*2. Butr.4. Socin.*nu.*3. *& in Rubrica num.* 3. Arnald. Albertin. *de hæretic. in* 6. *quæſt.* 11. *ſub num.* 4. Archidiaconus , *in cap. inter ſchiſma num.* 2. *in verb. diſceſſionem* 24. *quæſt.* 3. vbi de eo qui diſceſſit ab Epiſcopo ſuo nolens ei obedire : Repert. inquiſit. *in verb. apoſtaſia , verſ. ſed apoſtata triplex eſt :* Vgolin. *de cenſur. reſeru. Pontif. in p.* 2. *in gloſſa , & à Christiana fide apoſtatas : in princip. num.* 3. *verſ. demum,* Decian. *crim. lib.*5. *cap.*71. *num.*2. vbi dixit quòd apoſtata obedientiæ, eſt quando quis propria malitia recuſat obedire mandatis Dei, vel ſuperiorum. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 112. *num.*12. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *cent.*6. *caſu* 546. *num.* 24. *& num.* 26. Farinac. *de hæreſi , quæſt.* 183. §.5. *num.* 54. vbi etiam cum Gofredo, Roſello, & ſumma Antonina, & aliis, vbi 53. quod apoſtaſia inobedientiæ in genere ſumpta , eſt tranſgreſſio præcepti, *ex cap. ſi quis venerit, & cap. illud de maioritate* , & obedientiæ , in quo titulo amplius interim Rojas , *de hæreticis , p.*1. *numero* 488. Grillando , *de hæretic. num.* 8. *verſ.* 2. *eſt inobedientia.*

Quæ doctrina venit limitanda quando 2
inobedientia non procedit ex contemptu , vel ſuperbia, ſed tantum, quia credant Prælati præceptum non eſſe iuſtum, & contra Deum, quia tunc non incurrent in prædicta apoſtaſia inobedientiæ
† vel quando inobediens præceptis Ca- 3
nonum, ſeu prælatorum non negat apoſtolicam poteſtatem , ſed ex alia ratione , vt puta propter alicuius commodi temporalis, acquiſitionem damni, vel periculi euitationem, qui & ſi mortaliter peccet, non tamen ſit ipſo facto excommunicatus, ſed excommunicandus ex allegatis per Arnaldum , *de hæretic. lib.* 6, *quæſt.*13. *num.*60. † idem in non obedien- 4
te præceptis Romanæ Eccleſiæ , ex fragilitate humana , aut contingat ex concupiſcentia, ſeu appetitu alicuius deteſtabilis, qui tunc mitius punietur ; quia hæreticus non eſt, & ſi grauiter peccet: Angelus, *in ſumm. verb. apoſtaſia , in princ.* Sylueſter, *eo verbo num.*13. Diaz. *in pract. canon. verb. apoſtata cap.* 131. *num.*2. *verſ. ſi autem :* Decian. *crimin. dict. lib.*5. *cap.*73. *num.*1. *ad finem verſ. ſi autem nollet obedire, ex nimia carnis concupiſcentia :* Menoch. *de arbitr. dict. caſu* 146. *num.* 27. Farin. has limitationes aducitens, *dict. quæſt.*183. §.5. *num.* 58. 59. *&* 60. & iam cum Vitalino , *in clement. ad noſtram , de hæretic.* & Armilla , *in verb. Apoſtaſia , numero* 5. *in fine.*

Tamen ſi quis non ex contemptu, 5
ſeu ſuperbia , ſed quia ſic credit non eſſe obediendum , vel quia credit poteſtatem in Papa non eſſe condendi Canones, vel alia de cauſa, tunc quidem multò magis, quàm in non obedientia præceptis Prælati , & canonibus in obedientem puniri, quia non ſolùm dicitur apoſtata , ſed etiam hæreticus, qui vt talis debet puniri, ad textum , *in cap. nulli diſt.*19. Innocent. *in dict. cap.*1. *hoc titulo, num.*1. Hoſtienſ. *num.*1. Boic. *num.*2. Socinus, *num.*3. Abbas, *num.*3. Anania, *nu.*6.

Zaba

Zabarela poſt, *num.* 2. Carret. *de hæretic. numero* 28. Probus, ad Monachos, *in cap. Præſidentes, numero* 2. *verſiculo ſecus, de hæretic. lib.* 6. Bonifac. de Vitalin. *in dict. clem. ad noſtram de hæretic. num.* 45. Repert. inquiſit. *verb. hæreticus verſic. non eſt, hæreticus qui facit contra ſtatuta*, Vmbertus Locatus, *in iudiciali inquiſit. verb. hæreticus, num.* 7. *& in verb. tranſgrediens, num.* 1. Calderin. *in Rubrica de hæretic. conſ.* 2. *num.* 1. *in fine, verſ. ſecus ſi crederet*, Menoch. *dict. caſu* 546. *num.* 25. Decian. *crimin. dict. lib.* 5. *cap.* 17. *verſ.* 19. Diaz. *dict. cap.* 111. *num.* 2. *verſ. vide tamen*, Decian. *in tractat. crimin. lib.* 5. *capite* 71. *num.* 2. *hi tamen, & cap.* 73. *num.* 1. & confirmatur, *ex dictis ſupra in tit. de ſchiſmaticis de non obediente Papa, à quæſtione* 1. & aliis, Farinac. *dict. quæſt.* 83. §. 5. *num.* 56. cum Angelo Armilla, & aliis; qui, *num.* 55. refert Albertinum late docentem, *dict. titulo de hæretic. lib.* 6. *quæſt.* 13. *num.* 61. quis dicatur ex contemptu, vel ſuperbia non obedite præceptis Canonum, & prælatorum, & quando ſic credat non eſſe obediendum, & quid in dubio præſumatur. De pœnis, quibus iſte inobediens punitur, dicitur infra, *quæſt.* 4 vbi agimus de pœnis apoſtatæ à Religione.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem de paruitate materiæ in apoſtaſia reſpondent communiter DD. *ex cap.* 2. *ne clerici, vel Monachi lib* 6. quod excommunicatio illius textus, non incurritur ex dimiſſione habitus ad breue tempus. Sa *verb. excommunicatio num.* 9. Azor, *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 13. *quæſt.* 5. *caſu* 16. Toletus, *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 4. Sylueſter, *verb. excommunicatio* 9. *caſu* 24. *num.* 53. *notab.* 3. Videndus Diana, *p.* 5. *tractat.* 5. *reſol.* 61. alia addens ipſe, *cap.* 9. *tractat.* 7. *reſol.* 5. *in verſ. ſed quæret an detur paruitas materiæ excuſans à dimiſſione habitus:* vbi refert ex proxime relatis, & Sanchez, *lib.* 6. *ſumma cap.* 8. *num.* 57. hanc eſſe communem ſententiam excuſari dimittentem habitum à peccato mortali, & à cenſura, ſi breui tempore duret ſcilicet; per horam, quia illa momentanea duratio præſtat ne cenſeatur illa depoſitio motalis dimiſſio, ſicut non præſumitur recedere, qui breui reuertitur.

7 Sed quia Caſtrus Palao, *tom.* 3. *tract.* 16. *diſput.* 4. *puncto* 6. *num.* 11. Id negat, quia eo ipſo quod habitum deponit animo occultandi ſtatum, & incedendi incognitus præſtans totum id quod, *in dict. cap.* 2. *vt periculoſa ne clerici vel vouentes*, exigitur ad cenſuram contrahendam, quia dimittis habitum tuæ Religionis, & expeditus redderis vagationi, &c. Tamen exiſtimo non eſſe recedendum à prima; cum animum non habuerit dimittens habitum occultandi ſtatum, niſi adeſſet cauſa periculi; vt *ſub cap.* 1. dixi, & *ſub hoc textu, quæſt.* 1. *&* 2. & cum eo Diana, *dict. p.* 9. & ſic cum Leandro Murcia, *cap.* 19. *ad cap.* 2. *Regulæ S. Franciſci*, §. 1. *num.* 2. ponentes vt non incurreret etiam, ſi per vnum diem ſine habitu incederet. † Item addit Dia- 8
na, vt quamuis Pater Lezana, *tom.* 1. *cap.* 13. *num.* 10. dixerit eum, qui habitum regularem mutat in habitum ſæcularem, ſi ſerio id faciat, & pro illo tempore ſæcularis appareat, etiam ſi tempus breue ſit probabiliter, vt peccet mortaliter, dicens, quia talis mutatio quantumuis pro breui illo tempore facta videtur materia grauis, & habet deformitatem religioſo ſtatui repugnantem, imo, & Texeda, *in Theologia morali lib* 1. *tom.* 1. *tractat.* 1. *controuerſ.* 6. *dubio* 1. cum Azor, & Sanchez dixit dimittentem habitum in monaſterio excommunicationem incurrere, quia cum textus, *in dict. cap. vt periculoſa*, abſolute loquatur abſolutè interpretandus eſt, & ſic vt quomodocunque dimittat, ſit excommunicatus.

Adhuc verò Diana reſpondendo concludit latè non per quamlibet habitus dimiſſionem illam incurri, ſed ſolum per temerariam dimiſſionem, eſſeque illum textum intelligendum iuxta hunc modum, & ſi abſolute loquatur cum leges, & conuincitur ex adductis, ſupra hic, *quæſt.* 1. *&* 2. alia ex Texeda adducens dicente dimiſſionem habitus per vnam horam animo ſtatim reaſſumendi non ſufficere ad excommunicationem illius textus incurrendam, & iuxta hanc diſtinctionem ſunt intelligendi relati à Diana, *ſub dict. parte quinta, tractat.* 5. *reſol.* 61. 9

Ad tertiam quæſtionis partem de dimittente habitum ad aliquam repræſentationem: Peyrinus: *de relig. ſub tom.* 1. *quæſt.* 1. *cap.* 26. *num* 1. qui poſtea, *in commentariis aſceticis ad reg. Minim. cap.* 3. §. 5. *quæſt.* 3. *num.* 3. ſe retractando, quia ſi Religioſus dimitteret habitum, ex cauſa rationabili vitandi periculum, de quo iam dixi, *ſub cap.* 1. ſeu etiam cauſa iocoſæ leuitatis ad ludum aliquem exercendum, 10

dum, ad piſcandum, vel ad ſcindenda ligna, vel ad fabricandum panem, vt exemplificat Trullus, ſeu vt exemplificat Syluester, *verb. habitus quæſt. 2. & verb. excommunicatio 9. num.* 53. in honeſta recreatione, vt ſi minimus habitum Dominicanum indueret, & ſic videri etiam excuſari à veniali, etiam Religioſos habitum Hiſtrionum induentes ad aliquam honeſtam repræſentationem faciendam ſemel in anno: quia non videtur, neque leuis dimiſſio, quæ ſit honeſtæ recreationis cauſa cum dictæ recreationes actus virtutis Eutropeliæ ſint: Syluester, *dict. verb. habitus num.* 3. Paſſarelus, *in notab. priuil. cap.*34. *verb. dimittentibus habitum.* Sed quod prædicti Religioſi ſaltem peccent venialiter dixit Pater Lezana, *in ſumm. quæſt. Reg. tom.* 1. *cap.*13. *nu.*5. dum dixit dimittere habitum religioſum etiam in monaſterio, & indui veſte fœminea propter ludum cartarum, vel aliquam comœdiam faciendam, vbi quamuis refetat, quod quidam dicunt eſſe peccatum mortale, tamen ſi fiat ob honeſtum recreationem Eutropeliam, vel alium honeſtam finem debitis circunſtantiis quantum eſt ex ſe, & ſua natura, non ſit peccatum ſaltem mortale licet ſemper ſit periculoſum propter infirmitatem, & corruptionem naturæ; videndi ſunt Baldel. *tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.*33. *num.*15. Pellyzarius, *tract. de monial. cap. num.*44. & 45. qui videntur docere præ-
11 dictos religioſos peccare venialiter. † Et alij exiſtimant religioſum non incurrere excommunicationem, *cap. vt periculoſa, ne clerici vel monachi*, etiam ſi habitum dimittat, vt eat ad lupanar ad fornicandum, vel vt ſecretè furetur ſtatim habitum reſumpturus, & ſi habitum alium ad ſe ſic occultandum eo breui ſpatio aſſumat, ſic plures quos ſequitur Sanchez, *in ſumm. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.*8. *num.*17. Sanctarel. cum aliis, *de apoſtaſia tractat.*1. *cap.*1. *num.*5.6. & 7. Diana, *p.* 5. *tractat.* 2. *de dub. Regul. alias cauſas dictas repetens reſ.*115. quidquid aſſerant contra hoc Portel. Hieronym. Rodriguez, Suarez, *de cenſ. diſput.* 23. *ſect.*4. *num.*31. Bannez. *in* 2. 2. *quæſt.*12. *art.* 2. *concluſ.* 2. & alij aſſerentes religioſum ob turpem cauſam deponentem habitum excommunicationem incurrere, tu tamen cogita, & forte primam ampliabis quando nullo modo viſus fuit ille religioſus in veſte
12 mutata, † ſaluant tamen Portel. ad dubia Regularia, *verb. habitus*, & Diana, *dict. reſ.* 115. *in fine*, religioſum qui iniuſtè grauatus, & notabiliter à ſuo prælato, & maius adhuc timens grauamen, nec habens aliud remedium fugit ad prælatum ſuperiorem longe diſtantem: ita vt in iſta fuga nullo modo peccet, nec venialiter, ſi in illa fuga, & longo itinere certo ſciat ſe fore detegendum, & comprehendendum ab inferiore iniuſte grauante, ſi portet habitum religionis propter cuſtodes putantes, poſſe tuto prædictum cum ſupradictis circunſtantiis habitum dimittere donec tuto accedat ad prælatum, ad quem appellat, quia portare habitum ordinis eſt præceptum humanum quod non obligat cum tanto periculo famæ carceris iniuſtique grauaminis ſperati certo moraliter, & ſic ſentio ex dictis de clericis, peregrinantibus ad ſuperiorem latè.

Ad tertiam quid de illo qui retento 13
interius habitu ſæcularem induit, vt ſic incognitius incedat, & de incedente in habitu clericali licet ſub eo Religionis habitum deſerat, vt ſit apoſtata probatur ex plene deductis, per Ioan. Ananiam, *in hac Rubrica num.*3. vbi pluribus hanc probat ſententiam contrarios referendo, ac eorum argumentis reſpondens, Franch. *in dict. cap. vt periculoſa ne clerici, vel monachi*, *lib.* 6. poſt alios antiquiores: Probus ad Menochium, *à num.* 8. latè probans Decian. *in tractat. crimin. lib.*5. *cap.* 73. *num.*3. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 112. *à num.* 2. vbi aliis relatis teſtatur de communi Cardinalis Tuſchus, *practic. concluſ. litt. M*, *concluſ.*329. *numero* 2. Menoch. *de arbitr. dict. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 546. *numero* 35. Dominic. Bannez. *in comm. ad D. Thom.* 2.2. *quæſt.*12. *art.* 1. *verſ. ſit vltima concluſio*, vbi reprobat contrarium tenentem. Panormitan. *in cap. de iis qui de vita, & honeſt. clericor.* illius argumento reſpondens Gregor. de Valent. ibi, Deum, *verſ. alterum eſt*, vt pariter dixit ad effatum incurrendi excommunicationem paria eſſe dimittere habitum clericalem, vel illum occultare ſuper induendo alium vt nequeat cognoſci tanquam Religioſus talis ordinis, & reprobat eundem Panormitanum, idem affirmauit Alexand. Peſant. *in D. Thom. diſput.* 2. *verſ. fin.* Azor, *inſtit. moral. dict. parte* 1. *lib.*12. *cap.*13. *quæſt.*16. *verſiculo is igitur in fine*, & *capite* 17. *quæſt.*10.

Et ſic quod in propoſito noſtræ quæ-
ſtionis 14

ſtionis incidat in pœnas, qui habitum ſæcularem induit tetento habitu Religionis, vt ſic incognitus incedat, quia illa occultatio licet non ſit naturalis habitus dimiſſio eſt vera, & formalis; ſiquidem ea facta tollitur ab habitu eſſe ſignum cognoſcitiuum Religioſi ſtatus, ad quem ſignificandum ille habitus materialis aſſumitur aliàs tetento interius habitu, illoque occulto ſi poſſet dimittens excommunicationem impoſitam dimittentibus habitum fugere facile legem prohibentem dimiſſionem eluderet: ita docent Sanchez, *in ſumma tom. 2. libro ſexto, cap.* 8. *num.* 63. & alij.

15 Sed quia contrariam ſententiam docuit Panormit. citatus, *in dict. cap. Deus*, cum aliis, & ſumma Roſſella, *in verb. apoſtaſia, numero octauo*, voluerit quod Monachus, & Religioſus portans habitum celatum, non ſit excommunicatus, & Pater Suarez, *de religione tom.* 4. *tractatu* 8. *lib.* 1. *capite quinto, numero* 12. *& de cenſur. diſput.* 13. *ſect.* 4. *numero* 33. *&* 34. Saytus, *de cenſuris, lib.*6. *cap.*33. *numero nono & decimo*, cum aliis negatiuæ ſententiæ adhæreant, quia non quælibet occaſio vagandi prohibetur, *in dict. cap. vt periculoſa* 2. *ne clerici, vel monachi lib* 6. ſed, quæ ſit per dimiſſionem Religioſi habitus nec occultans habitum illum dimittit, ſed potius retinet occultum tamen, nec verum eſſe ex ea occultatione finem legis elidi, & ex aliis tamen potius eſt primam ſententiam veriorem eſſe, & probabiliorem, & ſi probabilis dicatur contraria, & ſic Diana non excuſat ſic habitum celantem à peccato mortali graui, & ſi illum excommunicatum non dicat; *dict. parte nona, tractatu* 9. *dict. reſ.* 5. *in verſ. quæro ſecundo*, quos ego admitterem cum Henric. Boic. *in cap.* 1. *hoc titulo numero ſexto, ante finem, verſiculo item ſcias*, Anania, *in noſtra Rubrica numero tertio, poſt medium*, Maſcard. *dict. lib.* 1. *concluſ.* 112. *num.* 10. Farinac. *dict. quæſt.* 183. *§.* 6. *ſub numero* 65. *verſiculo ſic* in abſcondente ſcapulare cum veſtibus ſub manica, vel alio modo vt non ſit apoſtata, & ſi idem Maſcard. ex Paulo de Lazari, Briciens. & Franchis dicat, quod Religioſus deferens habitum ſeparatum à capucio, dicatur apoſtata, quia tunc iſte non occultatur quin poſſit cognoſci, quod ſit Religioſus, & ſi ſcapularium occultet, aut capucium.

16 Verum in monacho clauſtrali, qui adhuc eſt excommunicatus, quamuis deferat habitum Religionis ſub habitu clericali coopertum iuxta gloſſam, *in clement.* 1. *in verb. extrinſecus, de vita, & honeſtate clericor.* tenent Ioan. Andr. *in cap. fin. de re iudic. lib.* 6. Ioann. de Anania, *in textu noſtro numero quarto*, vbi ſecus dicit quando monachus clauſtralis eſſet tranſlatus ad aliquam Eccleſiam Parrochialem clericorum ſecularium quia tunc extrinſecum habitum regularem poteſt mutare licet non ex toto admittere, & quod propterea non incurret excommunicationem, ſequitur Farinac. *dict. §.*6. *num.* 67.

17 Ad vltimam quæſtionis partem, an hodie virtute priuilegiorum poſſint regulares expellere religioſos propter delictum graue ſemel perpetratum non obſtante decreto Vrbani VIII. de eiectis, & fugitiuis, & affirmatiuam docent ſententiam Azor, *inſtitut. moral. parte prima, lib.* 12. *capite decimo ſexto, quæſtione tertia*, Sanchez, *lib.* 6. *in decalogo capite* 9. *numero quinto*, Suarez, *tractatu* 8. *de Relig. lib.*3. *capite quarto, à numero* 11. Ferdinand. de Caſtro Palao, *tractatu* 16. *diſput.* 4. *puncto* 19. *numero* 7. Rodriguez, *in quæſtionib. regular. quæſt.* 30. *articulo quinto*, Peirin. *in ſubdito religioſo quæſtione* 1. *cap.* 15. *concluſ.* 3. Mirand. *tom.* 1. *Manual. Prælat. quæſtione* 52. *art.* 2. *concluſ.* 2. primo quia cum hæc pœna inſtituta ſit in bonum commune eiuſmodi aliquando poteſt eſſe delictum admiſſum, vt famæ Religionis aliter prouideri nequeat, & ſcandalo, atque offenſioni externorum ſatisfieri, quam rei eiectione; ſecundo quia ea ſunt aliquando delicta, quæ ſe contrahunt non modo infamiam, vbi innoteſcunt & ſenſim alios inficiunt, ſed etiam præbent iuſtam ſuſpicionem iterationis, ita vt vix poſſit credere Religio ſe eſſe extra periculum, aut vti miniſterio Religioſi, quem nouit etiam ſemel tantum in illud peccatum lapſum fuiſſe; maxime ſi illius variæ, & frequentes occaſiones in tali vitæ genere ſæpius occurrant. Tertio quia nonnunquam Regulæ ipſæ religionum diffiniunt certa peccata, quibus eiectionem infligunt; quo caſu Superior debet ſequi iudicium, imo, & imperium Regulæ non tantum in foro externo, ſed etiam interno; cum & ſapienter ſtatuerit regula, & Pontifex, qui illam confirmauit. Et ita iudicarit, voluerit

volueritque expulſionem eſſe condignam pœoam talis delicti; vt *quæſtione ſequenti*, de Ieſuitis dicetur, & *infra*, hic, & de aliis teligionibus quibus Pontifices indulſere, vt pro grauiſſimis delictis, ſemel tantum patratis, & vbi iudicarent expedite religioſos expellerent, vt Leo X. conceſſit Minoritis, & alij aliis, vt referunt Rodriguez & Peyrio. *ſuprà*, & vltimo quia plurima peccata exilio, morte, excommunicatione, & depoſitione puniuntur, etiam tantum ſemel admiſſa vti in toto iure canonico, & ciuili patet, ergo non eſt cur prohibeatur familia plecti eiectione, quamuis nulla aut correctio, aut monitio præceſſerit, ad dicta de enormibus delictis, *ſub capite quarto*, *§. de adulteriis, & ſub cap.cum non ab homine* 10. *de iudiciis, & alibi.*

18 Et quamuis Tamburin. *tomo* 3. *de iure abbat. diſput.*8. *quæſt.* 7. *num.* 7. Bonacina, *quæſt.*2. *de clauſura puncto* 12. §. 1. *num.*8. obiiciaot decretum ſacræ Congregat. regular. approbante Vrbano VIII. quod prohibet quemquam niſi propter incorrigibilitatem à religione expelli; nec incorrigibilem cenſeri vult, niſi vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in carceribus, derogando etiam omnibus priuilegiis & priuatis conſtitutiooibus ſublatis inquit, in hac parte ſtatutis, & conſtitutionibus cuiuſcumque Religionis, & ordinis à ſede Apoſtolica approbatis, & quod ſic non liceat niſi impœnitentem, & obduratum, atque formaliter incorrigibilem expellere.

19 Ego tamen, & ſi ſententia Sanchez, de iure ſit vera, ac nihilominus Ioſeph Gibalinus, *in ſuis diſquiſitionib. Canonicis de clauſura regular. & in diſput.* 2. *cap.*4. §.13. *num.* 67. reſpondeat d. decreta Congreg. non habere vim vllam, niſi eodem modo promulgentur, quo ipſæ conſtitutiones Pontificiæ, ad dicta per nos, *ſub Rubrica de conſtit.* dicendo prædictum decretum non nominare priuilegia aliarum religionum quæ illo derogarentur circa hunc caſum, & ex aliis per eum, quæ ad litteram refert Diana, *parte* 9. *tractatu* 9. *Miſcell. reſol.* 57. ipſe ego cum dicto Diana, Pelizario, *in man. regul. titulo* 2. *tract.*8. *cap.*8. *ſect.*2. *num.*42. Lezana, *in ſumma tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 4. exiſtimarem decretum Vrbani eſſe obſeruandum ſic, vt niſi data incorrigibilitate non ſit locus eiectioois religioſi criminoſi, per ea quæ dixi, *ſub dict. §. de adulteriis, & dict. cap.*10. *& cap. nouit. de iudiciis à quæſt.* 17. vbi quod prius eſt delinquens monendus, & corrigendus, quam puniatur, puta etiam in relapſis, fore contrarium contra ſtylum Curiæ Romanæ, & contra Praxim omnium Religionum, in quibus ſuperiores in expellendis ſubditis tanquam incorrigibiles non vtuntur amplius priuilegiis, ſed ad vnguem obſeruant dictum decretum Vrbani VIII. appoſitum in Bullario, *tom.* 4. & editum 25. Septemb. 1624. cum clauſulis annullantibus multum claris.

De Ieſuitis autem video Pelizarium, 20
vbi proxime ſic loquentem, ſi loquamur de eiectione Religioſorum Societatis Ieſu facienda ob incorrigibilitatem, tunc vtique facienda eſſet iuxta tenorem præfati decreti, quippe quod ampliſſima forma derogauit omnibus priuilegiis in contrarium conceſſis, & conſequenter etiam indultis hac de re factis in fauorem Societatis, ſic etiam in tali caſu etiam in Societate Ieſu locum habet decretum illud ſacræ Congregationis ſicut cenſuerunt viri docti Societatis à me conſulti, *ita ille*, cui additur Magiſter Lezana, *numero præced.* ſed Diana, *dict. reſol. quinquageſima ſeptima in fine*, cum eodem Pellizario, *dict. ſect. ſecundo*, *numero* 41. notat quod non obſtante dicto decreto Vrbani VIII. Generales Societatis Ieſu hodie poſſunt expellere ſubditos ſuos ex aliis titulis quam incorrigibilitatis, nam decretum loquitur tantum de eiectione propter incorrigibilitatem, quod tollit quoad hoc regularium priuilegia, non autem ſi extarent priuilegia, quæ ex alio titulo aliqua religio poſſet expellere ſubditos, vt habet d. Religio Societatis ſpecialiter dictæ Societati conceſſa, quorum virtute, vt praxis demonſtrat quotidiana, Generales Societatis Ieſu, non obſtante dicto decreto expellunt ſuos ſubditos ex aliis cauſis, quam incorrigibilitatis, & ſic Diana capiens Pelizarium, de his, quæ dixit, *num.* 3. concludit, *ex dictis*, patere reſponſum ad argumenta Gibalini iam relati.

Qv.

QVÆSTIO IV.

An moniales exeuntes è ſuo Monaſterio ſine licentia Prælati dicantur apoſtatæ, & cogendæ ſint ad redeundum ad Monaſterium, & an dimittentes habitum Patres Societatis Ieſu incidant in pœnas capitis ſecundi, vt periculoſa ne clerici, vel non. Et an eiecti à Religione, vel dimiſſi à ſuperioribus ex Societatis Ieſu reincidant in irregularitatem ex defectu natalium, ita vt non poſſent exercere ordines receptos, nec ad alios promoueri, quid de nouitiis cuiuſque Religionis, an Epiſcopus Regularis omittens habitum, & aſſumendo illam albam, & candidam veſtem, quæ ab Epiſcopis exterius defertur incurrat excommunicationem dicti capitis vt periculoſa. Quid de marito, qui vxore viuente ſine eius conſenſu ordinem ſuſcepit. Et quid de Religioſis accedentibus ad quæcunque ſtudia, non obtenta licentia Prælati. Item & de pœnis apoſtatarum à Religione, clericatu, ſeu obedientia. Vbi de diſpenſatione.

SVMMARIVM.

1 *Moniales exeuntes à Monaſterio dicenda ſunt apoſtata, compellendaque ſunt ad redeundum; fallit in Tertiariis S. Franciſci, & S. Dominici num. 2.*

3 *Ieſuitæ vtuntur habitu accommodato Patriæ vbi viuunt.*

4 *Ieſuita ſi ſine habitu alium aſſumendo exeant à Religione puniuntur, ac cæteri Religioſi dimittentes habitum aliarum religionum ex veriori opinione.*

5 *Eiecti à Societate Ieſu liberi manent ab omni voto, non ſic eiecti ab aliis Religionibus num. 7.*

6 *Ieſuita eiecti poſſunt miniſtrare in ordinibus ſuſceptis in Religione, ad alios poſſunt promoueri ſine diſpenſatione iuxta communem, & ſi alij contra, & ſub num. 9.*

7 *Eiecti à Religione qualiter tenentur, vel non ad præcepta, & ieiunia in Regula, & non ſi diſpenſentur tenentur redire ad religionem, num. 8.*

9 *Eiecti à Religione poſſunt ad ordines promoueri, cum quibus debet diſpenſare Prælatus ante expulſionem, vel Epiſcopus, &c.*

10 *Religioſi illegitimi poſt iactam nullitatis profeſſionis ſententiam poſſunt ſine diſpenſatione in ſuſceptis miniſtrare.*

11 *Nouitius è Religione egrediens redditur vt ſæcularis.*

12 *Nouitium capiens è monaſterio, capite punitur, ſed in praxi non vidi.*

13 *Regulares facti Epiſcopi non eo quod mutent habitum in veſtem candidam excommunicationem incurrunt,* capit. vt periculoſa, nec clerici, vel monachi, lib. 6. quare, num. 14.

15 *Maritus, qui ordinatur, antequam eius vxor ingreſſa religionem, & profeſſa, nec valet miniſtrare in ſuſceptis ordinibus, nec ad alios aſcendere: imo punitur aliis inquam pœnis.*

16 *Græci catholici habentes vnicam vxorem tolerantur ab Eccleſia vt ad ſacros ordines promoueantur.*

17 *Religioſus accedens ad qualibet ſtudia litterarum ſine iuſſu, & licentia ſuperioris incurrit excommunicationem,* capit. vt periculoſa ne clerici vel monachi; ſi ſtudia ſint extra ſua clauſtra, vt n. 18. vbi fallit.

18 *Religioſus ad ſtudia exiens ſine licentia prælati, quando ea dependet à prouinciali, vel generali immediatè liberatur à pœna,* dict. cap. vt periculoſa ne clerici, vel monachi.

19 *Magiſtri ſcholarum docentes religioſos exeuntes à monaſterio ſine licentia prælati habitu dimiſſo verius eſt, vt non incurrant cenſuram,* cap. vt periculoſa, ne clerici, vel monachi, & n. 20.

20 *Magiſtri, & Doctoris nomen qualiter differat, quando dicantur retinere religioſos audientes, vt pœnam ex hoc incurrant.*

21 *Habitum religioſi mutantes excommunicantur*

cantur ipſo iure, clerici autem veniunt excommunicandi, ſed quo modo n. 22.

23 *Apoſtata Religionis bonis priuantur ſine ſpe reſtitutionis, & quod acquirantur monaſterio, ſiue acquiſita ante ingreſſum, vel poſt num. 24. & quod ſint infames ibi.*

25 *Apoſtata inobedientia ſunt infames, repelluntur ab accuſando, & ferendo teſtimonio, excommunicantur, & præcedente monitione deponuntur, & pertinaces curia ſæculari traduntur, ſed non incurrunt excommunicationem Bulla in Cœna Domini.*

26 *Ordinatus in apoſtaſia vt ad alios ordines promoueri valeat tutius eſt, vt diſpenſetur à Papa ſpecifice. aliter ſi iam poſt pœnitentiam ſuo Abbati reconciliatus ſit, num. 27.*

1 AD primam quæſtionis partem ſuppoſitis, quæ de clauſura monialium latè ſummiſtæ ſcribunt in titulo de Religione, & *in verb. clauſura*, & Canoniſtæ, *ſub tit. de Regularibus, & alibi*, de qua ſunt ſtrictiſſimæ Bullæ Pontificiæ alibi adducendæ, nunc ad propoſitum reſolutiuè dicendum eſt tales dici apoſtatas compellendosque fore ad redeundum in monaſterium per dicta, *ſub cap. 3. 4. & 5. hic*, & probant Canoniſtæ, per textum, *in cap. peruenit ad nos 27. qu. 1. & cap. ſi cuſtos d. cauſa, & qu* per quæ, & alia iura ita docent Decian. *in tr. crim. lib. 5. cap. 37. nu. 16. & 17.* Menoch *de arbitr. lib. 1. cent. 6. caſu 546. n. 46.*

2 Sed quod hæc reſolutio locum non habeat in monialibus tertij ordinis S. Franciſci, aut S. Dominici, quæ cum non emittant votum ſolemne, ſed ſimplex licet peccent mortaliter exeundo à Religione, quam vouerunt, at non per hoc eas apoſtatas dici declarant. Farin. *de hæreſi, q. 183. §. 6. num. 68.* cum Bannez, ad D. Thom. *2. 2. qu. 12. art. 1 in verſ. pro deciſione.*

3 Ad ſecundam partem quæſtionis an dimittentes habitum patres Societatis Ieſu incidant in pœnas, *cap. 2. vt periculoſa*, nec clerici, vel mon. *lib. 6.* in qua difficultate negant Pellizarius, *in man. Regular. tom. 1. tract. 5. cap. 7. ſect. 1. num. 8.* quia cum ille textus, loquatur de profeſſis dimittentibus habitum ſuæ Religionis, quaſi ſupponens religionem illam habere peculiarem habitum, per quem à reliquis diſcernatur, & Societas Ieſu non habeat proprium habitum, ſed vtatur habitu communi accommodato vſui patriæ in qua exiſtit, vt conſtat ex eius conſtitutionibus, *p. 6. cap. 2. §. 15.* & ex aliis, vt refert ad literam Diana, *p. 9. tract. 7. reſ. 5. in verſ. verum videnda*, qui *in verſ. ſed mihi*, † ſequitur ex Caſtro Palao, *tom. 3. tr. 16. diſp. 4. puncto 6. num. 2.* exiſtimante, *ſub dict. cap.* comprehendi Religioſos Societatis Ieſu, quia iſti non habeant habitum vnicum, & ſpeciale, quo in omni loco, vti debeant, tenentur tamen vti habitu honeſto clericorum illius Regionis, quem ſi dimittant, & ſæculari induantur habito, proprium habitum ſuæ religionis dimittendo, diuagatores dicentur obnoxij pœnis, *dict. cap. ſicut*, & cæteri religioſi eo quod illa mutatione præſtant vagandi materiam ſatis aptam, & quod licet textus loquatur de profeſſis, id facit gratia frequentioris vſus, & quia eo tempore nullus erat religioſus diſtinctus à nouitiis qui tacite, vel expreſſe profeſſus non eſſet, & adiuuat Sanchez à Diana relatus, & Bonacina, *de clauſura parte ſecunda, numero vigeſimo quarto*, ex eo quod Religioſi Societatis Ieſu ſicut ratione ſtatus religioſi gaudent priuilegiis regularium, ſic debent ſubiacere oneribus eorundem; quaſi vero non poſſit, quis frui commodis alicuius communitatis, ſi non ſentit onera illius præter quam quod Religioſi Societatis Ieſu ſubſunt multis oneribus ſtatus Religionis obſeruantiæ ſuæ Regulæ, &c. 4

Ad tertiam quæſtionis partem, ponendo differentiam, quam communiter adducunt ſcribentes inter dimiſſos è Societate Ieſu, & inter eiectos ab aliis Religionibus, quia illi manent omnino liberi, & ſoluti à vinculo monachatus, & votis Religionis, eiecti vero ab aliis Religionibus quamuis per delicta expellantur ab ordine; non tamen inde deſinunt eſſe Religioſi, cum teneantur ad vota eo modo, quo docent DD. quos citat, & ſequitur Sanctarel. *de apoſtaſia cap. 7. dubio 1. & 2. numero 1.* vt patet, *ex conſtit. Gregor. XIII.* quare docent alij mirum non eſſe, ſi iſti poſſint gaudere poſt eiectionem aliquibus priuilegiis religioni conceſſis, religioſi Societatis Ieſu minime. 5

Quare aliis omiſſis cum videant Sanchez, *in ſumm. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 14.* aſſerere dictos Religioſos Societatis dimiſſos poſſe in ordinibus ſuſceptis in religione miniſtrare, & ad alios nondum promotos promoueri multis rationibus comprobantem, & contra illum 6

in

inſurgentem Hieronymum Rodriguez *in compend. quaſt. regul. reſolut.* 76. reſpondentem ad argumenta Sanchez, videtur dicendum cum Villalobos *tom.* 1. *tract.*13. *diff.* 60. *num.* 6. Peyrin. *de religioſ. Pralat. tom.*2. *quaſt.* 2. *cap.* 5. §. 9. *n.*199. *in fine*; vt opinio Sanchez locum habeat quoad eiectos aliarum religionum, ſed quoad dimiſſos Religioſos Societatis Ieſu, non ſic poſſe ad ordines promoueri poſt egreſſionem, ſic Turrianus eiuſdem Societatis *de cenſuris lib.* 9. vbi requirit diſpenſationem ibi *num diſput.*70. *dub.*2. *ex d.conſtit. Gregor.* incipit *aſcendente Domino*, loquendo de vero Religioſo Societatis Ieſu, qui talis dicitur poſt biennium iam emiſſis tribus votis quæ in ea religione ſolent, tamen vt contraria ſententia ſit probabilis ex Barboſa *de iure Pontificio lib.*1. *c.*42. *num.*192. cum Suarez, & Sanctarello probabilem vocat Diana legendus *p* 4. *reſ.*66. *tract.* 2. *in verſ. verum*, quatenus aſſerat eiectos à Societare Ieſu non reincidere in priſtinam irregularitatem ex defectu natalium, concludit tamen vt ſit probabilior Turriani ſententia, ſed ipſe Diana *in verſ. notandum*, refert poſt eius ſcripta ibi rediiſſe declarationem Sacr. Congreg. Cardin. ſub die 25. Septemb. anno 1624. qua declarauit eiectos à religione, & extra illam degentes eſſe perpetuo ſuſpenſos ab exercitio ordinum ſublata ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem moderandi, ac relaxandi.

7 Notabis verò generaliter circa eiectos à religione addendo *ad d. quaſt.* 1. *verſ. ad tertiam, & ſub quaſt.* 3. quod eiecti à religione non tenentur ad præcepta, & ieiunia in regula religionis de quo eiecti ſunt ſub præcepto contenta: Franc. Suarez *in Enchirid. caſ. conſc. lib.* 3. §. *de voto obedientia:* Sanchez *in ſumma tom.* 2. *lib.*6. *cap.*9. *num.*53. Diana *p.* 3. *tractat.* 2. *de dub. regul reſ.* 11. 6. *verſ. item contra*, quia eiectus per ſententiam fuit ſolutus, ſed quia contra tenent Fr. Eman. Rodrig. *tom.* 1. *quaſt. regul.*30. *artic.*19. Hieronym. Rodrig. *in compend. qq. regul. reſ.* 57. *num* 6. videtur probabiliter vt ſint obligati ne fortè ex malitia curando per delicta, & incorrigibilitatem, eiectionem exiſtiment ſe liberare ab obedientia dictorum præceptorum, & ieiuniorum.

8 Et addunt Federicus de Senis *conſ.*38. & alios, quos citat Sanchez teneri eiectum, ſi deſperatur vt recipiatur in ſua religione. à qua eiectus eſt, aliam intrare; Tamen Sanchez cum multis *ſupra num.*34. docet vt non teneatur, quando admiſſio in ſuam religionem poſt debitam correctionem deſperatur: ſic Diana *d. reſ.* 116. *verſ. notandum*, addens quod aliqui probabiliter aſſerunt religioſum eiectum non teneri redire ad ipſammet religionem, de qua eiectus eſt.

9 Quod vltimum non elidiτur ex eo quod eiecti ab ordine ſi ſint ſubdiaconi, aut aliquo ordine inſigniti, niſi aliud obſtet poſſunt ad alios ordines promoueri: vt ex Nauarr. *conſ.* 3. *ſub titulo de regularibus*, Fr.Eman. Rodrig. *quaſt. reg. tom.*1. *quaſt.*30. *art.*4. Miranda cum illis *in man. pral. q.* 25. *art.*7. Barboſa hic *num.* 4. quia iſte eſt caſus de clerico ſæculari, & quamuis Diana *p.* 3. *tract.* 2. *de regular. dubiis reſ.* 116. *in fine*, cum Hieronym. Rodrig. *qu. reg. reſ.*57. *numero* 6. loquendo de religioſis dicat poſſe dictos eiectos ad ordines promoueri, & quod cum illis debent diſpenſare Prælati ante expulſionem per priuilegia ordinis, vel Epiſcopus, ſi in illas irregularitates diſpenſare poſſit, debebit iam interpretari iuxta relatam declarationem ſacr. Congreg. adductam *num proximo in fine*.

10 Ex quibus reſultat reſolutio alterius dubij quid dicendum ſit de religioſo illegitimo poſt annullatam profeſſionem, poſſitne poſt latam ſententiam in ſæculum rediens exercere ſuſceptos ordines, & ad alios promoueri, in quo affirmat Peyrinus *de relig. Pralat. tom.* 2. *quaſt.* 2. *cap.*5. §. 9. *num.*149. citatus Sanchez, ſed quia ipſe de hoc caſu in illo loco non loquitur, ſed tantum de illis, qui valide profeſſionem emiſerunt, vt qui dimittuntur è Societate, & qui expelluntur propter crimina è religione; ideo Diana *d. p.* 4. *tract.* 2. *reſ.* 66. *verſ. ſed quid dicendum*, Riccius *in praxi tom.* 2. *reſ.* 311. per totam: Barboſa *in col. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 17. *cap.*1. *num.*9. contrariam ſententiam tenendam eſſe putarunt ex ea ratione; nam vt patet ex communi ſenſu Doctorum irregularitas ex defectu natalium tollitur per profeſſionem, iuxta quæ dixi *ſub cap.* 1. *& titulo de filiis Presbyt.* verum in caſu iſto non fuit vera profeſſio, ſed nulla, ſic quod per illam irregularitas tolli non potuerit illa: Riccius alias rationes addit.

11 Ad illud de nouitiis ne longe agamus applicatis, quæ de eorum priuilegio adduxi *ſub cap.*2. *de foro compet.* dum durant in eo ſtatu nouitiatus: reſpondeo hue vſque etiam à Rubrica *& à cap.* 1. dicta

de religioſis habitum dimittentibus non procedere in nouitio, qui egreditur à religione antequam profeſſionem emiſerit, cum iſte egrediens fiat vt ſæcularis, & magis quam ordinatus in minoribus vxorem ducens, aut habitum deponens priuilegiaque renuncians: Syluester *in ſumma verb. apoſtata num.*9. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *cent.*6. *d. caſu* 546. *n.*45. Farin. *d. qu.*183. *de hæreſi* §.6. *num.*84. qui *n.*85. cum Baldo, & Anania *in d. cap.*1. *hoc tit. num.*5. *ad finem,*
12 & Decian. *lib.*5. *crim. cap.*74. *num.*3. † ait verum eſſe quod capiens nouitium ex monaſterio capite punitur, quod in praxi nunquam audiui.

13 Ad quartam quæſtionis partem an Epiſcopus regularis omittens habitum, & aſſumendo illam albam, & candidam veſtem, quæ ab Epiſcopis exterius defertur incurrat excommunicationem *d. c. vt periculoſa ne clerici, vel Monachi,* & affirmant Cardinalis *in Clem.*1 *in princ. num.*9. *qu.*6. *de ſtatu Monach.*1. ibi Imola *n.*17. Maiol. *de irregul. lib.*2. *cap.*1. *n.*13. Tuſchus *inſtit. moral. lib.*3. *tit.*1. *num.*157. Riminald. *con.*6. *n.*7. *volum.*1. Sur. *de aliment. tit.*8. *priuileg.* 79. *num.* 10. Parian. *conſ.*132. *num.*42. *volum.*1. & videtur ſentire Henriq. *in ſumma lib.*10. *c.*35. *in fine,*
14 dum ait hunc apoſtatam eſſe. † Tamen quia textus ille loquitur de religioſo ſub Abbatis obedientia manente, eiuſque regulis aſtricto, quæ in Epiſcopo facto Monacho non eſt, ſic eo quod liberatur à ſubiectione Prælati textus *in cap.*10. *de voto, & voti redemptione*, vbi DD. ideo eueniat vt qui propter Epiſcopalem dignitatem habitum in veſtem albam mutarent non incurrerent excommunicationem illius textus, quæ tantum lata eſt contra Monachos profeſſos mutantes, aut dimittentes habitum, deinde quia in Epiſcopo non datur illa vagandi materia quam pro ratione conſiderauit Pontifex in Monacho, ſi quidem Epiſcopus non eo quod mutet habitum præſumitur id facere ad vagandum, vel ſe occultandum ne à Prælato religionis puniretur: non enim eſt iam regulæ ſuæ religionis obedientia: Ita tenent Boniſac. *in d. Clem.*1. §. Rurſus *n.*33. *&* 34. ſequitur Barboſa *in d. c. vt periculoſa n.*3. *&* 4. Bonacina *de cenſ. extra Bullam diſp.*2. *q.*2. *punct.*8 3. *q.*8. *puncto* 6. Azor *lib.*5. *inſtit. moral. lib.*12. *cap.*1. *qu.*4. Sanchez *in praecepta decalogi tom.*1. *lib.*6. *cap.*8. *num.*23. Tapia *in auth. ingreſſi verb. ſua cap.*6. *num.*61. *Cod. de ſacris Eccleſiis*, Sanctarel. *de apoſtaſia cap.*1. *num.*15. Couar. *in cap.*1. *numero* 18. *de teſtam.* Fr. Eman. *in qq. Regular. quæſtione* 58. *articul.*3. & alij communiter dicentes ſic colligi ex iure optimo.

Ad quintam quæſtionis partem quid 15
de marito, qui vxore viuente, ſine eius conſenſu, & antequam illa monaſterium ingreſſa ibi profeſſionem emiſerit ipſe ordinetur in ſacris, & poſitis, quæ *ſub cap.* dicta ſunt de Monacho, ſiue clerico vxorem ducentibus *ſub qu.*1. nunc licet talis ex quadam conſtit. Ioan. XXII. alia pœna non plectatur, niſi quod matrimonio ſoluto, (licet quoad thorum & cohabitationem) in ſuſcepto miniſtrare nequeat, nec etiam ad ſuperiores ordines promoueri, nec ad aliquod beneficium, vel officium Eccleſiaſticum promoueri, quia tamen prædicta conſtitutio non prohibet quod talis alia maiori pœna poſſit puniri, ſicut puniuntur, qui poſt ſacros ordines vxorem ducunt, de quibus *ſub cap.*1. *hoc tit.* ita videatur puniendus, cum non referat an matrimonium antecedat, vel ſubſequatur quandoquidem vtroque caſu ex ſacramento matrimonij, & ſacrorum ordinum, & clericorum cælibatui pateat iniuria: Simanch. *de Cathol. inſtit. tit.*40 *Rubrica de Matrimonio n.*14. vbi etiam ponit pœnam quam ipſi incurrenti caſu impoſuit, ſuſpenſionis ſcilicet ab officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, & vltra publicam pœnitentiam pecuniariæ mulctæ, & in monaſterium detruſionis ad tempus: Ita Farinac. *d. qu.*163. §. *nu.*74. † Vbi
ait quod tolerantur ab Eccleſia Græci 16
Catholici habentes vnicam vxorem virginem, quoad ſacros ordines promoueri poſſint, abſque aliqua pœna, ſeu impedimento, quod intelliges iuxta, quæ dixi de his Græcis *ſub tit. de temporibus ordination.* & poſſemus etiam dicere quoad pœnam ex præſumpta hæreſi poſita *ſub d. c.*1. de ordinato in ſacris poſtea vxorem ducente ſi conſideretur ſtatus differentia, & quod facilius poteſt contingere caſus honeſtatio de quo hic, quam ibi relati.

Ad ſextam quæſtionis partem videtur 17
dicendum quod vt apoſtata habeatur, & excommunicationis pœnam incurrat, de qua *in d. c. vt periculoſa ne clerici, vel Monachi lib.*6. ipſo iure religioſus profeſſus tacitè, vel expreſsè, qui ad quæuis ſtudia literarum ſine ſui Prælati licentia extra monaſterium vagando accedit. Ita DD. ibi, & gloſſa, *& ex cap. non magnopere, & cap. ſuper ſpecula eo tit. in noſtris decretalibus:* Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*73. *num.*3. Menoch. *de arbitr. d. lib.*2. *cent.*6. *caſu* 546. *num.*35.

*num.*35. Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 13. *quaſt.* 16. *verſ. de altera excommunicatione:* Farinac. *d. quaſt.* 183. *de hæreſi* §. 6. *num.*69. quæ aſſertio eſt intelligenda, vt infra dicitur.

18 Igitur debet intelligi de ſtudiis quæ extra ſuæ religionis clauſtra ſunt, nam vbi intra non exigitur licentia, niſi proprij Superioris inconſulto conuentu, Azor ſup. Suarez *tom.*5. *diſp.*31. *ſect.*4. *n.*21. Sanctarel. *de apoſtaſia cap.*2. *n.*2. Bonacina *de cenſur. extra Bull. diſp.*2. *qu.*8. *puncto* 8. *n.*6 Sanchez *in præcepta decalogi lib.*6. *cap.*8. *num.*75. qui *num.*77. ait deciſionem *d. cap. vt periculoſa,* non procedere in his religionibus, in quibus licentia proficiſcendi ad habitandum extra clauſtra non pendet ab immediato conuentus Prælato, ſed à ſola Prouincialis, vel Generalis facultate, nam tunc adiens ſtudia ex ſola huius Superioris facultate inconſulto conuentu non incurret: Barboſa ibi *num.*11. qui *n.*10. ex Archidiacono *nu.*2. Anchar. 1. Ioan. Andr. ſtatim *in princ.* Dominico *n.*7. Franco *in princ. num.*3. Nauarro *in man. cap.*27. *n.*133. Sanchez *ſup. d. cap.*8. *num.*75. *ex verſ. ad quænis ſtudia,* in eo textu intelligunt procedere ſic in ſtudiis etiam permiſſis.

19 Et quia textus pergit contra Magiſtros, & Doctores eos docentes ex eius contextura DD. docent relati *in princ.* & proximè, vt procedat pœna excommunicationis contra dictos magiſtros, & Doctores, qui tales religioſos profeſſos habitu ſuo dimiſſo leges, vel Phyſicam audientes ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præſumpſerint retinere, & licet Suarez *d ſect.*4.
20 *num.*41. † dicat non intelligi idem nomen Magiſtri, aut Doctores, ſed Magiſtri nomen ad officium docendi referri, Doctoris autem ad gradum, ſed idem importare in textu ibi vtrumque nomen, atque ita Doctores appellari Magiſtros docentes tenet Sanchez *d. cap.*8. *num.*98. Barboſa *in d. cap.*2. *num.*15. inferentes huiuſmodi DD. ſi hoc munere non fungantur minime incurrere illius textus cenſuram, quamuis Doctores gradu inſigniti ſint retinendo in ſcholis prædictos religioſos, Suarez tamen videtur quolibet modo illos incurrere dixiſſe *d. ſect.*4. *n.*40. *&* 41. qui & Sanchez *d. cap.*8. *n.*97. dicunt quod *retinere,* eſt concurrere poſitiuè ſiue rogando, ſiue conſulendo, ſiue defendendo ſua auctoritate, & fauore vel violentia aliqua, qui obſeruant non dici *retinere* quando adeſſet ſola negatio id, eſt non expellere niſi magiſter ille eſſet Rector vniuerſitatis cui ex officio incumberet expellere: alia congerit videnda Barboſa ibi *num.*16. 18. 19. 20. 21. 22. quæ ex dictis patent.

Ad vltimam quæſtionis partem de pœ- 21
nis, quas incurrit profeſſi habitum dimittens, & de pœna excommunicationis, & priuilegij clericalis amiſſione dictum ſit ſupra *ſub d. cap.*1. item de pœnis, quas incurrunt apoſtatæ à fide *in cap.*2. *hoc tit. & ſub noſtro capite,* aliquid iam nunc reſolutiuè dicendum eſt prædictos religioſos habitum mutantes modo dicto in relatis quæſtionibus excommunicatos eſſe ipſo iure, ſi tamen clerici ſæculares tantum excommunicandi per verba textus *in cap. d. vt periculoſa ne clerici, vel Monachi lib.*6. ibi, *ſi quis autem horum temerarius violator extiterit excommunicationis incurrat ſententiam ipſo iure.* Tamen de profeſſis vt iam ſupra
dictum eſt † aduertit Bartol. Vgolin. 22
de cenſur. Papæ reſeruatis p. 2. *in gloſſa, & à Chriſtiana fide apoſtatas* §. 1. *num.*4. *col.*2. apoſtatas quidem irregularitatis ſiue religioſi, ſiue clerici ſint non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quæ tantum loquitur de apoſtatis fidei non de aliis: Sequitur Farin. ad præfatam aſſertionem corroborandam plures ex antiquis, & eum aliis ſcilicet Armilla, Diaz, Maſcardo, Deciano *directorio inquiſ.* Oldrado, Menochio, & Tuſcho *pract. concl. lit. M, concl.*329. *n.*1. *&* 4. vbi propterea, quod ſi interim iſte Monachus, qui habitum dimittit celebraret irregularitatem incurreret, de qua iam hic diximus, & an & quando apoſtata religionis incurrat excommunicationem, de qua *in d cap. vt periculoſa,* & quæ requirantur ad hoc vt talis excommunicatio incurratur, videndi ſunt Dominic. Bañez *ad D. Thom.* 2. 2. *q.*11. *artic.*1. *verſ. dubitatur* 2. *& ſeqq.* Greg. de Valentia ibi *in verſ.* vbi tamen duo ſunt notanda.

Etiam quod tales apoſtatæ religionis 23
bonis priuentur ſine reſtitutione, & quod maneant in monaſterio à quo apoſtatauit, & textus de iure ciuili *in l. Deo nobis* §. *huius autem Cod. de Epiſcopis, & clericis in verſ. nam ſi quis eorum,* vbi gloſſa Bald. & alij Ioan. Anania *in Rubrica noſtra num.*2. vbi etiam ponit cui applicantur bona apoſtatæ delata poſt receſſum à religione de qua re eſt videndus Hoſtienſ. *in ſum. hoc tit.* §. *qualiter puniantur num.*4. *verſ. ſed etſi primum, & verſ. ſed qui adquirit Monachus fugitiuus,* vbi an acquiſita per apoſtatam tempore apoſtaſiæ ipſi vel monaſterio acquirantur, & quid ſi idem apoſtata aliud monaſte

monaſterium ingrediatur præſertim ſine
licentia Abbaris ad alia:Goffred.*in ſumma*
de apoſtatis num.9. & 10. & quia laiè de
bonis acquiſitis ante apoſtaſiam, aut poſt
eam num acquirantur monaſterio latè, &
benè aguni Syluester *in ſumma verb. apo-*
ſtaſia num.12. Decian. *crimin. lib.5. cap.73.*
24 *num.16. & n.17.* † vbi quod bona religio-
ſorum apoſtatarum acquiſita ante egreſ-
ſum religionis, & etiam poſt acquirun-
tur monaſterio, ex quo egreſſus eſt ſine
licentia Abbatis, etſi cum ea etiam bo-
na in religione acquiſita non poſtea lu-
crata, & de boc etiam ſcribant : Farinac.
d § 8. qu.183.de bareſi, Menochius *d. caſu*
546. nu.31. Azor *inſtit. moral. d.p.1. lib.12.*
cap.15. quaſt.16. & cap.15. quaſt.8.9. & 10.
& 12. ideo nihil amplius niſi forte con-
tingat eos religioſos apoſtatantes,qui ſunt
de religione nihil babere potentes Pon-
tifici acquirantur, de quo alia *ſub cap. in*
praſentia de probationibus ego latè, puniun-
tur iſti etiam infamia vt dictum eſt ſu-
pra, ſuntque ineligibiles, vt ibi dixi.

25 Et quod apoſtatæ inobedientiæ,de qua
dictum eſt *ſub quaſt.3.* bic, etiam pluribus
puniantur pœnis conſtat, eſt enim infa-
mis, repellitur ab accuſando, & ferendo
teſtimonio excommunicatur, & etiam
præcedente monitione ſi fuerit contumax
deponitur, etſi fuerit pertinax, & incor-
rigibilis curiæ ſæculari *cap. ſi quis à ſuo 3.*
quaſt.4. cap. ſi autem vobis 11. quaſt. 3. vbi
Canoniſtæ Innocent. Abbas, Boic. Ho-
ſtienſ. Socin. & alij *in cap.1 hoc tit.* & cum
Zabarella, Goffredo, Armilla, Antonino,
Angelo, Syluestro, & aliis *in verb. apoſta-*
ſia, Diaz, Menoch. Vgolino, Farinac. *de*
bareſi, d. qu.183. §.5. num.57. ambo ad-
uertentes apoſtatam inobedientiæ non in-
currere excommunicationem Bullæ Cœ-
næ Domini, quæ loquitur tantùm de apo-
ſtatis fidei vt iam dixi.

26 Pro complemento in materia textus
noſtri quatenus in eo dicitur, vt ordina-
tus in apoſtaſia, etiam quod poſtea pœni-
tens fuerit ſuo Abbati reconciliatus ad-
buc abſque diſpenſatione Papæ miniſtra-
re non poſſit, clarè Pontifex loquitur in
verbis bic gloſſa, & communiter alij Ca-
noniſtæ addentes inſuper quod ordinatus
in apoſtaſia, nec etiam poteſt poſtea ad
illos maiores ordines promoueri: Ioann.
Andr. *num.1. ad finem in verb. ſuſceptio*, An-
ton. de Butrio *numero 4. verſ. an iſte*, vbi
declarat quid ſi fuerit diſpenſatus à Papa,
etiam an adhuc poſſit ad ſacros ordi-
nes maiores promoueri arguens pro, &
contra, & poſtea concludit tutius eſſe
quod in diſpenſatione Papa boc ſpecifi-
cet, & : exprimat Butr. Abbas, Marian.
Socin. Anania, Zabarella, Hoſtienſ. *in*
ſumma hoc tit. vbi Goffred. ambo *num.3.*
Farinac. cum ſumma Angelica, Armillæ,
& Syluestri *in verb. apoſtaſia d. qu.183. §.8.*
num.112. † qui *num.113.* limitat cum eiſ-
dem : Ioan. Andr. Hoſtienſ. Anchar. Bu-
trio, Socin. & Zabarella, & Innocent. hic
ſecus eſſe dicendum ſi apoſtata fuerit or-
dinatus poſt pœnitentiam, & reconcilia-
tionem ſuo Abbati, quia tunc dicunt vt
ſine alia diſpenſatione Papæ poſſit de-
ſumptos ordines miniſtrare : ad quod ad-
iunges aliqua dicta *ſub cap.1.* & hic, & an
ſub quaſt. hac verſ. ad tertiam, & ibi : *verſ.*
quod vltimum.

Cum quibus finem imponimus tracta-
tui de infidelitate, bæreſi, ſchiſmate, & 27
apoſtaſia, in die 25. Auguſti die in qua
Romæ celebratur ſolemniſſimum Feſtum
S.Bartholomæi, qui pro Chriſti fide reſti-
tit idololatris Regibus etiam vſque ad de-
tractionem pellis ſui corporis,& capitis de-
collationem,& die in qua Eccleſia celebrat
Feſtum S.Ludouici Regis Francorum, qui
ſemel, & iterum pro recuperanda terra
ſancta mare traiiciens exercitu magno vl-
timò peſtilentia migrauit, quorum exem-
plo, quare nos Catholici Chriſtiani non
debellabimus abſque cunctatione fidei
inimicos paganos hæreticos & apoſta-
tas.

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERVM PRÆCIPVARVM, quæ in hoc ſecundo Tomo reperiuntur.

Prior numerus paginam; alter ſedem materiæ in margine indicat.

A

Abiurans.

ABIVRANS de vehementi non dicitur relapſus ex eo quod vehementer de hæreſi ſuſpectus abiuret ritè abiuratione, & rectè facta iudicialiter. pag.209.12
Adiurantes antequam Eccleſiæ reconcilientur quid præſtare debent. 214.42

Abiurare.

Abiurare fautores, receptatores, defenſores hæreticorum generaliter tantum tenentur. 200.1
Abiurare publicè de hæreſi ſuſpectus leuiter non debet niſi publicè eſſet ſuſpectus, alias ſecrete, in quo loco. 215.49
Abiurare publicè non debet qui ſponte antequam ſit accuſatus vel inquiſitus adit inquiſitores, & pœnitens ex corde fatetur ſuum errorem paratus corrigi. 215.48
Abiurare ſchiſmaticus communiter debet duo, primo ſchiſma formaliter, & ſuſpicionem hæreſis. 320.9

Abiuratio.

Abiuratio hæreſis quomodo debeat fieri. 215.45
Abiuratio poteſt imponi contra retinentes libros prohibitos pro modo ſuſpicionis. 127.11
Adiuratio quid ſit. 214.41
Abiuratio ſolet fieri poſt publicatas ſententias, quæ illis leguntur ſtatim, vt abiurent ſine mora in eodem actu. 216.51
Abiuratio à reo inquiſitionis publica, aut ſecreta ſit coram inquiſitore. 218.5

Ablata.

Ablatorum reſtitutio aliquando fit ex arbitrio ſolius Epiſcopi. 88.45

Abſens.

Abſentis hæretici proceſſus qualiter ab inquiſitoribus formetur. 298.23

Abſoluens.

Abſoluens moribundum quis. 163.12
Abſoluere à cenſura legentis libros prohibitos ſolus Papa valet. 128.16
Abſolui ab hæreſi nemo debet niſi procuret reconciliationem, quæ fit per abiurationem. 216.55
Abſolui poteſt à quolibet Sacerdote, qui metu, & vi ſe ſimulauit hæreticum facto, aut verbo. 335.19
Abſolui petens intra annum non dicitur inſordeſcens in excommunicatione. 265.8

Abſolutio.

Abſolutio poſt abiurationem factam indulgetur reis S. Officij excommunicationis. 216.54
Abſolutionem petens ſi obtinuit ſupplicationem, ea tamen non expedita, videtur liberatus ab effectu excommunicationis. 262.8

Abſolutus.

Abſolutus cenſetur hæreticus ab hæreſibus quas confeſſus fuit, non vero ab illis quas tacuit. 227.26

Accuſari.

Accuſari poſt mortem de crimine hæreſis valet quis. 136.19

Accuſatore.

Accuſatore mortuo alius admittitur in crimine hæreſis. 294.3

Acephalus.

Acephalus quando dicatur ſchiſmaticus. 306.1

Actus.

Actus legitimi non recipiunt conditionem, quando eſt contra naturam actus, ſecus ſi non ſit. 256.25

Adiutorium.

Adiutorium quale præſtent poteſtates ſæculi contra hæreticos. 205.13

Adſcriptitius ſeruus.

Adſcriptitius ſeruus dicitur portio fundi, qui inter immobilia reputatur. 18.12

Adſcriptitiis ſeruis Iudæi non poſſunt aliquod aliud onus imponere, vltra illa, quæ peragere debent. ibid.13

Aduocatus.

Aduocatus datus de conſenſu inquiſitoris errans non damnat reum, ſi ipſe contradicat. 231.4

Aduocatus fiſcalis quare pro officio ſanctæ inquiſitionis creetur. 235.25

Aduocatus debet iurare de defendendo reum in cauſa iuſta,. 238.10

Aduocati Notarij, & procuratores defendentes incarceratos pro hæreſi non admiſſi ab inquiſitore ſunt ſuſpecti de hæreſi. 233.13

Aduocatus dandus eſt reo ab inquiſitoribus, cum aſſignantur ei defenſiones in foro inquiſitionis. 237.6

Aduocati hæreticorum, & ſortilegiorum quando ſint de hæreſi ſuſpecti. 231.1

Aduocatus aſſignatus pro ſancto officio datur reo, niſi alium reus peteret præter deputatum. 237.7

Aduocatus reo auxilium, conſilium, & fauorem præſtare nequit hæretico, etſi fuerit accuſatus de alio crimine. 232.5

Aduocati, & procuratores mouentur ne defendant Hæbræum, poſt Bapriſmum in debitis ante contractis. 9.3

Aduocatus admittitur cum reum vult probare hæreſis crimen non commiſiſſe, & quando eſt dubium de facto. 234.18

Aduocati pro hæreticis quoad defenſionem admittuntur, & qualiter. 23

Aduocatus nullo modo poteſt accuſato de hæreſi præbere ſuum patrocinium niſi de licentia ſuperiorum. 233.14

Aduocatus, & procurator non debent interuenire pro aliquo hæretico petente. 231.3

Aduocatus poteſt allegare cauſas minuentes delictum, ſeu illud excuſantes. 239.16

Aduocati, & fiſcalis S.Officij quale munus. 281.21

Aduocatus nunquam datur ad-ſuſtinendam aliquam ſpeciem hæreſis, quæ verè hæreſis eſt, non eſſe hæreſim. 234.17

Aduocatus nunquam cum reo inquiſito ſolus queit ſtare, niſi præſente inquiſitore, notario, aut fiſcali. 234.20

Affirmans.

Affirmans non peccare aliquem, qui occidit aliquem de quo timet ipſum reuelaturum marito vxorem, cum qua occidens mæchatur. 66.13

Agnus.

Agnum vendere, vel dare Chriſtianus non valet Iudæo, ea intentione, vt immoletur; vel ramos, & alia id genus vt ſeruiant ad Synagogæ ornatum. 18.10

Alumen.

Alnminis inuentio quando? quæ eſt de patrimonio S.Petri, & qualiter extrahi probibeatur, ad quos ſeruiat effectus. 63.3

Alumnia qnorum redditus ſunt de patrimonio Pontificum, vehentes, vendentes, & laborantes, naues aſſecurantes, cenſuras incurrunt. ibid..5

Alumen à Pio V. fuit applicatum pro defenſione Eccleſiæ & à Pio II. ibid.4

S.Ambroſij.

S.Ambroſij electionem blaſpbemabant Bercelenſes; & cur? 87.40

Amor.

Amor furori comparari valet. 246.13

Vbi quid de furore amoris verba hæreticalia, vel quæ idololatriam ſonant proferente. ibid.

Anathema.

Anathema quod idem eſt, ac maledictio ſolemnis, non prohibetur poſt mortem. 134.6

Anathema,

Anathema, quo puniuntur hæretici, & ſuſpecti. 203.4

Angeli.

Angelos ſingulos ſingulis hominibus deputatos negare temerarium. 157.16

Anima.

Animam dicere fuiſſe firmatam, prius quam corpus, eſt hæreticum. 146.18

Anima, quod ſit ſanguis, dicere eſt hæreticum, & quod generatur ex præexiſtente materia, & ex traduce. 146.14

Animam ſimul cum corpore mori hæreticum eſt aſſerere. 145.3

Animæ aliæ per aliorum ſuffragia liberantur. 146.1r

Anima quod intereat, vna cum corpore hæreticum eſt aſſerere. ibid.19

Anima rationalis, & intellectiua eſt forma ſubſtantialis per ſe humani corporis vere. ibid.15

Animarum receptacula quatuor; Purgatorium, Lymbum, Infernum, & Paradiſum. ibid.6

Animam traduci de corpore in corpus, hæreſis eſt dici. ibid.16

Animarum pœnæ in duratione Purgatorij num ſint æquales in omnibus animabus, quæ ibi purgantur. ibid.7

Annus.

Annus inſordeſcentiæ in excommunicatione debet eſſe continuus. 265.10

Antipapa.

Antipapa tollitur à vero Papa, alias à Concilio quibus pœnis. 309.3

Appellatio.

Appellatio friuola non admittitur in ſancto officio etiam in caſibus in quibus alias admitteretur. 250.8

Appellationis iudex in S.Officio quomodo ſe debeat regulare in cauſa, & tranſportatione proceſſus. 251.10

Appellatio, quæ competit omni iure habet locum in cauſis fidei ab interlocutoria non à diffinitiua, & quare. 250.6

Appellatio non ſolum denegatur hæreticis, ſed etiam condemnatis pro fautoria, receptatione, defenſione hæretici. ibid.7

Appellatio in inquiſitione Hiſpanica quoties competit ad ſupremum Hiſpanicum Conſilium. ibid.9

Apoſtaſia.

Apoſtaſia eſt triplex à fide, ab obedientia, à Religione, vel à ſuſcepto ordine. 322.3

Apoſtatarum receptatores fautores, & defenſores puniuntur ad inſtar fautorum, & hæreticorum. 334.7

Apoſtatæ à fide bona confiſcantur ſicut hæretici contra aliquos, & vſque ad quod tempus. 339.42

Apoſtata fidei eſt ipſo iure excommunicatus, & num duas excommunicationes incurrat. 338.41

Apoſtata nequit teſtari, eſtque incapax hæreditatis. ibid.39

Apoſtatans à fide vi, & metu, licet non ſit hæreticus, eſt tamen ſuſpectus in foro exteriori. 336.23

Apoſtatæ ſunt etiam infames priuati ſicut hæretici ab omni actu legitimo. 338.35

Apoſtata punitur etiam in confiſcatione feudalium, ſicut vaſſalli liberi ſint à Domino, & à iuramento fidelitatis. ibid.34

Apoſtata repellitur à ferendo teſtimonio, & ab aliis actibus. ibid.38

Apoſtata à fide pœna mortis valet puniri ſicut hæreticus cum apoſtaſia ſit ſpecies infidelitatis, imò & confiſcatione. 337.33

Apoſtatæ non poſſunt vendere locare, conducere, aut alias contrahere donationes. 338.36

Apoſtata à fide quis verè dicendus. 333.1.2.3.4.& 5

Apoſtaſia dicitur retroceſſio à ſtatu ordinis ſacri ad ſæcularem propria auctoritate. 345.11

Apoſtatæ veri à fide ſicut hæretici ſunt puniendi. 331.1

Apoſtata non reputatur, qui credens prælati proceſſum non eſſe iuſtum illi non obedit. 350.2

Apoſtata non dicitur religioſus intrando aliam religionem ſtrictiorem, aut laxiorem, de licentia. 348.10

Apoſtata à Religione verus eſt, qui ex qualibet cauſa deſerit habitum. 343.2

Apoſtatæ incarcerato, quouſque reaſſumat habitum, tantum panis, & aqua eſt danda. 341.3

Apoſtaſiæ impropriè materia diſcutitur. 342.1

Apoſtata non eſt Religioſus eiectus à ſua Religione propter malos eius mores. 345.17

Apoſtata omnis eſt fugitiuus, ſed non è contra. 345.15

Apoſtata religioſus, qui pœnitens vult redire debet à Prælato recipi, ſic vt compella

compellatur illum admittere. 347.2

Apoſtata eſt imò, & hæreticus, qui credit Papam non habere poteſtatem condendi canones. 350.5

Apoſtatæ ſunt à ciuitate expellendi. 340.47

Apoſtata dicitur deſertor ſuſceptæ Religionis, recedens à monaſterio animo libere extra illud viuendi. 344.10

Apoſtata inobedientiæ eſt, qui ex contemptu tranſgreditur præcepta Prælati. 350.1

Apoſtata Religionis, ſeu irregularitatis, dicitur, qui ab ordine, ſine habitu aſſumptæ Religionis ad ſeculum rediit. 344.9

Apoſtata etſi perdat priuilegium fori; non tamen ob id perdit iudex Eccleſiaſticus in eum iuriſdictionem. 331.30

Apoſtata ſumitur pro eo, qui temerariè recedit ab ſtatu fidei, vel obedientiæ, aut Religionis, quam ſemel profeſſus eſt. 322.2

Apoſtata clericus dicitur, qui dimiſſo habitu clericali recedit à ſtatu, tranſiens ad ſæcularem animo non reuertendi. 326.5

Apoſtatæ clerici per dimiſſionem habitus, & tonſuræ exiſtentes excommunicati per annum ab inquiſitoribus puniuntur. 330.25

Apoſtaſia dicitur quaſi retro ſtans, quæ eſt idem quod rebellio. 322.1

Apoſtata diſpenſatus à Papa fit eligibilis. 330.28

Apoſtata large etiam dicitur, qui ſuperioris vel Eccleſiæ, præcepta tranſgreditur. 323.4

Argumenta.

Argumenta de contractibus ad delicta, & è contra valent quatenus ad obligationem inducendam. 9.5

Arma.

Arma deferens pro ſuæ vitæ defenſione, excuſatur, vel conſeruatione rerum. 46.10

Arma deferre ad infideles verius eſt non licere. 41.1

Arma donans Sarracenis in terris Chriſtianorum, cenſuras non incurrit. 39.20

Arma permutans bona pro inutilibus cum Sarracenis an incurrat excommunicationem. 39.21

Arma, & equi nec debent vendi, nec commodari hoſtibus fidei, nec pignorari nec ſuper illis executio fieri. 43.12

Arma deferte ad Sarracenos bello durante, nec pro redimendo captiuo licet Chriſtianis. 41.30

Arma deferentes ad Sarracenos, & Barbaros; diuerſis pœnis legibus ciuilibus puniebantur. 38.11

Arma, & victualia deferri ad infideles Chriſti inimicos, repugnat iuri naturæ, præceptiſque Decalogi. 38.10

Armorum vſus prohibitus tamen familiaribus S. Officij. 188.17

Armorum nomine, quæ veniant. 36.2

Arma tranſportans ad infideles eſt quaſi proditor. 43.10

Arma deferri ad Sarracenos adiuuantes Chriſtianos contra alios Sarracenos non eſt prohibitum. 39.18

Arma tranſmitti ad Sarracenos prohibetur Chriſtianis. 35.1

Armatam familiam poſſunt habere inquiſitores ex familiaribus, & aliorum miniſtrorum. 187.12

Arma deferens facti ignorantia ad infideles, excuſatur. 145.9

Arma deferre ad hæreticos publicè denunciatos non licet. 42.3

Arma deferri à familiaribus S. Officij impedientes rectores cum tantum dicuntur fautores. 188.16

Articuli.

Articuli tendentes ad defenſionem rei admittuntur non contumacis. 238.13

Articuli fidei ſumuntur ſtrictè, largè, & largiſſimè. 168.4

Aſſerens.

Aſſerens ſe facere velle aliquid quod eſt directè hæreticum, non eſt formaliter hæreticus. 242.31

Aſſertores propoſitionum, ex quo cogi non valent ad abiurandum ſunt cogendi ad reuocandum etiam prædicatores. 169.11

Aſſertor propoſitionum dubiarum eſt cogendus ab inquiſitoribus in quem ſenſum intelligat. ibid.10

Aſſumptio.

Aſſumptionis B. Mariæ feſtiuitas videtur de iure coæquari feſtiuitatibus Paſchatum. 150.16

Aſtra.

Aſtra non cogunt hominum voluntates. 147.3

Aſtrologi.

Aſtrologi.

Aſtrologorum iudicium fatuum eſt dicentium, quod ex aliquibus conſtellationibus ſequuntur bella, & alia. 147. 2

Auctor.

Auctor non inde damnatur, vt hæreticos quod eius opera ſint prohibita. 118. 5

Auctoris damnati ſcripta, & ſi bona iam per conſtitutiones nouas non ſunt recipienda. ibid.7

Autore damnato alicuius libri, cenſetur & liber damnatus, etiam bonus, niſi ſit approbatus expreſſe. 117.1

Auctore damnato, cenſentur eius libri prohibiti. 129. 14

Auguſtus.

Auguſtos voluit ſecretiores cauſas Religionis aperto ſoro diſputari. 255.15

Auriga.

Auriga qui ducit Dominam ſuam ad locum adulterij, non cenſetur ei cooperari. 45.5

Aurum.

Aurum, pecunia, etiam pro mancipiis non ſunt transportanda ad hoſtes. 66. 10

Auctoritas.

Authoritas Eccleſiæ non eſt præponenda Euangeliis. 155. 19

Azymi.

Azymis Iudæorum veſci Chriſtiani prohibentur, etiam ſeorſim à Iudæis. 17.7

B

Bannitus.

BAnnitus receptans bannitum ne puniatur, grauiſſime peccat. 177.15

Baptizari.

Baptizari verius eſt, vt valeant infantes infidelium ſeruorum etiam illis inuitis. 57.17

Baptizari infantes infidelium verius eſt, vt non poſſint inuitis parentibus. 54. 1

Baptizati valent filij hæreticorum ipſis inuitis, & quare. 55.10

Baptizari valent ſecundum aliquos infantes, qui habent parentes infideles iam Baptizatos. 54.5

Baptizatus inualidè ſeu fictè, idem ac ſimpliciter non baptizatus. 103.3

Baptizatus inualidè, ſi de hoc appareat liberatur à pœnis hæretici diſcredentis. 104.9

Baptizatus, qui talis creditur, etſi non ſit ex propoſitione hæretica punitur. 169. 9

Baptizatus inualidè ratione materiæ, aut intentionis miniſtri, libet eſt à pœnis hæretici. 104.11

Baptizatus vi præciſa non accipit characterem, ſecus ſi vi conditionali: 58. 11

Baptizandi non ſunt Iudæi inuiti. 48.1

Baptizati Iudæi inuiti non creduntur habere fidem Chriſti. 50. 1

Baptizatus Iudæus dicitur redire ad Iudaiſmum, etiam quod non ſeruet formam exbaptizationis. 334. 9

Baptiſmalis actus.

Baptiſmalis actus, qualiſcumque præſumit externe, quem validè baptiſatum. 104. 10

Baptiſmus.

Baptiſmus facit quem nouum hominem quoad Deum, non quoad præiudicium aliorum. 10. 10

Baptiſmum recipiens fictè ex parte ſua baptiſatus validè cenſetur. 104. 11

Baptiſmum flaminis in his, qui carent Baptiſmo aquæ, non ſufficit vt quis in fide deficiens dicatur hæreticus. 103.4

Baptiſmum reiterans potius eſt vt exiſtimetur ſaltim de hæreſi ſuſpectus. 101. 11

Baptiſmus flaminis durat, dum quis illud habens eſt in gratia. 103.6

Baptiſmo homo efficitur noua creatura, & irregularitas ea tollitur occaſione. 34. 4

Baptiſmi priuilegium allegare eſt iniquiſſimum. 9.4

Barones.

Barones habentes merum, & mixtum imperium, poſſunt facere proclama tempore careſtiæ. 72. 12

Beati.

Beati cœli interdum orant pro animabus purgatorij, impetrando illis gratuitam alicuius pœnæ remiſſionem. 146. 13

Beata Catharina de Senis.

Beata Catharina de Senis (vt refertur) ſine corde aliquot dies vixit. 153. 9

Bellum.

Bellum licitè ſuſcipitur contra infideles impe

impedientes prædicationem Euangelij, & jus naturæ quod quilibet habet alios docendi. 74.2

Berengarius.

Berengarius hæreſiarcha, ad pœnitentiam, & abiurationem admiſſus fuit. 291.4

Bladum.

Bladum ſi aſportari prohibeatur, comprehenduntur legumina alia. 67.15

Blaſphemans.

Blaſphemans contra Religioſum, vel impediens eius conuerſionem, poteſt compelli, vt deſiſtat ab iniuria, & violentia. 31.9

Blaſphema eſt propoſitio, qua Deo, vel ſanctis maledicta, iniuriæ & irreuerenria dantur. 156.7

Blaſphema propoſitio, quæ. 140.11

Blaſphemi hæreticales ſunt de hæreſi ſuſpecti. 156.2

Blaſphemia.

Blaſphemia alia eſt hæreticalis, alia non, hæreticales blaſphemiæ ſunt,quæ continent contra fidem. 156.1

Blaſphemare.

Blaſphemare, & iurare per membra Dei, quod graui pœna punitur. 156.3

Blaſphemare conſuetus, etſi largo modo hæreticus dicatur, tamen ſi monitus non ceſſat, vt hæreticus reputatur qualiter intelligatur. 157.11

Bulla Cœnæ.

Bulla Cœnæ qualiter arma, victualia, & alia portantes, ſubſidiaque præhentes hæreticis, & aliis infidelibus, puniar. 37.7

C

Caballa.

Caballa alia fuit poſt Chriſtum natum conſcripta ab Hebræis, cuius quatuor ſpecies. 120.14

Caballa quid ſibi voluerit à tempore Moyſi. 19.12

Caballæ Hæreſiarchiæ memoria, damnata cum publico Patrono Valiſoleti. 121.22

Canon.

Canonicis priuilegium maiori facilitate amittitur, quàm fori. 330.29

Capi.

Capi reum impedientes dicuntur fautores. 188.18

Capitulum.

Capitulum ſede vacanre negligens ex ignorantia expellere hæreticos non punitur. 270.8

Captiui.

Captiui, quibus non imminet graue damnum ſi non remigent, peccant remigando. 45.6

Captiui in Chriſtianos tormenta dirigentes, ignemque applicantes an peccent. 45.3

Caro.

Carnes comedi poſſe in diebus prohibitis aſſerens ſolum eſt ſuſpectus de hæreſi. 161.1

Carnes comedens in quadrageſima in die Veneris, & Sabbâti, non dicitur ſuſpectus de hæreſi, quando dicit non fuiſſe in contemptum, ſed cauſa ſanitatis. 162.2

Cæremonia.

Cæremoniis falſæ Religionis prohibentur Chriſtiani vti. 78.11

Caſtella Regnum.

Caſtellæ in Regno Neophyti ad officia non prohibentur admitti. 82.9

Cathecumenus.

Cathecumenus in neutro foro cogendus eſt ad fidem recipiendam. 104.14

Cathecumenus ſi diſcedat ante Baptiſmum eſt coram Deo infidelis, nec pœnis hæreticorum ſubiacet. 104.8

Cathecumenus diſcredens non diſcedit à fide Chriſtiana. 103.7

Cathecumenus diſcredens myſteria fidei iudaicare dicitur, vel paganizare. 103.2

Catholicus.

Catholicis non licet templa hæreticorum adire eorumque concionibus, precibus, & ritibus intereſſe etiam ob præſtandam ſuo Principi obedientiam. 189

Catholicus miniſtrans alimoniam hæretico ex miſericordia non dicitur fautor 184.7

Caupones.

Caupones, hoſpites, & ſtabularij recipientes hæreticos an excuſentur à fautoria. 191.14

Cauſa.

Cauſa Iudæi cum Chriſtiano iudicanda eſt ſecundum rigorem, ſi æquiras ſcripta non eſt, ſecus ſi eſſet ſcripta. 24.1

Cauſæ maiores ad Pontificem ſolum ſpectant inter quas eſt cauſa fidei. 258.23

Cenſura.

Cenſuræ ſubiectum non deſtruitur poſt mortem. 131.9

Character.

Character accipitur à Baptizato etiam vi præciſa ſi poſtea approbaſſet. 58.24

Chriſtianus.

Chriſtianus vendens res indifferentes paganis, aut Iudæis non tenetur inquirere, ſi male eis vtentur. 29.15

Chriſtianus nequit eſſe in conuiuiis Iudæorum, nec cibos comedere, quos Iudæus reiicit, & quare. 21.1

Chriſtiano non licet aliquid miniſtrare Iudæis, vt cedat in cultum Iudaicæ Religionis. 18.9

Chriſtiani, & ſerui apud Turcas ex tacito conſenſu ſui Principis, poſſunt ſurripere res à Turcis iniuſte poſſeſſas, aut ablatas. 32.14

Chriſtiani vendentes infidelibus prohibita, incurrunt cenſuram Bullæ, niſi paruitas excuſet. 67.1

Chriſtiani etiam conſilium Turcis, & infidelibus præſtantes incurrunt cenſuras Bullæ cænæ. 42.4

Chriſtiani per ſe vel cum alijs prohibentur habere commercium cum Sarracenis. 37.3

Chriſtiani auertentes Iudæos ab auditione Euangelij, excommunicantur. 59.1

Chriſtianus ſi caſu concurrit, valet cum Iudæis comedere in eodem diuerſorio. 21.2

Chriſtiani milites olim Iuliani Apoſtatæ exercitu, varia tormenta paſſi. 46.12

Chriſtianus nullus poteſt donare Iudæo, aut Hæretico inter viuos, nec in teſtamento legare, niſi cauſa pietatis. 137.1

Chriſtiani valent conuerſari cum Iudæis, ad alliciendum eos ad fidem Catholicam. 24.

Chriſtiani, etſi colloqui, & conuerſari cum Iudæis non prohibeantur, eſt tamen nimis periculoſum, & ſic debent abſtinere. 23.9

Chriſtiani non prohibentur vendere Iudæis res indifferentes, & quæ iſtæ ſint. 29.13

Chriſtiani fingere valent ob bonorum Chriſtianiſmi ſe eſſe Turcas. 79.19

Chriſtiani captiui Turcarum valent ſarcinas, & alia bellica ad bellum afferre. 44.2

Chriſtianus nullus valet occidere Iudæum aliquem, aut ſuas pecunias auferre: 48.2

Chriſtiani vt ſe diſſimulent ad periculum euitandum queunt vti veſtibus infidelium. 77.3

Chriſtianus veteranus in honoribus aſſequendis eſt præferendus Neophyto. 83.12.

Chriſtianus valet ſeruum Iudæum habere & ſi non è contra Iudæus Chriſtianum. 24.20.

Chriſtianus prohibetur commerciari cum Iudæis, propter delictum in pœnam. 23.13

Chriſtiani prohibentur eſſe in familiari ſeruitio Iudæorum ob periculum ſubuerſionis. 19.16

Chriſtiani miſſi ad conuerſionem infidelium valent cum eis manducare, & cibos illorum comedere tanquam res à Deo creatas. 22.3

Chriſtiani non ſolùm prohibentur arma transferre ad Sarracenos, verum, & alia, quibus nos offendere valeant. 36.1

Chriſtiani valent ex tacito conſenſu Principis fraudare vectigalia à Turcis impoſita. 33.16

Chriſtiani cum Iudæis & Sarracenis habitare prohibentur, nedum in domo, ſed in eodem loco. 23.10

Chriſtianus in balneo cum Iudæo eſſe an poſſit licitè? 18.11

Chriſtus.

Chriſtus Dominus ſoluit cæremonialia, & iudicialia legis Moſaycæ. 157.12

Chriſtus Dominus à Iuliano apoſtata ex ignominia fuit vocatus Galilæus, & Nazarenus. 138.5

Chriſtus Dominus, eſt verus Deus ſic tenendum de fide, imò, & quod ſit verus Deus, & homo. 137.1

Chriſtus quibus prædicatus non eſt, habent excuſationem, non de omni peccato, ſed eò quòd in Chriſtum non crediderunt. 5.4

Chriſtus ſicut verus eſt Deus, ita verus eſt homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens. 138

Chriſtus Dominus, & Apoſtoli ſuſtulerunt ceremonialia, ſed non ideò legem Moſaycam violauerunt. 154.14

Chriſtus Dominus dignatus eſt manducare, & viuere cum publicanis, & peccatoribus.

Circum

Circumciſio.

Circumciſionis lege videtur non fuiſſe Mares deterioris conditionis, quam fœminas, vt ſaluari poſſent, & an in vtero matris morientes. 152.2

Ciuitates.

Ciuitates habent ius condendi ſtatuta municipalia per ſe, aut Principis conſenſu. 60.6

Clauſula.

Clauſula, *teque abſoluens*, in reſcripto gratiæ, aut iuſtitiæ quid operetur in excommunicato, ſi poſtea per annum ſit contumax. 261.10

Clemens VIII.

Clemens VIII. diſtrictè prohibet lectionem librorum hæreticorum. 101.6

Clericus.

Clericus verè eſt Apoſtata qui dimiſſo habitu clericali vxorem ducit, & quis dicatur etiam. 316.4

Clerici in minoribus habentes beneficium, ſi deſerant habitum, & tonſuram iudicabuntur apoſtatæ. 329.19

Clerici in minoribus conſtituti quando dimittendo habitum, & tonſuram peccent mortaliter. ibid.20

Clerici, aut Religioſi dimittendo habitum ducentes vxorem, non ſunt hæretici. 327.11

Clerici aut Religioſi non deferentes habitum Eccleſiaſticum, ſeu Religioſum poſſunt compelli ad reaſſumendum per cenſuram Eccleſiaſticam. 341.1

Clericus ſchiſmaticus poſt excommunicationem repellitur à ciuitate. 318.25

Clericus in minoribus conſtitutus dimittens habitum, & tonſuram amittit priuilegium. 366.18

Clericus ſi habitum dimiſſum reaſſumpſerit, non perdit priuilegium fraude ceſſante. 329.22

Clerici in minoribus conſtituti ex ſola deſertione habitus, & tonſuræ non puniuntur ab inquiſitoribus. ibid.21

Clerici fautores hæreticorum excommunicati, poſt annum omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico priuandi ſunt, & inhabilitantur ad alia. 196.14

Clericus hæreticus ante ſententiam declaratoriam non tenetur ad dimittendum, nec ſe ſpoliandum à beneficio. 204.7

Clericus ſe immiſcens enormibus, num deſideretur monitio, vt amittat priuilegium, problematica eſt quæſtio. 325.3

Clerici, & Religioſi contrahentes nuptias puniuntur abiuratione, & aliis modis. 327.8

Clericus habitum dimittens & tonſuram, deſinit gaudere priuilegiis clericalibus. 324.1

Clericus dimittens habitum, ſi poſt monitionem illum non reaſſumit, perdit priuilegium. 328.14

Clericus, qui ob delictum impeditur vt admittat forum plura delicta requiruntur. 325.1

Clericus in ſacris qui vxorem ducit ſi pœnitens redit ad clericatum diſpenſatur ab Epiſcopo. 329.23

Clerici in ſacris habitum dimittentes ſi admiſſi non ſe corrigunt, ſunt infames, excommunicati. 329.24

Clericus pertinax antequam tradatur laico iudici puniendus, eſt degradandus. 224.11

Clerici fautores ante ſententiam declaratoriam priuationis poterunt beneficia reſignare. 197.16

Clericus in ſacris vxorem ducens punitur ab inquiſitoribus. 326.6

Collegia.

Collegia cenſentur illicita, niſi probentur licita. 254.9

Comburere.

Comburendi ſunt libri ob hæreſim prohibiti; non ſic tantum ſuſpenſi. 130.26

Comburentes libros hæreticos propria auctoritate peccant, & num excommunicationem incurrant. 123.7

Comburere libros Hæreticorum quis propria auctoritate, nec lacerare valet. 123.41

Comburi, & deſtrui aliqua ciuitas ex delicto hæreſis præciſo ſcandalo, & quid ſi bella timerentur, & ſubleuationes. 248.28

Combuſtio.

Combuſtio librorum hæreticorum ad quem pertineat? 122.1

Combuſtio librorum hæreſis eſt actus iudicialis. 123.6

Commerciari.

Commerciari poſſunt Chriſtiani cum Iudæis ex bono fine. 23.16

Commercium.

Commercium alicuius loci poteſt ex iuſta cauſa alicui prohiberi. 71.6

Commer

Commercium cum aliis infidelibus (vt Indis) cum quibus bellum nec actu, nec habitu geritur, prohibitum non eſt Chriſtianis. 65.7

Communicatio.

Communicatio, cum infideli an ſit prohibita. 48.7

Conceptio immaculata B.V.

Conceptionis immaculatæ communi voto vniuerſitatum, & Magiſtrorum amplexum eſt iudicium. 149.12

Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis referuntur Bullæ Pontificum. 149.10

Conciones hæreticorum.

Conciones hæreticorum plures audientes reputantur credentes hæreticorum. 189.1

Conciones hæreticorum audiens intrando in ſua templa quando dicatur ex bono, aut aliter iteratis vicibus credens hæreticis. 189.3

Conciones audiens hæreticorum, & preces ſi didicerint vel docuerint, etiam iure ciuili puniuntur tanquam veri hæretici. 189.& 190.5

Conditio.

Conditio, quæ non opponitur ſubſtantiæ, ſed executioni, actum non vitiat. 257.29

Confeſſarius.

Confeſſarius quas diligentias debet facere in inquirendo à pœnitente libros prohibitos retinente, antequam à cenſura, ſeu peccata abſoluat. 132.12

Confeſſarius cum ſchiſmaticis qualiter ſe gerere debeat. 310.5

Confeſſarius qualiter ſe gerere debet interrogando excommunicatum inſordeſcentem, vt illum admoneat, & abſoluat imponendo congruam pœnitentiam. 267.22

Confeſſarius obligans pœnitentem, vt ſibi reuelet. 163.16

Confeſſarius debet interrogare libros prohibitos retinentem, an ſciat aliquos legere vel retinere libros hæreticorum. 131.13

Confeſſo, & conuicto competere ſolent multa aduerſus confeſſionem, & teſtes. 248.30

Confiſcatio.

Confiſcantur reorum bona & applicantur laica, ac Eccleſiaſtica cum differentia. 258.2

Confiſcatio bonorum venit acceſſoriè ad damnationem memoriæ defuncti. 340 45.

Confiſcationis bonorum pœnam etiam patitur ſchiſmaticus. 318

Confiſcationem bonorum patiuntur relapſi impœnitentes, & pertinaces. 227.32

Coniurantes.

Coniurantes ſe in Epiſcopos, & prælatos propriè ſchiſmatici non ſunt, & ſi ſint ſuſpendendi. 304.14

Connexa.

Connexorum eadem eſt ratio. 69.7

Conſiliarij.

Conſiliarij laici non congruat, vt eligantur ad munus fiſcalis ſanctæ inquiſitionis. 235.26

Conſilium.

Conſilium ſupremum inquiſitionis, per quos, libros hæreticorum examinet? 122.2

Conſilium præſtantes hæreticis ſunt dicendi fautores. 234.16

Conſilium dans, & Patrocinium ad impediendam iuriſdictionem, remiſſiuè. 230.1

Conſolatio.

Conſolationem infirmus petens ab hæretico, vt hæreticus condemnatur. 190.8

Conſpiratores.

Conſpiratores teſtibus ſingularibus poſſunt euacuari, quorum aſturia ſolet eſſe calliditate plena in quam inquiſitores debent eſſe diligentes. 242.5

Conſtantinus.

Conſtantini donatio Eccleſiæ valuit. 153.14.

Conſtitutiones.

Conſtitutiones Pontificum, puniunt etiam diuerſis pœnis arma, aliaque ad infideles portantes. 37.9

Conſuetudo.

Conſuetudo peccandi in ſancto officio aggrauat pœnam. 246.15

Conuenticula.

Conuenticula occulta reprobata. 282.2

Conuenticula occulta celebrantes damnantur à Pontificibus. 254.10

Conuerſans.

Conuerſans cum hæreticis ex circunſtan-

tiis propter ſcandalum, poteſt etiam beneficio priuari. 182.34

Conuerſantes cum hæreticis ſunt de hæreſi ſuſpecti plus, & minùs. 182.33

Conuerſari cum hæreticis, vt pœna illos comprehendat fautores, qui dicantur: 181. 32

Conuictus.

Conuictus de factis hæreticalibus nequit allegare, quod non mala intentione id egerit. 179.22

Cooperari.

Cooperari ad malum directè, vel indirectè, qualiter culpam incurriat, aut ab ea excuſet? 46.11

Cor.

Corde leuis eſt qui cito credit, niſi à Magiſtris edoctus. 108

Corpus.

Corporum complexio valet multum ad variationem actuum humanorum. 147. 4

Corrigere.

Corrigere non poteſt quis librum proprium iam impreſſum, & damnatum. 124. 11

Credere.

Credendum non eſt eis, qui fidei veritatem ignorant. 114.1

Credentes hæreticis per annum excommunicati ſunt ipſo iure infames. 195.11

Credentes hæreticorum ſunt, qui in eorum erroribus contra fidem aſſentiuntur, &c. 177.16

Credentes, & Hæretici in quo differant. 178.17

Credentes hæreticis ſunt non ſolum qui ore, ſed etiam factis, & quod probatur hæreſis ore, & factis. 178.19

Credentes dicuntur hæreticorum erroribus non ſolum qui ſcientes, ſed etiam, qui implicite eorum fidem bonam eſſe credunt. 179.24

Credentes hæreticorum ſunt dicentes hæreticos in ſua ſecta poſſe ſaluari, vel eſſe bonos vel ſanctos, vel Dei amicos, &c. 180.25

Credentes hæreticorum ſunt in duplici differentia. 179.23

Credentes hæreticorum ex quo cognoſcuntur. 190.11

Credere quis poteſt, quidquid à Deo reuelatum eſt cum negatione alicuius propoſitionis Theologicæ. 172.2

Credere eſt actus voluntarius, qui non admittit vim, nec coactionem. 53. 17

Crimen.

Crimen læſæ maieſtatis diuinæ poſt mortem poteſt inquiri, & puniri. 194.2

Criminoſus.

Criminoſus nullus poteſt poſt mortem excommunicari neque Hæreticus. 134.5

Crux.

Cruce ſignati pro terra ſancta expurganda gaudebunt priuilegiis. 276.1

Culpa.

Culpa ſimilis eſt tam prohibita diſcere, quam docere. 190.6

Cultellus.

Cultelli nomine armorum non comprehenduntur, bene tamen pugiones. 40. 29

Curator.

Curator pro minori incarcerato ex crimine hæreſis ſolet dati. 233.10

Cuſtos carceris.

Cuſtos carceris vulgo *de la penitentia* non ſic rigide eſt obnoxius pro implendo cuſtodiam, ſicut cuſtos alter, carceris ſecreti. 281.20

Cuſtos carceris qualem obligationem habeat in ſancto officio inquiſitionis. 281. 18

Cuſtodes carcerum ſancti Officij tenentur etiam de leuiſſima culpa. 281.19

D

Decima.

Decimas non eſſe ſoluendas Epiſcopis, & clericis aſſerens præſumitur Hæreticus. 160.8

Defendi.

Defendi poteſt reus per aduocatum ex cauſa nullitatis. 247.18

Defenſio.

Defenſiones dandæ ſunt cum aduocato, reo inquiſito de hæreſi, & neganti. 234. 19

Defenſiones etiamſi non petantur à reo, debent concedi ab inquiſitoribus ex officio; ſi competant etiam in caſu torturæ. 237.3

Defenſiones dandæ ſunt reo, etiam quod non declaret, quales ſibi competant. 249. 31

Defenſiones reo conceduntur aduerſus verba hæreticalia dubia, etſi conuictus ſit; quid ſi confeſſus ſit. 237.2

Defen

Defenſiones reo inquiſitionis non dantur quando hæreſis eſt notoria. 237.1
Defenſiones reo non dantur in crimine hæreſis notorio. 248.25
Defenſiones dandæ ſunt reo hæretico, etiam quod alias ſit homo malæ vitæ. 237.8
Defenſiones quando ſunt dandæ relapſis. 237.5
Defenſiones reo denegandæ non ſunt niſi conuicto, & confeſſo, quando hæreſis non eſt defenſibilis. 248.29
Defenſiones prætextu alicuius iuris reo ſancti Officij non auferuntur legitimè. 251.11
Defenſiones reo competunt viſo proceſſu offenſiuo contra ſtylum Romæ à legato, *à locato.* 243.1

Defenſores.

Defenſores hæreticorum per annum exiſtentes in excommunicatione ſunt de iure infames, nec ad publica officia aſſumuntur. 194.9
Defenſor à fautore differt, ſicut ſpecies à genere. 176.8.
Defenſores hæreticorum qui adinſtar fautorum ſunt, qualiter probentur. 177.13

Defuncti.

Defuncti hæretici cauſa quo ordine debeat per fiſcalem, & inquiſitores perſequi. 297.16
Defunctus tantum ſuſpectus de hæreſi poteſt declarari ſuſpectus, etſi eius memoria non damnetur. 297.15

Degradari.

Degradatur clericus hæreticus realiter. 258.3

Delator.

Delatoris ſeu accuſatoris mortui excuſatio in ſancto officio non ſufficit. 247.19

Delinquentes.

Delinquentium multitudo ſolet minorare pœnam vt carnificina euitetur. 248.26

Denunciare.

Denunciare conſanguineos, vt maritus vxorem, &c. omittens hæreticos, an excuſet à ſuſpicione. 183.4
Denunciare nolentes hæreticos cum teneantur, ſunt ſuſpecti de hæreſi, vltra pœnas, maximè in cruce ſignatis, tanquam fautores. 183.1
Denunciare deſinens hæreticos ſi ex amicitia tantum leuiter erit ſuſpectus. ibid.2
Secus ſi illis familiaris ſit ex cauſa hæreſis. ibid.2
Denunciare hæreticos deſinens ob metum cadentem in virum conſtantem non eſt de hæreſi ſuſpectus. ibid.3

Deus.

Deus de potentia ſua poteſt facere, vt homo ſine cerebro, & corde viuat. 153.6
Dei potentiæ nullo modo poteſt derogari, niſi appareat manifeſta contradictio. ibid.11
Deus ſua omnipotentia eſt prouiſor vniuerſalis etiam quoad animalia irrationabilia. ibid.10
Deus poteſt domui ruinam minanti ſubuenire. ibid.12
Deus poteſt ſaluare in vtero matris morientes ex potentia ſua abſoluta. 152.5

Dictiones.

Dictiones *continuè vel continuo*, quid ſibi velint. 204.9
Dictio *veluti* non identitatem, ſed ſimilitudinem ſignificat. 266.13

Diminuti hæretici.

Diminuti hæretici, qui dicantur. 216.22

Diſcedens.

Diſcedens à communi conuerſatione fidelium, poteſt abſque infamia de hæreſi inquiri. 165.5

Diſpenſatio.

Diſpenſatio Papæ requiritur in ordinatn ab ſchiſmatico vt exerceat, niſi delictum ſit occultum. 315.12

Diuina officia.

Diuina officia non audiens, non damnatur tanquam hæreticus, ſed propter vehementem inducitur ei purgatio. 166.9

Diuinatio.

Diuinationum materiam, qui ſcribant. 219.11

Docti.

Docti proferentes propoſitiones hæreticas, vt hæretici puniuntur. 169.8

Dogmatiſta.

Dogmatiſta, & Hæreſiarcha diminute falſus torquetur, & quando illico relaxatur. 292.10
Dogmatizantes, qui conantur ſubuertere principes eiuſque filios, &c. non ſunt dimittendi. ibid.8

Domini.

Domini temporales recuſantes hæreticos appre

apprehendere ſunt ſuſpecti de hæreſi. 271. 12

Domini temporales negligentes in perſequendo hæreticos non ſolum ſunt fautores, imò & præſumuntur hæretici. 271. 11

Dominium.

Dominium rerum non amittitur propter peccatum. 31.6

Domus.

Domus defuncti hæretici deſtruitur, ſaleque conſpergitur. 296.18

Dormientes.

Dormientes non delinquunt, niſi in culpa ante fuiſſent. 241.25

Dulcinus.

Dulcinus Hæreſiarcha. 256.22

E

Ebrietas.

EBrietas triplex diſtinguitur. 241. 28

Ebrius.

Ebrius ſi protulit hæreſim valet excuſari. 241. 27.

Eccleſia.

Eccleſias duas fingere vnam carnalem, aliam ſpiritualem eſt error Fratecillorum damnatus. 308.13

Eccleſia non claudit gremium volentibus ad eam redire quoad ſacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ. 210.21

Eccleſiæ contradicere aliud eſt, ac habere formalem intentionem eidem contradicendi. 111.6

Eccleſia non vtitur iure ſuo niſi in ordine ad emendationem non ex vindicta. 135.14

Eccleſia bello infideles expugnare, quando poſſit. 32.10

Eccleſia valet infideles expugnare, ſi terras debitas Chriſtianis occupant. 33.17

Eccleſia in qualificandis propoſitionibus potius eſt, vt non poſſit errare. 170.18

Eccleſia aliquando permittit ritus infidelium ſuperſtitioſos, vt euitentur ſeditiones. 32.13

Eccleſia pœnis temporalibus valebit plectere impugnantes infideles eam; Chriſtianos etiam cenſuris. 74.3

Eccleſiaſticus Iudex.

Eccleſiaſticus Iudex poteſt præcipere, vt laicus Iudex procedat ad puniendos Iudæos. 11.10

Edicta.

Edicta inquiſitionis ſunt vnius formæ, & ponunt excommunicationem contra illa inobedientes, qui libros hæreticos non tradunt Inquiſitoribus. 123.9

Edicta inquiſitorum libros prohibentia non comprehendunt libros alios quàm tractantes de hæreſi, aut de illa ſuſpectos. 129.19

Eiectus à Religione.

Eiectus à Religione ob propriam culpam valet habitum clericalem induere. 345. 18

Eleemoſyna.

Eleemoſyna, Baptiſmus, & martyrium non proſunt in hæreſi morienti. 116.2

Eligi.

Eligi amplius nequit Religioſus, qui ſemel ad male amiſſum habitum reuertitur. 330.27

Emendare.

Emendare factum laudabilius, eſt quam illud adinuenire. 124.12

Emendatio.

Emendatio libri & actus iudicialis, qui tantum pertinet ad perſonas publicas. 124. 13

Epiſcopus.

Epiſcopus, etſi ex officio poſſit expurgare libros prohibitos etiam damnatos, illos tamen legere nequit. 126.3

Epiſcopi Prælati, & Principes non corrigentes hæreticos, nec eos punientes dicuntur eorum defenſores. 271.14

Epiſcopus poteſt eſſe arbiter inter Iudæos ſecundum eorum legem in ordinatoriis, & deciſoriis. 15.19

Epiſcopus verius eſt vt nullos libros hæreticorum valeat tuto legere. 125.2

Epiſcopi, & inquiſitores de ſuis familiaribus cognoſcunt. 280.11

Epiſcopi debent de ſuis prouinciis viſitando hæreſes expurgare, & hæreticos expellere. 282.1

Epiſcopus negligens in puniendo hæreticos eſt deponendus à Pontifice. 270.6

Epiſcopus deſinens perſequi hæreticos propter timorem, aut ob vitanda ſcandala, nec dicitur eorum fautor, nec pœnas incurrit: 270.7

Epiſtola.

Epiſtola Iudæorum quædam Miſſa ad Iudæos Hiſpaniæ. 84.18

Epiſtola continens errores legi, prohibetur & retineri. 124.14

Equi.

Equorum nomine qui veniant, prohibitique cenſeantur vehi ad Sarracenos. 40.28

Errans.

Errans in articulis fidei ex ignorantia dicitur largo modo hæreticus. 307.8

Errare demonſtrat,qui alios ab errore non reuocat. 114.1

Error.

Error circa alias propoſitiones damnabiles ex ſe eſt peccatum mortale, niſi ignorantia inuincibilis intercedat. 170.14

Error ſaltem proximus eſt aſſerens Eccleſiam poſſe errare in qualificandis propoſitionibus ; alij, vt hæreticus ſit. 171.19

Euangelium.

Euangelium Pauli dicit Albertin. præferri Angelis bonis. 155.20

Euchariſtia.

Euchariſtiam ſumere,& peccata non confiteri quot annis, nec hoc poſſe præcipi ab Eccleſia, aſſerens vt hæreticus poteſt damnari. 161.4

Non ſic qui per multos annos nec communicaret, nec peccata confiteretur. ibid.

Euchariſtiam ſingulis annis non recipens, quando præſumatur hæreticus. 166.10

Exceptiones.

Exceptiones hæretici incarcerati, & negantis ſunt communicandæ cum aduocato. 231.8

Excommunicari.

Excommunicari poſt mortem poſſe quem ſuadeatur? 134.1

Excommunicatio.

Excommunicationis eſt ſolùm capax homo viator, non ſic mortuus, & quare. ibid.7

Excommunicatio poſt mortem durat, ſi quis fuit in vita ligatus, & non abſolutus. ibid.4

Excommunicatio contra hæreticos lata ex ſe non comprehendit tenentes aliquam, vel aliquas ex propoſitionibus damnabilibus ab hæreſi. 170.16

Excommunicatio operatur duplicem effectum. 135.12

Excommunicatio poſt mortem lata potius eſt viuorum prohibitio. 135.13

Excommunicatio Vrbani contra extrahentes quando dicatur reſeruata. 69.6

Excommunicatio poteſt poni contra inſtituentem hæredes hæreticos. 136.18

Excommunicatus.

Excommunicatus ex cauſa hæreſis tranſacto anno vt hæreticus puniri valet, ſed requiritur ſententia declaratoria. 265.11

Excommunicatus per annum ex alio crimine quam hæreſis ſit leuiter ſuſpectus 261.5

Excommunicatus per annum videtur contemnere claues Eccleſiæ, ſuffragia, & ſacramenta, 261.3

Excommunicatus ex alio crimine ſiue cauſa ciuili contumax per annum condemnatur, vt ſuſpectus de hæreſi. 261.4

Excommunicatus ſi diligentias fecit pro abſolutione obtinenda, quam non obtinuit non dicitur inſordeſcere in excommunicatione. 261.9

Excommunicatus per annum ex cauſa fidei, aut hæreſis perſiſtens, vt hæreticus habeatur. 261.1

Excommunicatus inſordeſcens per annum ex alio crimine, aut cauſa præter hæreſim non proceſſatur ab inquiſitoribus ex conſuetudine etiam Romanæ inquiſitionis. 264.3

Excommunicatus per annum debet prius citari vt compareat ad ſe compurgandum. 265.7

Excommunicatus inſordeſcens ſi facilè capi non poteſt debet citari ſpecificè ad reſpondendum de fide,& ad ſe purgandum de ſuſpicione. 265.9

Excuſantes.

Excuſantes appenſate hæreticos etiam dicuntur eorum fautores, & defenſores. 180.27

Excuſatio.

Excuſatione ex mutatione ſtatus de laico in clericum allegata ab aduocato, non liberat reum ſancti officij. 247.20

Exhæredari.

Exhæredari nequit filius infidelis, veniens ad Catholicam fidem prætextu ingratitudinis. 35.5

Exploratores.

Exploratores vulgo *las Eſpias* valent ve-

 ſtibus

ſtibus Turcarum vti, vt ſe tales eſſe occultent. 79.18

Extrinſeca.

Extrinſeca fingere ex iuſta cauſa licitum eſt. 79.20

F

Falſa propoſitio.

Falſa propoſitio quænam ſit. 140.5

Fames.

Fame, vel vi adacti, ne pereant, arma bellica portantes ad Turcas non incurrunt cenſuras iuris, & Bullæ Cœnæ. 45.7

Fames non excuſauit quem à relapſis, qui ſe tranſtulit ad alios diuerſæ ſectæ. 220.18

Familiares.

Familiarium, & officialium ſancti Officij inquiſitionis quoad competentiam iuriſdictionis qualiter defendendi ſint. 277.10

Familiares & miniſtri ſanctæ inquiſitionis ſucceſſerunt Cruce ſignatis pro terra ſancta. 276.2

Familiares, vt conueniantur coram inquiſitoribus, cùm debeant priùs probare ſe tales, & de iuramento ab eis præſtito in initio receptionis. 277.3

Familiares quot ex lege Regia poſſint aſſignari pro qualibet ciuitate & oppido. 279.7

Familiares ſancti Officij dum recipiuntur iurant coram inquiſitoribus denunciare hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos. 278.1

Familiares ſancti Officij tempore interterdicti poſſunt diuinis officiis intereſſe. ibid.2

Familiares ſancti Officij eligendi debent eſſe viri probi & pacifici. ibid.4

Famuli.

Famuli fideles apud Iudæos nequeunt commorari. 19.20

Farinæ extractio.

Farinæ extractio venit appellatione frumenti extrahi prohibitum. 69.12

Farinæ mutatione triticum videtur mutatum. ibid.11

Fatalia.

Fatalia hominum non adſtringuntur aſtris, & ſtellis, & aliud dicere erit propoſitio blaſphema & hæretica. 148.7

Fauor.

Fauorem, & auxilium præſtans, etſi hæreſis effectus non ſequatur, potius eſt vt incurrat Bullæ Cœnæ excommunicationem. 183.12

Fautores.

Fautores, & defenſores ſchiſmaticorum quam incurrant cenſuram. 310.7

Fautores non dicuntur hæreticorum illi, qui hæretico in extrema neceſſitate ob Dei amorem eleemoſynam præſtant. 221.19

Fautores hæreticorum exiſtimantur negligentes in perſequendo hæreticos. 270.10

Fautores excommunicati propter fautoriam ſi per annum in excommunicatione perſtiterint reputantur hæretici. 193.5

Fautores dicuntur etiam impedientes ſanctum officium, in punitione hæreticorum. 176.11

Fautor non dicitur hæretici, qui illum ex alia cauſa quam hæreſis, defendit. 184.9

Fautores hæreticorum tribus modis dicuntur. 176.6

Fautores, & receptatores, defenſores & credentes hæreticorum qualiter inter ſe differant. 171.1

Fautores dicuntur omnes illi, qui hæreticos defendunt. 176.7

Fautorum, receptatorum, credentiumque hæreticis materia proponitur. 173.1

Fautores hæreticorum poſſunt dici legentes libros prohibitos. 129.22

Fautores, & receptatores ex inſordeſcentia excommunicati poſſunt vt ſuſpecti notari. 266.17

Fautor relapſus poſt abiuratam relaxiam pluries, potius eſt quod conſulatur ſenatus ſupremus vt tradi poſſit brachio ſæculari. 192.18

Fautor hæreticorum dicitur, qui ſupponit ſe curiæ liberando ſic verum hæreticum ne capiatur, vbi de pœna illius. 188.14

Fautores ſunt hæreticorum alimenta, pecuniam vel aliud ſimile mutantes hæreticis. 184.5

Fautores hæreticorum defenſores & alij ſunt ſuſpecti de hæreſi. 175.2

Fautorum præcipua pœna eſt excommunicatio. 193.2

Fautores

Fautores dicuntur, qui ſubleuant hæreticos, fauore vel pecunia, &c. 176.9
Fautores, defenſores, receptatores hæreticorum, vt priuentur ſepultura, & exequiis Eccleſiaſticis videntur, ſi denunciati iam ſint. 199.28
Fautores, defenſores, receptatores hæreticorum etiam de iure ciuili banniuntur. 197.18
Fautores, defenſores, receptatores hæreticorum poſſunt etiam pœna arbitraria puniri. 197.19
Fautores hæreticorum excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini non inquam fautores ſuſpectorum tantummodo. 202.12
Fautores, receptatores, defenſores, & credentes hæreticorum æquè puniuntur, & ſicut ſchiſmatici. 196.13
Fautoris excommunicati per annum contumacis oritur violentiſſima præſumptio vt ſit hæreticus. 194.7
Fautor relapſus in fautoria non punitur vt verè relapſus ex hæreſi. 191.16

Ferrum.

Ferri nomine infecti arma quæ intelligantur ad bellica. 40.25
Ferrum dantes ad conficiendum clauos infidelibus, longe diſtantes non incurrunt cenſuras. 45.8

Feſtiuitates.

Feſtiuitates Conceptionis & Aſſumptionis B.Mariæ Virginis cum ſua octaua, amplexa eſt Eccleſia. 148.9

Fidelis.

Fidelis obligatus à Iudæo Turca, aut infideli vt apoſtataret à fide Catholica, tenetur potius mori. 77.5

Fides.

Fide vera tria perſonarum genera carent. 2.4
Fides Catholica non per electionem, ſed per diuinam inſpirationem Chriſtianis data eſt. 97.7
Fidei cauſa ſi in tuto non eſt, nec hæreſes extirpantur, Regna, & Dominia, nequeunt diutius in pace conſiſtere, & conſeruari. 271.16
Fides ſolum deſtruitur, & perditur per hæreſim, Apoſtaſiam, Iudaiſmum, & Gentiliſſimum non per alia peccata. 12.26
Fides ex neceſſitate eſſe non debet. 54.3
Fides Catholica non bello, nec armis eſt edocenda, ſed mediis prædicatoribus. 51.13
Fidem per vim, & metum abnegantes non debent Eccleſiæ reconciliari contra alios. 335.18

Fidelis.

Fidelis tranſiens per loca infidelium, & hæreticorum valet vti cibis illorum. 48.5

Filij.

Filij & hæredes admittuntur ad defendendum, niſi pater pertinax deceſſiſſet. 196.12
Filius tranſiens ad Catholicam fidem poteſt alimenta petere, & filia dotem. 35.6
Filij Iudæorum non ſunt irregulares Remiſſiue. 6.9
Filius baptizatus retinet iura ſucceſſionis, & ſuitatis patris infidelis. 35.10
Filij & nepotes hæreticorum quibus pœnis plectantur. 205.15

Fiſcalis.

Fiſcalis aduocatus S.Officij quo ordine initiat, ac proſequitur proceſſum contra reos. 235.17
Fiſcalis ſanctæ inquiſitionis debet accuſare reum de quocumque delicto, & etiam de ſuperuenienti. 246.17

Fœmina.

Fœmina fidelis valet dicere viro infideli: *te in virum accipiam, ſi Baptiſmum ſuſcipias.* 50.5
Fœminæ nuptias contrahentes cum initiatis in ſacris ſeruitutem incurrunt. 38.15

Forma.

Forma requiſita in actu poteſt eſſe duplex, vna ſubſtantialis, qua omiſſa vitiatur actus, alia effectualis, quæ non vitiat. 257.28

Fornicatio.

Fornicationem credens licere, abſque eo quod ſit hæreſis, aliqui tenent. 163.9

Fortuna.

Fortuna non gubernat hominum actus. 148.6

Frumentum.

Frumentum cum aſportari prohibetur, non comprehenditur hordeum, nec alia legumina. 66.14

Fugitiuus.

Fugitiuus religioſus eſt, qui abiiciens obedientiæ

dientiæ iugum ſe ſubtrahit, vt ſecedat. 143.3
Fugitiuus Monachus ex Religione poteſt eſſe, qui non reputetur apoſtata. 345.14

Furor.

Furor de præſenti præſumitur durare, etſi aliquando ſanè loquatur reus,& ex qua duratione probetur. 240.24
Furor an excuſet allegatus. 24.22
Furor non præſumitur eſtque probandus adhibitis medicis. 240.23

G

Galli.

Galli ordinarunt vt omnes cuiuſcumque religionis obſeruarent feſtos à ſancta Catholica, & Romana Eccleſia indictos; aliàs vt poſſent puniri. 19.7

Generatio.

Generatio Iudaica Chriſto Domino nigra extitit. 63.17

Gens Iudaica.

Gens Iudaica vocatur fœtida, & apud omnes gentes odio habita. 83.15

Genufletti.

Genuflecti ſanctiſſimæ Euchariſtiæ deſinens, ſi ex circunſtantiis excuſatur, non vt hæreticus, nec ſuſpectus punitur. 163.7
Idem ſi rebaptizaretur, exiſtimans id ſine peccato poſſe. ibid.

Geſta.

Geſta à pluribus, qui vulgo exiſtimantur Papæ dato communi errore, donec declaretur, quis verus Pontifex, valent. 319.2
Geſta per Antipapam aduerſus verum Papam, non valent vt exemplificatur. ibid. 1
Geſta per ſchiſmaticum exiſtentem extra communionem Eccleſiæ ſunt nulla. 313.6

Græci.

Græci Catholici habentes vnicam vxorem tolerantur ab Eccleſia, vt ad ſacros ordines promoueantur. 158.16

H

Habilitatio.

Habilitatio per diſpenſationem in ordinatis ab ſchiſmaticis requiſita inſinuatur. 321.1

Habitus.

Habitum religioſus, aut clericus dimittens animo diuagandi excommunicationem incurrit, ſed quando. 347.5
Habitus dimiſſio pro tempore breui contra aliquos non facit Religioſum apoſtatam. 351.6

Hæres.

Hæres infidelis à Chriſtiano num valeat inſtitui. 34.1
Hæredes imò, & extranei aliquando admittuntur ad purgandam memoriam defuncti hæretici. 295.4

Hæreſis.

Hæreſis nomen olim nec turpe nec odioſum erat: hodie è contra, & quod infame etiam ſit. 97.6
Hæreſis apud Catholicos recipitur pro falſo dogmate contra fidem Catholicam. 96.5
Hæreſes plures ſine nomine hæreſiarchæ fuerunt quarum aliquæ recenſentur. 288.4
Hæreſis ſuſpicio oritur ex non obſeruantia pœnitentiæ ab inquiſitoribus impoſitæ; & quando pariat relapſiam. 228.2

Hæreticus.

Hæreticus non eſt paratus corrigi, qui credit veram aliquam propoſitionem in ſe falſam, tenens eam de fide. 111.1
Hæreſis à verbo Græco, quod diuiſionem ſignificat, dicitur, vel electionem. 96.3
Hæreſis probatur ex factis, & verbis etiam ſecretiſſimis,metu, aut alio ſigno. 179.21
Hæreſis crimen non dicitur ſufficienter probatum ex vehementi ſuſpicione. 213.34
Hæreſis inter ſpecies infidelitatis eſt grauiſſimum peccatum, & videtur maius quam Iudaiſmi, aut paganiſmi. 11.23
Hæreſis definitiones plures aſſignantur. 97.8

Hæreſes

Hæreſis ex parte, & non in totum eſt contraria fidei. 98.13
Hæreſes octo recenſentur Beiguandorum, & Berguinarum Alemaniæ. 289.5
Hæreſis quod ſit error voluntarius, eſt idem quod ſi pertinax. 98.12
Hæreſis cognitio de iure ſpectat ad Epiſcopos, vel ad Capitulum ſede vacante. 203.2
Hæreſis publica quando dicatur, vt abiuratio publicè fiat. 215.47
Hæreſis abeſt ſi error intellectus, & voluntatis non interueniat. 98.11
Hæreſis verba circa diffinitionem explanantur. ibid.10
Hæreſis materiæ conducibilia quædam remiſſiuè annotantur. 138.4
Hæreſis etymologiæ multiplices, & à quo ſic dicatur. 96.2
Hæreſis tractatus reſumptiuè, & quare. 95.1
Hæreſis pugnat cum fide non ſic ſchiſma. 299.4
Hæreſis materia adæquata. 170.12
Hæreſis pluribus in caſibus committitur. 98.14
Hæreſis crimen eſt merè Eccleſiaſticum. 223.3

Hæreſiarcha.

Hæreſiarchis pœnitentibus ſunt iniungendæ pœnitentiæ grauiſſimæ. 292.13
Hæreſiarchæ plura ſolent dicere, aut facere ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie. 289.6
Hæreſiarcharum nomina & ſectæ plures recenſentur. 284.2
Hæreſiarcha nondum citatus, & admonitus non traditur curiæ ſæculari comburendus. 291.5
Hæreſiarchæ Dogmatiſtæ, & Magiſtri errorum ſunt tradendi foro ſæculari, vt comburantur etiam pro prima vice. 290.2
Hæreſiarcha in quo differat ab hæretico, & credente. 178.18
Vbi quid contra Caluinum ibid.
Hæreſiarcha, quis dicatur, & qua pœna puniatur. 184.1

Hæreticus.

Hæreticus propriè eſt qui ad minus dubitatiuè ſcit ſe ſentire contra Eccleſiam quouis fine. 111.5
Hæreticus non eſt, qui falſum opinatur paratus corrigi. 109.20.
Hæreticus incorrigibilis eſt, qui non habet animum ſe conuertendi, ſed vult eſſe pertinax obſtinatus, & induratus. 224.7
Hæreticus formaliter non eſt, ſumens hoſtiam non conſecratam, etſi valdè ſuſpectus. 165.4
Hæreticorum, & malorum Catholicorum quæ differentia ſit. 161.14
Hæreticus eſt & malè de fide ſentiens, is qui nouas, & falſas opiniones, nouaſque ſectas, peruerſaque dogmata gignit vel ſequitur. 141.13
Hæreticus eſt, qui aliter ſentit de articulis fidei, quam credit Eccleſia. 167.1
Hæretici non ſunt nec aduerſus illos procedi poteſt qui aſſidue homicidia, & grauiora delicta committunt. 161.11
Hæreticus præſumptus, qui in negatione perſiſtit alicuius propoſitionis deductæ de fide, & principio naturali vt hæreticus puniri valet. 172.3
Hæreticus eſt qui aſſerit quod vere peccatum eſt non eſſe peccatum. 109.22
Hæretici ſubiacent Epiſcopo tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato: vbi inſinuatur poteſtas ſpecialis inquiſitorum. 205.14
Hæreticum eſt aſſerere quod non recipiatur pœnitens ſi toto tempore vitæ ad ſenium ſubuerſus fuerit. 209.15
Hæreticus negatiuus conuictus, etſi paratus ſit corrigi non admittitur ad abiurandum qui eſt relaxandus brachio ſæculari. 216.52
Hæretici dicuntur, qui non ſunt membra Eccleſiæ. 165.6
Hæreticus eſt qui malè ſentit de Sacramentis Eccleſiæ. 164.1
Hæreticus eſt qui aſſerit peccatum eſſe imagines ſanctorum venerari, & quod error hæreticorum in hoc eſt impius. 142.18
Hæreticus retractans ſuam confeſſionem poſt ſententiam, & abiurationem vt temerarius potius uidetur damnandus. 225.20
Hæreticus vere eſt, qui tenet aliquid contra fidem ſcienter, vel dubitanter. 106.1
Hæreticus alius dicitur affirmatiuus. alius negatiuus; & qui ambo ſint? 98.16.
Hæreticus eſt ille, qui exiſtimat vniuerſalis Eccleſiæ caput vnum eſſe. 308.12

Hæreticus eſt, qui aſſerit excommunicationes Papæ, & Prælatorum non eſſe timendas. 143.25
Hæreticum ſe docens magis talis reputari debet, curiæque ſæculari tradendus, quàm qui verbis, pluribus concluſionibus pateat. 178.20
Hæretici ſunt, qui ſacram ſcripturam ſcientes, & videntes aliter exponunt, & interpretantur, quam interpretetur Eccleſia: exemplificatur. 141.14
Hæreticus eſt, qui aſſerit Papam non habere poteſtatem concedendi indulgentias ad remiſſionem pœnæ debitæ in Purgatorio, debitis circunſtantiis ſeruatis. 143.24
Hæreticus quis dicatur. 107.8
Hæreticus eſt, qui aſſerit Papam non habere in temporalibus, nec abſoluté, nec in ordine ad ſpiritualia poteſtatem. 143.27
Hæreticos valet Eccleſia compellere vt fidem profiteantur. 55.11
Hæretici, etſi doctrinam Chriſtianam deprauent, gloriantur nomine Chriſti. 42.1
Hæreticus vt quis verè dicatur, quæ requirantur. 98.15
Hæretici, & eorum fautores ipſo iure excommunicati ſunt. 134.8
Hæreticalium propoſitionum variæ ſpecies recenſentur. 139.1
Hæretici improprij, proprij, & propriiſſimi qui dicantur: vbi exemplificatur. 99.18
Hæreticus eſt, qui credit non eſſe obediendum Papæ, Papamque non habere poteſtatem concedendi Canones. 143.16
Hæreticus exterior quis non eſt. 143.29
Hæreticus manifeſtus manifeſtè debet abiurare. 215.50
Hæreticus vt quis dicatur, eſt neceſſaria receptio Baptiſmi validi in aqua. 103.1
Hæreticus vt quis negatiuus verè ſit, tria requiruntur: Vbi, quæ illa ſint. 99.17
Hæreticus eſt qui paratus ab Eccleſia corrigi expectat conuinci argumentis. 108.13
Hæreticus non eſt, qui male viuit, ſed ſed qui male credit. 161.13
Hæreticus formalis quis? 108.15
Hæretici quibus pœnis feriantur. 204.5
Hæretici mortui etiam ante incarcerationem puniuntur. 294.1
Hæreticum quæ dubitatio non reddit. 114.2
Hæreticus externus quis? 168.5

Henricus.

Henricus Rex Hiſpan. necatus fuit à Maiar Medico Iudæo. 81.3

Hiſpani.

Hiſpani Reges potuerunt infideles Barbaros prædicatione Euangelij ad fidem inuitare. 517.52
Hiſpanica inquiſitio non procedit contra inſordeſcentes per annum ex alia cauſa, quam hæreſis. 265.6

Homines.

Homines iuſto bello capti, iure gentium fiunt capientium, & qui ſe vendi patiuntur. 38.14
Homo fuit creatus cum libero arbitrio 148.5

Hoſtibus.

Hoſtibus legationis cauſa ad nos venientibus licet vendi res. 65.8

I

Ieſuitæ.

IEſuitæ eiecti an poſſint miniſtrare in ordinibus ſuſceptis in Religione. 356.6
Liberi manent ab omni voto. ibid.5
Non ſic eiecti ab aliis Religionibus. ibid.
Quid præſtare teneantur, vel quid non. ibid.7.8.9.10
Ieſuitæ vtuntur habitu accommodato patriæ vbi degunt. 356.3
Ieſuitæ alio aſſumpto habitu è Religione abeuntes puniuntur. 364.34
Idem de aliis Religioſis cenſendum. ibid.
Ieſuitæ poſt biennium votis emiſſis, ſi ducant vxorem, puniuntur, vt alij Religioſi. 327.12
Ieſuitæ ordinati prima tonſura valent prædicare ex conceſſione Pauli III. 257.31
Ieſuitæ ob delicta, nec adhuc data incorrigibilitate poſſunt eiici à ſocietate. 353.20

Ignorantia.

Ignorantia affectata & craſſa an excuſet à peccato hæreſis? 105.18
Ignorantia affectata, ſeu probabilis in quo differat à pertinacia hæreticali. 104.16
Ignorantia probabilis, hoc eſt, inculpabilis excuſat à peccato hæreſis. 105.17
Ignorantia non excuſat in crimine ſchiſmatis. 307.6

Imaginum.

Imaginum.

Imaginum ſacratum nulla datur idololatria in earum cultu, item & reliquiarum. 142.22
Imaginum percutientium factum potius eſt, vt dicatur hæreticale, cui imponitur abiuratio. ibid.23
Imagines Eccleſiæ, & alias iniurians, ſeu infringens non dicitur hæreticus, niſi eſſet diffamatus. ibid.20
Imagines infringens, aut alias iniurias illis faciens, eſt valdè ſuſpectus de hæreſi. ibid.21

Impedientes.

Impedientes ſanctum inquiſitionis officium ſunt in duplici differentia. 187.6
Impedientes ſanctum inquiſitionis officium dicuntur fautores hæreticorum contra quos inquiſitores poſſunt procedere. 186.1
Impedientes ſanctum inquiſitionis officium poſſunt interrogari, & torqueri, ſuper cauſa, qua moti ſunt ad illud impediendum. 187.5
Impedientes officium S.Inquiſitionis perſiſtentes per annum in excommunicatione ſunt ipſo iure infames. 194.10
Impedientes ſanctum inquiſitionis officium ſunt de hæreſi ſuſpecti. 186.3
Impedire dicuntur S.Officium inquiſitionis iniuriantes vel offendentes familiares, aut miniſtros, &c. 187.9
Impeditur S.Officium concurſu etiam ſine armis, & ſolis clamoribus populi. ibid.11

Imperatores.

Imperatores, & reges venientes contra Eccleſiam Romanam deponuntur à Papa. 307.5

Impietas.

Impietas non eſt palliatida ſpecie pietatis. 253.4

Impœnitens.

Impœnitens reputatur, qui confeſſus reconciliatur, ſi poſtea appareat quod non omnes ſuos errores, nec complices reuelauit. 226.21
Impœnitentes & pertinaces etſi eo ipſo dicantur ſententiati, potius eſt vt de proceſſu prius conſtet. 227.28
Impœnitentes hæretici ex quibus caſibus tales dicantur. 224.16
Impœnitentes, & pertinaces traduntur curiæ ſæculari puniendi ſicut relapſi. ibid.9

Impreſſio librorum.

Impreſſio librorum prohibitorum, quibus pœnis prohibita eſt. 132.9
Imprimentes libros prohibitos vt fautores puniuntur. ibid.10

Indulgentia.

Indulgentia quoad relapſum non prodeſt niſi quoad pœnam ſpiritualem. 210.19

Infames.

Infames ſicut remouentur à dignitatibus, & honoribus, ſic, &, infamia notati. 83.14

Infantes.

Infantes, quare non baptizati non ſaluantur in Lege Euangelica, & quare ſaluarentur non circumciſi. 152.4
Infantes poſt Legem Euangelicam non alio remedio, quam Baptiſmo ſaluantur, etſi in vtero matris moriantur, aliud aſſerere eſt hæreticum. 152.2
Infantes infidelium iuſto bello capti poſſunt Baptizari inuitis parentibus. 27.19
Infantes, quod ſaluentur ſine Baptiſmo propter ſolam fidem oblationem, & benedictionem aſſerere, eſt temerarium. 152.3

Infernum.

Infernum damnatorum eſt in centro terræ. 146.9

Infideles.

Infideles ſtatim, ac ipſis proponitur Euangelium non tenentur credere, donec fides exemplis, & doctrina declaretur. 5.7
Infideles non afficiunt ſtatuta, & ordinationes factas circa ea quæ cultum diuinum reſpiciunt. 6.11
Infideles inter Catholicos viuentes non egent inſtructione, & admonitione, vt dicantur ſi non credant tales. 111.7
Infidelium opera omnia non ſunt peccata cum plura in genere moris ſint bona. 5.8
Infideles in remotiſſimis degentes, dicuntur inſtructi, quando ipſis ſufficienter fuit fides propoſita, & prædicata. 112.9
Infideles ad audiendum prædicatores, poſſunt compelli, non ad recipiendam fidem. 53.15
Infideles poſſunt allici ad Baptiſmum donis, & muneribus. 504

Infideles ad quos prohibentur arma deferri, etiam dicuntur, ſi habitu oppugnent Chriſtianos. 39.17
Infideles ad quæ poſſunt cogi. 23.11

Infidelitas.

Infidelitas eſt duplex. 5.3
Infidelitatis ſpecies Iudaiſmi, Paganiſmi, & hæreſis continent ſub ſe alias, quæ explanantur. 11.22
Infidelitas contraria opponitur fidei in tres ſpecies. 5.5
Infidelitas contraria eſt grauiſſimum peccatum, ſecundùm obtinentem locum poſt Dei odium. ibid.6
Infidelitas eſt peccatum generale ad omnia vitia, & peccata, quæ fidei opponuntur. 4.2

Infirmus.

Infirmus conſolationem ab hæretico petens non exiſtens ſanæ mentis non incurrit pœnas credentium hæreticis. 190.10

Ingreſſus.

Ingreſſus interdici benè poteſt venientibus ad patriam alienam. 72.7

Iniuriæ.

Iniurias oportet tolerare Chriſti exemplo. 259.5
Iniurioſa propoſitio, quæ. 140.6

Inquiſitio.

Inquiſitio facta Romana ex præmiſſo Pontificis, habet prohibere legi libros hæreticos, & Epiſcopi inquiſitores, & ſuperiores laici quando id habeant? 119.9
Inquiſitores poſſunt procedere contra ſuſpectos de hæreſi. 175.4
Inquiſitores poſſunt procedere contra credentes Deum habere membra. 156.6
Inquiſitores qualiter inuigilare debent pro capiendis, & puniendis hæreticis. 276.20
Inquiſitores poſſunt procedere aduerſus Magiſtratus non obedientes eorum mandatis. 273.1
Inquiſitores poſſunt compellere Reges cenſuris ad modificandas, & reuocandas leges impedientes Tribunal, & Officium S.Inquiſitionis. 272.20
Inquiſitores, aut Epiſcopi an poſſint compellere negligentes Dominos temporales in extirpandis hæreticis. ibid.21
Inquiſitorum, conſultorum, commiſſariorum, & iudicum bonorum confiſcatorum S.Officij priuilegia, & munus. 282.23
Inquiſitores proceſſum faciunt contra ſuſpectum de fide. 264.2
Inquiſitores debent eſſe diligentes, vt fiant reorum defenſiones. 250.5
Inquiſitores valent punire infideles in aliquibus caſibus, quibus offendunt fidem noſtram Catholicam. 75.4
Inquiſitores negligentes in perſecutione, & punitione hæreticorum expurgandoque prouincias ſuſpecti ſunt de hæreſi. 271.15
Inquiſitores qui ſuffecti ſunt loco Epiſcoporum qualem diligentiam debeant præſtare in extorquendis hæreticis. 281.4
Inquiſitores hæreticæ prauitatis in verè Iudæos, qui nunquam Baptizati fuerunt non iudicant ex eo tantum, quod Iudæi ſunt niſi in caſibus de quibus hic. 2.& 3.6
Inquiſitores ſolo iure Canonico multis in caſibus poſſunt punire Iudæos, & Sarracenos priuando eos commercio Chriſtianorum. 7.& 8.20
Inquiſitores poſſunt procedere contra eos, qui prædicant, & aſſerunt propoſitiones ſuſpectas, periculoſas, ſcandaloſas, &c. 170.17
Inquiſitores nequeunt qualificare propoſitiones teſtificatorum in viſitatione, ſi ſapiant hæreſim. 172.7
Inquiſitores interrogare debent deferentes libros hæreticos, à quonam habuerint ad quos effectus. 123.5
Inquiſitores ſi habeant licentiam legendi libros prohibitos, illam ipſi aliis concedere nequeunt. 126.5
Inquiſitores an valeant legere & retinere libros prohibitos. 116.4
Inquiſitores contra non communicantem quotannis, niſi dato Eccleſiæ contemptu procedere non poſſunt. 166.11
Inquiſitores qualiter debeant monere pertinaces & impœnitentes vt conuertantur. 227.27
Inquiſitores cognoſcunt contra tranſportantes arma ad infideles. 43.8
Inquiſitores poſſunt proſequi proceſſum, inceptum contra ſuſpectum de hæreſi etiam poſt illius mortem. 296.8
Inquiſitores poſſunt procedere contra proferentes propoſitiones ſcandaloſas,

temera

renicrarias, & ſimiles. 168.6

Inquiſitor ex officio tenetur ſcrutari defenſiones, quæ reo competunt, non obſtante renunciatione illarum. 147.24

Inquiſitores in pluribus caſibus poſſunt procedere contra Iudæos, & infideles. 180.29

Inquiſitores ſententiant hæreticos vna cum Epiſcopo, aut eius vicario diffinitiuè. 203.3

Inquiſitores, & familiares non valent abuti priuilegio, quo gaudent deferendi arma. 188.15

Inſordeſcens.

Inſordeſcentes in excommunicatione debent ab inquiſitoribus citari vt reſpondeant de fide. 264.1

Inſordeſcens per annum in excommunicatione, etſi vt hæreticus puniendus ſit, non tamen verè hæreticus eſt. 266.12

Inſordeſcenti per annum in excommunicatione non prodeſt abſolutio conceſſa à Papa in impetrationibus gratiarum. 259.3

Inſordeſcens in excommunicatione per annum ex alia cauſa præter hæreſim dicitur tantum de hæreſi ſuſpectus. 262.14

Inſordeſcentia in excommunicatione multa requirit. 259.2

Inſordeſcentiæ ſuſpicio poteſt eſſe leuis ſuper quo agnoſcendo relinquitur indicio iudicis. 260.16

Inſordeſcentiæ annus in excommunicatione debet eſſe continuus. 259.4

Inſtruentes hæreticos.

Inſtruentes hæreticos vt negent veritatem ſunt de hæreſi ſuſpecti vehementer. 176.10

Inſtruentes hæreticos vt celent veritatem ſeu negent quando interrogantur de hæreſi fautores ſunt, & ſuſpecti de hæreſi. 184.8

Interpretes.

Interpretes ſeptuaginta quando. 119.13

Ira.

Ira ſolet excuſare delinquentes in S.Officio ſi hæc prouenitet iuſtè. 240.20

Irregularitas.

Irregularitas an contrahatur à fautoribus, & defenſoribus hæreticorum. 201.6

Iudæi.

Iudæi ſeruis Chriſtianis adſcriptitiis nequeunt imponere aliud ſeruitij onus, præter laborem rutis, & colunatus. 26.7

Iudæi quoad actionem materialem ornandi tapetibus feneſtras, poſſunt compelli. 6.& 7.15

Iudæi aliique infideles receptantes, ac defendentes ſiue impedientes ne puniantur hæretici vt fautores, puniuntur ab inquiſitoribus. 180.28

Iudæi poſtquam habita fuit Religio Chriſtiana, cœperunt amoueri ab officiis publicis, & honoribus. 85.28

Iudæus nequit emere Iudæum cui ſunt adſcripti ſerui Chriſtiani. 19.15

Iudæi ſub Seuero maximè fuerunt afflicti. 85.25

Iudæi reconciliati eorumque filij, aut nepotes admittuntur ad officia publica. 82.7

Iudæi valent reparare Synagogas minantes ruinam, non tamen illas pretioſiores aut ampliores facere. 27.2

Iudæi in delictis mere ſæcularibus ſubduntur iudici laico, non vero in Eccleſiaſticis. 10.13

Iudæus teſtificans contra Chriſtianum, fidem non facit. 14.16

Iudaica gens eſt indignior, & abominabilior cœteris gentibus, quæ fui ratione expulſa à Catholicis Regibus. 3.8

Iudæorum quæſtiones an ſecundùm eorum leges terminandæ. 12.2

Iudæi ſalua religione in ſabbato, nec arma mouere, nec iter vllum, aut negotium poterant inſtituere. 85.26

Iudæorum ſerui. 3.13

Iudæi ſiue Neophyti, ſub qua generalitate ad beneficia, alioſque honores aſcendere prohibeantur. 86.35

Iudæi in Chriſtianos acerbiores, quàm Sarraceni. 47.2

Iudæus poteſt contrahere cum Principe, & Eccleſia. 23.14

Iudæi in delictis, quæ ſunt in contemptum noſtræ fidei puniuntur iuxta noſtras leges. 13.6

Iudæus non poteſt tenere in ſuo ſeruitio hominem baptizatum vel baptizari volentem. 89.1

Iudæi debent diſcerni à Chriſtianis qualitate habitus. 76.1

Iudæi, ſi habitant mixturatim inter domos Chriſtianorum tenentur ornare tapetibus feneſtras, & calles cum pertranſit

tranſit Sacra Euchariſtia. 6.10

Iudæi vtuntur Iure Romanorum, quia dicuntur de populo Romano, qui & ſubdunt Principi vbi morantur. 14. 13

Iudæorum maſculi 14. annorum, & feminæ 12. habentur vt majores non ſolum de Iure communi, ſed etiam ex ſua lege Moſaica ad ſe ipſos perfectè obligandos. 15.17

Iudæus Baptizatus indiſtinctè tenetur ſoluere debita, ante contracta. 9.1

Iudæi tolerandi non ſunt in hisquæ tendunt ad opprobrium illius, qui probra noſtra deleuit. 6.14

Iudæi in ordinatoriis Iudiciorum cum Chriſtianis ſubduntur legi ciuili, aut ſtatuto loci. 14.9
Et quid ſi lex Chriſtiani aliud diſponeret, aut generaliter lex Iudæi. ibid. 9.

Iudæis prohibetur diebus Hebdomadæ Sanctæ, vt in publico compareant, aut feneſtras, vel portas teneant apertas. 6.12

Iudæus & alij pagani iniicientes manus violentas in clericum non incurrunt cenſuras canonis, *ſi quis ſuadente*. 73.1

Iudæi in ciuilibus cauſis circa temporalia cognoſcuntur à ſuis Iudicibus, vbi à quo executioni mandetur. 13. & 14.7

Iudæus cedens bonis, tenetur etiam poſt Baptiſmum de nouo acquiſitis ſoluere debitum. 9.7

Iudæi, & pagani non præficiuntur officiis publicis inter Chriſtianos. 81.1

Iudæi tolerantur in ſuis ritibus, cæremoniis, & conſuetudinibus, dum non corrumpant Chriſtianos. 49.3

Iudæorum gentes ſunt ipſi Iudæi, Hebræi, & Iſraëlitæ, & à quo Iſraëlitæ, quos omnes vocamus Iudæos à perfidia Iudæ Iſcariotis. 2.3

Iudæi inter Chriſtianos poſſunt habere bona ſtabilia, & bona Eccleſiaſtica in Emphiteuſim. 35.7

Iudæos nutrire, confabulari, & communicare Romæ, qualiter permittitur, aut denegetur Chriſtianis. 47.1

Iudæi quibus in caſibus indirectè poſſunt compelli Baptiſmum recipere. 50.3

Iudæus Baptizatus tenetur vſuras tempore quo erat Hebræus reſtituere. 9.2

Iudæi vt appellat Lex Regia ſunt ſedi-tioſi, doloſi, inſolentes, &c. 84.19

Iudæus ſuſcipiendo baptiſmum dolo vt liberetur adhuc punitur. 247.21

Iudæis non licet in die veneris Sancti oſtia & portas tenere apertas. 29.8

Iudæi in diebus lamentationis, & Dominicæ Paſſionis in publicum prodire non debent, & quare. 29.9

Iura Romanorum ante aduentum Chriſti erant communia. 12.1

Iudæi Baptizati, ſi incidant in Iudaiſmum, aut hæreſim nequeunt bona, & poſſeſſiones retinere. 35.8

Iudæi baptizati reiudaicantes cognoſcuntur ſignis decem. 337.31

Iudæi cum non habent legem diſponentem ſubſunt iuri communi. ibid. 11
Quid ſi lex æque diſponat inter Iudæos, & Chriſtianos. ibid. 11

Iudæi ſubuertentes Chriſtianos, hæreticoſque defendentes, variis arbitrariis pœnis puniri poſſunt. 181.30

Iudæi facti Chriſtiani ſunt compellendi ſeruare fidem, quam ſemel ſuſceperunt. 342.5

Iudæi baptizati reiudaicantes poſſunt pœna capitis & confiſcatione bonorum puniri. 337.32

Iudæus Chriſtianus factus amore captus vt Chriſtianam duceret vxorem ſi redit ad Iudaiſmum vt apoſtata punitur. 337.29

Iudæi reiudaicantes puniuntur ab inquiſitoribus. 336.25

Iudæi quinam dicuntur & vnde ſic dicti. 2.2

Iudæus fornicans cum Catholica poteſt puniri ab Eccleſiaſtico, & idem de Catholico cum Iudæa. 11.21

Iudæi controuerſiæ circa ſpiritualia, & ceremonialia terminantur iuxta eorum leges. 13.4

Iudæus prorſus eſt incapax cuiuſcumque iuriſdictionis, & poteſtatis. 82.10

Iudæi à delatione birreti poſſunt excuſari ex licentia Papæ cum cauſa benè viſa. 76.2

Iudæus, qui Baptiſmum ſuſcepit etiam coactè illud colere tenetur ſi coactio non ſit abſoluta. 337.30

Iudæi facti Chriſtiani dum erant infantes ſi redeunt ad Iudaiſmum reputantur hæretici. 336.26

Iudæi ſi facti Chriſtiani redeunt ad Iudaiſmum vt hæretici puniuntur. 336.24

Iudæus num poſſit eſſe defenſor ciuitatis Arbiter, & Aduocatus remiſſiuè. 82.11

Iudæus poteſt compelli ad Baptiſmum, ſi ſic petiiſſet, & pœnituiſſet. 58.23
Iudæi reconciliati creditores ſunt ſoluendi de bonis confiſcatis ipſius. 10.9
Iudæi vagantur in mundo ſine homine, ſiue Deo, & Rege. 84.20
Iudæi hæretici an ſint. 2.5
Iudæi poſſunt indicere conſuetudinem ſecundùm quam iudicentur. 14.8
Iudæi ſunt ipſa infamia turpiores. 85.29
Iudæi in delictis mixtis ſubduntur ad præuentionem laico aut Eccleſiaſtico iudice. 10.15
Iudæi debent iurare non per Chriſtum, ſed per legem Moſaycam. 14.15

Iudex.

Iudex ſæcularis qui eſt executor ſententiæ executorum, debet eam exequi etiam in cauſa mortis abſque reuiſione. 258.1
Iudex laicus ſolus valet cognoſcere de Iudæo criminoſo. 74.2
Iudices laici abſque vlla reuiſione proceſſus tenentur relaxatum ſibi hereticum relapſum punire. 222.2
Iudex laicus tenetur præciſe exequi ſententiam inquiſitoris, & ad id poteſt per cenſuras compelli. 223.5
Iudices negligentes in puniendis hæreticis ſunt de hæreſi ſuſpecti. 271.13
Iudicium idem non eſt de credendo, ac de audiendo, & predicando Euangelium. 54.19

Iuramentum.

Iuramentum de adiuuando Eccleſiam contra hæreticos, præſtetur vbi. 273.4
Iuramenta Chriſtianorum per creaturas piè interpretantur, vt intentio iurantis ſit Deum in creatura afferre in teſtem. 157.10
Iuramentum ſuppletorium poteſt deferri Iudæo. 14.14
Iuramenti formula pro defenſione Eccleſiæ. 274.9

Iurans.

Iurans ſchiſma, tenere non obligatur, & eſt ſuſpenſus. 311.4
Iurans per membra Dei, vt cognoſcatur, an ſit ſuſpectus de hæreſi aliæque circunſtantiæ concurrere debent. 156.8

Iurandi forma.

Iurandi forma per Dominos ac Magiſtratus præſtanda in manu inquiſitorum more Hiſpanico. 274.11

Iurare.

Iurare per ſanctos, per Virginem Mariam, Petrum, Paulum, & alios, in quo ſenſu non liceat. 156.9
Iurare per membra Chriſti, eſt tantum irreuerentia, etſi per pudenda erit ſpecies hæreſis. 156.5

Iuriſdictionis.

Iuriſdictionis poteſtas admittitur in ſchiſmatico denunciato non in tolerato. 314.8

Ius.

Ius Canonicum circa puniendas hæreſes non dedignatur ſequi ius ciuile aliquando. 291.3

Iuſſus.

Iuſſus ſuperioris in cauſis fidei non excuſat reum: quid in ſortilegio. 245.11

L

Laici.

Laici ſunt omnino incapaces tractandi res ſpirituales. 253.1
Laici ſacerdotes, non autem merè laici, poſſunt de licentia prælatorum Religionum prædicare in ſuis priuatis oratoriis, ſi docti ſint. 254.13
Laici hæretici ab inquiſitoribus poſſunt variis pœnis puniri. 204.8
Laici de fide diſputare nequeunt, niſi deficientibus Eccleſiaſticis, & immineret populorum ſubuerſio, per hæreticos. 255.14

Lana.

Lanæ appellatione non venit lana neta, id eſt, ex lana confecta. 69.9

Laudantes.

Laudantes, & excuſantes hæreticos ſua hæreſi, ſuſpecti, ſi ſerio eos laudent, ſunt fautores. 180.16

Lex.

Lex cum deficit recurrendum eſt ad conſuetudinem. 150.15
Leges violare de non habendo familiaritatem cum Iudæis, qualiter ſit graue peccatum, aut leue. 47.3

Libelli.

Libelli famoſi lacerandi ſunt, & comburendi. 121.20

Liber.

Libros retinens prohibitos ſit ne ſuſpectus de hæreſi, vel vehementer, aut leuiter relinquitur arbitrio iudicis. 131.3

Librum hæreticum defendens laudanſue, excommunicatus eſt. 132.11
Non ſic ſi liber non ſit hæreticus, & qualiter. ibid.

Libros retinens damnatos non eſt hæreticus, ſed tantum ſuſpectus de hæreſi. 131.1

Libros prohibitos habens apud ſe idiota immunis eſt à ſuſpicione. ibid. 4

Libri Origenis, & Porphirij fuerunt ab Eccleſia approbati. 117.3

Librorum hæreticorum retentio eſt parua materia, ſi tempus retentionis ſit breue. 101.7

Libri res laſciuas continentes prohibentur. 132.14

Libros hæreticos detinentes ex qua cauſa non incurrant excommunicationem. 123.8

Librorum Hæreticorum in lectione contra aliquos potius eſt vt poſſit dari materiæ paruitas. 100.4

Libros legens vt ſciat ſe defendere contra hæreſes illorum, qualiter excuſetur à cenſuris, & pœnis? 127.13

Libri hæretici comparantur Zizaniæ; & ideo comburendi ſunt. 120.& 121 19

Libros hæreticos retinentes, & legentes variis pœnis legum laicarum, & Eccleſiaſticarum puniebantur. 120.17

Libros legendi licentiæ antiquitus conceſſæ aliis Bullis ſublatæ. 126.6

Libros hæreticos, retinens incurrit in cenſuram Bulla Cœnæ Domini. 124. 10

Libros legentes prohibitos quidem non ex cauſa hæreſis non incurrunt cenſuras Bullarum, 125.18

Librorum prohibitorum à ſuſpenſis libris, qui iam ſolent ſuſpendi differentia quæ? 129.23

Libri hæreticorum erronei plus nocent, quàm eorum auctores. 117.2

Libros prohibitos legens, & retinens in nonnullis caſibus excuſatur ab incurſu cenſurarum. 129.20

Libros legens prohibitos vt incurrat in excommunicationem Bullæ Cænæ Domini tres conditiones requiruntur. 128.14

Librorum hæreticorum lectura nociua eſt ſinceræque fidei cultoribus Bullis Pontificum prohibita. 125.1

Libros prohibitos retinentes, aut legentes innodantur cenſura excommunicationis. 127.12

Libros hæreticos prohibere poteſt ſolus Pontifex legi. 118.& 119.8

Librorum prohibitorum, retentio pœnis nonnullis prohibetur etiam Regularibus. 127.8

Libros aſtrologiæ iudiciariæ de futuris, & contingentibus tractantes ſunt illos legentes ab inquiſitoribus puniendi. 131.5

Libros hæreticorum aſportantes, & corrumpentes libros Catholicorum ſunt ſuſpecti de hæreſi. 13.8
Idem de imprimentib. ſuntque excommunicati. ibid.

Licentia.

Licentiæ legendi libros prohibitos ſolum dari valent à Papa, vel à Sacra Congregatione. 130.27

Ligamina.

Ligamina ad faciendas naues, & alia quæ comprehendantur prohibitaque cenſeantur pro Sarracenis. 40.17

M

Magia.

Magia quatenus eſt Dæmonis inuocatio, poteſt habere malitiam leuem ex inaduertentia. 100. 3

Magiſtratus.

Magiſtratus poſſunt cogi per cenſuras Eccleſiaſticas ad iurandum, quod ſeruabunt conſtitutiones contra hæreticos. 274.7

Magiſtratus & domini temporales & omnes etiam Eccleſiaſtici ſunt tradendi curiæ ſæculari ſi ſchiſma excitarunt. 317.19

Magiſtratus recuſantes obedire mandatis inquiſitorum vltra infamiam, & priuationem vt hæretici poſſint puniri videtur. 273.6

Magiſtratus non obtemperans inquiſitorum mandatis, eſt ſuſpectus de hæreſi. 273.2

Magiſter.

Magiſter in quo differat à Doctore. 359. 20

Magiſtri debent inſtruere Hebræos, & hæreticos in articulis fidei. 112.10
Magiſtri errorum ſi alios ſubuerterunt ſunt tradendi vt comburantur curiæ ſæculari ſecus ſi nulli. 291.9

Maria.

Mariam Virginem Dei matrem dicere fuiſſe conceptam in originali peccato, iam hodie ad minus ſcandaloſum eſt; ſicut & dicere poſt mortem corporalem, non fuiſſe aſſumptam in cœlum. 148.8

Matrimonium.

Matrimonium verè eſt Sacramentum ex ſeptem Eccleſiæ. 165.3

Mauri.

Mauri potuerunt in Regno Granatæ compelli tributis indirectè ad Religionem. 51.9

Medicina.

Medicina Chriſtiano non debet præſtari à Iudæo, nec Chriſtianus ab eo recipere, ſi præparata ſit. 17.1
Medicina à Iudæo recipi poteſt tempore peſtis, vel in alia neceſſitate, vel quando cura eſſet Chriſtianis incognita. 17.4

Medici.

Medici Iudæi prohibiti ſunt accerſeri pro medendis morbis Chriſtianorum niſi adeſſet alius peritus. 17.6
Medicos Hæreticos Clem. V. verauit accerſeri Italis extra in locis Hæreticorum degentibus aut in neceſſitate. 17.5

Membra.

Membra Eccleſiæ dicuntur illi, qui ſanctam communionem in Catholica Eccleſia à Sacerdotibus recipiunt. 165.7

Memoria.

Memoriæ damnandæ ratio quale principium habuerit, & qua de cauſa etiam inter antiquos Latinos, & Græcos. 121.21
Memoria defuncti apoſtatæ à fide damnatur, ſicut damnatur memoria hæretici defuncti. 339.43

Memoria defuncti hæretici vt damnetur requiritur probatio, nec ſufficiunt præſumptiones. 296.14
Memoria defuncti incarcerati, qui ſe ipſum occidit poteſt damnari. 298.21
Memoria defuncti ſi defendi nequit deueniendum eſt ad ſententiam. 20.17
Memoria defuncti hæretici vt damnetur ſunt citandi eius filii, & hæredes ad ſuſcipiendam eius defenſionem. 296.11
Memoria hæretici pœnitentis damnari non debet ab inquiſitoribus. 296.10
Memoria defuncti hæretici Epiſcopi damnari valet cum certis pœnis. 298.10

Mercatores.

Mercatores externi valent prohiberi à Principe ne commercientur in Regno ſuo. 71.4

Merces.

Merces de regno inimico transferri poſſunt prohiberi ne pecunia bella excitentur. 72.8

Metus.

Metus, ac vis non excuſat ab hæreſi diu tacentem. 336.22

Minor.

Minor, qui incidit in hæreſim ſi factus maior deprehenditur punitur, vt maior. 240.19
Minores hæretici pœnitentes, & relapſi ex praxi reconciliantur, nec relaxantur. 229.6
Minores 25. annis ex ſtylo admittuntur hæretici ad abiurationem formalem. 239.18

Moniales.

Moniales exeuntes è Monaſterio an ſint Apoſtatæ, & ad reditum compellendæ? 356.1

Monitio.

Monitio non prærequiritur vt quis ſit propriè hæreticus. 111.3

Mora.

Moram purgare in quo ſenſu Iudæis permittatur, in iure, diſtinguitur. 25.2

Morituri.

Morituri, & reſurrecturi omnes ſumus, vt habet fides Catholica. 150.18

Mulieres.

Mulieres, & ruſtici excuſantur ab hæreſi in his, quæ earum capacitatem excedunt. 241.32

Mulieres, vt ſaluentur plures quam viri contra aliquos eſt propoſitio temeraria. 160.6

N

Neceſſitas.

NEceſſitas facit legem. 51.11

Necromantici.

Necromantici, maledici, incantatores ſolent dici, qui paciſcuntur cum dæmone. 333.12

Negans.

Negans vnitatem Eccleſiæ, aut obediendum Papæ, eſt hæreticus, & ſchiſmaticus. 306.22

Negans vnitatem Eccleſiæ, aut obediendum Papæ, eſt hæreticus, & ſchiſmaticus. 305.22

Negare nemo præſumitur principium euidens lumine naturæ. 172.4

Negligentes.

Negligentes in perſecutione hæreticorum ſiue laici iudices, ſiue Epiſcopi puniuntur. 268.1

Neophytus.

Neophytus ad Ordines ſacros nequit promoueri, & poſt quod tempus ei permitteretur. 87.37

Neophyti, & conuerſi admittuntur ad officia quæ non requirunt ſanguinis claritatem. 82.5

Neophytus nequit Epiſcopus ordinari, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat Diaboli. 87.36

Neophyti, & recenter conuerſi ſunt ſeditioſi ambitioſi, & communitatibus pernitioſi. 81.4

Neophyti recenter conuerſi prohibebantur *per legem Regiam*, obtinere officia. 86. 33

Notarius.

Notarius inquiſitionis ſecretus nequit facere actus pro reo de hæreſi. 233. 11

Notarij.

Notarij, & aduocati ſcribentes inſtrumenta, ſeu patrocinantes, eo quod priuentur, non ſunt irregulares officium exercendo, poſt ſuſpenſionem, inſtrumenta quidem non valent. 233. 12

Notarij ſancti Officij à ſecretis, alias cancellarij quale munus ſit in exercitio, qui iurant de ſecreto ſeruando cum recipiuntur, quorum creatio ſpectat ad D. Inquiſitorem generalem. 280.13

Notarij alij ſanctæ inquiſitionis quale munus cum vicariis vulgo *commiſſarij* exerceant, & qui debeant eligi. 280.14

Nouitius.

Nouitium capiens è monaſterio, qua pœna plectatur. 158.12

Nouitius è Religione egrediens fit ſæcularis. 157.11

Nuncij.

Nuncij ſancti Officij munus quale. 281. 22

Nutrices.

Nutrices facilius communicant cum Iudæis, quam adſcriptitij ſerui, etſi illæ ſint extra domum. 20.23

Nutrices retinens Chriſtianas Iudæus valet puniri. 20.25

Nutrices Chriſtianæ non poſſunt nutrire Iudæorum filios, & quare; quid extra Iudæorum domus. 19.18

Nutrices vt ſint apud Iudæos, nec ex diſpenſatione Epiſcopi an licet. 26.24

O

Obedire.

OBediendum eſt duobus quando dubium eſt vter eorum ſit verus Papa. 304.10

Obediendum eſt duobus quando dubium eſt vter eorum ſit verus Papa, quouſque Concilium generale decernat pro vero Papa. ibid.

Officiales.

Officiales miniſtri ſancti Officii plus incorporati ſunt inquiſitoribus, quàm familiares. 280.11

Olea.

Oleæ non ſunt prima materia olei ſed remota vt pote acerbæ. 70.17

Oleæ raro extrahuntur ad conficiendum oleum, non ſic, de vuis ad vinum. 70. 16

Oleorum extractio non prohibetur ſub prohibitione olei ex Bulla cœnæ, aut ex aliis. 70.15

Opera.

Operibus damnati auctoris ſtatur quando bona ſunt vt in ſe, non vt ſcriptis ab auctore damnato. 118.6

Opinio improbabilis, quæ dicatur, & in quo differat à temeraria. 171.6

Optio.

Optio pœnæ quando ſit in Iudice, quando vero in reo. 60.7

Oratio.

Orationes noſtræ defunctis proſunt per modum impetrationis. 146.12

Ordinationes.

Ordinationes ab ſchiſmaticis factæ adeo prohibentur, quòd ab illis ordinati in ordine ſuſcepto ſtatim repellantur. 314.11

Ordinatus.

Ordinatus in apoſtaſia ſine diſpenſatione Papæ nequit in tali ordine miniſtrare. 344.5

Ordinatus in apoſtaſia, cum ſit excommunicatus, ſit irregularis. 344.6

Ordinatus in apoſtaſia diſpenſatus poterit miniſtrare in ordine ſic ſuſcepto. 344.8

Ordinatus ab ſchiſmatico, num incurrat ſuſpenſionem? 311.2

Ordinatorum ab ſchiſmaticis materia inſinnatur. 310.1

Originarij.

Originarij ſerui qui ſint. 18.14

P

Pax.

PAcis tempore licet commercium Chriſtianis cum hoſtibus, & Sarracenis. 65.5

Paganus.

Paganus dicitur à Pago, eo quod pagani ſeſe in pagis, & villis abſcondebant. 3.12

Panis.

Panis coctus non venit appellatione frumenti ratione extractionis. 69.10

Papa.

Papa non errat in diffiniendo cauſas fidei & morum, cum habeat aſſiſtentiam ſpiritus ſancti. 158.25

Papa maior eſt omni Eccleſia, ſed qualiter intelligatur, ſit demonſtratio. 158.18

Papa præeſt omnibus Patriarchis & Epiſcopis. 158.21

Papa valet definire controuerſias fidei & morum. 158.23

Papa verus durante ſchiſmate, potius eſt vt non teneatur renunciare Papatui pro communi bono pacis contra Abbatem. 319.3

Papa aliquando per laicos punit ſubditos, ſi illos de facili non valeat punire. 12.19

Papæ ſolum verè, qui talis eſt debet obediri: aliter in dubio. 300.8

Papæ obedire eſt de neceſſitate ſalutis. 308.10

Papæ Poteſtas gubernatiua, reſpicit homines quatenus ſunt membra Eccleſiæ. 50.7

Papa valet ſtatuere quod committens aliquod delictum ſit ſeruus. 38.16

Papatus.

Papatum ambientis pœna. 143.28

Paradiſus.

Paradiſus vel infernus, quod non ſint aſſerere eſt hæreticum. 145.4

Paruitas materiæ.

Paruitas materiæ in retentione librorum hæreticorum aſſignatur vt retinens effugiat pœnam excommunicationis contra eos retinentes impoſitam. 101.8

Paruitas materiæ vel magna in lectione librorum hæreticorum aſſignatur. 100.5

Paruitas materiæ ex ſe non datur in peccato hæreſis, & quare. 100.1

Paruuli.

Paruuli in lymbo tantum patiuntur pœnam damni, ſpeculanturque naturalia. 146.10

Paſtor.

Paſtor bonus ponit animam pro ouibus ſuis qualiter intelligatur. 319.4

Patria poteſtas.

Patria poteſtate non priuantur parentes infidelium circa filios. 58.10

Patrocinator.

Patrocinator litteratus defendendo incarceratum credens non eſſe hæreticum non dicitur fautor. 234.21

Paulus.

Paulus in loco, *quid mihi de his qui foris ſunt.* 11.17

Paulus vas electionis, poſtquam decapitatus fuit lingua ter Ieſum Chriſtum nominauit. 153.8

Peccata.

Peccata fidei oppoſita reduci poſſunt ad ſex capita, vbique ſint. 12.25

Peccata indirectè fidei oppoſita, quæ dicantur. 11.24

Peccator.

Peccator omnis impœnitens decedens in ſtatu peccati mortalis priuatur Eccleſiaſtica ſepultura. 135.11

Periculum.

Periculum plus eſt, inſpectando nouam conuerſionem hæretici relapſi, quàm in exequendo pœnam. 212.28

Perſona.

Perſonæ priuatæ ex præcepto correctionis fraternæ tenentur corrigere, & retrahere hæreticos, & reuelare inquiſitoribus ſub pœna excommunicationis. 276.19

Perſonæ, quæ citandæ ſunt, aut aſſignandæ officio inquiſitorum, vt defendant memoriam defunctorum. 296.13

Perſona publica maior eſt, quam priuata. 158.19

Pertinax.

Pertinax impœnitens, & negatiuus quis dicatur. 129.5

Pertinax non dicitur, niſi pertinacia ſit obſtinata. 224.13

Pertinax dicitur durus, indocibilis, inuocabilis, obſtinatus nec paratus corrigi. 224.14

Pertinaces.

Pertinaces hæretici in quibus caſibus dicantur. 224.15

Pertinaces, & impœnitentes idem ſunt quoad punitionem ex hæreſi exequendam combuſtione per laicum iudicem. 223.6

Pertinacia.

Pertinacia, quæ ad hæreſim requiritur. 156.20

Pertinacia eſt de ratione eſſentiali hæreſis. 105.19

Pertinacia non præſumitur, niſi probetur, eam probare fiſco incumbit. 224.12

Pignorari.

Pignorari res Eccleſiæ pro redimendis captiuis num valeant remiſſiue. 61.2

Pilei Iudaici.

Pilei Iudaici delatio à Chriſtiano quomodo excuſetur. 77.6

Pileo flauo ad morem Iudæorum poteſt quis Romæ vti ad ſe occultandum, ne occidatur. 79.17

Pileo cum Toballia alba apud Turcas ad diſſimulandam mortem poteſt Chriſtianus vti. 78.14

Pingentes.

Pingentes, ſeu fabricantes idolum ad petitionem infidelis, an excuſetur à peccato mortali. 101.9

Polygamia.

Polygamia maximè ab inquiſitoribus punitur, & ſi allegetur amoris cauſa vel libidinis, ſeu aliunde contigiſſe. 316.7

Pœna.

Pœna mortis in ſchiſmaticis quando. 317.10

Pœna priuationis à conſortio hominum eſt maior pœna relegationis, aut deportationis. 338.37

Pœna aduerſus inſordeſcentem in excommunicatione eſt imponenda pro modo, & qualitate ſuſpicionis. 266.14

Pœnæ contra fautores receptatores defenſores credentes hæreticorum ex Bullis Pontificiis enumerantur. 195.12

Pœnæ quænam poſſint imponi ſchiſmaticis. 318.25

Pœnæ tranſportantium res prohibitas à ſummis Pontificibus, ac Clem. VIII. & Pio V. 66.12

Pœna, & ſi ex bono euentu minuatur in delictis fallit in hæreſi 247.22

Pœnæ legentium libros prohibitos. 129.21

Pœnæ cumulatiuæ antiquis adiectæ imponi ſolent reo in eas incurrenti. 59.3

Pœnitentiam peragere in ſancto officio nemo ſub pœna relapſiæ valet obligare ſe. 228.1

Pontifex.

Pontifex num habeat ſupremam poteſtatem in prohibendo & concedendo commercium. 72.10

Pontifex cùm iudicat aliquam propoſitionem eſſe probabilem non poteſt errare. 171.20

Puntifices licitè potuerunt Indos Occideotales ad fidem conuerſos, liberare à Principum ſæcularium poteſtate. 31.3

Portugalia.

Portugaliæ in Regno nec Iudæi conuerſi, nec veterani Chriſtiani trahentes originem à Sarracenis, vel Iudæis ad officia publica admittuntur. 82.8

Poteſtates.

Poteſtates ſæculares ſub excommunicatione, & amiſſione temporalium tenentur expellere hæreticos de Prouinciis ſuis. 269.1

Poteſtates ſæculares vt incurrant pœnas ex negligentia expellendi hæreticos de ſuis terris ſunt prius monendi. ibid.3

Poteſtates, & rectores ciuitatum non fugando hæreticos dicuntur eorum fautores. 270.5

Poteſtates negligentes expellere hæreticos, qua pœoa librarum auri puniebantur. 269.4

Præceptum.

Præcepra moralia legis veteris hodie obſeruantur. 157.13

Præceptum de confitenda fide non ſemper obligat ab reſpondendum infideli interroganti. 79.22

Præceptum de conſeruanda vita, eſt naturale per quod licet veſci carnibus infidelium, ſecluſo Dei contemptu. 23.8

Prædeſtinati.

Prædeſtinati qui ſint. 145.1

Prædeſtinati qui ſunt à Deo, niſi ex ſpeciali reuelatione, neqnit ſciri. 145.2

Prædicandi munus.

Prædicandi munus eſt ſpirituale. 253.2

Prædicandi munus, & nec illud quilibet exerceat ſine Epiſcopi licentia. 251.1

Prædicandi munus aſſumentes à prælatis non miſſos reprehenduntur. 253.3

Prædicare nullus poteſt, qui non ſit examinatus, & approbatus. 254.6

Prædicatio eſt munus priuilegiatum. 253.5

Prædicatores.

Prædicatores plectendi vt hæretici aliquando. 252.4

Prædicans hæreſim, etſi dicat ob vanam gloriam, aut propter temporale punitur vt hæreticus. 356.21

Prædicator quidam docens, & prædicans non fore ſoluendas decimas, fuit pro hæretico damnatus. 161.9

Prædicatorum prædicantium propoſitiones hæreticas quale examen fiat ex mandato inquiſitorum. 256.18

Prædicator Theologus, liberatur ab hæreſi, qui declarauit in ſequenti prædicatione ſine mora ſenſum ſuæ propoſitionis prædicatæ. ibid.19

Prælatus.

Prælati quicumqne ſchiſmatici, tanquam duces aliorum; maioribus innodantur pœnis à Paul. IV. 316.16

Prælatus non compellitur recipere ad habitum religioſum eiectum, etſi pœnitens velit redire. 348.9

Prælatus queit licentiam prædicandi ſuſpendere ab eo datam. 256.26

Præſcriptio.

Præſcribi nequit hæreticalis punitio nullo vnquam tempore quominus procedatur contra hæreticum viuum, aut defunctum. 245.9

Præſcriptinni tempus quando locus detur in confiſcatione, quæ non admittitur vt hæres deſinat puniri. 295.5

Præſumptio vna ex alia præſumptione non infertur. 214.38

Praxis.

Praxis admittendi reos in ſancto officio ad probandum, & de interrogatoriis. 250.4

Presbyter.

Presbyter pœnitentem audiens ſine licentia. 163.14

Principes.

Principes, etſi poſſint infideles ſibi ſub-

diros è terris ſuis expellere cum conditione, vt ſi remanere velint, Baptiſmum recipiant, ſed non eos bonis ſpoliare. 35.9
Principes infidelibus nequeunt non ſubditis prohibere idololatriam, & peccata contra naturam. 31.7
Principes Dominique temporales, etiam Rectores, & conſules debent iurare quod Eccleſiam contra hæreticos adiuuabunt. 273.3
Principes tuti non ſunt ex hæreſis veneno, & hæreticorum peſte; quorum acies in prælatos præcipuè dirigitur. 271.17
Princeps vetius eſt vt nequeat è ſuo territorio eiicere Iudæos bene, & pacifice viuentes. 58.25
Princeps Chriſtianus valet compellere infideles ſubditos, vt abiiciant cultum ſuorum deorum, & legem naturæ obſeruent: aliter de non ſubditis. 50.6
Princeps Chriſtianus poteſt compellere infideles, vt audiant Euangelium, & prædicationem. 32.12
Principes Reges Magiſtratus & alij condentes leges per quas impeditur officium S. Inquiſitionis in fauoria incurrunt. 271.19
Princeps poteſt punire infideles quatenus frangunt ius naturale. 33.18
Principes Chriſtiani poſſunt Iudæos, & infideles bonis ſpoliare, ſeu minari expulſione à Regnis, ſi Baptiſmum, & religionem non recipiant. 50.8
Principes non poſſunt punire paganos ſibi non ſubditos ex eo quòd infideles ſunt etſi inquiſitores mali in aliqoibus caſibus illos puniant. 31.4
Principes Chriſtiani poſſunt liberare infideles conuerſos à dominio, quod habent alij infideles in illis. 37.2
Principes poterunt propulſare peccata infidelium, quæ ſunt nociua fidei, & religioni. 31.8

Priuilegia.

Priuilegia habent Iudæi in Regno Portugalliæ conducendi reditus Regios. 88.43
Priuilegio Iudæi abutentes priuantur tanquam ingrati. 58.26

Probare.

Probare volens ſe non fuiſſe ſanæ mentis cum conſolationem petiit directè non auditur, etſi alio modo benè. 191.13

Probata.

Probata nondum æquiparantur dubiis, & incertis. 214.37

Procedere.

Procedi poteſt poſt mortem contra verè hæreticum, non quidem contra fautores, & alios ſuſpectos tantum de hæreſi. 295.6

Proceſſus.

Proceſſus copia datur reo ſuppreſſis nominibus, & circunſtantiis teſtium, & facta communicatione cum aduocato. 237.4

Procurator.

Procurator admittitur ad excuſandum reum abſentem. 238.14
Procurator hodie in praxi non datur reo incarcerato pro hæreſi. 233.9
Procuratores, & aduocati dandi in ſancto officio reis quales debeant eſſe. 258.9
Procurator, & aduocatus in nonnullis caſibus admittuntur pro defendendo incarcerato hæretico. 232.7

Propheta.

Prophetæ quod propheterauerunt, hoc & prædicauerunt Apoſtoli. 157.15

Propoſitio.

Propoſitio hæretica quęnam dicatur. 271.1
Propoſitio ſapiens hæreſim, & ſcandoloſa eſt dicere, quod Beata Virgo viua aſſumpta eſt in cœlum, abſque eo quod paſſa fuerit mortem. 150.17
Propoſitionum gradus, etſi inter ſe diſtinguantur: poſſunt tamen aliquando in eodem conuenire. 170.13
Propoſitionum vni plures gradus multarum propoſitionum ſolent adiungi, vt exemplificatur. 141.12
Propoſitiones hæreticales & damnatæ contra Chriſti Domini fidem ſunt. 138.3
Propoſitio, quod Beata Virgo non ſit in paradiſo Cœleſti in corpore eſt piarum aurium offenſiua. 145.14
Propoſitio eſt hæretica, quæ aſſerit curſus Cœleſtes cogere voluntates hominum ad operandum bonum aut malum. 147.1
Propoſitio quod Beata Virgo aliquando peccauit venialiter eſt impia, & ſcandaloſa ad minus, & erronea. 151.19
Propoſitio ſchiſmatica, quæ ſit. 140.9

Propoſitio erronea, quæ ſit, & ex quibus percipiatur. 139.3
Propoſitio hæretica quæ. ibid.2
Propoſitio impia, quæ ſit. 140.10
Propoſitio ſapiens hæreſim, quæ. ibid.4
Propoſitio malè ſonans, quæ ſit. ibid.8

Proteſtans.

Proteſtans non intendens à fide recedere dubitans excuſatur ab hæreſi cum dicit aliquod hæreticale corrigi paratus. 112.12
Proteſtans qui adiungit pertinaciam, etſi non ſit vt hæreticus puniendus, eſt tamen corripiendus per reuocationem erroris. 114.20
Proteſtans ſe potius mori velle quàm tentationibus & ſuggeſtionibus Dæmonis conſentire, excuſatur à culpa. 107.6

Proteſtatio.

Proteſtatio vt excuſet quem ab hæreſi, ſeptem declaratur modis. 113.15
Proteſtatio in materia Catholicæ fidei quando proficiat, ac liberet, quem ab hæreſi? 112.11
Proteſtatio multò magis prodeſt illi, qui laborat in extremis dicendo ſe eſſe Catholicum, etſi aliquando fuiſſet de hæreſi inculpatus. 113.14
Proteſtatio prodeſt etiam ſcribenti librum erroneum, etſi liber eius damnandus ſit. ibid.13
Proteſtatio excuſat in his, quæ quis explicitè credere non tenetur. 114.21
Proteſtari ſolet hæreticus quod non ſit talis, & hoc ipſo velamine. 113.19

Prudentia propria.

Prudentiæ propriæ nullus debet inniti, ſed plurimorum conſiliis. 108.9

Purgare.

Purgare de hæreſis delicto debent ſe perſonæ quarum fama eſt vtilis populo. 205.12

Purgatio.

Purgationis pœna olim in vſu fuit multum inter ſuſpectos de hæreſi, hodie non ſic eſt vſus huius remedij. 205.11
Purgatio canonica eſt oſtenſio innocentiæ de crimine. 260.7

Purgatorium.

Purgatorium non eſſe docentes faciunt contra Catholicam Eccleſiam eiuſque traditiones. 145.5

Puritas ſanguinis.

Puritas ſanguinis probatur eo ipſo quòd quis fuit admiſſus ad officia. 88.42

Puritas patris.

Puritas patris neceſſariò concludit puritatem filij. 88.41

Q

Qualificatores.

Qualificatores ſancti officij in danda cenſura propoſitionibus poſſunt errare, debentque pollere prudentia. 171.1.

R

Rabies Iudæorum.

Rabies Iudæorum obligat eos in odium Chriſti, vt abſtineant à nutricibus, ſic vt earum lac à triduo poſt corpus Chriſti receptum eiiciant in latrinas. 73.1

Receptor.

Receptor ſancti officij nequit negotiari cum pecunia apud eum conſiſcata. 180.16
Receptans hæreticum alia ex cauſa non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini. 185.11
Receptatores hæreticorum qui ſint 177.14
Receptus ad gremium Eccleſiæ dicitur recipi ad pœnitentiam. 210.20

Recitatiue

Recitatiue hæreſim narrans non dicitur illam tenere. 241.30

Rectores.

Rectores, & officiales publici quid facere debeant, vt non reputentur negligentes in defendendo Eccleſiam contra hæreticos. 275.16

Recuſari.

Recuſari fiſcalis nequit niſi fuerit iudex ſimul, & inquiſitor, niſi ex magna cauſa, & inimicitia examinata in conſilio ſupremo. 244.7

Rex Portugallia.

Rex Portugalliæ per Pontificem Greg. IX. fuit mandatus vt non præficeret Iudæum Chriſtianis in officiis publicis. 82.6

Reges Catholici.

Reges Catholici D. Ferdinandus, & Eliſabeth

ſabeth expulſerunt Iudæos ab his Caſtellæ Regnis. 83.16
Reges Ferdinandus, & Eliſabeth quo titulo Mauros ſuis bonis ſpoliatos, è Regno expulerunt? 53.14

Regium tribunal.

Regium tribunal nunquam per viam violentiæ, nec alio prætextu cognoſcit de cauſis, fidei, aut aliorum. 223.4

Regna.

Regna ſine vera Religione diu ſubſiſtere nequeunt. 289.7

Regulares.

Regulares facti Epiſcopi veſtem mutantes non incurrunt excommunicationem. 158.13

Regularis.

Regularis nullus queit prædicare ſine licentia ſui Prælati, & præhabita Epiſcopi benedictione. 256.23

Relapſia.

Relapſiæ pœna in nonnullis caſibus pro prima vice commiſſis puniuntur hæretici. 209.16
Relapſia in ſortilegio confeſſo, aut conuicto punitur vt hæreſis non ſi per vehementem ſuſpicionem. 219.9
Relapſus dicitur, qui poſt purgationem incidit in hæreſim. ibid.12
Relapſus vt quis verè dicatur debet conſtare de lapſu in hæreſim formalem. 209.9
Relapſi quidam ſunt manifeſti, quidam præſumpti, qui ambo. 208.5
Relapſi hæretici quinam dicantur. 208.3
Relapſus in aduerſam ſpeciem, ſeu ſpecies hæreſis dicitur etiam relapſus in hæreſim ſecundum iuris interpretationem. 217.1
Relapſus etiam dicitur qui abiurans coram iudice delegato de cuius religione non conſtat in hæreſim reincidit. 222.1
Relapſus habetur, qui ſponte comparens fatendo ſuos errores poſtea relabitur, ſi ſit maior 25. annis, minor vero reconciliatur ſi relabatur. 228.3
Relapſus hæreticus non dicitur ex eo quod multo tempore perſeuerauit in hæreſi niſi prius hæreſim in iudicio abiurauerit. 209.14
Relapſi ex quibus tales appareant, exemplificatur. 208.2
Relapſi, etſi in concernentibus animam admittantur ad pœnitentiam: tamen traditis ſæculari iudicio non remittitur confiſcatio bonorum. 207.1
Relapſus dicitur qui abiurat vnam, vel plures hæreſes, & poſtea in eis reincidit. 209.7
Relapſi ſæculari iudicio quantumuis pœniteant ſine vlla pœnitus audientia ſunt relinquendi. 210.18
Relapſi antequam tradantur curiæ ſæculari ſunt ſæpius monendi ab inquiſitoribus, vt conuertantur, & qua praxi. 211.27
Relapſi pœnitentes reincorporantur Eccleſiæ, nun tamen reconciliantur, & qualiter fiat reincorporatio. ibid.23
Relapſus non dicitur, qui primo de leui abiurauit. 114.39
Relapſus non dicitur niſi conſtet de vno lapſu priori vel poſteriori. 209.12
Relapſus dicitur, qui poſtquam hæreſim abiurauit hæreticum defendit, aſſociat, &c. 220.15
Relapſus iuris præſumptione quis dicitur. 217.3

Religio.

Religio Chriſtianorum, quæ ab initio creſcebat, vocabatur à Gentilibus Iudæorum. 84.23
Religioſi prædicantes, & retrahentes à ſolutione decimarum alios, ſunt excommunicati. 161.10
Religioſi prædicare volentes in ſuis Eccleſiis num teneantur petere benedictionem ab Epiſcopo. 252.2
Religioſi ſine patentibus litteris ſe conferentes ad terras infidelium, vt prædicent tanquam Apoſtatæ plectuntur. 61.3
Religioſi quilibet habita Prælatorum ſuorum licentia poſſunt gentibus annunciare Euangelicam veritatem. 61.2
Religioſus ſine iuſſu accedens ad ſtudia quas pœnas incurrat? 358.17
Quid de Magiſtris eorum. ibid.

Remigantes.

Remigantes captiui Chriſtiani apud Turcas. 64.1
Remigantes Chriſtiani captiui Turcarum contra Chriſtianos, an excuſentur à peccato. 44.1
Remigatio non eſt naturâ ſuâ perniciosa Chriſtianis ſicut aurigatio. 45.4

Repulſa.

Repulſa teſtium maxima eſt rei defenſio contra

contra adductos à fiſcali ſancti officij. 243.2

Reuelare.

Reuelandi, & denunciandi S. Officio reos hæreſis obligatio. 283.6
Reuelandi hæreticos obligatio. 115.2
Reuelantes ſecretum quod intereſt etiam alij fideli de quo creditur vt reuelet infidelibus incurrit cenſuras Bullæ in Cœna. 43.7

Reus.

Reus S.Officij nolens ſe defendere ſedente iudice pro tribunali, videtur delictum fateri, ſecus ſi remiſſio facta ſit extraiudicialiter. 251.12

Ritus Iudæorum.

Ritus Iudæorum ſunt noſtra lege permiſſi inter illos. 13.5

Rudes.

Rudes delinquentes in propoſitionibus hæreticis qualiter puniantur. 169.7

Ruſticus.

Ruſticus aliuſve impediens non iudicatur vehementer ſuſpectus de hæreſi. 186.4

S

Sacerdos.

SAcerdos gentilis ad fidem conuerſus, non tenetur ſtatim ſuam veſtem Turcicam mutare, ſi mortis periculum à ſuis imminere t. 77.4
Sacerdos Iudaicus non colebat Deum ſola impoſitione mitræ, ſed quando mactabat victimas, & adolebat incenſum. 78.13
Sacerdos pœnitentes audiens, ſed non abſoluens. 163.17
Sacerdotes ſine licentia prædicantes excommunicantur. 154.7

Sacramenta.

Sacramenta collata ab ſchiſmaticis effectum ſortiuntur, licet vſus prohibeatur. 314.7

Salus.

Salus publica eſt vt mercibus vſualibus regna abundent. 71.3

S. Dioniſius.

S. Dionyſius capite truncata, ſe erexit & ambulans portauit caput ſuum inter brachia. 153.7

S.Inquiſitionis.

S.Inquiſitionis officium quandonam directè impediri dicatur. 187.8

S. Tribunal.

S. Tribunal poteſt prohibere ſubiectis de hæreſi ne arma deferant. 187.13

Sarraceni.

Sarraceni, & Pagani qui dicantur. 3.9
Sarracenos adiuuantes, qui Chriſtiani dicantur. 39.19
Sarracenus, vel infidelis, non dicitur hæreticus, etiamſi negauerit articulum fidei. 116.3
Sarracenorum nomine intelliguntur etiã eorum fautores, oppugnantes Chriſtianos actu, vel habitu. 19.11
Sarracenorum nomine intelliguntur omnes, qui Mahometicæ ſectæ inhærent. 3.10

Saül.

Saül à Regno fuit priuatus, quia Regi Agag. pepercit. 201.11

Saxones.

Saxones inculcant, quod imperator nequit abdicare à ſe ſuperioritatis ius, quod habet in feudis, & ciuitatibus ſuis, contra de Imperatore Conſtantino. 153.13

Scandaloſa propoſitio.

Scandoloſa propoſitio, quæ dicatur. 140.7

Schiſma.

Schiſma opponitur paci, hæreſis fidei. 301.15
Schiſma non ex qualibet inobedientia circa Papam oritur. 303.5
Schiſmatis, & hæreſis differentia, quæ. 299.2
Schiſma non ex qualibet inobedientia circa Papam oritur, ſed illa ſolum qua quis reſiſtet Papæ obedire, & capiti Eccleſiæ. 303.5
Schiſma aliquando eſt cum hæreſi, aliquando ſine illa. 300.13
Schiſma eſt verbum Græcum Latinè ſciſſuram ſignificans, id eſt vt ſit diuiſio per

dentes hæreticorum denunciati. 198.21

Sepultura Eccleſiaſtica includit locum, & ſacras cæremonias, & locus extenditur ad templum, & cæmeterium. 198.23

Seruus.

Seruus Chriſtianus emptus ab infideli quo pacto poſſit redimi. 16.2

Seruus Chriſtianus Iudæi à quolibet licet redimi decem ſolidis. 16.1

Seruus efficiebatur arma portans ad infideles, & propter reuelationem in Principem. 38.13

Serui abſcriptitij, qui poſſunt haberi Chriſtiani à Iudæis in quinque, caſibus debent illis obſequia præſtare. 25.5

Serui peccant mortaliter ſi non obediant Dominis in rebus magni momenti, eoſque non defendant. 25.6

Serui originarij, & adſcriptitij poſſunt eſſe apud Iudæos. 20.22

Serui adſcriptitij, ſiue eorum filij non poterant vendi abſque prædiis quibus adhærebant, etiamſi venditio iuramento confirmaretur. 26.9

Serui coloni adſcriptitij, ſiue cenſiti à neceſſitate colendi agros ab antiquis ſic accepti ſunt. ibid.8

Seruus Iudæi quomodo efficitur liber. 89.2

Sigillum.

Sigillum confeſſionis frangens. 163.15

Signa.

Signa pœnitentiæ maiora ſpectanda ſint in hæreſiarchis in quo debent inquiſitores eſſe attenti, & prudentiſſimi cum ſoleant fallere. 292.12

Significare.

Significare aliquid proprio nomine idem eſt ac alio nomine. 46.14

Solicitantes.

Solicitantes in confeſſione denunciandi ſunt ſancto Tribunali inquiſitionis. 283.2

Sortilegium.

Sortilegij delictum exhumando oſſa ad illum conficiendum non excuſat famulum exhumantem de iuſſu Domini. 245.12

Sortilegia ex amore confecta ſolent minori pœna puniri. 246.14

Sortilegia hæreſim non ſapienria manifeſtè ab inquiſitoribus non puniuntur. 219. 219.10

Sortilegij abiurati quomodo faciat ſortilegium relapſum. 218.7

Spoliari.

Spoliari infideles à bonis ſuis non poſſunt; non enim amittunt ob infidelitatem dominum, & poſſeſſionem. 31.1

Statua defuncti.

Statua defuncti combuitur qui eſt maior annis 14. 297.19

Statuta.

Statuta, quæ directè, vel indirectè retardare poſſunt inquiſitionis officium non valent, quæ debent deferre rectores inquiſitioni. 187.7

Statuta prohibentia exportari victualia non comprehendunt fænum, auenam, & ſimilia. 66.13

Striges.

Striges, & Lamiæ ſæpè accidit ſola imaginatione deferri. 160.4

Striges, & Lamias ſolet vehere dæmon in aëre, vbi quod aliquando in campis nudæ repertæ ſint. 160.5

Striges vulgo *los Bruios y Bruias* dicere, vt aliquando trahantur à Dæmone, vt mala faciant per loca varia non eſt hæreticum. 160.1

Striges, & Lamiæ ſolent portari à Dæmone de die, vel nocte per varia loca ex pacto. ibid.2

Suffragia.

Suffragia viuorum proſunt defunctis. 146.8

Suſpectus.

Suſpectus leuiter quo ordine citatus vt reſpondeat reputabitur hæreticus. 266.19

Suſpectus de hæreſi ſi ſe non purgat excommunicatur ad arbitrium ſuperioris, & de excommunicato per annum. 259.1

Suſpectus eſt de hæreſi, qui nunquam aſſumit pœnitentiam, nec audit diuina officia, nec recipit Sacramenta, nec ſeruat mandata Eccleſiæ. 165.8

Suſpecto

Suſpecto etiam leuiter indicitur pœna excommunicationis in qua ſi per annum ſtat conſtituitur hæreticus formalis. 216.53
Suſpectus vehementer de hæreſi poſt mortem non inquiritur, qualiterque ſit interrogandus, & torquendus viuus ſuper intentione. 213.35
Suſpecti de hæreſi leuiter, vehementer, & vehementiſſime, qui dicantur. 212.30
Suſpecti vehementer, ſeu violenter de hæreſi pœnis extraordinariis puniuntur. 213.33
Suſpectus vt quis dicatur vehementer, de hæreſi non ſufficit vt ſit denunciatus in ſancto officio niſi inſuper delictum plene probatum ſit. 214.36
Suſpectus de hæreſi leuiter probatus, ac proinde de leui abiurans poteſt condemnari in pœnitentiis ſalutaribus. 214.40

Suſpenſio.

Suſpenſionis librorum lectura ſolet conſultis. Qualificatoribus & S. Conſilio inquiſitionis practicari donec aliud mandetur ſuppoſita correctione ipſius authoris. 130.25

Suſpiciones.

Suſpiciones quantumuis vehementes morte extinguuntur. 295.7
Suſpicio leuis incipit eſſe vehemens ſi citatus ſit contumax, & ſi perſeueret per annum iam eſt præſumptio violenta. 263.17
Suſpicionis cauſæ ad conſilium deferuntur ne fidei cauſa differatur: vbi de inſtructione Hiſpanica. 244.8
Suſpicionis de hæreſi eſt triplex præſumptio. 212.31
Suſpicio vehemens non ſufficit ad damnandum de hæreſi. 209.19

Sinagogæ.

Synagogæ antiquæ fuerunt permiſſæ, vt communicando Chriſtiani Iudæos illos facilius conuerterent, quæ permiſſio durauit per annos ſexcentos à à tempore apoſtolorum. 28.3
Synagogas erectas licet Iudæis retinere, non inqnam illas de nouo facere, aut collapſas reparare. 27.1
Synagogas Hebræis denuo conſtruere poſt ſexcentox annos illis fuit prohibitum. 28.4
Synagogas Iudæorum reædificare non valent fabri Chriſtiani; Iudæi verò ſic. 28.5

T

Talmudi libri.

Talmudi libri num comburi debeant? 120.16
Talmudi, & Caballiſtici libri veteris legis prohibentur legi. 119.11
Talmudi libri duplices. 120.15

Temerarius.

Temerarius eſt, qui propoſitionem in ſcholis à Theologis amplexam improbabilem iudicat. 171.22

Tentationes.

Tentationes Diabolicæ ſiue ſuggeſtiones, quibus remediis curentur ſpiritualibus. 106.5
Tentationes patientes turpiſſimas inuoluntarias contra Deum hæretici non ſunt. 106.3

Teſtes.

Teſtes falſi in ſancto officio, iuxta praxim non puniuntur talionis pœna, ſed extraordinaria. 242.6
Teſtis delictum, quò eius depoſitio debilitatur eſt opponendum ſpecialiter vna cum loco, & tempore, quo fuit patratum. 244.4
Teſtium nomina non ſunt edenda eum agitur de damnanda memoria defuncti iuxta praxim S. Officij. 298.22
Teſtes duo ſaltim neceſſarii ſunt ad condemnandum reum deponentes de hæreſi formali qni debent eſſe exceptione maiores. 244.3

Teſtificationes.

Teſtificationes, & proceſſus omnes etiam ſopiti cumulantur in ſancto officio ad puniendum grauius reum hæreſis. 246.16

Theſaurarius.

Theſaurarius ſancti officii vulgo *receptor*, quale

quale officium exerceat circa bona recondenda. 280.15

Torquendus.

Torquendus non videtur de leui tantum ſuſpectus. 266.15

Torqueri an debeanr libros retinentes, ſiue legentes hæreticorum? 127.10

Tortura.

Tortura fautoribus, quando infligatur interrogando eos de cauſa fautoriæ ſi vehementer ſuſpecti ſint. 201.4

Tortura reo præſumpto de hæreſi, poreſt indici vt inuenire poſſit Iudex, qualis fuerit intentio rei. 175.5

Toſtatus.

Toſtatus ille vir inſignis qualiter in hora mortis ſedauit tentationes. 107.7

Transfugæ.

Transfugæ Chriſtiani cum armis ad Saracenos incurrunt cenſuras. 40.23

Tranſportari.

Tranſportari plures res prohibentur etiam aliàs permiſſæ, ſi inde poſſet Reſpublica periclitari Chriſtiana. 66.11

Treugæ tempus.

Treugæ tempus comprehenditur ſub belli tempore. 62.1

Tribunal.

Tribunal S. Inquiſitionis aduerſus hæreſes fuit inſtitutum remedium. 271.18

Triticum.

Triticum, oleum, & alia tempore guerræ prohibentur Chriſtianis ad hoſtes deferre. 65.3

Turca.

Turca habens rem cum fideli, num ab inquiſitoribus puniatur. 166.12

V

Vendentes.

Vendentes arma infidelibus in terris Chriſtianorum potius eſt, vt incidant in cenſuram Bullæ Cœnæ. 71.1

Vendere Chriſtiani nequeunt Iudæis ad finem, vt extruantur, & reædificentur Synagogæ, & quæ per ſe rediguntur ad Iudaicos ritus, nec paganis, aut Sarracenis. 28.& 29.7

Vendere Iudæis agnum, aut alia, vt more Iudaico illis abutantur, an liceat. 23.18

Verba.

Verba ſub conditione non ſemper faciunt conditionem, ſed modum ſignificant. 257.27

Verbum *præcipimus* importat Iuriſdictionem. 10.16

Veſtes.

Veſtes, infidelium ſi ſumantur à Chriſtianis, valent excuſari ex alio fine, vt euitandi mortem. 77.9

Veſtes infidelium, habent ambiguam, & indifferentem ſignificationem. 77.& 78.7

Veſtibus.

Veſtibus quibus depictæ imagines deorum, & in vexillis effigies Mahometi, & Lunæ Martis, non prohibentur vti Chriſtiani, vt fugiant mortem. 77.& 79.8

Veſtibus per ſe deputatis ad cultum ſuperſtitioſum ad ſe occultandum quando poſſit vti Chriſtianus? 79.16

Veſtis.

Veſtis Sacerdotalis non eſt cultus in Deum ſed habitus quo exercentur cæremoniæ, & ipſe cultus. 78.12

Veſtium vſus infidelium habet apud Chriſtianos potius occultationem quam prauum vſum. 78.10

Vinum.

Vinum tranſportari vetitum comprehendit vuas, & vinum aquaticum. 67.16

Violatio

Violatio.

Violatio fidei non omnis eſt hæreſis formalis. 109. 17

Virgo Dei genitrix.

Virgo Dei genitrix immunis fuit à peccato originali. 149. 11

Viſitantes.

Viſitanres, & alimoniam præſtanres hæreticis non dicuntur eorum credenres, ſed fautores. 184.6

Viſitare parrochias ſemel in anno tenerur Epiſcopus, in qua eſt fama hæreticos habitare, vel improbos viros. 254.12

Vitia fidei.

Vitia fidei contraria generali infidelitatis nomine comprehendunrur. 4.1

Voluntas.

Volunras propria requiritur in Baptiſmo ſiue inrerpretatiua. 54.4

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google